



CONSILIORVM
SIVE MALIS
RESPONSORVM
MARIANI SOCINI
IVNIORIS IVRISCONSVLTISSIMI,
PATRICII SENENSIS, EQVITIS,



& Pontificiæ, Cæsareæq. Aulæ Comitis, ac Consistorialis Aduocati præclarissimi,

VOLVMEN SECVNDVM.

Nunc primùm, non minori studio, quàm vigilantia, ab erratis, quibus undique fere scatebat, candide repurgatum, & pristino suo nitori veluti iure quodam postliminij restitutum.

Accesserunt hac postrema editione non contemnendæ additiones I.V. Consultissimi. D. Hieronymi Zanchi Bergomensis.

Cum Summis Rerum insignium, & Indice copiosissimo.







VENETIIS,

Apud Philippum Iuntam. M D LXXX.



CONSILIORVM CLARISS.

EMINENTISSIMIQVE IVRISCON.

D. MARIANI SOCINI IVNIORIS,

SENENSIS PATRICII, EQVITIS, CAESAREAE, PONTIFICIAEQVE AVLAE COMITIS,

Ac consistorialis Aduocati,

Volumen Secundum,

CASVS.



AONIFICVS vit Ioan. Paulus Lilius Lucensis cum iure successionis paternæ possideret dimidiá partem unius domus, aliam dimidiam emit a d. Matthæo filio fratris eius, postea autem de anno 1516. totam domum prædictam unà cum quadam alia domuncula adhærẽte, quá a quibusdam extraneis emerat, uendidit Stephano de Bartholinis ciui Lucensi, & magistro Laurentio, & domino Francisco, Bartholomæo, & Vincentio filiis dicti Stephani pro certo inter eos conuento precio.

Et cum per uẽditorem prædictum nulla ante uenditionẽ fuisset facta inquisitio de agnatis eius an emere uellent secundùm formam statuti Lucensis. Ex post de anno 1521. per d. emptores fuit facta intimatio prædictæ uenditionis domino Ioanni de Liliis, Laurentio eius fratri carnali, domino Nicolao de Liliis, & domino Matthæo eius fratri omnibus separatim, prout ex intimationibus constat, quarum omnium copia transmittitur.

Nunc autem supradicti dominus Ioan. Laurentius, dominus Nicolaus, & dominus Matthæus de Liliis cóiunctim & diuisim petunt iam mortuo dicto Stephano a prædictis eius filiis simul, & pro indiuiso dictam domum possidentibus, ut eam tanquam rem patrimonialem eis teneodant secundum formam statutorum Lucensium, quorum copia transmittitur, & dominum Franciscum (quia clericus est) conueniunt coram iudice ecclesiastico Lucensi, & alios coram iudice laico.

Opponitur per reos conuentos ex persona domini Francisci de incompetentia iudicis, quia ille uti prothonotarius apostolicus dicitur exemptus ab ordinario, & sic eú esse conueniendum coram suo iudice, & non esse suppositum statutis Lucensibus. Et attenta indiuiduitate causę, quia. s. omnes fratres simul cum Reuerendo domino Fráncisco domum possident pro indiuiso, idem dicitur respectu aliorum fratrum, ut sic causa ita indiuidua coram eodem iudice tractetur, & non causæ continentia diuidatur. Prætetea dicitur per eosdẽ reos, quod actores omnino debent excludi propter intimationes singulis eorum factas. Et præterea quod dimidia domus, quam Ioan. Paulus emerat a filio fratris non erat apud ipsum, ut patrimonialis. Et per consequens non subiacet statutis loquentibus de patrimonialibus.

Quibus sic stantibus quæritur quid iuris? et inquantum iustitia patiatur petitur consilium in fauorem reorum.

SVMMAE.

Statutum de rebus patrimonialibus certa forma uendendis, et per coniunctos recomparandis, an liget clericos.

Et an clericus possit declinare forum etiam respectu laicorum litis consortum.

Et an statutũ pdictũ procedat in re empta a transuersali.

1 *Actor forum rei sequi debet.*

2 *Causa continentia diuidi non debet.*

3 *Laici possunt coram ecclesiastico iudice cõueniri respectu clerici consortis litis, quem ex sua persona alids possent declinare.*

Et hoc procedit, etiam si sint plures laici, & unus clericus solus.

4 *Et hoc in delictis etiam procedit.*

5 *Obligati ad uendendum ex forma statuti sunt obligati ad rem tradendam.*

6 *Obligatio rem tradi indiuidua dicitur secũdùm communem opi.*

7 *Dominij translatio per legis prohibitionem impeditur.*

8 *Statutum disponens de rebus patrimonialibus sub certa forma uendendis, & per consanguineos recuperandis, an liget clericos, & numeris sequentibus, & maximè nu. 15.*

9 *Statuta ciuitatum ẽt fauorabilia clericorũ cõtractus nõ ligant.*

10 *Statuta, per qua libera facultas de rebus suis disponendi aufertur sunt odiosa, & a iure communi exorbitantia, ideo strictè intelligenda sunt, & infra nu. 21.*

11 *Statuta prædicta tollentia liberam facultatem de rebus suis disponendi non subditos non ligant etiam laicos.*

12 *Statutum licet prohibeat subditis alienationem, si tamen alienatio clerico fiat, ualebit etiam respectu subditi.*

13 *Statutum prohibens alienationem in non subditos non ualet aduersus clericos, & non impedit, quin clericis, in quos alienatur, res ius acquiratur, & per eos retineatur.*

14 *Clericus præsumitur laicorum statuta ignorare, uti aliena, & ad se non pertinentia.*

16 *Coniunctus saltem præsumptiuè scire præsumitur id, quod coniunctus scit.*
17 *Præsumptio iuris legitima, & liquida probatio dicitur.*
18 *Intimatio uenditionis pro forma non requiritur, ut fiat agnatis, sed sufficit, quòd ipsi agnati aliquomodo notitiam habeant, & scientiam uenditionis etiam per præsumptionem.*
19 *Index præ oculis æquitatem semper habere debet.*
20 *Res patrimonialis in statuto, de quo hic, altero de duobus modis capi potest.*
21 *Statuta debent impropriari, & restringi, ut minus quàm possint, lædant ius cōmune, dummodo aliquid operentur, & inf. nu. 30.*
23 *Res patrimonialis qua dicatur.*
Patrimonium quid sit.
24 *Statutum dictans in patrimonium admittendos esse proximiores ex parte patris, in matrimonio uerò ex parte matris, habet locum, etiam quòd quis non habeat matrimonium, quia mater eius adhuc uiuit.*
25 *Matrimonium quid sit.*
26 *Statutum in eo locum non hēt, in quo eius uerba non uerificātur.*
27 *Statuta maximè odiosa, & iniqua tant um disponunt, quantum loquuntur, & non ultra.*
28 *Verba quando sunt clara in eis insistendum non est.*
29 *Præcedentia declarant sequentia.*
30 *Et statutum unum aliud declarat.*
31 *Res semel alienata liberè efficitur alienabilis.*
32 *Statutum de rebus uenditis recuperandis per agnatos non procedit respectu rei ab aliquo ex agnatis emptæ, puta a fratre, quia eam liberè, non obstantibus statutis, uendere potest.*
33 *Verbum quodlibet sic debet interpretari, ut aliquid operetur.*
34 *Fama non inducit probationem plenam, immo nec semiplenè probat, sed tantùm alias probationes coadiuuat.*
35 *Implicatio uel contradictio aliqua in statutis cōsiderari nō dēt.*
36 *Bona, quæ nobis ab ascendentibus relinquuntur, uidentur nobis quodam iure natura debita.*
37 *Firmius apud nos est illud, quod propria prouisione acquisiuimus, quàm quod alterius prouisione.*
38 *Numerus pluralis duos ad minus requirit.*
39 *Quod commune est, propriè meum non est.*

CONSILIVM I.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis: & iustitia.



Ro resolutione præsentis consultationis plura ueniunt discutienda. Et primò, utrum Reuerendus do. Franciscus prothonotarius Apostolicus tanquam exemptus possit declinare forum etiam respectu fratrū, & sic totam causam auocare ab ordinariis Lucensibus. Secundò, utrum coram iudice dicti domini Francisci sint seruanda statuta Lucensia loquentia de rerum patrimonialium alienatione, ita ut illis dominus Franciscus dicatur subiectus. Tertiò posito, sine præiudicio ueritatis, quòd seruanda sint, uidendum erit, utrum isti de Liliis sint ab agendo repellendi uigore intimationum ex factarum. Quartò & ultimò, utrum saltem sint repellendi pro dimidia d. domus quam Io. Paulus, qui reis cōuentis uendidit, emerat a d. Mattheo filio fratris eius. Capiendo itaque primum dubium, & conclusiuè loquendo dico, quòd cum dominus Franciscus sit exemptus ab ordinario Lucensi: quia est prothonotarius apostolicus, potest ad suum iudicem totam causam trahere
1 illam auocando a Lucensibus iudicibus. † Nam non est dubium, quòd actor sequi debet forum rei. c. cum sit generale, de foro compe. cum sim. & propterea dominus Franc. Reuerendus prothonotarius non potest aliquo modo conueniri nisi coram suo iudice, ut est clarissimum. Cum autem causa ista in qua ipse, & omnes fratres eius asserantur obligati ad reuendendum, sit indiuidua & connexa, debent omnes fratres simul cum ipso domino Francisco coram iudice suo cō
2 ueniri. † Et hoc ne continentia causæ diuidatur, argu. l. nulli, cum sua materia. C. de iudi. & sic ratione connexitatis & in-
3 diuiduitatis causæ fratres Reuerendi domini Francisci, † licet laici sint & ex sua persona iudicem Lucensem declinare non possent, poterunt tamen ratione ipsius domini Francisci eis in tali causa coniuncti, ut sic ipsi cōsequantur per alium, quod per se consequi non possent, pro quo bene facit. l. si communem. in princ. ff. quemadmod. seruit. amit. & ita in causis indiuiduis uoluit Dy. & post eum Bar. in l. iurisperitos. ff. de excusa. tuto. refert & sequitur auus meus do. Maria. Soci. in consi. 15. Quoniam in præsentiarum. in 4. q. dicens hoc procedere etiam si plures essent laici, & unus solus clericus, prout contingit in casu isto: conuenit enim, quòd cum eadem causa sit agitanda agatur coram eodem iudice, nec causæ cōtinentia diuidatur, & ne contingere possis absurdum, si uariæ, & forte contrariæ a diuersis iudicibus sententię proferentur, Et ex eo quia unus solus iudex debet adiri, & super tali causa iudicare, dicemus, quòd erit iudex ecclesiasticus, & in casu nostro iudex Reuerendi domini Franc. quia scilicet ille dicitur maior & dignior iuxta not. in auct. quomodo oportepisco. in gl. in uerbo. utraque, & ibi etiam doct. traduntur, colum. t. & in c. solitæ, de maiori. & obed. cum sim. Maius autem & dignius trahit ad se minus dignum. l. per minorem. ff. de iudic. & c. quanto. extra eo. Metiò ergo iudex ecclesiasticus trahit ad se totam causam, prout egregiè declarat auus
4 meus in d. consil. 1 2. in 4. q. † Et ibi inter cætera concludit, quòd hoc procedit etiam in delictis, ut scilicet ex pluribus simul de uno delicto accusatis unus solus clericus possit totam causam etiam respectu laicorum declinare & secum ipsum, & omnes accusatos deduci ad iudicem ecclesiasticum, ut per eum. Quod etiam uoluit patruus & do. meus Soc. in l. cum senatus. in ff. de reb. dub. Felyn. in c. 1. 4. col. in uersi. & dixit do. Ant. de prefert. & Ioan. Crot. in l. 4. §. cul. ff. de uerb. oblig. & peritos etiam alii plures allegantur ut per eos. Et si hoc procedit in delictis, ubi solet acrius aduersus delinquentes procedi: quia publicè interest, ne delicta remaneant impunita, iuxta. l. ita uulneratus. ff. ad l. Aquil. fortius in ciuilibus, & sic in casu nostro, ubi tale interesse non consideratur, auct. multo magis. C. de sacrosan. eccle. Stet ergo in hac. 1. q. conclusio, quòd Reuerendus do. Franc. totam causam ppter eius connexitatem, & indiuiduitatem ad iudicem suum deducere potest, & a Lucensibus iudicibus auocare. Pro qua benefacit doctrina Bar. in l. præcipimus. §. eo obseruando. C. de ap. quam Alexā. ibi in apostil. dixit esse ueram. Faciunt etiam pluta cumulata per Ias. in l. si emancipati. 2. 3. & 4. col. incipiendo in uer. no. tu diligenter &c. C. de colla. & maximè in sexta additione. De connexitate autem & indiuiduitate causæ præsentis non est dubitandum. Primum enim constat ex eo: quia omnes prædicti fratres de Bartoliis laici unà cum Reuerendo do. Franc. exempto domum, de qua agitur, com
5 muniter & pro indiuiso possident. † Secundum uerò probatur: quia illi obligati ad reuendendum ex forma statuti sunt obligati ad tradendum. l. exempto. in princip. ff. de act. empt. tradit patruus & dom. meus Soci. in consi. 16. Anno domini per totum. 4. uolu. & est communis opin. ut per Ias. & alios in
6 l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uerb. obliga. † obligatio autem tem tradi dicitur indiuidua, ut per Bar. & alios in d. l. stipulationes non diuiduntur, & in l. 4. §. Catn. in 2. oppo. & ita se habet magis communis opin. ut ibi per do. meum Soci. & alios Modern. ubi aliquando dixi in tertia conclusione circa tres primas opposi. Bartol. Et licet aliqui teneant contrarium, quorum opinio disputando teneri posset, ut ibi plenè dixi, tamen in iudicando non est a communi opinione recedendum per iura uulgaria, & ista sufficiant circa 1. q. Circa secundam uidetur prima fronte dicendum, do. Franciscum subiectum esse statutis loquentibus de rebus patrimonialibus, & in proposito hoc est dicere, quòd domus ipsi uendita tanquā patrimonialis sit omnino tradēda agētibus oblato pro-

cio

cla eius,non obstante q ipse sit exemptus,& persona nõ sub
dita iudicibus Lucensibus,& hoc uidetur apertè determina-
tum per statutum sub rub.de ali.fac.in nõ subdi. &c.in c.92.
lib.2.nã in eo claiè disponitur,quòd si quis uenerit ad aliquẽ
actum alienationis rei patrimonialis in non subditum statim
& ipsofacto præsumatur eam alienasse & eius possessionem
tradidisse ei,ad quem ius recomperandi pertinerer, ut in eo
statuto latius legi potest.Quo stãte sequitur,quòd alienatio
facta per Reueren.dom.Francis.dicitur fuisse nulla ab initio,
nec in eum uidetur dominium translatum , tum quia statu
tum illud uult alienationem factam & dominium transla-
tum in eum,ad quem ius recomperandi pertinebat , ut dixi,
7 † tum etiam quia per prohibitionem.l.impeditur trãslatio do
minii,iuxta not.in l. ea l. C. de condi. ob cau.& traditur per
8 doc.in l.filiusfa.§.diui.ff.de leg. 1.†Nec uidetur posse dici , q
tale statutum non ualeat tanquam factum contra libertatem
ecclesiæ,& contra clericos,quos ligare non potest. Quoniam
uidetur posse respõderi,quòd immo nõ uidetur tale,quia sta
tutum non disponit de clericis , uel de rebus ecclesiæ,sed de
rebus patrimonialibus laycorum, & circa personas subditas,
uidelicet ut quamprimum uendere tentauerint,dicantur uẽ
didisse agnatis,ut in eo dicitur,& ita in simili statuto uoluit Ia
co. But.in l.assiduis.C.qui potio.in pigno.habeã.prout refert
Ange.in consi.49.ex themate dicto circa medium uersiculo
de secundo dubitari potest,ubi etiam ipse uidetur uelle,quod
talia statuta ualeant . Verum his non obstantibus uidetur
dicendum contrarium,ut.s.do.Franc. dominium acquisierit
nec ad reuendendum teneatur,& sic quòd aduersus eũ statu
ta de rebus patrimonialibus loquentia non habeant locum ,
9 †nam statuta ciuitatum,etiam q essent fauorabilia,nõ ligant
actus aut cõtractum clericorum ,ut est text.& ibi doc.tradũt
in c.ecclesia sanctæ Mariæ,de cõsti.& ibi moder.dicunt,quòd
ista est communis opi.fortius ergo hoc dici debet in proposi
to nostro,cum statuta prædicta non solùm non sint fauorabi
lia sed odiosa,nedum uẽditoribus ut statim dicam,sed etiam
emptoribus,& sic in proposito domino Francisco clerico .
10 †Et pro ista conclusione facit,quia cũ statuta prædicta sint
contra ius cõe,quo datur omnibus libera facultas disponen-
di de rebus suis.l.nẽq; adeo. ff. si quis a pat.fu. manu. §.sed &
maior,instit.de his qui sunt sui uel alie.iur.l.in re mãdata.C.
mã.& l.dubiũ.C.de contrah.emp.cum si.& cõsequẽter sint
odiosa,& a iure communi exorbitantia,cum talem libertatẽ
auferant,prout tenet Ioan.And.in addi.Spec.in.ti.de emp.&
uendi.§.nunc uidendum.uer.sed pone statutum est in aliquo
loco , clarè dicens , quod talia statuta sunt odiosa, & refert ,
& sequitur Ias.in consi.194 superuacuo uideo. 2. col.2.uo-
lu.sequitur,quòd debeat strictè intelligi.l.quod uerò contra
& l.ius singulare.ff.de leg.& c.quæ a iure communi,de regu.
iur.lib.6.iuncta ẽt regula.§.odia,eod.tit.& in proposito scri-
bit Roma.in consilio 484.hoc quod uicinus . in princip. sic
igitur concludendum est,quod talia statuta sic strictè intelli-
genda non debeur decedere aduersus personas uel contra-
ctus clericorũ maximè exemptorum ab ordinario , prout est
Reueren.D.Franciscus. Nec ob.q dicebatur statutum nõ
uideri factum contra libertatem ecclesiæ,neque contra cleri-
cos,sed solùm contra laycos & de rebus laycorũ. Quoniã pro
resolutione aduertẽdum est,quia,aut loquimur respectu alio
rum statutorũ non de illo in d.c.92.aut loquimur de ipso. c.
92.Primo casu respiciendo alia statuta dico,q immo conti-
neat aliquid contra ius ecclesiæ seu clericorum,si ipsi emerint
quia afficiunt rem uenditam onere illo,ut reuẽdatur agnatis
postquam transierit in emptorem, & sic in proposito nostro
in clericum, prout probatur in c.86.2.lib.statutorum,sub ru
bri.de eo,q facta alienatione intelligatur ius recõperæ acqui
situm,& clarius sub rub. si omissa sit forma inquisitionis,in
c.82.in prin.ibi licitum sit ei ,ad quem ius recomperæ perti-
neret rem ipsam emere,& acquirere ab eo in quem translata
fuisset &c. ubi etiam statim imponitur onus ementi,ut reuen
dat.Quo stãte sequitur,quod non debent talia statuta ualere
11 aduersus clericum per prædicta.†Immo dicit Iaso.in d.cons.
194.in princ.q simile statutum ẽt laycum non subditum nõ
ligat,concludendo post multos doctores, quorum consilium
comprobat,quòd simile statutum factum Binaschi non ligat
Papiensem emptorem;quia non subditum, minus ergo in ca
su isto ligabitur clericus, & circa hoc non credo esse aliquam
dubitationem , ideo ultra non insistam super eo. Secundo
uerò casu si loquimur de præd.capit.92.& adhuc dicendum
est,tale statutum non ualere, neque esse attendendum aduer-
sus clericum,maximè exemptum,prout est Reueren. do.Frã-
ciscus Bartolinus; quoniam licet uerba statuti prædicti diri-
gãtur ad laicos,& sic ad subditos,& de reb.eorum loquãtur,
negari tamen non potẽst , quin uirtualiter dicatur factum ẽt
aduersus non subditos,& sic aduersus clericos,si eis uendatur
nam cum istud statutum annullet alienationẽ factam per sub
ditum,& ipsum liget,necessariò dicitur etiam annullare em-
ptionem factam a clerico,cõtra quem statutum disponere nõ
põt,ut dictũ est, & hac ratione attenta singulariter uoluit gl.
12 Io.And.in c.si.de immu.eccl.lib.6.in sui rõne,†q licet statu-
tum prohibeat subditis alienationem , si tamen alienatio fiat
clerico uel ecclesiæ ualebit etiã respectu subditi, & ita refert,
& sequitur patruus,& d.meus Soc.in consi.14. circa dubia da
13 ta.4.uolu. †ubi loquitur de statuto multùm simili , quo pro-
hibebatur alienatio in non subditos,& concludit, non ualere
aduersus clericos, & non impedire, quin clericis, in quos res
alienatur ius acquiratur,& per eos retineatur. Et per hæc re-
spõdetur ad ea , q̃ in contrariũ supra allegaui. Ad quæ põt &
aliter responderi,ut.s.dicamur tunc illa procedere,& sic actũ
etiam respectu clerici non ualere,quando per statutum inha
bilitatur subditis , eo casu.s. quando actus ille pendebat solũ
ab ipso subdito, prout est testari, nam tunc testamentum etiã
factum in fauorem clericorum non ualeret, si uerò actus pen
det ab utroque,prout in proposito nostro est emp.& uend.&
quilibet actus ultro citroque obligatorius,& tunc actus uale
bit in fauorem clerici,ne aliàs dicamus per statutum annulla
ri actus clericorum ,& sic q immittat falcẽ in messem alienam
14 contra l.sicuti.§.Aristo.cum ibi no.per doc.ff.si ser.uendi.†Et
maximè hoc est dicendum in proposito nostro respectu Re-
ueren.do.Francis.qui tanquam clericus,& diuino cultui intẽ
tus præsumitur ignorasse statuta laicorum tanquam statuta
aliena,& ad se non pertinentia,argu.l.uerius.ff.de prob.& tra
dit in l.cũctos populos.C.de sum.tri.& fi.ca. hanc distinctio.
signanter posuit Pet.de Anch.in c.canonum statuta,de coust.
in 1 2.q.prin.uersi hic cadit.q.disputata,& eam refert & seq-
tur d.meus Soc.in d. consi. 14. qui etiam alia plura ponit ad
propositum, & per quæ totaliter in proposito nostro tollun-
tur difficultates,quæ cum omnibus pateant aliter nõ refero,
15 sed ad eũ me remitto.†Non ob.auctoritas Ang.in d.cons.48.
cũ aliis per eum allegatis, quia si rectè aduertatur nõ uidetur
in eo se firmare,& multum dubiè loquitur, & non sine causa,
qa ut ipse ibi dicit, multi tenuerunt contrarium , & rõnes ẽt
urgent contra talia statuta, & ex his quę supra dicta sunt ap-
paret,q eius opinio(etiã si illas audacter firmaret) de iure nõ
est admittenda . His sic stantibus cum causa ista in totum sit
auocanda a iudicibus Lucensib. etiam respectu fratrum p̃dl-
cti d.Fran.laicorum,ut supra fuit conclusum, sequitur, quòd
respectu totius causæ statuta prædicta non sint seruanda attẽ
ta connexitate,& indiuiduitate eius,& sic sequitur,quòd prę
dicti laici fratres. d.Fran. ex persona eius consequentur , qđ
ex propria nullo mõ hẽre possẽt,prout & supra dixi respectu
declinationis,alioquin sequeretur in eadẽ cã diuersas & forte
cõtrarias s̃nias posse ferri,q nõ est tolerãdũ, ut p auũ meũ in
d.cõs. 12. & 7 tetigi. Circa tertiã. q. q̃ magnã uidetur habere
difficultatẽ,q̃a plurima hinc inde dici possent,ego aliter non
instabo; quia plurib.impeditus sum, & tẽporis angustia non
patitur ,ut super ea matura consideratione præhabita, ut desi
derabam,quicquam scribere possim , & hoc æquo animo pa-
tior,quia non est necessarium super ea disputare,cum rei con
uenti per aliam uiam ueniant absoluendi, ut ex prædictis con
stat.Hoc tamen non reticebo, uidelicet quòd cum uerè singu
lis actoribus innotuerit per prædictas intimationes domum
fuisse uenditam, licet forte nõ ad ungues & minutatim fuerint
omnia dicta ex quadã forte inaduertẽtia notariorũ,& bona fi-

de seu confidentia istorum de Bartolinis, satis dutum uŕ, q
illi de Liliis iam domum uenditam scientes passi fuerint tot
tempora labi, & nunc: quia uident domum quodámodo re-
nouatam, & supra modum melioratam, uelint uti remedio
statutorũ, & certè alienum ab oĩ ciuilitate, & modestia uide-
tur, & impium absq; dubio contra mentem statuentium, at-
tento maximè q post intimationes prædictas uerosimile est
q omnia minutatim nouerint tanquam super eo habẽtes in
teresse, & præsertim cũ ex d. intimationibus aliquę ad unguẽ
fuerint factę oĩa exprimẽdo, prout uidẽtur statuta requirere.
16 †Quod enim aliqui eorũ nouerunt, & cæteri tanq̃ coniũcti
uidentur nouissime saltem psumptiue, arg. l. nctani. in fi. ff. un
de cogna. Et (ni fallor) cuilibet bono uiro uidebitur istud ue
rosimile, & iõ arg. sumpto a uerosimili, qđ in iure est ualidis
simum p intra notissima, posset facile dici, q oẽs prædicti de
Liliis præsumantur oĩa particulariter nouisse, q uidetur suf
ficere, ut constat ex statuto sub rub. si omissa sit forma inqui
sitionis &c. in c. 82. in uer. uel si alio modo legitime sciuerit.
17 †Iuris. n. psumptio solet dici legitima, & liquida pbatio. l. si
quis locuples. ff. de ma. testa. l. licet Imperator. & utrobiq; tra-
dunt doct. ff. de leg. 1. & tradit in terminis in hoc statuto Lu
censi Dec. in consi. 222. uiso puncto. 3. col. uer. 3. prin. Vbi cõ
18 cludit, inquisitionem, seu intimationem non requiri p for-
ma, sed sufficere, q aliquo modo agnati habeant notitiam, &
scientiam uenditionis etiam per præsumptionẽ: quia psum-
ptio iuris dicitur liquidissima pbatio, ut p eum, ex cuius uer-
bis plurimum hæc dicta confirmantur. Ex quib. constat sum
mæ honestati, æquitati ac ciuilitati (in bene instituta, ac reli
giosa repu. qualis est Lucensis) attendendis conuenire istos
de Liliis ab instituta actione ẽt pp pdictas intimationes re-
pellendos esse, q tamen ex causa pdicta plenius nõ discutio,
sed relinquo religioni, iustitiæ, ac bonitati iudicare debentis,
19 †quia semper præ oculis æquitatem habere debet l. quod si
Ephesi. cum si. ff. de eo quod cer. lo. quæ, absq; dubio, reperi-
tur ex parte istorum de Bartolinis reorum conuentorum.
20 Aggredior nunc quartã, & ultimã, q. †& pro eius resolu-
tione clarius habenda considero, q res patrimonialis põt, re
iectis multis, capi in istis statutis altero de duob. modis. Pri-
mo põt intelligi res patrimonialis. i. quę reperitur in agnatio
ne aliqua, quę aliquãdo fuerit maiorum de tali agnatione, &
ascendentium per lineam masculinã eius, qui uendidit, & q
uult redimere, & pro isto sensu uidetur facere. d. c. 78. sub ru
bri. de patrimonialium rerum alienatio. in prin. ibi, patrimo
nialis. i. q̃ fuerit suorum p lineam paternam ascendentiũ, nã
supra locutus erat tex. de uendere uolente, & existẽte sibi cõ
iuncto in eadem agnatione usque ad quartum gradum, pro-
pter quod uidetur, q illa uerba. i. q̃ fuerit suorũ &c. referan-
tur ad utrunq;, & melius uidetur hic sensus pbari in fi. eius-
dem capituli, ubi dicitur, quòd res debet intelligi patrimo-
nialis, si pbetur, q fuerit suorum p lineã paternã ascenden-
tiũ uel q fuerit p patrimoniali possessa. Et secundũ istũ sen-
sum in proposito dicendũ esset. q tota domus, de qua agitur
sit patrimonialis statutis istis subiecta ẽt respectu partis, quã
Ioã. Paulus Lilius emerat a d. Matthæo fratris filio, quia etiam
illa dimidia fuit ascendentium per lineam paternam & sic ip-
sius agnationis, & pro patrimoniali possessa p ipsum Mat-
thęum, sed iste sensus non uidetur tenendus: ut ex infra dicẽ
dis constabit. Vnde secundo modo põt, & debet capi res pa-
trimonialis ita, ut statutis istis subiacet, illa solũ, quæ sit apud
uendere uolentem, tanquam res suorum per lineã paternam
ascẽdentium, hoc est, quam ipse habuerit a suis ascendẽtib.
p lineã paternã iure successionis, donationis, uel alio modo
res autem illa, quam uenditor haberet aliunde, puta, quia emit
ab aliquo ex suis agnatis, apud eũ nõ dicitur esse ut patrimo-
nialis, ẽt q illa aliquando fuerit suorum ascendentiũ per li-
neam paternã: eo quia ipse eam non acquisiuit ab ipsis ascen-
dentibus, neq; tanquam rem ipsorum, seu tanquã rem patri
monialem, sed tanq̃ rẽ alterius, ut sic cõcludamus rem patri
monialem in pposito capi debere eam duntaxat, quæ ad uen
ditatem peruenerit per aliquem ex suis ascendentibus p li-
neam paternam. Quo sensu, & intellectu proposito sequitur
in casu nostro, q dimidia pars domus, quam Ioã. Paul. eme-
rat, ut supra, nõ erat apud eum ut patrimonialis, nec subiace
bat statutis istis de patrimonialibus loquentib. & p cõsequẽs
potuit illam dimidiã liberè, & absq; aliqua inquisitione uen
dere istis de Bartolinis, & sic etiã sequitur, q ubi istis actori-
bus in præsenti iudicio alia non obstarent (de quo tamen ẽ.
dictum fuit) saltẽ ueniunt repellendi respectu dimidiæ partis
domus, de qua agitur, eo q illa secundũ mentem istorũ sta-
tu. erat patrimonialis, nec in ipsius uenditione requirebatur
aliqua inquisitio. Tota ergo uis stat in hoc, ut ostendatur iste
secũdus sensus uerior primo, & quòd eum sequi debeamus.
21 †Vnde pro hoc apertius demonstrando præsuppono primò
quòd statuta hmõi sunt contra regulas iuris cõis exorbitan-
tia, & odiosa, ut ex iam dictis constat. Item etiã dicuntur ini-
qua secundùm Ang. in l. dudum. C. de cõtrahen. empt. refert
& sequitur Ias. in consi. 224. principale dubium. 2. col. uersi.
prædicta fortius. 2. uolu. & adeo hæc in talibus statutis consi-
derãtur, ut non leui ratione in dubium reuocauerit Salyc. in
d. l. dudum. in 2. q. utrum ualeant, ut per eum. Esto tamen q
ualeant, quando fiunt a non recognoscente superiorem ut ip
se ibi concludit. Negari tamen non potest, quin sint iniqua,
odiosa, iuri communi contraria, & a iuris regulis exorbitan-
tia, ut ex prædictis constat, & uoluit etiam patruus & domi.
meus Soc. in consi. 272. non prosequendo. 4. col. & ex hoc in-
fertur, quòd in suis uerbis debẽt strictissimè interpretari, & ut
quanto minus fieri potest, lædant ius commune, arg. l. præci-
pimus. in fi. C. de app. & c. quæ a iure cõmuni. de re. iu. lib. 6.
traditur in l. si uero. §. de uiro. ff. solu. matri. & in c. cum dile-
ctus, de consu. p illum tex. Io. Calder. in consi. 6. an statutum
tit, de consti. Pet. de Ancha. in consi. 361. uisa plena. in princ.
Corn. consi. 115. in hac. 3. col. 2. uol. patruus & d. meus Soc.
in consi. 81. non est dubium. 3. col. 3. uolu. cum si. seu concor
dantib. ut per Dec. loquentem in terminis de hoc statuto Lu
censi in d. consi. 222. in prin. & in consi. 875. in causa, quæ Lu
22 cæ. 7. col. & in consi. 300. uisa petitione. 2. col. †Et adeo uerũ
est, q talia statuta debent strictissimè, & ut minus lædant iura
cõe interpretari, q pp hanc cãm ẽt licitum sit uerba impro-
priare, & restringere, dũmodo aliqd operentur, ut per do. p-
dictos, maximè Corn. in d. consi. 115. tradit Barba. in cõsi. 50.
clementissimum Deum. 2. col. 4. uol. & Lauc. Calca. in consi.
74. quod dictis filiabus. 5. & 6. col. cum concur. multis, quos
23 longum esset referre. †Secundò permitto, quòd res patrimo
nialis debet dici res in patrimonio habita, patrimonium aut
secundùm expositores latinorum uerborum dicitur hæredi
tas a patre proueniens, & ita ẽt apud nos dixit Io. Bertachin.
in suo amplissimo repertorio in uerbo patrimonium, & istud
ẽt recte intuenti sensit Bar. in consi. 141. statuto uerbis uetu
ris † dum dicit, q statutũ dictãs in patrimonio admittendos
24 pximiores ex parte patris, in matrimonio uerò ex parte ma-
tris, habere locum etiam quòd quis non habeat matrimoniũ
quia mater eius adhuc uiuit, & sic ei nondũ sit hæres, nã in-
quit Bart. in patrimonio. i. in hæreditate patris admittentur
pximiores ex parte eius. & ista sentiens hoc consiliũ refert
& sequitur Brun. in tract. de stat. exclud. fœmi. &c. in 8. artic.
in 28. q. †Et idem in proposito dico de matrimonio, ut s. di-
25 catur hæreditas a matre proueniens, ut uoluit ibi Bart. Hoc
stante sequitur, quòd in proposito res patrimonialis dici de-
bet illa, quam quis habet ex patris hæreditate, & similiter ẽe
res matrimonialis, quã hẽt ex hęreditate matris, hoc addito
ex intẽtione istorũ statutorũ, uel alicuius ex ascendentib. per
patrem, uel per matrem. His sic positis dico, prædictum secũ
dum sensum ueriorem ostendi, & per consequens hãc dimi-
diam partem domus non posse dici fuisse apud Ioã. Paulum
uenditorem, ut patrimonialem. Nam si attendimus propríe
tatem uerbi patrimonialem, & uelimus in ea solùm habere
locum statutum, clarum est, quòd ista dimidia pars domus
non uenit ad ipsum uenditorem ex paterna hæreditate, sed
illam habuit ex propria prouisione per emptionem factam a
26 filio fratris † meritò sequitur, quòd statutũ in ea locũ habe-
re nõ dẽt: cũ uerba eius in tali dimidia nõ uerificẽtur. l. si ser
uum. §. non dixit ptor. ff. de acq. hær. & l. 1. §. si is qui nauem.

ff. de

ff. de exercit. tradit patruus meus Soci. per d. iura in cõsi. 23.
circa prædictum. 1. colum. 4. uolu. et est hoc commune di-
27 ctum et satis notum. †Statuta enim tantum disponunt, quã-
tum loquuntur, et non ultra, ut dixit Bald. in l. testamentum
non ideo. C. de testa. et istud maxime procedit in exorbitan-
tibus, odiosis, et iniquis statutis (prout sunt ista) per ea quæ
supra dicta fuerunt. Et quòd in istis statutis prædicta inter-
pretatio in proposito fieri debeat, uidetur probari ex illis
uerbis, quę fuerit suorum per lineam paternam ascẽdẽtium,
quæ supra in contrarium allegabantur. nam dico absque du-
bio, quòd uerbum illud suorum, referatur solùm ad uendere
uolentem: cum enim dicatur, si qua persona uendere uolue
rit rem patrimonialem, i. quæ fuerit suorum etc. certe gram-
maticaliter exponendo dicemus suorum. i. ipsius uendere uo
lentis, & quia hoc arbitror indubitatum, nõ insisto ulterius
super eo. Quo posito dico, ꝙ uerbum illud, fuerit, debet in-
telligi immediate, ita ꝙ de aliquo ascendentium peruenerit
ad ipsum uendere uolentem, ꝙ in proposito nõ reperitur de
ista dimidia domus. Et ista interpretatio probatur primò
per c. 79. sub rubr. de rerum matrimonialium alienat. nam
in eo apertissimè ostẽditur, rem matrimonialem in proposi-
to accipi tantùm pro ea, quæ ad uendere uolentem peruene-
rit per successionem matris uel aliorum per lineã maternã
ascendentium, uel alio modo acquisitã a matre uel ab ascen-
28 dentibus per lineã maternam, †& cum in hoc uerba sint cla-
ra, super eis non est insistendum. l. ille aut ille. §. cũ in uerbis.
ff. de leg. 3. Vnde uidetur cõcludendum, ꝙ quicquid ibi dica
tur de re matrimoniali ex intentione statuentium procedat,
ẽt de re patrimoniali tum per argu. a simili, iuxta l. non pos-
29 sunt. ff. de legi. †tum ẽt qa præcedentia declarant sequentia,
& econtra. l. si seruus plurium. ff. de leg. 1. & ẽt quia unum sta
tutum declarat aliud, iuxta doct. Bar. in l. prætor ait. §. eritq;
hæc differentia. ff. ut bo. rap. cum concordantib. ut p Cor. in
consi. 183. præsupponitur statutum. prope fi. 2. uolu. Et ma-
ximè hoc procedit in proposito: quia ex intentione statuen-
tium est (ubi non reperitur expressa differentia) ut patrimo-
nialis, & matrimonialis res in suis terminis a pari procedant,
ut patet in d. c. 79. uer. & uendicent sibi locũ omnia, & sing.
Secundò probatur talis interpretatio: quia, ut supradictum
est, semper debet fieri interpretatio, ut per statutum exorbi-
tans, & correctorium maximè iniquum, & odiosum (prout
sunt ista statuta) minus lædatur ius commune, nam illud se-
queretur ex ista interpretatione, quoniã secundùm eã qs so-
lum astringeretur ad res habitas ab ascẽdentibus suis, & in re
liquis seruabitur regula iuris cõmunis, quæ est, ut cuilibet sit
30 libera rerũ suarum dispositio, ut supra dictum fuit. †Et com
eiusmodi interpretationes ex causa prædicta permittãtur ẽt
cum aliqua uerborum improprietate, ut s. dictum fuit, & uo
luit Abb. in d. c. cum dilectus. in 6. no. de consue. fortius ita di
ci debet in casu nostro, cum uideatur secundum uerborum
ꝓprietatẽ p p̃dicta in secundo p̃misso. Et si qs illam proprie
tatẽ non admitteret, dicemus omnino hanc interpretationẽ
fieri debere ẽt cum aliqua uerborum improprietate p iam
31 dicta. †Tertiò pro tali interpretatione, & sic ꝙ in proposito
dimidia pars d. domus empta per d. Io. Pau. non sit amplius
tanq̃ patrimonialis subiecta statutis prædictis, facit: qa cum
semel fuerit alienata p d. Matthæum p̃dicto Io. Paulo, uide-
tur effecta alienabilis liberè, arg. l. pater filium. §. quindecim.
ff. de lega. 3. ubi si inter liberos unus ab altero emat partẽ suã
poterit postea illam partem sic emptam liberè alienare, non
obstante prohibitione alienationis facta p testatorẽ, sic igi-
tur uidetur dicendum de ista parte empta, ut supra p do. Io.
32 Paulum. †Demum ista interpretatio cõfirmatur auctoritate
excellen. & ætate nostra primarij iurisconsul. do. Philip. Decij, &
mihi cõpatris honor. in cõsi. 300. uisa petitione. 3. col. uer. 2.
ratione, ubi in indiuiduo in isto statuto Lucensi concludit, ut
non procedat respectu rei ab aliquo ex agnatis emptæ, puta a
fratre, prout ipse loquitur, in ea enim dicit Dec. ille, qui eam
emit, habet liberã potestatem, & potest eam absq; aliqua in-
quisitione liberè uendere non obstantibus statutis prædictis,
ut per eum, qui inter cætera allegat. d. §. quindecim. de leg. 3.

inducendo, ut supra. Non obstant modò, quæ supra in con-
trarium allegata fuerunt pro primo sensu, & intellectu isto-
rum statutorum, nam si prædicta rectè cõsiderentur, omnia
dicuntur uirtualiter sublata. Quoniã dum primò dicebatur
quòd uerba illa. i. quæ fuerit suorum &c. debẽt referri simul
ad uendere uolentem, & sibi coniunctum &c. hoc expressè
negatur, quia immo ueritas est, quòd iuxta grammaticalem
regulam solum debent referri ad uẽdere uolentẽ, ut supra di-
ctum fuit. dum autẽ ponderabatur illud. c. 78. in fi. in uer. &
intelligatur res patrimonialis &c. respondetur, ꝙ talia uerba
debent intelligi solùm respectu ascendentium per lineam pa
ternam ipsius uenditoris, prout etiam prima uerba sonant.
Et ꝙ dicitur de agnatione, debet intelligi de superiori. i. de
33 agnatis ascendentibus per lineam paternam. † Et si dicatur,
ꝙ secundùm hoc illa uerba, uel probaretur per famã &c. ni-
hil adderẽt, sed essent superflua, contra regulã. l. si quãdo. de
leg. 1. & no. p Bal. in rub. C. de contrahen. emptio. in 9. q. dum
dicit, quodlibet uerbum debere sic interpretari, ut aliqd ope
retur. Respondetur, ꝙ immo non sunt superflua, & operan-
tur, seu adduunt, ꝙ probatio, de qua supra loquebatur statu-
34 tum, possit fieri per famam, †quæ aliàs nõ solet inducere ꝓ-
bationem plenam, sed tantùm semiplenam secundùm Saly.
in l. ea quidem. col. fi. C. de acc. immo secundùm Bar. in l. at q
namta. §. cum me absente. ff. de nego. gest. nec semiplenè pro
bat, sed tantum coadiuuat alias probationes, & ideo dicebat
Bal. in c. uigilanti. in 2. col. de præs. quòd fama sæpe a ueritate
te discordat, quod etiam dicit Fely. in c. si diligenti. 4. colum.
eod. tit. Et quod in fi. d. c. subditur, uel probaretur, quòd res
fuerit pro patrimoniali possessa, intelligo, scilicet pro re ha-
bita ab ascendentibus per lineam paternam: contentatur
enim statutum, quòd istud probetur etiam respectu solius
possessionis, licet non sic probetur respectu ueritatis, hoc
est, quòd uerè fuerit patrimonialis, semper tamen debet fie-
ri interpretatio, quòd statutum uelit rem illam esse patrimo-
nialem, ita ut statutis subiaceat, quæ ad uendere uolentem ꝑ-
uenit per aliquem ex ascendentibus per lineam paternam, se
cundum quòd supra plenè deductum fuit, ut sic nullo modo
comprehendatur sub istis statutis ista dimidia empta per d.
35 Io. Paul. †Alioquin inter prædicta statuta consideraretur ali-
qua implicatio, seu contradictio, quod dici non debet, argu-
mento. c. cum expediat, de electio. lib. 6. & l. 1. C. de inoffic.
dot. & l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur. cum similibus. Et præ-
36 dicta etiam suadentur ratione: † quoniam bona, quæ nobis
ab ascendentibus relinquuntur, donãtur, uel alio modo per
eos in nos transferuntur, uidentur nobis quondam iure natu
ræ debita, & quasi ex lege naturæ in nos perueniunt. l. nam &
si parentibus. ff. de inoffi. test. & l. scripto. in fi. ff. unde liber. &
ideo satis potuit, & aliqua honesta ratione induci per statu-
tum, ut nos non liberè uendere possimus, ut in statuto dici-
tur. Non sic rationabiliter id dici posset in rebus emptis per
nos, etiam quòd aliàs fuerint nostrorum ascẽdentium: quo-
niam talia bona non aliquo naturæ ordine, sed ex propria no
37 stra prouisione acquirimus. †Cõuenit enim ꝙ firmius apud
nos sit illud, quod propria prouisione acquisiuimus quàm
quòd prouisione alterius. l. si filius. §. erit. ff. de fideicõ. lib. &
ita per illum tex. dixit Bar. in l. si insulam. in 6. opp. ff. de uerb.
oblig. Sic igitur concluditur in hac 4. q. actores istos de Liliis
saltem pro dimidia parte domus, de qua agitur, esse repellen
dos, tametsi omnino, & in totum repellendi uideantur per
ea, quæ supra in aliis quæstionibus dicta fuerunt. Non omit-
to, quòd forte ex alio actores succumbere debent, uidelicet
si non probauerint domum, de qua agitur, fuisse ad minus
38 duorum ascendentium Ioan. Pauli uenditoris, † non enim
sufficit, quòd fuerit unius tantùm: cum uerba illa ascenden-
tium, sint pluralis numeri, & ad minus requirant duos. l. ubi
numerus. ff. de test. cum simi. Item etiam requiritur, quòd ta-
lium ascendentium domus fuerit simpliciter libera, & tota,
non autem quòd in ea habuerint cum aliquo communionẽ;
quia uerba illa, fuerit ascendentium, debent intelligi ꝓprie,
39 & simpliciter: cum simus in statutis contra ius cõmune. †Il-
lud autẽ quod cõmune est, ꝓprie non est meum, & ita repe-

elo in induiduo, q; his modis dicit esse intelligendũ hoc statutum Deci. in d.consi. 375. in causa, q Lucæ 7. col. seu in additione ibi posita, in 1. col. (ubi etiam dicit) q; hoc solũ fundamentũ sufficeret pro uictoria. In hoc tamen non multum me fundo, maximè; quia cum non uiderim processum, nescio qd sit probatum, uerũm ab aliis iam dictis nullo modo recedẽs placuit etiam hoc addere, ut qui iudicaturus est, etiam super hoc considerationem habeat. Laus Deo.

Soc. nepos Padoę legens. 1534.

S V M M Æ.

De statuto q; registratis instrumentis pręstetur fides, qualiter sit intelligendum.

Qoomodo debeat fieri registratio.

Et an id procedat extra iurisdictionem statuentis.

1 *Instrumentorum exempla de iure communi, originali non exhibito, fidem aliquam non faciunt.*

2 *Per exhibitionem exempli alicuius testamenti quis ex remedio, l. fi. C. de edi. diui Adri. toll. non obtinebit rerum hæreditariarũ possessionem.*

3 *Statutum si disponit aliquid in aliquo actu seruandum esse, debet illud uelut forma actus seruari, aliàs actus dicetur nullus.*

4 *Registratio instrumenti non seruata forma facta fidem aliquam habere non debet.*

5 *Quod de uno permittitur, de aliis denegatur.*

6 *Cessans unum ex pluribus cætera omnino firmare uidetur.*

7 *Statutum si disponit aliter, quàm sit de iure communi, disposita per tale statutum tanquam substantialia, & pro forma obseruanda sunt.*

8 *Verbum non aliter in statuto positum arguit formam, cui renunciari non potest.*

9 *Statutum, quòd instrumentis registratis plena adhibeatur fides, non procedit nisi in ciuitate, uel eius districtu, uel inter dictæ ciuitati subditos, non autem extra eius territorium inter non subditos.*

10 *Registratio instrumentorum, ut fidem faciat, inter cætera requiritur citatio earum, quorum interest.*

11 *Instrumenta, quæ uarietatem, & contrarietatem expressam continent, fidem sibi derogant, ut nulla sit eis fides adhibenda.*

12 *Testamenta duo si ostendantur repugnantia eodem tempore ab eodem confecta, uel possidentis conditio est potior, uel nulli ex ipsis testamentis fides est adhibenda.*

13 *Agnatio, & eius honor per masculos, & non per fœminas conseruatur.*

14 *Fœminæ quæ per masculos descendunt agnatæ sunt.*

Et appellatione familiæ, quæ pro agnatione capitur, ueniunt.

15 *Alienare prohibitus extra familiam, non facit contra prohibitionem sorori alienando.*

16 *Fœmina etiam nupta dicitur in familia, & agnatione patris remanere.*

17 *Fœminæ non dicuntur exclusæ per testatorem dicentem uelle, q. bona semper, & in infinitum in familia perpetuò remaneant.*

18 *Testatorẽ aliquid uerisimiliter uoluisse non sufficit, nisi disponat.*

19 *Testator licet uelit, quòd bona remaneãt in familia &c. tamen etiã ad filias fœminæ ñ de familia, uelut earum hæredes, bona peruenire poterũt, quæ primò ad dictas fœminas peruenerant.*

CONSILIVM II.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis: & iustitiæ.



Vperioribus mensibus consului, ut supra refertur per clarissimũ Consultorem, et mihi uti patrem honor. D. Franc. Curtium, qui ultra deducta per me noua uia arbitratur pdictum Biuilaquã nõ posse ex cã asserti fideicommissi molestari, ut p eum, sup qua uia requisitus sum, ut qd de iure sentiam, exprimere uelim, unde omnib. diligenter cõsideratis q in facto psupponuntur per do. consultorem, eisque ueris præsuppositis (de quibus tempore quo consului notitiã non habui) uiso etiam ac mature considerato cõsilio ipsius clarissimi Consultoris, q̃q̃ primo aspectu res uisa fuerit dubia, tamen arbitror uerissimũ esse, quod per eum supra firmatum fuit, & sic breuiter concludo, q; ultra fundamẽta, quæ aliàs consulendo deduxi, prædictus Biuilaqua defendi põt ex defectu fidei exemplorũ asserti testamenti quondã do. Petri. Nã cum originale asserti testamenti non reperiatur, uidendum est, an tria exẽpla quæ exhibentur, uel aliquod eorũ sit tale, ut ei fides adhiberi debeat, præsertim circa assertũ fideicõmissum, de quo ad pręsens agitur.

1 † Et certè inspecto iure cõmuni res caret difficultate, certo est. n. q; talia exẽpla, nec eorũ aliquod facit fidem non exhibito originali, iuxta tradita per Bar. & alios in auc. si quis in aliquo. C. de eden. & in l. 2. C. de fi. instru. cum aliis supra allc. per clarissi. Consultorem, quod etiam uoluit Ange. Are. post glo. ibi. in §. nihil aũt. in 2. col. instit. de test. ordi. & idem etiã uoluit Bar. in l. 1. §. si quis duobus. ff. de bo. pos. secũdũm tabu.

2 † ex eo inferens, q; ex sola exhibitione exempli alicuius testamenti quis non obtinebit possessionem rerum hæreditariarũ ex remedio. l. fi. C. de edic. di. Adri. tol. cũ multis aliis, quæ allegari possent. Tota ergo difficultas (prout etiã dicit dominus consultor) pendet a statutis inclytæ ciuitatis Mantuæ, in qua asseritur factum dictum testamentum, & reperitur in archiuo publico eiusdem ciuitatis tripliciter registratum, quæ statuta in proposito nostro uidentur obseruanda, iuxta. l. omnes populi. cum materia. ff. de insti. & iure. Cauetur etenim in statutis prædictæ ciuitatis, quòd instrumentis registratis, & in archiuo siue registro publico repertis plena fides adhibeatur, & credatur registro tãquàm publicis originalibus illorum instrumẽtorum, prout patet in statuto sub rub. de registrandis instrumentis, prope fin. unde cum in proposito instrumentum prædicti asserti testamenti reperiatur in archiuo publico registratum non solùm semel, sed etiam ter, uidetur q; talibus registratis testamentis debeat fides adhiberi ex forma prædicti statuti, quicquid de iure communi dicendum esset. Veruntamen hoc non obstante arbitror uerissimum, q; supra conclusum fuit per ea, quę per clarissimũ Consultorem deducta fuerunt, per quę plenè fuit responsum prædictis statutis, & inter cętera plurimũ mihi placet illa responsio, quòd statutis pędictis non sit locus, quia forma registrationis ab illis inducta nõ fuit in casu nostro seruata, propter quod sequitur, registrationẽ prædictã esse nullius momẽti.

3 † Qooniam qñ per statutum disponitur in aliquo actu aliquid seruãdũ, debet illud tale ueluti forma actus seruari, aliàs actus dicitur nullus, ut traditur per Ias. in auc. quę supplicatio in 4. not. C. de preci. Imper. offeren. cũ aliis adductis supra p do. Consultorẽ, qui in uersi. sed quid fortius &c. usque ad uerbũ accedit ad cõfirmatio. &c. clare ostẽdit requisita per statutũ Mantuanũ in registratione instrumentorũ non probari in casu isto interuenisse, ut oportere, immo aliqua impossibile est interuenisse, ut per eum,

4 † meritò prædicta registratio tanq̃ non rectè facta, & non seruata forma non debet habere aliquã fidẽ. l. cũ hi. §. si prætor. ff. de trans. & c. pilanis. de resti. spol. tradit Ant. de but. in c. cũ olim. col. pen. de causa pos. & proprie. cũ concordantib. allegatis per Fely. in c. cũ dilecta. col. 11. uer. 6. cõtra formã, de rescri. qui dicit, quòd ibi de hoc est tex. principalis, & plura alleg. do. Maria. Soc. auus meus in consi. 34. prosequendo ordinẽ. 3. col. uersi. & pro parte negatiua. & plura etiã cumulat Hippo. de marsi. in consilio 131. illumina quæso. 1. & 2. col. at q; quæ in prædicto statuto Mantuano requiruntur circa registrationẽ sint de forma, & ita sint omnino obseruanda probatur.

5 † primò, quia statutũ illud dispẽsat circa tẽpus registrationis, de quo supra dixerat, ut ibi prope fi. in uer. possint tñ dicta instrumenta &c. ex quo manifestè arguitur, q; in aliis debent oĩno seruari, quæ supra dicta fuerunt. Quod. n. de uno permittitur de aliis denegatur. l. cũ prætor. in priu. ff. de iudi. c. nõne, de præsum. & est bonus tex. in l. tribunus, §. fi. uer. amplius. ff. de mili. testa. quã

6 adhoc allegat Bal. in l. 2. in 3. q. C. de sac. san. eccle. † inferendo, q; qui ex pluribus unum cessat, cetera uidetur omnino firmare, quod uidetur seruire in proposito, quia cũ hoc statutũ casset in effectu obseruantiam respectu tẽporis (.i. uelit registrationem

stratiouem ualere ēt factam post tēpus.i.ꝙ eā fieri supra erat ordinatū)dicitur oīno uelle, ꝙ ī aliis statutis ad unguē obseruetur,& ad hoc plura congerit Fely.in d.c.nonne.in princip.
7 †Secūdò probatur:quia per hoc statutū aliter disponit̄ circa registrationē, quā sit de iure cōi,quo posito sequitur,ꝙ disposita per tale statutum sunt tanquā substantialia,& pro forma obseruanda,iuxta tradita per Fely.in d.c.cum dilecta.co.10.uersi.nonū signum &c.& co.16. uer. amplia nonò &c. & ultra allegata per eum ita uoluit Pet.de Ancha.in consi.241.ex tenore priuilegii,in fi.& tradit Hipoly.in d.consil. 131. 2.
8 col.in fi.†Tertiò idem probatur:quia in fi.statuti in uersi.quibus instrumentis &c.ast clausula,& non aliter,nam uult statutum,ꝙ instrumentis registratis (sicut supra dictum fuit) fides adhibeatur,& non aliter;nec.n.uerba arguunt formā,& ꝙ ei renunciari non potest: ut declarat Bar.in l.de his.ff.de transa.cum concordan.ut per Fely.in d.c.cum dilecta.10.co.uersi se primum signum &c.Sic igitur ex prædictis concluditur, prædictis registris fidē non esse adhibendam,eo quòd in eis non fuerunt seruata,quæ per statutum prædictum in registratione
9 requiruntur,& hoc est concludens fundamentum.†Secundò principaliter ultra dicta supra per Consultorem probatur ista conclusio alio nouo,clarissimo tamen & indubitato fundamento:quia dispositio illa Mantuanæ ciuitatis , uidelicet ꝙ registratis instrumētis fides adhibeatur , nō procedit nisi in ciuitate ipsa,& eius districtu,uel inter subditos dictę ciuitatis, nō aūt ꝓcedit extra eis territorium inter non subditos prout uoluit Io. An.in addi.Spec.in titu.de instru.edi.§. nūc dicendum in additione magna prope fi.in uersi.quintū supplementum,cum uer.seq.tradit Bal.in rub.C.de fi. instr. col. fi.d. Alex.in consi.138.opportune consideratis.3.col.1.uolū. ubi allegat plurimos concordantes , & idē concludit Fely. in c.ad audientiam.4.col.uersi.secunda conclusio,de præscr.ubi ēt alios plures allegat ita tenere,& hoc defendit a quibusdā , quæ per Are.in contrariū allegabātur , & hoc idē pro indubitato tenetur, & dicit perpetuò notādū īsignis doctor.D.Iacobi.de S.Georgio in auc.siquis in aliquo.4.col. uersi. 7.fallit. C.de edē.quia oēs in effectu cōcludunt, ꝙ statutum uolens registratis instrumentis fidem esse præstandam tanq̄ originalibus , non procedit extra territorium ciuitatis statuētis inter non subditus eius iurisdictioni,ut per eos in locis prædictis, & ita cōiter tenetur,sed in proposito agitur quæstio in ciuitate Veronæ,& sic extra territorium Mātuanæ ciuitatis,& inter nō subditos Mantuanæ iurisdictioni,ergo clarissimè sequitur ꝙ prædictis registris seu registratis testis non debet adhiberi fides,& ex hoc solo fundamento,ubi alia non essent, cōclusio nostra redditur indubitata , ubi ad illud bene aduertāt iudicare debentes,etenim cū ex eo remoueatur auctoritas dicti statuti Mātuani,remanemus ī dispositione iuris cōis,quo inspecto clarum est istis registratis testamentis fides nō adhi
Cum prædium quoddã situm in uilla Brẽtæ calcinariæ iã fuisset obligatum pro ducatis quingentis pro dote do. Angelæ Forzatæ de ann. 1479. & mense Augusti, attento quòd de dicto prædio plures campi fuerant alienati. Fuit per quondã nobilẽ do. Io. Forzatam loco illorum camporum alienatorum obligatum quoddam aliud prædium hoc pacto, quòd casu quo ꝑdiũ illud nouiter obligatũ reperiretur modo aliquo obligatũ, uel alienatũ ꝑdiũ primò obligatum, quatenus remanserat apud prædictum do. Io. Forzatæ, intelligatur datum in solutum prædictæ dominæ Ange. seu ser Bonaccursio Corradino eius marito pro illo precio, quo publicè uenderetur, prout hæc publico constant instrumento.

Ex post de anno 1506. prædium illud nouiter obligatum fuit per nobiles de Forzatis alienatum accedente consensu illorum de Corradinis, quibus fuerat, ut supra, obligatum.

Fuerunt inter prędictas partes aliquę lites, & cõtrouersię, & inter alias fuit una, in qua ex parte istorũ de Corradinis petebatur, ut fieret æstimatio ꝑdii primò obligati ꝓ eo, quod remansit iam dati in solutum, ut supra. In qua lite fuit tandem iudicatum, æstimationem prædii prædicti fieri debere, ueluti dati in solutum, & licet dominus Sigismũdus Forzata appellauerit, tam a prima, q̃ a secunda sententia, q̃ fuerunt latæ de anno 1521. tamen postea de ann. 1523. prædictas sententias approbando renocauit suas appellationes, fatendo ipsum Bonaccursium, seu do. Nicolaum eius filium dominum & patronum, ac uerum possessorem prædii prædicti, uti sibi assignati de anno 1479. & ita cõfessus fuit, tale ꝑdiũ ut s. assignatũ fore, & esse de iure ꝑfati dom. Bonaccursii, seu dom. Nicolai eius filii, & uoluit, quòd ꝑdicto do. Nicolao liceat ꝑdictũ ꝑdiũ tenere, & possidere, ꝓut de iure licet cuilibet do. patrono, & possessori, renunciãdo oĩb. suis iurib. &c. & sic in effectu licet non exprimatur, uoluit dare in solutũ illud ꝑdiũ seu iam fuisse datum declarare pro prædictis ducatis quingentis, prout hæc in publico instrumento uideri possunt.

Et præsupponitur in facto, quòd (quicquid in prædicto instrumẽto dicatur) ueritas fuit, & est, quòd prædium ꝑdictum usque ad annum prædictum 1523. semp fuit tentum, & possessum per nobiles de Forzatis pro suo, & tanquam suum, locando, & dislocando, & pensionem recipiendo, prout faciunt ueri domini, & possessores prædiorum suorum.

Ex post per annos fere duos dominus Franciscus filius dicti domini Sigismundi Forzatæ fuit emancipatus, qui dominus Franciscus post eius emancipationem de anno 1526. habens tunc notitiam prædictorum, uolẽs uti agnatus, & filius dicti domi. Sigismundi auctoritate statuti Paduani, sub rub. quibus liceat acquirere &c. in c. si quis de cętero uender &c. prædium prædictum per dictum Sigismundum patrem eius sic, ut supra, datum in solutum recuperare, fecit depositum dictorum ducatorum quingentorum, et uigore prædicti statuti petiit do. Nicolaum prædictum cogi, et compelli ad ipsum depositum eleuandum, et ad prædicti prædii traditionem, super qua petitione lata fuit quædam sententia absolutoria, et declaratoria, quòd do. Nicolaus prædictus depositũ prædictum eleuare non teneatur, ut in ea latius constat.

A qua sententia tanquam ab iniqua, et iniusta dom. Franciscus appellauit.

Quibus sic stantibus, quæritur quæ debeant esse partes iudicis ad quem.

SVMMAE.

De quadam datione in solutum quando dicatur facta.

Et an filio dantis in solutum competat ius retractandi, quod conceditur agnatis ex forma statuti.

Identitas personarũ patris, et filii quomodo intelligatur.

Et quando certus debeat certiorari.

1 *Ferro uiam aperit, qui per contraria transit.*

2 *Ius præsentandi competens alicui agnato super uenditione facta uigore statuti, an competat illi, qui tempore uenditionis natus non erat, & cui uenditio denunciari non potuit.*

3 *Præsumptio est pro sententia, quæ in rem iudicatam transiuit.*

4 *Actio omnis. 30. annorum cursu tollitur.*

5 *Facto proprio quis contrauenire non potest.*

6 *Contractus ab initio sunt uoluntatis, ex post facto necessitatis.*

7 *Pater, & filius censentur una, & eadem persona, uide inf. nu. 26*
Et quòd a filio fit a patre uidetur factum, uide inf. nu. 27.
Et unius uox dicitur uox alterius, uide inf. nu. 28.

8 *Filius legitimè factum per patrem retractare non potest.*

9 *Certus certiorari non debet, quomodo hoc procedat, uide infra num. 33.*

10 *Filius patri agnatus dicitur.*

11 *Filius si excluditur ex capite unde liberi, quasi legitimus, & agnatus admitti potest.*

12 *Statutum si concedat agnatis ius præsentandi, censetur etiam cõcedere filiis, si pater eorum uendat, uel in solutum det, & sunt alii præferendi.*

13 *Filii non debent esse conditionis deterioris, quàm alii remotiores.*

14 *Ratio eadem ubi est, ibi idem ius esse debet.*

15 *Prior in tempore potior in iure.*

16 *Conditione deficiente dispositio deficit, & pro non facta habetur.*

17 *Conditio de præsenti, uel de præterito dispositionem non suspẽdit.*

18 *Res in alium cum suo censu, & onere transfertur.*

19 *Error non attenditur, sed rei ueritas attendi debet.*

20 *Consensui nil magis est contrarium, quàm error.*

21 *Inducta ad augmentum diminutionem operari non debent.*

22 *Possessionem retinere intendens dicitur eam acquirere uelle.*

23 *Index de eo re iudicare non debet, de qua non cognouit.*

24 *Actus agentium ultra eorum intentionem non operantur.*

25 *Præiudicare quis sibi, & non alii potest.*
Et consuetudo est optima legum interpres.

29 *Iure sua quilibet est moderator, & arbiter.*
30 *Fundans se in statuto qualitates a statuto requisitas probare debet.*
31 *Ex diuersis non infertur, nec arguitur.*
32 *Ignorantia in facto proprio non cadit.*
34 *Denunciatio expressa requiritur, quando fieri debet, ut quis ad faciendum incitetur, nec sine ea sufficit sententia.*

CONSILIVM IIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitia.

THEMATA præpositæ consultatioois diligenter
inspecto cum omnib. instrumentis, de quib. in
eo fit mentio, considerata etiam interne senten
tia demum lata p excellẽtissimũ dominũ Ant.
Basianum mihi uti patrem honorandum, non parum dubi-
taui, an sup proposita difficoltate scribere deberem. Ex una
enim parte prædicti domini Antonii auctoritas, cui semper
plurimum desoli, suadebat: ut taciturnitate eius sententiam
comprobarem. Ex alia parta ueritas, & iustitia requirebant,
ut pro eis iuxta tennes uires meas loqui uellẽ, quæ pars tan-
dem apud me præualuit, ne aliàs peccare uiderer, ueritatem
tacendo, iuxta c. quisquis. 11. q. 3. & c. error. 83. distin. Igitur
cum bona uenia suæ excellentiæ pro ueritata solùm (prout
cum summa modestia requiror) eloquar secundùm tamen
1 debile iudicium meum. † Et quia ferro uiam aperit, qui per
contraria transit, ut inquit Bald. in l. precibus. 8. colum. C. de
impube. & aliis substi. Videtur prima fronte dicendum per
iudicem appellationis iudicandum esse bene iudicatum, &
malè appellatum, eo quòd sententia iam lata uidetur iuridi-
cè, & conuenienter lata, & hoc ex duobus æquè principali-
2 bus. † Primò: quia datio in solutum prædii, de quo agitur, ui-
detur facta usque de ann. 1479. quo posito impossibile est,
quòd domino Francis. Forzatæ, qui tunc in rerum natura
non erat, competere possit ius præsentandi precium pro d.
prædii recuperatione ex forma statuti, de quo in themate,
nam statutum in effectu eos agnatos admittit, quibus uendi
tio, uel datio in solutum denunciata non fuit, ut sic præsup-
ponat omnino eos esse tales, qbus denunciatio fieri possit,
& consequenter ꝙ sit in facultate contrahentium mediante
tali denunciatione agnatos a tali iure excludere, saltem post
lapsum 30. dierum, sed prædicto domino Francisco (cũ tunc
nondum natus esset) talis denunciatio fieri non poterat, er-
go &c. & hoc puto satis clarum: sic enim in simili statuto ar-
guit, & concludit Deci. in consi. 222. uiso puncto. 2. col. uersi.
similiter dom statutum. Quod autem de prædicto an. 1479.
uideatur fuisse facta datio in solutum, uidetur posse ex plu-
ribus probari. Primò ex ipso instrumento tunc celebrato, in
quo clarè dicitur, quòd tale prædium intelligatur datum in
solutum pro eo precio, quo communiter uenderetur. Secun
dò ex processu postea agitato de anno 1521. in quo apparet
domi. Sigismundum patrem prædicti Francisci prædictam
dationem in solutum fateri respectu ipsius facti, licet ualidi
tatem negaret: quia scilicet talis datio, aut alienatio fieri non
potuit in præiudicium fideicommissi antiqui in fauorem no
bilium de Forzatis. Tertiò ex sententia do. Francisci de Tul-
metio postea in causa appellationis confirmata, p qua iudi-
catur prædium prædictum debere omnino æstimari, uti iam
datum in solutum, ne aliàs ipsa datio in solutum reddatur
3 manca, & mutilata, ut utar uerbis prædictæ sententiæ. † Pro
qua snĩa (cũ postea transierit in rẽ iudicatã) adesset psumptio
ioris, iux. l. Herennius. §. Caia. ff. de usu. & c. in psentia. cũ ibi
no. extra de renun. Quartò, & ultimò idẽ pbari vr ex illo in-
strumento inter pdictũ do. Sigismundũ, & d. do. Nicolaũ ce-
lebrato de anno 1523. quatenus in eo apparet, do. Sigismun-
dũ pdictũ appellationib. renunciasse, sententias iã latas cõfir
masse, & omnia instrumenta inter ipsas partes p prius gesta
approbasse, & demum confessum fuisse, ipsum do. Nicolaum
fuisse, & esse dominum, patronum & uerum possessorem di-
cti prædii, quod non uidetur ex alio factum, quàm habito re
spectu ad prędictam dationem in solutum factam, ut dicitur
de ann. 1479. Et stante hoc quòd fuerit tali tempore facta da
tio in solutum, plus dici potest: ut scilicet do. Franciscus non
uideatur admittendus, etiam quòd tunc fuisset in rerum na-
4 tura, & sic esset de agnatis inclusis per statutum; † quoniam
uidetur, quòd debeat nunc posse repelli exceptione præscri-
ptionis nedum 20. ann. sed 30. & 40. & ultra, tãti enim tẽpo-
ris cursu tollitur omne ius, oĩsq; actio, & plena securitas pos
sidenti paratur. l. omnes. in fi. C. de præscript. 30. uel 40. ann.
atq; etiam ab eo omnis molestia, & inquietudo tolli debet, ut
l. fi. C. de fund. pat. lib. 11. & tradunt Cano. in c. uigilanti. &
in c. ad aures. de præscrip. cum infinitis si. Secundò principa-
liter idem uidetur dicendum etiam posito, quòd datio in so
lutum non fuisset facta de an. 1479. sed solùm de an. 1523. p
do. Sigismundum patrem prædicti dom. Francisci actoris, &
appellantis, nam non est dubium, ipsum do. Sigismun. nõ po
tuisse facere tale depositum, ut s. uenditio, seu datio in solu-
5 tum retractaretur: quia tunc ipse uenisset contra proprium
factum, ꝙ iure prohibitum est. l. post mortem, & ibi gl. no. &
6 cõcordãtes alleg. ff. de adop. † contractus enim ab initio sunt
uolũtatis, ex post facto necessitatis. l. sicut. C. de act. & ob. &
qđ semel placuit, amplius displicere non põt, regula quod
semel, de reg. iur. lib. 6. Quo stante uidetur, ꝙ nec filius eius
do. Francis. debeat admitti ad tale depositum contra prædi-
7 ctam dationem in solutum, † cum pater, & filius una, & eadẽ
persona censeantur. l. fi. C. de impub. & alus subst. quod enim
filio fit, uidetur fieri a patre, & ita per contrarium uox si qui-
dem unius dicitur uox alterius. §. ei uerò. insti. de inuti. stipo.
8 † Præterea dicimus, ꝙ filius factum patris legitimè non põt
retractare, ut l. fin. §. ipsum autem, & ibi ita no. Bal. C. de bon.
quæ lib. sed d. Sigismundus pater eius, qđ fecit, legitimè fecit
quia sic facere potuit, ergo &c. Et præterea posito ꝙ filio p-
dictum ius præsentandi competeret, prout uerè competit, ut
infra dicemus, adhuc uidetur do. Frãciscus non audiendus,
sed illum esse exclusum spacio 30. dierum, ut sic eo temporis
cursu dicatur præscriptum tali iuri præsentandi, iuxta for-
mam prædicti statuti in uer. non uendicent tamen pdicta si-
bi locum. ibi, debeat usq; ad 30. dies pximè futuros &c. uult
enim statutũ istud, ꝙ si alicui agnato, cui cõpetat ius psentã-
di, fuerit notificata uenditio, aut datio in solutum, si uult p-
sentare precium, & rẽ ipsam redimere, debeat infra 30. dies
comparere, lapso tali termino non erit audiendus, ut infra in
eodẽ statuto subditur in uer. & quicunq; quãuis propinquus
& uicinus &c. sed prædicto do. Francisco uidetur facta talis
notificatio, seu saltem uidetur, ꝙ habeatur pro facta, ꝙ suffi-
cit, ut in eodem statuto clarè dicitur, ergo &c. Quòd autẽ no
tificatio pro facta habeatur, uidetur probari: quia si notifica-
tio fit alicui agnato, qui sit paterfam. sufficit pro omnibus de
familia sua, & sic pro omnibus eius filijs, & perinde habetur,
ac si filiis eius singulatim facta fuisset, vt patet in prędicto sta
tuto in uer. & si plures agnati, uel uicini &c. & certè ratio ui-
detur esse: quia ꝙ scit pater, etiam filius scire præsumitur, &
talis notificatio solum uidetur fieri, ut agnati sciant uendi-
tionem, uel dationẽ in solutum, & statim eis incipiat currere
terminus 30. dierum, quo posito cum in proposito do. Sigis-
mundus pater dationem in solutum fecisse dicitur absq; du-
bio eã nouisse, & sciuisse, & p consequens uidetur posse dici,
ꝙ eã sciuerit, & intellexerit et filius eius do. Frãciscus, ut sic
9 dicamus perinde fuisse, ac si ei notificatio facta fuisset. † Facit,
qđ dici solet, ꝙ q scit, & est certus, certiorari non dẽt regula
cum q certus, de reg. iur. lib. 6. & l. 1. in fi. & ibi p doc. cum si.
ff. de actio. empt. & dixit Bar. in l. nomen. 2. col. C. q res pign.
oblig. pos. Sic ergo uidetur, do. Franciscum pdictum uti habẽ
tẽ notitiã pdictæ dationis in solutum usq; ab initio fuisse ex-
clusum a iure isto psentandi p cursum 30. dierum, secundũ
pdicta. Verum istis nõ obstãtibus, q uere casum nostrum nõ
attingunt, contrariã opinionẽ pbabiliorẽ de iure, & æquio-
rẽ arbitror, uidelicet ꝙ immo do. Fran. iure fecerit depositũ,
et partẽ aduersam teneri ad ipsum eleuãdum, et ad pdti pdi-
cti

cti restitutionem, prout petitur, & consequenter q partes iu-
dicis in hac causa appellationis esse debent in iudicando bene
appellatum, & malè iudicatum, & sententiam reformando, ut
10 supra. † at pro solido fundamento huius conclusionis, præ-
mitto, q filius patri dicitur agnatus, cum ei coniungatur per
uirilem sexũ, iuxta. §. sunt autem agnati. instit. de legit. agna.
11 tute. & de legit. agnat. success. † Et hinc est, q si excluditur fi
lius ex capite unde liberi, puta, quia repudiet quasi filius, ad
hoc potest admitti quasi legitimus, & agnatus, ut l. secunda.
in principio. ff. unde legit. & non eundo per argumenta, q fi-
lius sit patri agnatus, est textus apertus in l. filius. ff. de suis, &
12 legit. † Hoc posito dico, quòd cum statutum concedat ius
præsentandi agnatis, sine dubio debet dici concedere etiam fi
liis, si pater eorum uendat, aut in solutum det, & filii omni-
bus aliis pferendi sunt, cũ sint patri proximiores agnati, ut
d. l. filius. Statutum enim prædictum hoc ius concedit agna-
tis seruata semper gradus prærogatiua, ut patet in eo in uers.
13 & inter agnatos ipsos &c. † ct nisi ita diceremus, sequeretur
quòd filii, qui sunt agnati, proximiores essent deterioris con
ditionis, quàm remotiores, quod non est dicendum, argumẽ
to. l. si uiua matre. C. de bonis maternis, & ita, ut mihi narra-
tur, prout etiam de iure est, seruatur de consuetudine in hac
ciuitate Paduæ, pluries enim fuit inductũ, ut eiusmodi iuris
psentandi cõpetat filiis, tam uiuo patre, quàm eo mortuo, &
tam si sint in potestate, quàm si emancipati. Quo stante sequi
tur uera conclusio, quòd prædicto domino Francisco de iure
competit facultas præsentandi, & faciendi depositum, prout
fecit pro recuperatione prædii, de quo agitur, a patre suo da
ti in solutũ, & in extraneam personam trãslati, tanquã agna-
to eius proximiori. Pro quo facit: quia cum statutum sit fa-
ctum, ut bona alicuius immobilia in eius agnatione conseruẽ
tur ipsius agnationis fauore, certè ista ratio magis reperitur
14 in persona filiorum, quàm remotiorũ, ut est notissimũ, † un-
de ínimpro argu. ab excelẽtia rationis, dicendũ omnino est, q
in d. do. Franciscu uerificetur statutum, cum & ratio in eo re-
periatur l. illud. ff. ad l. aquil. l. a Titio. ff. de uerb. oblig. cum si.
& quia super hoc rem arbitror clarissimã, non instabo ulte-
rius, sed concludo ut supra. Nec prædictæ conclusioni ob-
stant, quæ supra in contrarium allegata fuerunt, in quibus so
lis consistit difficultas præsentis consultationis, eis etenim re
solutis conclusio nostra remanebit clarissima. Igitur respõ
dendo primò ad primum principale fundamentum absolutè
negatur, dationem in solutum fuisse factam de anno millesi-
mo 470. nam illud instrumentum principaliter factum fuit,
ut quoddam nouum prædium obligaretur loco quorundam
camporum tunc alienatorum ex his, qui primò fuerant obli-
gati, & quòd in eo dicitur de datione in solutum prædii, de
quo nunc agitur, dicitur sub quadam expressa, & extrinseca
conditione, uidelicet si prædium illud nouiter obligatum re-
periretur alteri obligatũ, uel alienatum; tunc. n. quia talis ob
ligatio de eo prędio tunc nouiter facta nõ seruisset illi ser Bo
15 nacursio. † Quoniã si p prius alteri fuisset obligatũ, prior in tẽ
pore fuisset potior in iure. l. si fundum. C. qui po. in pig. hab.
cũ si. & per totum illum titul. & ff. eo. si antẽ fuisset per prius
alienatum pignus, super eo non fuisset constitutum, quia res
aliena pignori dari non põt regulariter, ut C. si res alie. pig.
dat. si. per totum, fuit conueniens eidem alio modo satisface
re, & propterea in euentum talis conditionis dicitur in dicto
instrumẽto, q prędium, de quo agitur, dicatur datũ in solutũ
pro eo precio, quo publicè uẽderetur. Sic igitur illa datio in
solutũ pendebat ab illa conditione, sed certũ est, q illa condi
tio nõ fuit uerificata: quoniã illud pdiũ nouiter obligatũ iu-
re potuit obligari. & talis obligatio seruiuit. d. ser. Bonacur-
sio, q a nõ fuit repertũ alienatum, nec ẽt alteri per prius obli-
16 gatum † Igitur sequitur, q deficiente conditione dationis in
solutũ talis datio nihil potuit operari, sed dicitur habita pro
non facta. l. qui hæredi. §. Plautius. & ibi Bar. & dñs meus Soc.
ff. de cond. & demon. l. 1. §. finautẽ. & ibi doc. C. de cad. tol. cũ
simi. Facit. l. cedere diem. ff. de uer. sig. Et hæc usq; ab ini-
17 tio, † quia cũ conditio prædicta esset tunc de præsenti, uel p-
terito non dicitur suspẽdisse dispositionem, sed aut ab initio
dispositio ualuisset, si cõditio uera fuisset, aut nullius fuisset
momenti, si conditio fuisset falsa. l. cum ad præsens. & ibi per
doct. ff. si certum peta. Cum ergo conditio tunc esset falsa, da
tio in solutum pro non facta habebitur. Nec obst. q illud
prædium ex post de anno. 1506. fuerit alienatum; quia illud
nihil facit ad propositum; quia illa conditio, ut dixi, non
loquitur de alienatione futura, sed de præterita, & de tali, p
quã obligatio, quæ tunc fiebat, diceretur impediri, qđ nõ con
tingit p alienationẽ postea factã; quoniã p eã pignoris obliga
18 tio nõ extinguitur, † sed res trãsfertur cũ sua causa, idest cum
onere pignoris. l. si debitor. C. de distra. pig. in l. unica. C. rem
alienam geren. cum si. Sit igitur uera, & (ni fallor) indubitata
conclusio, q de anno prædicto. 1479. non potest dici prædiũ
de quo agitur, fuisse datum in solutum, licet aliter crediderit
excellentissimus do. Antonius assistens in sua sentẽtia. Nec
huic conclusioni ob. quatuor supra in contrarium allega. quę
etiam ab ipso do. Antonio pro sua opi. considerabãtu, quo
niam ut infra, & de plano respondetur. Et ad primum iam
ex prædictis patet responsio: quia licet in prædicto instrumẽ
to sint uerba de datione in solutum, illa tamen proferuntur
sub conditione de præsenti, uel de præterito, quæ usque tunc
deficiebat, & ideo datio illa in solutum dicitur nullius mo-
menti, & habetur pro non facta, ut supra demonstratũ fuit.
Ad secundum aũt respondetur, q quicquid in illo processu
dicitur, ex quo inferatur, do. Sigismundum uideri prædictã
dationem in solutũ iam factã fateri quò ad illud dicitur p er
rorẽ dictum, nam cum ueritas esset, illã dationem factã non
fuisse, ut dictum est, constat in errore fuisse quicunque con-
19 trarium asseruerit, uel in suis uerbis importauerit, † q error
non debet attendi, sed omnino reijci, & attendi debet ueritas
quæ semper præualere debet & gestorum errore uitiari, tol-
li, aut mutari nõ põt. l. illicitas. §. ueritas, cum ibi nu. ff. de of-
fi. præsid. & l. assumptio in prin. & ibi ẽt notatur. ff. ad muni-
cip. cum in multis si. Nec do. Sigismundus dicitur dationi ĩ
solutum, quam forte factam putabat, aliquo modo consensis
20 se, cum in eo errasset, † & nihil sit magis contrarium consen-
sui, quã error. l. si per errorem. & ibi per doct. ff. de iuris. om.
iud. Et præsertim cum ipse in uerbis suis, & in toto illo pro
cessu niteretur ipsam dationem in solutum, quam factã pu-
tabat licet p errorẽ, impugnare, & nullã reddere, non enim
conueniret, q uerba illa prolata ad impugnandam dationem
21 in solutum operarentur ipsam dationem dici factam, † indu
cta enim ad impugnationem, & diminutionem non operan-
tur essentiam, aut augmentum. l. legata inutiliter. in prin. ff.
de adim. leg. ibi adempto autem quominus non quo magis le
gatum debeatur, interuenit, qui tex. optimè facit ad proposi-
tũ nostrũ. Ad quod etiam facit. l. cum tale. §. si. & ibi doc. tra-
22 dunt. ff. de cond. & demon. † Facit etiam pulchra doct. Bart.
in l. qđ uulgò. ff. pro hær. nam sicut ille, qui intendebat reti-
nere possessionẽ dr̃ eam uelle acquirere, si uerdum sibi esset
acquisita, ut ibi per Bart. ita in casu isto do. Sigismundus no-
lens dationem in solutum, quã factã credebat alia uia redde-
se inualidam, dicitur eã multo magis non dici factã accepta-
re, si ita ueritas se haberet, prout pro uero ita erat, licet ipse
ignoraret. Possent ad idem, & alia plura cumulari, sed quia
arbitror hoc clarissimum, ulterius non insisto.

Non ob.; etiam illa sententia tertio loco allega. quoniam
illa nõ tendit ad prædictã donationẽ in solutum, neq; de ea
lata est. sed bene posito quòd talia datio facta fuisset, prout
ipsi iudici proponebatur, licet per errorem, sententia conti-
net q debeat fieri æstimatio, prout in ea continetur, ne scili-
cet aliàs datio in solutũ ipsi iudici præsupposita remaneret
mãca, & mutilata, put in sententia dr̃, quo stante dico, q prę
dictus error, & partium & iudicis ueritatem mutare non de-
bet per ea, quæ dixi nunc respondendo ad secundum.

23 † Nec potest dici, quòd iudex uoluerit iudicare, aut decla-
rare prædictam dationem in solutũ factã fuisse, cum de eo co-
ram ipso non ageretur, nec cognouisset, iuxta l. de qua re. in
prin. ff. de iudi. nec talis sententia ad illud trahi potest: cũ non
24 fuerit talis mẽs iudicis, † actus enim agentiũ non operãtur ul
tra intẽtionẽ. l. nõ omnis. in princ. ff. si cer. pet. & ibi doc. not.

cum fi. & etiam quia sententia sine causæ cognitione dicitur
inualida, ut per gl. & doc. in l. prolatam. C. de sent. & interlo.
om. iud. etenim, ut dixi, de eo non fuit cognitum. Ex his pa-
tet non obstare, quod dicebatur de præsumptione sententiæ;
quia illud procedit respectu eius, ad quòd sentẽtia illa tẽdit,
de quo fuit cognitum, & quòd iudex uoluit iudicare, non er
go potest talis præsumptio allegari in casu nostro, cum de ta
li datione sententia non loquatur, sed tantùm illam factam
præsupponit, & hoc per errorem, qui ueritatem nõ mutat p
supra alleg. Ad quartum & ultimum respondetur, nam dũ
primò dicitur, quòd Sigismundus sententiam cõfirmauit ap
pellationibus renunciando, nihil obstat; quia talis confirma-
tio nõ potest plus, quã ipsa sententia possit, sed sententia nõ
obstat, ut modò dictum est, ergo &c. Similiter dum dicitur,
quòd confirmauit omnia instromenta per prius gesta, nihil
obstat. Quoniã nullũ reperit instrumentũ antea gestũ, in quo
datio in solutũ possit dici facta, cum de ea non loquatur exce
pto illo de anno. 1479. in quo conditionaliter talis datio fit,
& ex defectu conditionis usque ab initio dicitur talis datio
in solutum nulla, & habita fuit pro non facta, ut supra osten
sum fuit. Dum autem dicitur, quòd dominus Sigismun-
dus fassus fuit do Nicolaũ, dominũ, & patronũ, & uerũ pos-
sessorem. d. prædii, dico similiter, quod non obst. nam si credidit
fuisse olim datum in solutum fuit in errore, per quẽ ueritas
non alteratur, ut est dictum. Si autem cognita ueritate uo-
luit omne ius suum transferre in d. do. Nicolaũ, & perinde ha-
25 beri ac si per multos annos prius fuisset translatum, † dico
quod licet hoc facere potuerit, quò ad seipsũ, & in propriũ præ-
iudiciũ: tñ non potuit in præiudiciũ aliorum, puta agnatorũ,
& in specie non potuit illud facere in præiudiciũ do. Francisci
filii eius, & proximioris cognati, per reg. l. si unus. §. ante om-
nia. cũ si. ff. de pac. præiudiciũ autem esset notissimũ, quia si ip-
se do. Sigismũdus uendidisset, aut in solutum dedisset domi.
Francisco, qui tunc in rerum natura, & iam natus erat, dici-
tur acquisitũ ius præsentandi, & prædium redimendi, sed si fuis
set uenditum, aut in solutum datum per prius, & antequã il-
le natus esset, tale ius ei nõ posset cõpetere p ea, quæ supra in
contrariũ alleg. fuerunt, posito quod uera sint. Quapropter con
cludendum est, confessionem illam do. Sigismundi nõ posse
præiudicare do. Francisco, quin ei competat prædictũ ius re-
dimendi iuxta formã prædicti statuti, alioquin facile cuique
esset omnib. agnatis in eo præiudicare. & statuti dispositionẽ
eludere, nam posset, qui uendere, aut in solutum dare uellet,
declarare, & fateri rẽ uenditã, & in aliũ translatã p prius, &
antequã natus fuisset aliquis ex agnatis tunc uiuẽtibus (ut sic
nulli ius redimendi competeret) quod certè dicendũ nullo
modo est, & esset alienũ a mente iuris, iuxta c. si sententia, in
fi. & c. si ciuitas. cũ ibi traditis per gl. & doc. de sen. excõ. lib. 6.

Non potuit ergo illa assertio, & confessio do. Sigismundi
ueritatem immutare, nec do. Francisco, aut cuiquam alteri
præiudicare, & præsertim cum euidenter appareat falsa, siqui-
dem usque ad ann. illum. 1523. ueri domini, & possessores
istius prædii semper fuerunt isti nobiles de Forzate, prout in
puncto dicitur, & probatur ex multis scripturis, in quibus ap
paret, quòd ipsi soluebãt certum quid pro alimentis dominæ
do. Angelæ, & quòd ipsi locabãt, & dislocabãt prædiũ istud,
& pensiones recipiebant. Bene fateor, quod per talem assertio-
nem, & totum contractum illum initum de an. 1523. dicitur
in effectu per ipsum do. Sigismundum datum prædium istud
ĩ solutũ, & propterea dicẽdũ est, do. Frãcisco ius redimẽdi cõ-
petere, & id iuridicè depositũ fecisse secũdũ formã statutorũ.

Et stantibus prædictis, prout uerissima sunt, cessat in totũ
fundamentũ præscriptionis supra alleg. in contrariũ, si enim
non de ann. 1479. fuit facta datio in solutum, sed tantum de
anno. 1523. nulla dicitur cucurrisse præscriptio usque ad an
num. 1516. quo tempore fuit factum depositum prædictum
ut de se est notissimum, & ex his efficaciter sublatum est to-
26 tum primum fundamentum principale. † Non obst. mo-
dò secundùm; quia in quantum primò dicebatur, quòd filius
uidetur eadem persona cum patre, & gesta per eum retracta-
re non potest, iam ex prædictis colligitur responsio; quia om

nia in contrarium allegata procederent secundùm ius com-
mune, sed in casu nostro do. Franc. istud permittitur ex for-
ma prædicti statuti tanquam proximiori agnato, ut supra est di-
ctum. Et sicut statutum in sui uirtute, & uero sensu ita pmit-
tit, ita etiam semper, ut mihi præsupponitur, fuit in hac ciui-
27 tate obseruatũ, † & minimè mutãda sunt, quæ diutinam habue-
runt interpretationem, ut l. minimè. ff. de leg. est enim usus,
& obseruãtia, seu statutorũ interpres, ut l. si de interpretatio
ne, eo. ti. Et dum dicitur, quòd si filius petit, uidetur petere
pater propter identitatẽ personæ, dico esse falsum in proposi-
to, patri. n. non fuisset hoc concessum; quia ipsemet in solutũ
dedit, filio aũt do. Franc. hoc permittitur, ut dixi tãquã proxi-
miori agnato. Nec identitas personæ est i. a passim alleganda:
quia tunc omnia fere iura corrumperentur, in quibus sæ-
pissime aliter de patre, aliter de filio disponitur, & d. l. fin. C.
de impub. quæ ad talẽ identitatem personæ probãdã allegat
loquitur extra propositum nostrũ; uult enim ibi text. quòd si
Titius unà cum filiis, & Sempronius instituantur, Titius, & fi
lii unam dimidiã, aliam Sempronius ferent; quia. s. pro eadẽ
psona fuerunt Titius pater cum filiis reputati, & illud opti-
ma ratione disponitur, ut ibi habetur, nõ tñ ex eo est arguen-
dum, quod quicquid agat pater, dicatur per filium fieri, uel ecõ
tra. Esset. n. illud res risu digna ut quilibet de se cõsiderabit.
28 † Et quod dicitur in §. et uerò. insti. de inut. stipu. ut. s. uox
patris, uox filii dicatur, & econtra, procedit respectu ualidan
dæ stipulationis factæ per unũ coram altero; ut per eã patri
acquiratur, sicut ibi dicitur: non tamẽ procedit illud genera
liter; quia uerò alia est uox filii, alia patris, & aliud factũ unius,
aliud alterius, ut de se notissimum est. Depositũ ergo in casu
nostro factum per do. Franciscũ, & petitio per eum facta non
põt dici facta a patre eius, & hoc eo magis dicendũ est hodie
quo tempore habebunt prædicta suum effectũ, cũ iam pater
eius non amplius in rerũ natura. Nec obst. ẽt quòd aliàs fi-
lius factu patris legitimè non debeat retractare; quia respon-
detur primò, quòd in casu isto nõ dicitur propterea retracta
tio, ut. s. dicamus, do. Sigismundũ nõ potuisse sic in solutũ da
29 re. † Potuit. n. tanquam in re sua bonus moderator, & arbiter. l. in
re mandata. C. mãd. cũ si. nec do. Frãc. dicit talem dationem
fuisse nullam, sed eam fieri potuisse, & legitimè factam faten-
do asserit sibi tanquam proximiori agnato cõpetere ius præ-
sentandi, & redimendi ex forma prædicti statuti, quod in loco
suo omnino seruandum est, ut l. oẽs populi, cũ materia. ff. de
iust. & iu. Potest etiã secundò dici, quòd immo talis datio in
solutum quò ad propositum nostrum nõ fuit legitimè facta,
ut. s. do. Franciscus excludatur ab isto iure præsentandi, nam
debebat ei fieri notificatio, d. dationis cum suis qualitatibus,
ut statim dicam, quod minimè factum fuit, meritò ergo põt dici,
quod quò ad excusationem do. Francisci talis datio non fuerit le
gitimè facta, & propterea sequitur conuenienter, eum debe-
re admitti ad præsentandum, & redimendum, & præterea nõ
est super hoc habenda disputatio, cum extet statutum sic di-
sponens secundùm quod pluries, & semper fuit interpreta-
tum, & usu obseruatum, ut præsupponitur, & supra dixi.

Demum non ob. alle. præscriptio. 30. dierum, quoniam re
spondendo, negatur absolutè talis præscriptio, & concludo
ipsũ do. Franciscũ nequaquam exclusum esse ab isto iure præ
sentandi per lapsum 30. dierum: quia ad hoc, ut quis tali tem
pore excludatur, requiritur ex forma dicti statuti, nedum quod
agnatus, uel uicinus sciat rem simpliciter uenditam, aut in so
lutum datam, sed etiam quòd illi fiat particularis notificatio
de contractu, & suis qualitatibus, puta quòd res talis uẽdita
est, vel in solutum data tali personæ pro tali prætio, vt clarè
dicitur in statuto præallega. in versi. declarando in notificatio
ne &c. sed talis notificatio nunquam facta fuit ipsi do. Franc.
ergo non potest dici exclusus cursu. 30. dierum, etiam posito
quòd aliquo modo, puta per auditum intellexisset, prædictũ
prædium fuisse datum in solutum (quod tamẽ negari potest)
nam non diceretur intellexisse qualitas dictæ dationis in so-
lutum, uidelicet pro quo precio, & quibus pactis. Talia enim
ut statuto esset satisfactũ, debebãt notificari, seu ĩ notificatio
30 ne declarari, ut in statuto dicitur, † & quod uellet se ĩ tali statuto

fundare

fundare allegãdo præscriptionẽ prædictã.30.dierũ debere ꝓbare ĩteruenisse qualitates ab ipso statuto req̃sitas, iuxta no. doctr. Io. An. & aliorum in c. t. de hom. li. 6. dixit Bar. in l. uni ca. ff. de cond. ex l. & il. in l. si quis non dicã rapere. C. de epis. & cler. & tradit Paruus & do. meus Soc. in consi. 27. ursis instrumẽtis. 3. col. & in cõsi. 104. uisis cõpromissis. 5. col. 4. uol. cũ multis qui ad hoc allegari possẽt. Vnde cũ qualitas ꝑdicta non sit per partẽ aduersam ꝓbata, nec pro uero probari põt quia nunquã fuit facta talis notificatio, sequitur, ꝙ nõ põt se in dictu statuto fundare, allegando 30. dierum præscriptionem. Nec ob. quòd saltem talis notificatio uidetur haberi pro facta propter scientiam partis dantis in solutum, ut in cõtrarium arguebatur. Quoniam respondetur, & primò, ut dixi, negari põt, quod do. Franciscus aliquid sciuerit, nec sciẽtia patris, aut ꝙ ipse in solutũ dederit, necessariò ꝓbat sciẽtiam filii, maxime si probaretur, ꝙ eo tempore do. Franciscus filius habitaret seorsum a patre. Posito tamen quod potuerit præsumi aliqua scientia in ipso dom. Francisco, non tamẽ potest dici, quòd sit talis, prout requiritur a statuto, hoc est per notificationem factam cum qualitatibus suis, ut ex prædictis patet. Et licet aliàs notificatio facta patrifamil. sufficiat etiam respectu filiorum, ex eo tamen non est arguendum in proposito, prout in contrarium arguebatur, quoniam casus sunt ualde diuersi, diuersaque ratione ueniunt determinã

31 di, † ea diuersis uerò, ut uulgò dicitur, non infertur, seu nõ arguitur. l. fi. ff. de casum. l. Papinianus exuli. in princ. ff. de mino. & l. inter stipulantem. §. sacram, uers. sed hæc dissimilia. ff. de uerborum obligationibus, cum similibus.

Diuersitas aũt ostẽditur, nã qñ paterfam. est de agnatis, q̃bus ius præsentandi, & redimendi cõpetit, post quẽ ẽt sunt filii eius, tunc si per aliũ agnatũ uendatur res, aut in solutũ detur, sufficit, ꝙ notificatio fiat patrifa. prout loquitur statutũ quia denunciatio fit ab aliis, & paterfam. tũc scit rõne notificationis sibi factæ, & statutũ præsumit isto casu oĩa esse cõicata filiis, qui post patrẽ idẽ ius præsentãdi habebant, & ideo statutũ tũc uult nedum patrem, sed ẽt filios excludi spacio 30. dierum. Sed in casu nostro, ubi pater ipse dedit in solutũ, licet sciat, quid fecerit; tamen non scit ratione notificationis

32 sibi, ut habenti ius præsentandi factæ, † sed quia quisque propria facta nouit, nec in eis cadit ignorantia. l. plurimũ. & ibi no. ff. de iu. & fac. igno. & l. fi. ubi glos. ff. pro suo. & probatur etiam in c. ab excommunicato. de rescrip. cum simi. & in isto casu non cadit præsumptio illa communicationis factæ, filio quia non idem ius utrique competebat, ut in casu statuti, sed filio tantùm ius competebat, & contra factum patris, & uero simile, idest, quòd pater uoluerit, quod fecit, stare, & non retractari, nec potest præsumi communicatio, sicut in casu præcedenti, ne alioquin pater notificando uideretur aperire uiã ad impugnandum, quod ipse fecerat. Prętérea clarius loquendo dico, quòd in casu statuti iam facta fuerat notificatio cum suis qualitatibus, sed in casu nostro nulla fuit facta notificatio, & per consequens non potest dici satisfactum formæ

33 statuti. † Et ex his constat non obstare, quod dicitur, certum certiorari non debere; quia illud procedit, quando quis esset certus de omnibus, de quorum sciẽtia disputatur, quòd non est in casu nostro, in quo dominus Franciscus, uel omnia ignorauit, uel saltẽ non intellexit contractum cum suis qualitatibus, prout statutum requirit, quod requirit notificationẽ

34 fieri supradictum fuit. † Præterea reg. d. c. cum qui certus, cum si non procedit simpliciter, sed solum quando notificatio debet fieri dũtaxat ad certificandum aliquem non ad alium finem, uerùm quando requiritur ad alium finem, puta quòd incitetur ad aliquid faciẽdum, non sufficit scientia, sed requiritur, quòd denunciatio, seu notificatio fiat expressa, ut uoluit Bar. & omnes sequuntur in d. l. tertio fi. ff. de act. emp. & uidetur tex. quem omnes alleg. in l. denuntiasse. post princ. ff. ad l. Iul. de adult. sed in proposito statutum requirit notificationem ad alium finem, scilicet ut agnatus, cui facta fuerit incitetur citò ad præsentandum, si uelit, & si non fecerit, post 30. dies excludatur a iure præsentandi, & amplius non audiatur, ergo &c. Demum si quis circa ista dubitaret, sciat tolli omnem dubitationem ex consuetudine, & obseruantia istius ciuitatis, q̃ est, ꝙ filius nedum post 30. dies, sed etiam post menses, & annos admittatur ad præsentandum pro recuperatione, & redemptione precii a patre suo uenditi, uel in solutum dati, & ita (ut mihi præsupponitur) fuit pluries iudicatum absq; aliqua consideratione, an filius uerè, uel præsumptiuè sciuerit factũ patris, a cuius obseruantia, & consuetudine non est recedendum; ut l. minimè. ff. de leg. & supra dictũ fuit. Et ex his omnibus remanet firma conclusio in fauorem d. D. Francisci, & consequenter sequitur, partes iudicare debentis in hac causa appellationis esse in iudicando malè iudicatum, & bene appellatum, sententiam reformando iuxta petitionem. d. D. Francisci. Laus Deo.

Mar. Soc. iun. Patritius Senensis, Paduæ 1535.

SVMMAE.

De statuto uocante filios fratris cum ziis, utrum scilicet comprehendat etiam filias.

Et sic, an masculinum concipiat fœmininum.

Et qualitas excludens mulierem ab hæreditate, puta quòd sit nupta, uel dotata quando requiratur.

1 *Filii fratris præmortui, siue masculi, siue fœminæ sint simul cum eorum patruis uocantur ad illam partem, ad quam uocaretur pater eorum, si uiueret.*
2 *Filiorum appellatione etiam filiæ continentur.*
3 *Masculinum an contineat fœmininum, etiam in statutis.*
4 *Statuta recipiunt interpretationem, et declarationem a iure communi.*
5 *Statutum si uocat coniunctos ex linea paterna, etiam fœminæ dicuntur uocatæ de proprio significato uerbi.*
6 *Ratio eadem ubi est, idem ius debet esse.*
7 *Argumentum a uerosimili procedit.*
8 *Coniuncti per fœminas non agnati, sed cognati uocantur.*
9 *Imaginem falsitatis habet, quòd est a uerosimili remotum.*
10 *Lex quando certas personas ad successionem uocat, omnes alias excludere censetur, nisi de contraria statuentium mente constaret, ut infra nu. 12.*
11 *Casus omissus in dispositione iuris communis remanet.*
13 *Exclusio facta a successione per statutum quædam exhæredatio dicitur.*
14 *Qualitas exclusiua, an sufficiat, quòd sit tempore petitionis bonorum possessionis.*
15 *Statutum quando clarè loquitur, disputationi locus non est.*
16 *Qualitas in successione hæreditario iure excludens ab hæreditate, puta quòd mulier sit nupta, uel dotata, requiritur tempore delatæ hæreditatis, & sic mortis eius, de cuius hæreditate agitur, etiam si in statuto hoc non exprimeretur.*
17 *Statutum præferens fratrem sorori, quæ innupta remanserit, & grauans eos ad eam dotandum, procedit etiam in ea, quæ post mortem patris desinit esse innupta.*
18 *Qualitas inhabilitans a principio, quãdo non reperitur, sed postea superuenit, nõ impedit, neque inhabilitat in iure iam delato.*

CONSILIVM V.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis: & iustitiæ.



Legantee & multùm subtiliter absoluta fuit præsens consultatio per excellens. iurisscon. & mihi uti fratrem honorandum dominum Bernardinum Boninsignium olim acutissimũ, & charissimum discipulum meum, qui sicut maximæ erat expectationis, ita ex post tali de se concitatæ expectationi abundantissimè respondit. Cuius elegantissimo consilio unà cum statutis in eo præpositis diligenter, & maturè consideratis arbitror, & ipse, ueram conclusionem per suam excellentiam firmatam, ut scilicet domina Cassandra filia prædefuncti fratris

ad successionem Bar. de Venturis patrui eius intestati decedē
tis admittatur unà cum Hieronymo altero eius patruo, & fra
1 tre d. Bartholomæi nuper defuncti. †Ipsa enim in primo ha
bet fundatam intentionem in regula iuris communis, per
quam filii fratris præmortui siue masculi, siue fœminæ sint si-
mul cum eorum patruis uocantur ad illam partem, ad quam
uocaretur pater eorum, si uiueret, ut in §. reliquum. uer. l. si au
tem defuncto. in auct. de hæred. ab intest. uenien. colū. 8. quæ
decisio ponitur per Irner. ut in auc. cessante. C. de legi. hæred.
Item & secundò fundatur intētio eius in statuto mihi trāſ
misso, quod incip. quicunque ciuis Senēsis. in fi. dum in eo di
citur, ita quòd filii fratris carnalis & in stirpem cum viis suc-
cedant. Sic ergo ista domina Cassandra filia fratris carnalis
præmortui debet cum patro suo, siue zio succedere.
Nec obst. q illa sit fœmina, & statutum loquatur per uer-
bum filii, quod est generis masculini; quia dico, quòd eiusmo-
di statutum debet intelligi de quibuscunque filiis, tam fœmi-
2 nis, quàm masculis. †Legali enim interpretatione filiorum ap
pellatione etiam filiæ continentur. l. quisquis & l. iusta. ff. de
uer. signi. & l. si quis ita. in prin. ff. de testa. tu. cum similibus,
3 & istud ex eo est † quoniā masculinus sexus semper continet
fœmininum, ut dicit tex. in l. qui duos. in fi. ff. de lega. 3. & ibi
iurisconsultus utitur uerbo contiuet, qđ solet donare proprieta-
tē, secundū Bar. in l. cui eorū §. affinitatis. ff. de postula. ut sic
dicamus in isto statuto etiam fœminas comprehensas esse ex
proprietate, & ita in simili arguit Deci. in consilio 570. calua,
de quo quæritur, post prin. q quidem uerum puto attenta le
gali, & iusta interpretatione. ut dicitur in dicta. l. iusta, de uer
bo. signifi. Et ista est regula, ut masculinum comprehendat
fœmininum, procedit etiam in statutis, quamuis in eis soleat
fieri stricta interpretatio, quòd non est ex alio, †nisi quia statu
4 ta recipiunt interpretationem, & declarationem a iure com-
muni, iuxta not. in l. si serui uestri. C. de noxa. & in c. cum di-
lectus. de cōsuet. Vnde cum ius commune sic interpretetur,
ut sexus masculinus semper fœmininum contineat (ut dictū
est, sequitur etiam in statutis, nisi aliud repugnet, idem dicen
dum esse, ut tradunt Cy. & alii in l. quæcunque. C. de ser. fugit.
cum multis concordantibus adducta supra per dominum
Consultorem, quibus adde Alex. consi. 125. uiso processu, co
lum. pen. lib. 7. Ias. in l. si quis id quòd. 2. co. nes lic. 4. prædicta
regula. ff. de iurisd. omn. iud. ubi plures allegat, †& dicit quòd
5 si statutum uocat coniunctos ex linea paterna, etiam fœminæ
dicuntur uocatæ, & quidem de proprio significato uerbi, ut
per eum, & quando statutum loquitur in materia indifferen
ti, & in eius dispositione non est odiosum, sed potius fauora-
bile non exorbitans a iure communi, ista conclusio est indu-
bitata, ut per Geminia. in c. generali. 2. co. de elect. li. sexto, re
fert, & sequitur Dec. in l. fœminæ col. 9. in uer. 4. requiritur.
ff. de reg. iur. & uoluit hoc Hostiens. in c. Raynaldus. de testa-
men. & Archid. in c. si quis suadente. decimaseptima quæstio
ne. 4. prout refert, & sequitur Alex. in d. consi. 125. col. penul-
tima, uersi. quinimmo etiam. Sed in proposito nullo statutū
istud loquitur in materia indifferenti, cum loquatur de suc-
cessione ab intestato, ad quam illud mei statutum uocat pari-
ter fœminas sicut masculos, non est exorbitans, nec odiosum,
sed potius fauorabile, cum disponat id, quòd de iure commu
ni statuitur, uidelicet quòd filii fratrum præmortuorum per
sonam patris eorum repræsentantes uocentur simul cum pa-
truis, & similibus personis, ergo sequitur pro indubitato, q
sub uerbis illis filii fratris &c. licet masculini generis compre
henduntur etiam filiæ fratris. & sic in proposito nostro ista
domi. Cassandra. Et quòd ista sit uera mens istius statuti osten
ditur: quia non est uerosimile, eiusmodi statuti uoluisse aliud
statuere de filiabus fratris respectu filiorum eiusdem, quàm
supra statuerat de sororibus respectu fratrum, cum inter eas
non sit ratio diuersitatis; omnes enim sunt fœminæ, & om-
6 nes agnatæ; cum † ergo in omnibus talibus fœminis sit ea-
dem ratio, idem ius præsumi debet statutum, respectiuè ta-
men loquendo, arg. l. illud. ff. ad l. aquil. & l. fin. cum si. C. ad
7 legem falcid. †Et cum ita uerosimile sit, statuentes uoluisse
ita credendum est, quòd disposuerint per locum a uerosimi-
li, iuxta l. cum tes. in prin. ff. de legatis primo. l. non est uerosi
mile. ff. quod metus cau. & cap. solicitè. de restitut. spoliato.
cum simi. Facit optimè. l. tale pactum. §. fin. iuncta glossa. ff.
de pactis. Sed sic est, quòd supra de sororibus dicitur sic statu
tum, ut simul cum fratribus admittantur, ut patet, dum uo-
cantur proximiores, siue sint masculi, siue fœminæ, ergo simi
liter statuētes uoluerunt idem de filiabus fratris statuere, ut
scilicet cum filiis fratris pari iure uocentur, sicut ergo si ista
Cassandra esset masculus cum patruo uocaretur, ita etiam de
bet uocari, licet sit fœmina, indistinctè enim per prædictum
statutum uocantur parentes uulgari uocabulo tam masculi
8 quàm fœminæ. † Immo etiam coniuncti per fœminas (qui
non agnati, sed cognati uocantur. §. cū autem, insti. de leg. a-
gna. tute.) uidentur per istud statutum uocari unà cum agna-
tis, iuxta prærogatiuam gradus, secundùm quòd egregiè de-
terminat Benedictus Capra in consilio 104. punctus, fuit qui
dam ciuis Senarum. 3. co.. uersi. sed his non obstantibus.
Quod aliàs ego confirmabā: quia istud statutum post eos
quos intendit uocare, & in suis uerbis includit, uocat ad suc-
cessionem curiam communis Senarum, ex quo uidetur su-
mi argumentū, q ēt cognatos in suis uerbis includat, cū non
sit uerisimile, quòd statuentes uoluerint præferre curiam cō
munis Senarum cognatis defuncti usque ad quartum gradū,
meritò tanquam non uerosimile dici non debet. l. cum pater.
§. pater ceriam. ff. de legatis secundo. & l. sed, & si susceperit.
§. 2. ff. de iudiciis, cum superius allegatis, & aliis simi.
9 † Immo dici solet, quòd imaginem falsitatis habet, qđ est
remotum a uerosimili, ut inquit Bald. in l. 1. C. de seru. fugiti.
3. colum. Alex. consi. 27. in causa, & lite. in fi. lib. 5. Iaso. in l. si
extraneus. 2. col. ff. de condictione ob causam. & Dec. in con-
sil. 644. uiso, & perfecto. 2. col. Super quo tamen p nunc nec
ultra insistere, nec quicquam firmare intendo; quia non
est ad propositum, cum ista Cassandra ex masculo fratre con-
iungatur, & sic agnata, ut d. §. sunt autem.
Sed dicet aliquis, q ista dom. Cassandra debet dici exclusa
per aliud statutum ad me trasmissum, qđ incipit, item statue
runt, & ordinauerunt, quòd si quis, uel quæ &c. nam in eo sta
tuto expressè uocantur ad successionem fratres carnales ma
sculi ex utroque parente, & consimilium fratrum filii mascu-
li, & sic ex capite inclusiuo solùm masculi uocantur, meritò
uidetur, q fœminæ dicantur exclusæ tanquam non uocatę,
10 †quando enim lex uocat certas personas ad successionē, om
nes alias censetur excludere, argumēto l. cum prætor, in prin.
ff. de iudi. & l. sicut certi. C. de testa. mil. & ita per ista iura de-
clarat Bar. in l. 2. §. uidendum, prope fi. ff. ad senatuscon. ter-
tull. Item etiam uidentur clarè exclusæ fœminæ ex capite
exclusiuo, dum in statuto dicitur, & exclusis filiabus fratris
carnalis &c. prout est ista Cassandra, & sic uidetur, quòd in
hoc statuto sit clara decisio contra eā in fauorē Hieronymi
eius patrui. Sed tamen his non obstantibus arbitror eam
omnino admittendā, cum habeat fundatam intētionē suam,
tam de iure communi, quàm etiam ex forma statuti secūdū
q supra declaratum fuit. Non ob. modò statutum in contra
rium allegatum; quoniam uerè non solùm ei nō aduersatur,
sed pro ea plurimùm facit, ut sic etiam per illud, ubi alia non
adessent, in eius fauorem uideretur ista Cassandra ad dimi-
diam partem admittenda, prout ex infra dicendis apparebit,
& per dominum Consultorem dictum fuit.
Dum ergo primò opponitur caput inclusiuū, in quo Cas-
sandra non uidetur uocari, sed potius excludi, respondetur,
q ipsa non intendit uocari per istud statutū ī dicto capite in
clusiuo, sed per regulam iuris communis, & municipalis, se-
cundū q supra dictū fuit, & asserit per tale statutum non ex
11 cludi, qđ sufficit: †quia casus omissus remanet ī dispōne iu-
ris communis, iuxta communiter tradita in l. commodissi-
mè. ff. de liberis, & posthumis, & in l. si extraneus. ff. de con-
dictio. ob causam. & in l. si cum dotem. in princip. ubi sūmac
12 Bart. ff. soluto matrimo. † Non ob. regula. d. l. cum prætor
& doctrina Bar. in dicto. §. uidendum, quia illa posset proce-
dere, nisi de contraria mente statuentiū constaret, prout in hoc
casu constat, ut statim dicetur. Vel dicamus, regulam illam
forte

forte procedere, qñ simpliciter certas personas uocarat statu
tum ad successionem ulterius non procedendo, in quibus ter
minis loquitur Bart. ibi, sed hic ulterius procedit, ex quo alta
mens statuti colligitur, ergo &c. & sic ista solutio in effectu
13 cadit in præcedentem. † Posset etiam tentari contra illam
doctrinam Bart. in d. §. uidendum. nam exclusio a successione
facta per statutum dicitur quædam exhæredatio, argumento
notatorum in l. qui uolebat. ff. de hæredi. instit. prout firmat
Bald. in l. si defunctus, col. 1. uersi. & induco. C. de suis, & le-
git. & ideo uidetur, q̄ debeat in statuto expressè, & nomina-
tim fieri, iuxta l. primam, & secundam. ff. de liberis, & postu
mis, cum similibus, prout ita arguendo signanter concludit
Andre. sicul. in consi. 56. clementissimi Dei. per totum, pri-
mo uolumi. Sed ista Cassandra non reperitur expressè exclu-
sa, ergo &c. super hoc tamen non insisto: quia præcedens so-
lutio tollit omnem difficultatem, ut modò apparebit. Non
ob. ergo secundo loco caput exclusiuum istius statuti in uers.
& exclusis filiabus fratris &c. quia filiæ fratris non simplici-
ter, & omnes excluduntur, sed solùm illæ, quæ fuissent nu-
ptæ, uel dotatæ tpe obitus eius, de cuius hæreditate agerer̃,
ut clarè dicitur in statuto, & supra per dominum Consulen-
tẽ dictũ fuit, qđ non contingit in prædicta Cassandra. nam
tempore mortis Bartholomæi, neq; nupta, neque dotata erat
14 † Ex quo manifestè tollitur obiectio, quæ posset fieri de l. fin.
ff. unde libe. dum ibi dicitur, sufficere qualitatem exclusiuam.
reperiri tempore petitionis bonorum possessionis, ut sic ui-
deatur posse considerari in ista Cassandra, cum tempore
aditionis hæreditatis asseratur eam fuisse nuptam, & sic ha-
15 buisse qualitatẽ exclusiuam. † nam cum in statuto clarè expri
matur tempus, quo mulier debeat esse nupta, uel dotata, non
est locus disputationi. l. ille aut ille. §. cũ in uerbis. ff. de lega.
3. & l. ancillæ, cum sua glo. C. de fur. cum simi. prout etiam su
pra dixit eximius Consultor in secunda responsione per eum
data ad prædictam obiectionem, quam responsionẽ in propo
sito arbitror claram, & indubitatam, licet etiam aliis multis
modis eadem obiectio tolli posit, ut per dominum Consul-
16 torem. † Et inter alias responsiones plurimùm placet etiã
illa, quam primo loco dedit, ut scilicet uerior sit opinio q̄
in successione iure hæreditario qualitas excludens ab hære-
ditate, puta in casu nostro quòd mulier sit nupta, uel do-
tata, requiratur tẽpore delatæ hæreditatis, & sic mortis eius
de cuius hæreditate agitur (etiam quòd in statuto hoc nõ ex
primeretur) per deducta per Alexan. in consilio. 83. uiso the
mate. 3. col. uersi. non obst. quòd ualenti agere, libro tertio.
cum aliis allegatis supra per dominum Consultorem, & ul-
tra eum ita in terminis firmat Barto. in consi. 31. quidam de-
cessit intestatus. in fin. idem uoluit Pau. de Cast. in consi. 6. su
per eo, de quo quæritur, & consi. 7. super primo dubio. 2. co-
lum. 3. uolum. secundùm nouam impressionem, & illud se-
ptimum reperitur in antiqua impressione, nu. 3. idem conclu
dit etiam Dec. in consi. 261. superioribus diebus. 2. colũ. & in
consi. 589. in causa quæ. 3. col. ubi plures allegat, & Cur. iu-
nior in consi. decimo, uisa ac diligenter considerata. 3. col. il-
lud idem, si rectè ponderetur, uoluit patruus, & dominus
meus Soc. in consi. 42. subtiliter, & abund. 2. col. 4. uolũ. licet
enim ibi utranque opi. referat: tamen uidetur magis inhære
re opinioni Bar. in d. consilio, & sequacium.
17 † Facit p ista opinione in casu nostro pulchra decisio eius
dem Soci. in consi. 57. in causa restitutionis. 2. col. in fin. cum
sequen. eo. quarto uolu. dum concludit, quòd statutum præ-
ferens fratres sorori, quæ in capillo, seu innupta remanserit,
& grauans eos ad illam dotandam, procedit ẽt in ea, q̃ post
mortẽ patris desiit esse in capillo, siue innupta: quia illa qua
litas solùm consideratur, quòd adsit tempore mortis patris,
ut per eum. Sic ergo & in proposito nostro satis est, quòd
Cassandra non fuerit nupta, uel dotata tempore mortis Bart.
ut ab eius successione non excludatur, licet postea nupserit
18 antequam adiisset hæreditatem. † Comprobatur ista opi-
nio, quia quando qualitas inhabilitans a principio non repe
ritur, sed postea superuenit, non impedit, neq; inhabilitat in
iure iam delato, ut uidetur tex. prout eum notat ibi Ange. in
l. sciendum. §. si. ff. qui sati. cog. refert, & sequitur Soc. patruus
meum in consi. 71. non est dubium. 3. col. 3. uolum. ubi etiam
per plura illud comprobat, quæ sunt satis ad propositũ, ut p
eũ uideri potest, ad quẽ me remitto. Ex his ergo, & aliis de
ductis supra per dominum Consultorem de subscriptione
requisitus unà cum eo concludo, prædictã Cassandram unà
cum Hieronymo admittendam etiam ad hæreditatem Bartho
lomæi eius patrui intestati. Laus Deo.

Socinus nepos Paduæ.

SVMMAE.

De interpretatione statutorum Fanensium.

De successionibus ab intestato, quibus disponitur, quòd mater excludatur per sororem.

Item quòd patruus excludat matrem a tribus quartis, & similiter etiam sororem. q.d iuris, si mater, soror, & patruus concurrant.

Et utrum statutum, quòd mulier teneatur recipere rem datã in dotem pro æstimatione, pro qua data fuit, operetur, idem de uiro, uel eius heredibus.

1 *Dos arb. trio boni uiri declarari debet iuxta dignitatem personarum, & facultatum uires.*
2 *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis, quomodo locum habeat.*
3 *Dotis extimatio an faciat emptionem.*
4 *Prædium æxtimatum in dotem datum liberum est mariti.*
5 *Regula secũdùm naturam. ff. de regulis iuris, quomodo procedat.*

CONSILIVM VI.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitiæ.

NOBILIS miles, ac strenue capitanee, cõsuluit me
nobilitas tua, qđ ego de iure sentiã, circa duas
dubitationes p te mihi propositas, inspecto tan
tùm rigore iuris, quarum resolutio pẽdet ab in-
pretatione quorundam statutorum Fanensium mihi exhibi-
torum. Vnde cupiens ego tuæ nobilitati morem gerere præ-
dictis statutis maturè consideratis unà cum facti contingen-
tia, ac omnibus aliis, quæ consideranda sunt, cõsultationi tuę
sic respondendum duxi. Circa primam quęstionem, qua
quęritur, quis, & in quantum succedat Paulo Panetio Fanẽsi
mortuo in pupillari ętate, superstitib. sibi matre, sorore, utrĩ-
que coniuncta, & patruo, stante statuto sub rubrica de suc-
cessionibus ab intestato, diligẽter pdicto statuto in omnibus
suis partibus considerato. Arbitror secundũ iuris rigorem,
q̄ patruus succedere debet in tribus partibus, & in alia quar
ta parte succedere debet soror dicti Pauli, ut sic attendi de-
beat statutum prædictum in uersi. item si remanserit patruus
personę defunctę. ubi hoc clarè, & apertè disponitur, detra-
cta tamen prius ex hęreditate pręd icta dote cõuenient pro
ipsa sorore; cum illa non sit dotata, prout statim in dicto sta-
tuto subiicitur, † quę dos arbitrio boni uiri erit declarãda iux
1 ta dignitatẽ personarũ, & facultatis uires, iuxta l. quęro, &
quę ibi tradũt doc. ff. de iure dot. Nec prędictę conclusioni
obst. mater, seu matris existentia: quia cum illa totaliter ex-
cludatur per sororis existentiam, ut clarè legitur in dicto sta
tuto in uer. item mater, & coniuncti ex latere materno tantũ
&c. perinde est, ac si non esset in rerum natura. nõ enim quic
quã dicere poterit aduersus patruũ: quoniam ei immediate
respondetur, q̄ ipsa nullũ ius habet; quia propter sororem a
successione dicitur repulsa. Nec pręterea uidetur, q̄ ius ma-
tris, si quod haberet, si soror non esset, sit tale, quòd patruum
impediat habere tres partes, ut euidenter cõstat in dicto sta
tuto in uer. & in eo casu tamen, quo ex persona defuncta &c.

Et notandum est, quòd ubi mater excluditur per sororem
pręcisè dicitur, q̄ mater non posit uenire ad successionem
filij inter cętera, si remanserit soror, quę uerba solã existẽtiã
sororis uidentur considerare pro exclusione matris, nõ autẽ

q omnino soror talis, & in totum succedat, etenim ex aliis uerbis statuti colligitur, quòd aliquando in totum nō succedat, sed tantùm pro quarta parte, uidelicet quādo superfuerit & patruus, ut in casu nostro contingit, & supra dictum fuit.

2 †Nec etiam obst. q dici solet, casum omissum remanere in dispositione iuris communis; quia illud potest habere locū, quando dicitur omnino omissus, quod non potest dici in statuto isto, cum etiam de matre cum patruo cōcurrente loquatur, quemadmodum etiam si cum sorore cōcurrat, & ista declaratio rectè intuēti probatur in l. commodissimè, iuncta l. si ita scriptum, in principio. ff. de liberis & posthumis.

Nec uidetur posse dici, quòd fiat aliqua diuisio ad similitudinem eius, quæ fit in dicta l. si ita scriptum, & in l. Clemens. in princip. iuncta gl. ff. de hære. instit. quoniam in dictis iurib. ea personis, quæ simul repertæ fuerunt, una non excludebat altam ex ordine testatoris, sed in casu isto, ex forma statuti soror matrem excludit, ut supra dictum fuit, ergo &c.

Circa secundam dubitationem, qua quæritur, utrum hæredes mari teneantur restituere prædium illud, quod maritus p certa æstimatione acceperat in dotē, an uerò liberentur soluendo dictā æstimationē, & sic respondendum puto distinguendo, scilicet ut modò dicam,

3 † Aut enim æstimatio, quando dos data fuit, circunscripta omni statutaria dispositione, de se non fecit emptionē, prout sæpe contingere potest, iuxta l. si inter, & quæ ibi glo. & doctores tradunt. C. de iure dotium, & tūc res caret dubitatione, nam ex quo emptio non fuit inducta per æstimationem, dos dicitur fuisse in prædio, meritò ergo illud prædiū debet absolutè restitui uelut de tale. Aut æstimatio prædicta de se fecit emptionem, & tūc æstimatio illa dicitur esse in dote, & illa solū per hæredes uiri debet restitui,

4 †prædium uerò per talem æstimationē fuit liberè effectum mariti, ut est textus apertus, & ibi doctores tradunt in l. quoties. C. de iure dotium, & ita hodie per hæredes mariti retineri potest. Nec tunc obstat statutum sub rubrica de lucro dotis &c. in uer. & dictæ mulieres, uel ius habentes &c. quoniam tale statutum solum grauat mulieres, & earum partem (ut utar uerbis eius) retollere res datas in dotem pro eadem æstimatione &c. & sic uidetur factū tale statutum in fauorem mariti, uel hæredum eius, qui semper non habēt paratas pecunias, & quos statutū noluit inuitos pati dānū deteriorationis, rei dotalis. Statuit ergo, q si uelint res ipsas restituere, mulier, uel ius habentes teneātur eas recipere.

Sed ex aduerso, si hæredes mariti nolint res ipsas restituere, q compellantur, statutum nō disponit, unde remanet sub regula iuris communis, quæ est, q liberentur soluendo æstimationē, quādo æstimatio fecerat emptionē; quia (ut dixi) in ea erat dos constituta. Et certè si statutum aliud uoluisset utique dixisset, quemadmodū dixit, mulieres cogi retollere &c.

5 Cum ergo nō dixerit, creditur noluisse, iuxta l. 1. §. sin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. & c. ad audientiam. de decimis, facit optimè. ca. inter corporalia. de translat. episco. circa medium.

5 †Et ex his rectè consideranti apparebit non obstare regulam. l. secundū naturā. ff. de reg. iur. cū si. nec etiā regulā correlatiuorū, de qua traditur in l. 1. C. de cupres. lib. 11. & in l. fi. C. de indi. uidui. tollen. quia neutra ex his regolis procedit, ubi apparet de contraria uoluntate disponentis.

Hæc pauca dixisse uolui, strenue capitanee, pro iustificatione responsionum mearum circa propositas dubitationes, ut tuæ nobilitati morem gererem, quæ ita a me postulauit, plura dicturus, si qū occurrat pro iustitiæ maiori demōstratione.

Laus Deo Clementissimo.

Mar. Soci. Iunior, Paduæ 1539.

CASVS.

Illustrissimus ac excellen. tunc marchio Mantuæ, de anno 1499. concessit Marcio, Francisco, & Antonio fratribus de territorio Cremonensi priuilegium, quòd ipsi cum earum familiis possint se transferre ad ciuitatem, & territorium, & districtum Mantuæ, & in eo liberè habitare, & colere ac etiam acquisitiones quorumcunque bonorum immobilium impune facere in quocunque loco dominii ipsius Marchionis, prout ipsis uidebitur, & placuerit.

Et quòd prædicti fratres cum eorum familia tractētur nō secus ac si essent originarii ciues mantuani, districtuales, & subditi antiqui ipsius Marchionis, & eos in eo numero, & cōditione quantum ad hoc haberi teneri, & tractari uoluit &c. non obstante aliqua lege &c.

Prædicti fratres uenerunt ad habitandum in territorio Mātuano, & plurima bona imobilia emerunt in cōmunionē, uerum est, q Antonius unus ex dictis fratribus non habitabat continuò in tali territorio, sed aliquando ibi, & pro maiori parte in territorio Cremonensi.

1 Venerunt dicti fratres ad diuisionem, & prædicto Antonio inter cetera obuenerūt in partem aliqua ex dictis bonis immobilibus acquisitis in territorio Mantuano, quæ dum uixit semper liberè tenuit, & hodie Franciscus, & Benedictus eius filii, & hæredes tenent, & nonnulla etiam bona alia acquisiuerūt, & pro eis omnibus subeunt onera, & factiones sicut ceteri ciues, siue districtuales mantuani.

Qui filii iam annis decem, & ultra post mortem eorum patris uenerunt ad habitandum in dicto territorio Mātuano, ubi erant eorum patrui, uel patrueles, & postea iuerunt ad habitandū in ciuitate Mantuæ, ubi contraxerunt matrimoniū.

Eorum uxores morientes in testamento eos uti dilectissimos uiros fecerunt hæredes, in quarum mulierum hæreditate sunt aliqua bona immobilia.

Quæritur modò, utrum prædicti filii Antonii possint prædicta bona immobilia, ut hæredes suarum coniugum acquirere? An uerò uelut forenses sint talibus bonis priuandi, stante statuto Mantuano sub rubrica de alienationibus prohibitis in personas non subditas iurisdictioni communis Mātuæ, cuius copia, quia prolixum est, transmittitur.

SVMMAE.

De statuto prohibente immobilia alienari in non subiectos quomodo intelligatur.

Et qui dicantur subiecti, uel munera subeuntes.

Et domicilium, quomodo constituatur.

Et priuilegium concessum alicui cum sua familia utrum transeat ad filios.

1 *In arbitrio cuiuscunque est heredem etiam extraneū sibi facere.*

2 *Testamenti libera factio nemini auferri debet, nec constringi.*

3 *Maritus ab uxore hares institui potest.*

4 *Domicilium quis habere dicitur in loco, in quo per decennium cum familia habitauit, & incola dicti loci effectus est.*

5 *Incola dicitur, qui in alienam regionem domicilium contulit.*

Domicilium ex libera uoluntate sua, ubicūque uult habere pōt.

6 *Incola alicuius loci quis ultero de tribus modis efficitur.*

Primò ubi se, & familiam alendo, & negociando animo larem constituendi.

Secundò maiorem partem fortunarum transferendo.

Tertiò per temporis diuturnitatem permanendo.

7 *L. secunda. C. de incol. licet in scholaribus loquitur, tamen in aliis etiam procedit.*

8 *Domicilium in aliquo loco quis habere potest, etiam quòd domū clam tantùm, uel armarium haberet, etiam si alibi bona, & habitationem haberet.*

9 *Domicilia duo quis habere potest.*

10 *Ciuis appellatione uenit incola.*

11 *Incola ad onera tenetur, & grauari potest.*

12 *Onera non subditis non imponuntur.*

13 *Propinqui dicuntur coniuncti sanguine, uel agnati, uel cognati.*

14 *Propinquorum appellatione non ueniunt maritus, & uxor, cum non sint sanguine coniuncti, qui dicuntur affines.*

15 *Onera non subiens in aliqua ciuitate potest succedere filio fratris etiam respectu immobilium; quia satis est, quod ille, cui succedis subeat onera.*

16 *Priuilegium aliquibus fratribus concessum per hac uerba, uide licet cū familiis uestris &c. ad filios illorum priuilegiariorum uti de eorum familia extenditur.*

T iui-

17 *Priuilegium continens liberationem ab onere aliquo perpetuum & reale diti debet, & per consequens ad filios transitorium.*
18 *Interpretatio illa semper est accipienda, quæ nos ad antiquum statum magis reducat.*
19 *Interpretatio laudatur, per quã ad ius commune redditur, et nulla extensionem fieri, ut res de facili ad naturam suam redeat.*
20 *Pro possessore in dubio præsumitur.*
21 *Consuetudo interpretata dicitur optima legum interpres.*
22 *Ius ex quasi possessione præsumitur, cum in iuditium deductũ est.*
23 *Verbum arbitrari, intelligitur de arbitrio boni uiri. Et iudex bonus uir dicitur.*
24 *Iudex uariè ex personis, & causis constituere debet.*
25 *Statutũ ciuitatis Ferrariæ prohibens immobilia in forẽses, & in nõ subiectũ statutis alienari, locũ non haberet contra eum qui uti ciuis receptus ibi forum sortiebatur, & onera sustinebat.*
26 *Singula quæ non prosunt, multa collecta iuuant.*

CONSILIVM VII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis: & iustitiæ.


Ro resolutione præsentis cõsultationis non putò
multũ insistẽdũ, quoniã præsuppositis in facto
his q̃ præsupponuntur, arbitror rẽ satis claram,
& ideo conclusiuè loquendo, secũdũ ea quę pro
ponuntur more Sceuolæ iurisconsulti tũdendo, pono, & fir-
mo hanc conclusionẽ, ut. s. prædicti Franciscus, & Benedictus
iure optimo possint bona immobilia, de quib. agitur, acquire
re, & q̃ eorũ sunt oĩno capaces, prout etiam in suo elegantissi
mo consil. firmauit excell. D. Bartholomeus Aliprandus mihi
uti pater honorandus. Et non laborando ubi non expedit,
dico quòd tota difficultas pẽdet a statuto, sub rubrica de alie-
nationibus prohibitis in personas non subditas &c. Etenim
ubi tale statutum non esset, de plano. d. conclusio procederet
1 † cum in arbitrio cuiuscunq; sit quemcunque uoluerit facere
hæredem ẽt extraneum penitus ignotum. l. s. C. de hæredibus
institnẽd. Debet enim in testãdo liber stilus esse, & liberum es
se arbitrium, ut inquit Imperator in l. 1. C. de sacrosan. eccle.
2 † & aliter dicimus, quòd libera testamenti factio nemini au-
ferri debet. l. stipulatio hoc modo cõcepta, cum sua materia.
ff. de uerb. oblig. nec etiam constringi, ut l. si fratres. §. idẽ re-
spondi. ff. pro socio, & hoc sit dictũ ex parte ipsarum mulie-
rũ, quæ suos uiros fecerunt hęredes, potuerunt enim, ut est di
ctũ. Similiter ẽt ex parte ipsorum institutorum dicẽdum est
q̃ iure ordinario sunt capaces prædictarum hæreditatum, &
bonorum quorumcunque in eis contentorum, nam regulari
ter quilibet dicitur capax, & in proposito nostro quilibet ha-
bere testamẽti factionem passiuam, nisi expresum per legem
prohibeatur. prohibentur autẽ plures, qui ponuntur per glo
sam in §. legati. instit. de leg. inter quos isti non connumeran-
3 tur, ergo, &c. † & q̃ maritus ab uxore possit institui hæres, cõ
stat ex l. cum pater. §. a te peto. ff. de legatis secundo, in l. ff. C.
& ff. si quis ali. test. prohib. cum infinitis similibus, & hoc est
plusquam notissimum. Videndum itaque est. nunquid præ
dictum statutum uendicet sibi locum in casu isto, ut. s. isti ma
riti ex eius forma dicantur incapaces ad acquisitionem bono
rum immobilium in prædictis hæreditatibus contentorum.
Et breuiter mihi uidetur aliqua probabili dubitatione dicen-
dum quòd non, & sic concludẽdum puto, prædictos maritos
esse capaces ad acquisitione prędictam, statuto prædicto ni-
hil eis obstante. Et istud in primis ostẽditur, nam statutum
prędictum prohibet bona immobilia transferri in personas
non subiectas iurisdictioni communis Mantuæ, & non sub-
euntes onera, & factiones cum communi, & hominibus Man
tuę, & tales personas reddit in capaces bonorum immobi-
lium, ut ex discursu illius statuti in pluribus locis apertè de-
monstratur, sed iste Benedictus, Franciscus non sunt tales,
quinimmo subiiciuntur iurisdictioni Mantuę, & onera sub-
eunt, ergo &c. Hoc autem in puncto pro uero pręsupponi-
tur, ut patet in uersicu. & pro eis omnibus subeunt onera &c.
propter quod non esset ulterius super boc elaborandum.
4 † Sed ex abundanti, quòd prædicti sint subditi, & dicantur
ciues, siue incolæ, & districtuales Mantuæ ostenditur, nam ip
si constituerunt usque ab initio habitare Mantuæ, uel in eius
districtu, prout uerè habitauerũt iam ultra decem annos cũ
sua familia, ex quo dicuntur habuisse, & nunc habere domi-
5 cilium, & sunt effecti incolæ in dicto loco. † Incola enim dici-
tur, qui in alienam regionem domicilium cõtulit l. pupillus.
§. incola, & ibi doctores declarant. ff. de uerb. signific. & l. ci-
ues, & ibi doctores. C. de incolis, libro decimo. Potest enim
quis ex libera sua uoluntate ubicunque ei placet, habere do-
micilũ, nisi ei prohibeatur, ut l. nihil. ff. ad municipal. & tra-
dit Bar. in l. assumptio. & in l. de iure. eo. tit. & Abb. in c. fina.
secundo notab. extra de parroch. cum concordantibus mul-
6 tis. † Dico itaque, q̃ cum isti fratres fouerint larẽ, & se cum
eorum familia aluerunt in territorio Mantuano, & postea in
ciuitate Mantuæ, dicuntur ibidem effecti incolæ, & domici-
lũ habuisse, cum hoc homini contingat altero de tribus mo-
dis, uidelicet cum, uel q̃ quis se, suamq́. familiam alendo, &
negociando animo ibi permanendi larem constituat. Vel se-
cundò transferendo maiorem partem fortunarum suarum.
Vel & tertiò per temporis diuturnitatem.

De primo uidetur tex. in d. l. nihil. & in l. la. eod. titu. iun-
cta glosella prima, & facit l. postliminij. §. fina. ibi siue ani-
mus, &c. ff. de capt. & postlimin. reuer. est textus in dicta l. ci-
ues. iuncta glosa in uerbo, larem. De secundo allegatur.
d. l. ciues. & l. s. C. ubi senator. uel clarissi. De tertio autem
est textus in l. 2. C. de incolis. libro decimo. & ibi tradunt do-
ctores, & dicit Bald. in consilio 314. punctus talis, uideli-
cet Titius ciuis Senensis. libro 1. ubi etiam de primo modo
loquitur illum affirmando, ut per eum. Et hanc doctrinam
de his tribus, & quòd alterum sufficiat, tradit Iacob. Rebuf. in
d. l. ciues, refert & sequitur Bertrand. in consi. 75. quis dicitur
propriè. 2. colum. 2. uolum. Sic itaque stantibus istis sequi-
tur, loquendo pro nunc tantùm de primo modo, quòd præ-
dicti Benedictus, & Frãciscus dicuntur incolę territorij Mã-
tuani, & in eo iam per multos annos habuisse domicilium,
cum, ut dictum est, in eo larem constituerint, se & eorum fa
miliam alendo, & ibidem negociando, & maximè cum postea
matrimonium in ciuitate Mantuæ contraxerint ibidem cum
uxoribus, & tota familia habitando cum animo perpetuò
remanendi, prout uerosimile cuilibet erit, & res ipsa apertis-
simè demonstrauit. Et ubi super isto incolatu, uel domicilio
posset aliqua dubitatio apud aliquem scrupulosum nasci de
animo prædictorum fratrum ab initio, dico quòd ex longa
habitatione supra decem annos in districtu, & territorio
Mantuano acquisiuerunt incolatum, & domicilium iuxta
tertium modum supra dictum, prout est textus in d. l. 2. ubi
7 doctores notãt. C. de incolis. † Et licet ille text. loquatur in
scholaribus, tamen procedet etiam in alio quolibet, ut per gl.
secundam in fin. & quidem fortiori ratione, ut ibi dicit Io. de
Plat. & quòd decennio quis præsumatur habere domicilium,
post alios firmat Felynus in capitulo dilectus. il secundo, de-
8 cima col. uer. tertius casus. de rescrip. † Et notandum est, q̃
quis dicitur habere domicilium in aliquo loco, etiam q̃ do-
munculam tantùm, uel etiam armarium in eo haberet, secun-
dùm Io. And. in additio. Specula. in tit. de compet. iudic. adit.
§. j. in additione incipien. si dicas, ut refert, & sequitur Matth.
de Afflì. in c. 1. 5. col. uer. his itaque præmissis. de controuer.
inter uasal. & ali. de benefi. Et hæc uera sunt, etiam si isti fra
tres haberent alibi bona, uel etiam habitationem, licet hoc
9 de eis non audiam. † Potest enim quis habere duas habitatio-
nes, & duo domicilia, ut inquit Baldus in consilio 234. de-
cretum magnifici. 2. colum. 1. uolum. pro quo uidetur text.
quem ipse allegat, in l. eius. §. Celsus. ff. ad municip. est etiam
text. l. assumptio. § iuris. eodem titu. ubi Bar. & tradit Abb. in
cap. ex parte B. in tertia oppositione, de foro comperen. quod
10 non prosequor, quia non est necessarium. † Si igitur isti Be-
nedictus, & Franciscus dicuntur habere domicilium sub
iurisdictione Mantuana, iam non possunt dici forenses,

su extranel, sed potius dicuntur cines, uel incolæ, proni de-
clarat Bertran.in consi.92.si uetum est, in priu. 3. uol. & uo-
luit Alex.in consi.20.uisu processu.prope finem. 2.uol. dum
dicit, q incola uenit appellatione ciuis.
11 †Et cum domicilium habeant, & dicantur incolæ, clarum
est, quòd tenentur ad onera uniuersitatis, & grauari possunt
iuxta tradita per Bal dum in consil.47. ad euidentiam. prope
fin. 3.uolum.& consil. 139.ubi quis, eodem uolum. prout te
onera subeunt, & grauedines, quemadmodum, & alii haben-
tes domicilium, immo quemadmodum ciues, ut in puncto
12 præsupponitur. † Et propterea sequitur, quòd debent dici
subditi, cum onera non subditis non imponantur, iuxta l. 1.
ff.ad municip. & dixit Bal.in consi. 345. quatuor ad proposi-
tum 1.colum.4.uol. Sequitur ergo ex prædictis, quòd isti fra
tres non possunt dici incapaces acquisitionis immobilium,
nec in eis uerificatur statutum, de quo in puncto, cum solum
excludat non subditos, & non subeuntes onera, quod in eis
non reperitur. & istud sit primum principale fundamentum
pro conclusione supra posita, quod (ni fallor) est concluden-
tissimum. Secundò prædicta conclusio probatur; quia ne-
gari non potest, quin primi illi tres fratres, Marcus scilicet
Antonius, & Franciscus non subierint munera dum uixerũt,
cum bona immobilia possederint, & post eos similiter subie-
runt munera, & hodie subeunt filii Marci, & Francisci, si qui
superuixerunt, quo stante dico, quòd isti Benedictus, & Fran-
ciscus, etiam quando per se non subirent munera, debent ta-
men haberi pro subeuntibus; quia filii Antonii, qui onera su-
bibat, sunt nepotes ex fratre illorum Marci, & Francisci suo-
rum patruorum, & sunt patrueles filiorum prædicti Marci,
& Francisci, nã ex persona illorum patris, patruorum, uel etiã
patruelium subeuntium munera ipsi pro subeuntibus haberi
debent, ut in prædicto statuto cauetur circa medium, in uers.
intelligimus autem quantum pro præsenti statuto &c. dum
dicitur, quòd filii fratres nepotes, propinqui, ac omnes & sin-
guli descendentes ex subeuntib. debẽt haberi & ipsi pro sub-
euntibus, & sic dicuntur habiles ad acquisitionẽ immobiliũ.
Clarum autem est, istos Benedictũ, & Franciscum esse tales,
& ad minus contineri sub uerbo propinquorum, ergo &c. &
13 istud est notissimum, †cum propinqui dicantur sanguine cõ
iuncti agnati, uel cognati, ubi colligitur ex l. 1. ut per omnes
doctores. C. unde uir, & ux. & dixit Bald.in consi.324.in quę-
stione quæ uertitur. 1.col.3.uolum. (si tamen est consi. Bal.)
14 †Nec enim maritus, & uxor, nec qui per eos coniunguntur, q
dicuntur affines, ueniunt appellatione propinquorũ, q2 nõ
sunt sanguine cõiuncti, ut tradũt doctores in d.l.1. qui etiam
idem dicũt in l.fi.C.de uer.signi. sed isti Benedictus, & Fran-
ciscus sunt coniuncti sanguine prædictis, & dicuntur eorum
agnati, & consortes, prout est notum, ergo &c. Et pro isto
secundo fundamento adduco in terminis decisionem patrui, &
dom. mei Soc. in consi. 192. nisi statutis magnificæ ciuitatis
Mantuæ. 5.colum. 1. uolum. in uer. si. 5. responsio colligitur.
15 †ubi loquens de hoc statuto concludit, quendam do. Paulum
Florentinum, & per se onera non subeuntem in ciuitate Mã-
tuæ potuisse succedere cuidam Bernardino filio fratris eius
prædefuncti etiam respectu bonorum immobilium; quia sa-
tis est, q munera subiret ille Bernardinus, qui decesserat, qui
erat ipsi D. Paulo propinquus & agnatus, & põderat pro hoc
prædictũ uerbum, intelligimus autem &c. & inquit ibi Socin.
meus, q hoc solum fundamẽtum sufficeret ad uictoriã, licet
ẽt ex alio fundamento moueatur, ut ibi per eum, & per hanc
pulchrã decisionẽ, ut puto, determinatur indiuiduo quæstio
nostra. Tertiò principaliter prædicta conclusio probatur;
quia (ẽt ubi prædicta non procederent) isti fratres dicuntur
capaces acquisitionis immobilium, mediante decreto fœlicis
recordationis Francisci illust. Marchionis Mantuæ, seu priui
legio per eum concesso illis tribus fratribus, scilicet Marco,
Francisco, & Antonio, prout in puncto dicitur. nam cũ præ-
dictis cum eorum familiis fuerit concessum inter cætera, ut
possent immobilia acquirere in iurisdictione Mãtuana, & do
minio concedentis, etiam isti Benedictus, & Franciscus dicũ-
tur tali priuilegio gaudere uti filij, & de familia prædicti An-
tonii patris eius, prout egregiè, & per multa fundamenta cõ
cludit prædictus excellen. Consultor, ad quem me refero.
16 †Addendo, q pro isto fundamento, & ferè omnibus, quę
per do. Consultorem in eo dicta fuerũt, plurimum faciunt,
quæ tradit vbertimus doct. And. Barb in consi. 44. sapienter
scripsit psalmista, secũdo vo. per totum, vbi ex multis conclu
dit, q priuilegiũ quibusdam fratribus concessum his verbis
scilicet vos cum familiis uestris &c. transit ad filios illorum
priuilegiatorum uti de eorum familia, & ut credo, sup eodẽ
casu in indiuiduo emanauit cõsilium do. mei Soc. nu. 84. 3. uo
lum. allegatum supra per dominum Consulentem.
Et ultra considerata per eum, facit pro isto fundamento,
17 †quia quando priuilegium continet liberationem ab ali-
quo onere, seu dicitur liberatorium, dẽt dici perpetuũ, & rea
le, ut uoluit Bal.in l.beneficium.3.colum. ff. de constitutio.
principum, prout refert, & sequitur Barb. in d.consil.44. 2.co
lum. Sed in proposito nostro decretum, & priuilegium dici-
tur liberatorium, quia dum concedit facultatem acquirendi
bona immobilia dicitur in effectu liberare a pœna, in quam
incurrerent non subditi acquirentes immobilia iuxta statutũ
prædictum, ergo debet dici perpetuum, & reale. & per conse
quens transitorium ad filios. & sic ad istos Benedictum, &
Franciscum. Quinimmo ait. in loco prædicto, Barto. &
alios, uult q in dubio priuilegiũ, siue beneficium dicatur es-
se reale, ut per eum. Et præterea q ita debeat prædictum
priuilegiũ, & decretum interpretari suadetur; quia sic inter-
pretando magis reuertimur ad ius commune, quo permitti
tur cuiq; ubilibet imobilia acquirere, & sic fit, ut statutũ præ
dictum minus offendat ius commune quò ad effectum, quia
facultatem acquirendi immobilia sub iurisdictione Mãtuana
alias de iure communi cuilibet competentẽ nedum habuerũt
illi primi tres fratres in priuilegio nominati, sed etiam nunc
18 habent eorũ filii. † Semper enim accipienda est illa interpre-
tatio, quæ nos magis reducit ad antiquum statum, iuxta l. si
onus. §. pactus ne peteret, uel si. q & in specie dotis. ff. de pa-
ctis, & ita ibi Bal. & alii no. & Ias. ibi ultra alios, in quarto no-
ta. allegat plures decisiones concordantes, quę singulæ possẽt
ad propositum allegari, sed quia ibi uideri possunt, non refe-
19 ram. † Facit elegans glo. in uerbo, numerandum, in c. statu-
tum de præben. libro sexto, dum laudat interpretationem
per quam reditur ad ius commune, & uult fieri extẽsionẽ, ut
res de facili redeat ad naturam suam antiquam, allegat. c. ab
exordio, trigesimaquinta distinctione, & dictum. §. pactus, &
subdit hoc præsertim fieri, quando statuens contra se statuit
ut per eam, q multũ seruit in proposito nostro, cum istud pri
uilegium solũ sit contra dominũ illud concedentem, ut de se
notum est. Quartò principaliter comprobatur conclusio
20 supra firmata, † quia prædicti Benedictus, & Franciscus sunt
in quasi possessione ciuilitatis Mãtuæ, seu capacitatis acquirẽ
di bona immobilia in dominio Mantuano, cum nonnulla bo
na talia ipsi possideant, & fortasse ipsimet acquisiuerũt, unde
debent in hac quasi possessione conseruari, & pro eis propter
ea in dubio est præsumendum, iuxta l. siue possidetis, cum ma
teria. C. de probationib. cum si. at sine hoc proueniat, q ita
importet priuilegium eorum patri, & fratribus concessum,
21 † siue q sic cõsuetudo sit interpretata, quæ dicitur optima le
gum interpres. l. si de interpretatione. ff. de legibus. Siue etiã
dicamus hoc contingere, quia illi iam supra decenniũ habue-
rũt domiciliũ, onera, & grauedines subierunt, ut supra dictũ
22 fuit, pro nunc non est curãdum, † sed satis est, eos esse in præ
dicta quasi possessione, ex qua pręsumitur, q ius habeãt, cum
tale ius deducant in iudicium p uiam exceptionis, nec in ali-
quo reperitur fundata intentio aduersarii iuxta elegantẽ do-
ctrinã Bar. in l. quidam in suo. ff. de conditioo. instit. cum qua
communiter transeunt doctores. Quintò facit: quia statutum
prædictum, & omnis quæstio inde prouenient debent arbi-
trio boni uiri intelligi, & determinari, prout importãt uerba
dicti statuti, prope finẽ in uer. & super præsenti additione, &
præcedẽti statuto &c. oĩa dũ statutũ uult, mĩa debere arbitrio
potestatis terminari, intelligitur in potestatem oĩa remittere
23 uti in bonũ uirũ, † tũ quia uerbũ arbitrari, intelligitur de ar-
bitrio

bitrio boni uiri, iuxta tradita per Bartolum in l. si sic. in principio. ff. de legat. 1. tum etiam, quia potestas ipse, siue iudex dicitur bonus uir, & æquè bonus uir dicitur iudex, ut probatur in l. continuus. §. cum ita. ff. de uerborum obligation. & est glo. in l. penultima. ff. de procuratoribus, & glo. fina. in cap. statutum. in principio, de rescriptis, libro sexto. & declarant doctores in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. Qui
24 †bonus uir, idest iudex uariè ex personis, causisque constituere debet, ut inquit textus in l. in fundo. ff. de rei uend. & in capit. primo, post principium, in titulo, hic fin. lex. deinde consuetu. reg. incip. in usibus feudorum. Dico autem nunc, quòd nunquam bonus, & rectus uir arbitrabitur, istos Benedictum, & Frācischum fore incapaces bonorum immobilium in hæreditatibus suarum uxorum eis delatis contentorum: cum illi iam supra decem annis habitauerint, onera subeant, & alia etiam immobilia bona possideant, & plus etiam debeant, ut districtuales, & ciues originarij tractari mediante decreto illustrissimi tunc Marchionis Mantuæ. Sed potius omnibus prædictis cōsideratis, declarauit eos fore capaces, & non esse in prædictis bonis molestandos, prout declarari debet, ut ex prædictis. Sextò & ultimò facit pulchra decisio Alexandri in consil. 157. uiso instrumento. tertia columna, libro 2. in uersiculo, nec etiam prædictæ donationi habet
25 obstare &c. dum concludit, †quòd statutum Ferrariense prohibens alienari immobilia in forensem, & non subiectum ita tutis &c. non habet locum contra eum qui, ut ciuis receptus ibi sortiebatur forum, & onera sustinebat etiam quòd Ferrariæ non habitaret, ut ibi per eum. Sic ergo, & in casu nostro dicendum est de istis fratribus, cum possint dici ciues, onera subeant, & forum sortiantur in ciuitate Mantuę, ut supra dictum fuit, & fortius cum etiam habitent, & domicilium habeant, & iam habuerint per multos annos, &, quod plus est, etiam alia bona immobilia possideant, secundùm quòd supra dictum fuit. Et ex iam dictis multifariam, multisque modis firmata est conclusio supra posita. Qui modi, seu quæ fundamenta, si forte singulatim apud aliquem non urgeant, lícet iudicio meo concludant, saltem simul iuncta rem mani-
26 festam reddunt, & indubitatam, †iuxta illud, singula quę nō prosunt, multa collecta iuuant, ut notatur in l. si stipulatus. in princip. ff. de usuris. & in l. instrumenta. C. de probationibus, & in l. secunda. §. primo, in gloss. super uerbo legitimis. ff. de excusationibus tutorum. Sic itaque unà cum excellentissimo Consultore de sui consilii subscriptionem requisitus concludo, prædictos Benedictum, & Franciscum fuisse, & esse capaces hæreditatum, de quibus agitur, & bonorum immobilium in eis contentorum. Et consequenter, quòd propter illa non inciderunt in pœnam statuti, nec in eis possunt aliquo modo molestari. Laus Deo.

Socinus Nepos, Paduæ legens in prima sede uespertinæ lectionis.

SVMMAE.

De statuto de lucranda dote, utrum procedat, si mulier sine mentione dotis nubat, cui tamen a patre in testamento certa dos erat relicta, si nupserit.

Et si præsumatur constituta dos, an ob. statutum, quòd minor sine certa solennitate non obligetur.

Et an ubi dos nulla esset constituta, possit aliquo modo habere locum statutum de lucranda dote.

1 *Statutum de dote lucranda, an habeat locum, quando dos nō fuit constituta, sed mulier dedit amplum patrimonium, & infra numero 25.*
2 *Mulier, cui pater in testamento dotem reliquit, dotata dicitur.*
3 *Verba legis, & statuti ubi non conueniunt, nec etiam dispositio locum habet.*
4 *Legatum heredi a semetipso legari non potest, declarat, ut infra nume. 26.*
5 *Hereditatis aditione omne ius inter heredem, & defunctum confunditur, uide tamen infra nu. 29. ubi declaratur.*
6 *Qualitas in præcedenti oratione posita in sequenti non censetur repetita.*
7 *Statutum de dote lucranda est fauorabile, licet sit contra ius commune; quia est factum in recompensationem onerum matrimonij.*
8 *Repetitio qualitatis posita in præcedenti oratione, non fit in statutis de lucranda dote.*
9 *Verbum omne etiam minimum debet dici positum esse, ut aliquid operetur.*
10 *Arguere licitum est a ratione statuti ad eius ampliationem.*
11 *Statutum loquens in casu, qui frequentius contingit, non excludit casum minus frequentem, in quo sit ratio statuti.*
12 *Dispositio loquens in uno casu procedit etiam in alio, quando in eo uerisimiliter disponens idem statuisset, si de eo fuisset interrogatus.*
13 *Dos per patrem filiæ constituta, si nupserit, iuris interpretatione dicitur constituta marito futuro, & ad eius commodum.*
14 *Dos datur ad onera matrimonij supportanda.*
Maritus onera matrimonij subiturus dotem habere debet.
15 *Argumentum a uerisimili procedit.*
16 *Mulier solet curare, ne sit indotata.*
Et eius interest dotem habere, ut melius per uirum tractetur, & ne ab eo tanquam indotata expellatur.
17 *Argumentum a solitis, & communiter accidentibus, ualidum est.*
An autem procedat etiam inter contrahentes matrimonium.
18 *Mulier quando primo uiro dedit certam dotem, nubendo postea secundo dicitur eandem dotem constituere.*
19 *Confessioni facta in partis præsentia in præiudicium confitentis standum est, & dicitur efficacissima probatio.*
20 *Confessioni geminata in absentia partis facta standum est.*
21 *Actus quilibet ex præcedentibus, & sequentibus declaratur.*
22 *Statutum, quòd minor non possit contrahere sine certa solennitate, non habet locum in constitutione dotis facta mulieri minori.*
23 *Statutum, quòd mulier sine certa solennitate non possit obligari, non includit mulierem promittentem dotem pro alia muliere.*
24 *Ex proœmio statuti mens, & ratio eius declaratur,*
26 *L. & quidem, & l. legatum. ff. de legatis primo, quomodo procedant.*
27 *Cohæres hæreditatem repudians habere debet totum legatum.*
Et hæreditatem restituere rogatus integra prædia prælegata retinet.
28 *Dos filiæ legata semper eius præcipua est.*
30 *Filia hæres grauata restituere, non faciendo inuentarium, dotem sibi legatam non amittit.*
31 *Voluntas testatoris ex actu etiam nullo declaratur.*
32 *Ex legato inutili, & nullo propter existentiam hæredis, & aditionem hæreditatis cohæredis uoluntas testatoris declaratur.*
33 *Maritus debet lucrari dotem uigore statuti, de dote lucranda, in expensarum, & onerum matrimonij recompensationem, licet nulla dos constituta sit, quando mulier passa est maritum possidere bona sua, ei dos constituetur arbitrio boni uiri pro modo facultatum, & dignitate personarum.*
34 *Pater pro filijs creditur optimum capere consilium, cum eos plusquam se ipsum diligat, & eo melior amicus non inuenitur.*
35 *Statuta confidentia de patris affectione in filiam disponunt, quòd filia sit contenta dote sibi per patrem assignata.*
36 *Singula quæ non prosunt, multa collecta iuuant.*

CONSI-

CONSILIVM VIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitia.

IN præsenti consultatione latè scriptum fuit per
excellentissimos aduocatos Mantuanos, & lat us
postea per clarissimũ Consultorẽ oẽs mihi uti
fratres honorandos. Ego autẽ breuiter instando
substantialia tantùm tangam. Conclusio ergo prædictorum,
quòd nobilis dominus Hercules de Gastaldis debet lucrari
dotem trium millium ducatorum ex morte dominæ Dianæ
de Ramo eius uxoris sine liberis, iuxta dispositionem statu-
ti Mantoani sub rubrica, de dote per maritum lucranda &c.
mihi vr̃ uerissima, & æquissima: omnia enim concurrunt, q̃
ad tale locrum uidentur requiri. si quidem dominus Hercu-
les onera matrimonij sustinuit, & circa illud plurimas expen
sas fecit, prout mihi in facto præsupponitur. Item domina
Diana uxor eius (iam per plura tempora carnali copula con-
summato matrimonio) sine liberis decessit, merito debet do-
minus Hercules lucrari dotem in recompensationem expen
sarum, & onerum prædictorum, ut in dicto statuto dicitur.
Sola igitur difficultas est; quia non uidetur, quòd tempore
contracti matrimonij inter prædictos fuerit per dominam
Dianam, uel alium pro ea domino Herculi constituta, data,
seu promissa aliqua dos, prout uidetur statutum, de quo agi-
tur, requirere, ut patet ibi; lucretur, & lucrari debeat totam
dotem sibi ab uxore cõstitutam, seu a quouis alio pro ea eius
nomine constitutam, datam, seu ẽt promissam. Nam domina
Diana quando prædictum matrimonium contraxit, simpli-
citer dedit bona sua marito, aut patri eius, seu pasta est eum
sua bona tenere, & possidere, nulla dotis habita mentione,
1 † adeo ꝙ uidemus esse in caso quæstionis Bartoli incipien-
tis, mulier habens magnum patrimonium, & sicut Bart. ibi
concludit, non habere locum statutum de lucro dotis in ca-
su suo: quia nulla dos apparet constituta, ita uidetur dicen-
dum in caso nostro, dominum Herculem nihil lucrari posse,
mediante statuto prędicto, cum nulla dotis constitutio uidea
tur facta. Sed quia contrarium de iure uerius, & æquius arbi-
tror (ut dixi) pro resolutione prædictæ difficultatis aduertẽ
dum est: quoniam mihi uidetur, ꝙ immo in casu isto possit
dici dos constitura in ducatis tribus millibus, taliter ꝙ in eis
tanquam in dote procedat statutum prædictum de lucro do
tis. Et istud probatur ex testamento patris dictę dominę Dia-
næ, in quo ipse eidem filiæ suæ pro dote, & dotis nomine, si
nupserit, legauit ducatos 3000. ut ex eius lectura apparet.

Nec obst. quòd ipsa domina Diana quando nupsit, talem
dotem marito expressè non promiserit, inquãtum appareat,
quoniam satis est, ꝙ pater illam dotem pro filia constituerit.
etenim statuto satisfit, etiam si alius pro muliere dotem con-
stituat, ut constat in uerbis statuti ibi, seu quouis alio pro ea
2 eius nomine &c. † Et non est dubium, ꝙ illa mulier, cui pater
in testamento dotem reliquit, dicitur dotata, & adeo ut com
prehendatur in statuto excludente filiam dotatam a succes-
sione patris, ut per Bartol. in l. Titio centum. §. Titio genero.
ff. de conditioni. & demonstratio. cum quo magis communi-
ter transeunt Doctores ibi, & alibi, maximè in rubrica. ff. so-
luto matrimonio, ut ibi plenè scribit Ias. ita firmando in pri-
ma lectura, ita etiam ibi tenuit patruus, & dominus meus So
cin. & ego super hoc plenè ibi scripsi. Sic igitur dicendum est
in casu nostro, ut scilicet ista domina Diana dicatur fuisse do
tata, seu dotem habuisse, ita ut uir eius eam locrari possit ex
forma statuti prædicti. & ita in terminis nostris firmat egre-
giè Carolus Ruynus in dicta rubrica, soluto matrimonio,
secunda, & tertia columna, uersiculo & ista seruiunt nobis ad
aliud statutum, per multa fundamenta, de quibus ibi p eum.
Sed huic fundamento duo uidentur urgenter obstare. Pri-
mò; quia ex hoc legato non uidetur constituta dos ipsi domi
no Herculi marito, nec id fieri potuisse uidetur, cum tempo-
re factæ dicti testamenti nondum esset maritus dominę Dia-
næ, & illa nondum esset nubilis: quia erat impubes, ut in fa-
cto præsupponitur, sed dicta summa fuit simpliciter relicta
do. Dianæ pro sua dote, & non fuit marito eius constituta,
cum tunc maritum non haberet, nec habere potuisset, sed in
statuto prædicto uidetur requiri, quòd dos sit ipsi marito cõ
stituta, ut sonant illa uerba, lucrari debeat totam dotem sibi
ab uxore constitutam, seu quouis alio pro ea &c. ergo uide-
3 tor, ꝙ non sit locus in dicto statuto: † quia ubi non conue-
niunt uerba legis, uel statuti, nec etiam dispositio locum ha-
bet. l. 4. §. toties. & ibi summat Paulus de Castro. ff. de damno
infecto. c. iudemortaribus. de electione. libro sexto, cum si-
milibus, ut per Alexandrum consilio secundo. Ea narratis in
themate, secunda columna. uersic. secundò principaliter pro
batur, & consilio quinquagesimoquarto. Viso puncto. post
principium libro quarto. Secundò uidetur urgere: quia uide-
tur, quòd legatum prædictum sit nullum: cum in effectu di-
catur factum ipsi Dianæ a seipsa, attẽto quòd illa tandem ha
buit omnia bona patris sui, quia soror eius domina Faustina
4 decessit impubes, cui domina Diana erat substituta. † Vnde
legatum ab initio pro parte non ualuit, cum illa pro parte es-
set hæres, & a seipsa sibi legari non possit. l. & quidem. & l. le
gatum est. §. primo. de legatis primo. Pro alia uerò parte fuit
5 extinctum, quando Diana adiuit hæreditatem soluris, † cum
omne ius inter hæredem, & defunctum confundatur aditio
ne. l. stichum. §. aditio, ff. de solutionibus, & l. debitori tuo.
vbi Doctores tradunt. C. de pactis, cum similibus. et ita fir-
mat Raphael. Fulgos. in consilio centesimo. Quidam A. ve-
niens ad mortem, in primo dubio. Si igitur legatum reddi-
tur inualidum, ergo et constitutio dotis uidetur reddi nulla,
cum in tali legato consisteret. Sed tamen istis non obstanti-
bus puto fundamentum prædictum de iure subsistere, et esse
uerissimum. Et ad primum argumentum in contrarium re-
spondetur, et primò dici posset, quòd immo quando dos cõ-
stituitur per alium quàm per uxorem, sufficit dotem simpli
citer constitui pro tali muliere, nec necessariò requiritur,
quòd talis constitutio fiat marito, cum de eo in uerbis statuti
in ea parte non fiat mentio, sed simpliciter dicitur, seu quo-
uis alio pro ea eius nomine constitutam, datam, seu etiã pro
missam. quæ uerba impersonaliter sunt prolata respectu re-
cipientis, & ideo uidetur, ꝙ non sit cõsideranda persona ma
riti, cui dos per alium, quàm uxorem constituatur, argu. au-
then. si quando. C. de constituta pecunia. Nec dicas, quod de-
bet subaudiri sibi, scilicet marito, ut superius exprimitur.
Quoniam primò dici potest, quòd talis subauditio, seu repe-
6 titio fieri non debet, cum sint diuersæ orationes. † etenim ꝑ
regula dicitur, ꝙ qualitas posita in pcedenti oratione non di
citur, repetita in sequenti. l. 4. §. exitque hæc differentia. & ibi
hoc no. Bar. ff. ui bonorum raptorum. cum si. ut per Alexã. in
consi. 227. Ponderatis narratis. 3. col. uersic. & quòd ita sit ue
rum etiam probatur. lib. 6. ubi per hoc determinat, ꝙ uerba,
in uiduitate uiuens, posita in præcedenti oratione statuti nõ
dicuntur repetita in sequenti, ut per eum.

Et istud multo magis uidetur dicendum in casu isto: quia ex
tali repetitione dispositio statuti restringeretur, ꝙ dici nõ de
7 bet, † ex quo statutum dicitur fauorabile, licet sit contra ius
commune, cum sit factum in recompẽsationem onerum ma
trimonij & expensarum circa illud factarum, ut expressè di-
citur in statuto, & etiam, ut inuitentur homines ad matrimo
nia, ut declarat egregiè patruus, & dominus meus Socinus
in l. cui fuerit. ff. de conditioni. & demonstrationi. & Decius
in consil. 354. In casu proposito, secunda columna. uersic. &
8 ulterius comprobando. † ubi propriè loquẽs in statuto de lu
cro dotis concludit, non fieri repetitionem qualitatis positę
in præcedenti oratione: quia ex ea statuti fauorabilis disposi
tio restringeretur, ut per eum. sic ergo & in casu isto uidetur
concludendum. Ad quod etiam facit: quia si talis repetitio
esset facienda, utique uerbum illud, constitutam, positum in
sequenti oratione esset superfluum, cum iam supra fuisset
positum, quod dici non debet, iuxta l. si quando. ff. de lega-
tis primo, & capitu. si Papa. de priuilegiis. libro sexto.
9 † Etenim omne minimum uerbum debet dici positum, ut
aliquid

aliquid operetur, prout per dicta iura, & alia declarat Bald.
in rubrica. C. de contrahenda emptione. in nona quæstione.
sed non repetendo illud uerbum, sibi, non stabit superfluè, quia
impersonaliter intelligitur, ut dixi. Secundò etiam dici po-
test (posito quòd quis uellet repetere illud uerbum, sibi) quod
adhuc idem dicendum est in casu nostro, & in quolibet simi
li, in quo reperiretur facta constitutio dotis, licet non sit fa-
cta ipsi marito, & hoc propter identitatem rationis, nam cū
lucrum per statutum detur marito propter expensas, & one-
ra matrimonii, ut clarè in eo dicitur, & illa ratio uigeat, dato
quòd illi non fuerit facta dotis constitutio, modò tamen fa-
cta fuerit, quando uerè expensas fecit, & onera sustinuit, se-
quitur arguendo ex identitate rationis, idem dicendum esse.
l. fina. C. ad legem Falcidiam. l. illud. ff. ad legem Aquiliam,
30 cum similibus. † Quinimmo potest dici, quòd argumentum
sit a ratione larga, & generali huius statuti. ab ea enim licet
arguere ad ampliationem statuti, & dicti eius. l. regula. §. fi-
nali. ubi Bartol. & Bald. not. ff. de iuris, & facti ignoran. est
bonus text. in l. secunda. §. si mater. uersicu. quid si curator.
ff. ad senatusconsultum Tertullianum, cum similibus. Licet
ergo statutum in suis uerbis loquatur, quando dos marito
fuit constituta: tamen quia ratio expensarum, & onerum ge
neralis est, etiam in alio casu debet procedere dispositio sta-
tuti propter generalitatem rationis, unde cum in casu no-
stro dos fuerit constituta per patrem dominæ Dianæ in tri-
bus millibus ducatis, & maritus eius expensas magnas fece-
rit, & onera matrimonii sustinuerit, non uideo cur non de-
beat lucrari dotem prædictam. Nec obstat, quòd statutum in
31 suis uerbis loquatur de dote constituta ipsi marito, † quia il-
lud fuit factum a statuentibus ratione frequentioris usus,
etenim clarum est in facto, quòd constitutio dotis, ut plori-
mum, frequentius, & quasi semper fit ipsi marito, ex eo ta-
men non excluditur casus minus frequens, in quo fit ratio
statuti, gloss. est singularis in uersiculo præsidentes. in fin. in
clementina prima, de rescriptis, & ibi not. Docto. cum simi-
libus ad hoc allegatis per Alexandrum, qui ita arguit, & fir-
mat in consil. sexagesimoquinto. Quoniam omne datum, ꝑ-
pe finem lib. 6. ita etiam firmat, & quàm plurima allegat Bar
ba. in consil. 6. Scriptum est præclarè primo Regum. sexta co-
lumna. in fin. cum sequenti. uersicu. & licet iura præfata. &
consilio sexagesimoquarto. Scribitur libro Hester. columna
decima, uersiculo, & si opponatur quare ita &c. 1. uolumine.
in consi. trigesimo. Sacro scriptum est euangelio, 7. columna.
uersiculo prætetea dico forte. secundo uolumine, & in consi.
sexagesimoseptimo. Illud afferam in medium. col. septima.
uersicolo, & si opponatur. quarto uolum. sic etiam docet Ias.
in consi. 166. Punctus præsentis controuersiæ. in fin. quarto
uolumine. & Cur. Iunior in l. iubemus cauere. prima colum.
sub numero sexto. ff. de iurisd. omnium iudicum. Sic itaque
dicendum est in proposito, quòd statutum nostrum expri-
mens de dote constituta marito, illud faciat ratione frequen
tioris usus, & propterea non excludatur casus noster, in quo
a patre in testamento pro filia sua constituta fuit dos, licet im
personaliter ex parte eam postea recepturo.
32 † Et ad prædicta optimè facit commonis illa conclusio, quòd
dispositio loquens in uno casu procedit etiam in alio, quādo
in eo uerosimiliter disponens idem statuisset, si de eo fuisset
interrogatus gl. est singularis, licet volgata. l. tale pactum. §. fi.
& ibi tradunt omnes doct. ff. de pactis. Dico enim, quòd si sta-
tuentes fuissent de casu isto interrogati, utique uerosimiliter
idē respondissent propter identitatem rationis, ergo &c. Præ
terea & tertiò dici, & responderi pōt, quòd immo in casu nostro
dos prædicta dicitur ipsi marito cōstituta ab ipsius du. Dianæ
33 patre in testamento, licet tunc maritus esset incertus, † nam
cum reliquerit filiæ dictam dotem sub expressa conditione, si
nupserit, dicitur habuisse respectum ad futurū maritū, licet
tunc incertū, & ideo iuris interpretatione dicitur ēi ipsi ma-
rito futuro, ad eius cōmodū dotem ꝑdictā constituisse, iuxta
tradita per Bar. & alios in l. Titio centum. § Titio genero. ff.
de conditio. & demonstration. Et quia super hoc plenè per
alios excellentissimos doct. scriptū est, non curo ulterius in-
stare gratia breuitatis. hoc ergo stante dicimus esse in termi-
nis statuti; quia scilicet per alium, hoc est per patrem dominæ
Dianæ uidetur cōstituta dos ipsi marito, qui postea cū ea ma
trimonium contraxit. Quinimò dici potest, quòd tempore
contracti matrimonii fuerit prædicto domino Herculi consti
tuta dos per ipsam dominam Dianam, aut alios, qui eam illi
nuptui tradiderūt, tametsi de hoc nihil expressè appareat, &
istud sit secundum principale fundamētum in hac cōsultatio
ne in fauorem domini Herculis. Et ad hoc demonstrandum
præsuppono in facto unum, quod omnibus est notissimū, ui
delicet matrimonia a cōmoniter accidentibus nō contrahi si
ne dote, quinimò primū, quod petitur, est dos quāta sit, & ut
ille inquit, de moribus ultima fit quæstio. Et consuetudo ista
ut sine dote matrimonia commoniter non fiant, habet secum
14 rationem, † quia cum dos detur propter onera matrimonii
supportanda l. si is qui. §. ibi dos. & l. si pater mulieris. in fi. ff.
de iure dotium, & l. pro oneribus. C. eodem, conueniens ui-
detur & honestū, ut qui matrimonii onera subiturus est, do-
tem habeat, ex qua, uel eius redditibus dicta onera sustinere
possit, & ita uidetur arguere iurisconsul. in l. dotis fructus, in
principio. ff. de iure dotium. Hoc ita stante, & præsupposito
legato prædicto trium millium ducatorum pro dote facto,
uerosimile omnibus fiet, quòd tractantes de tali coniugio de
tali dote meminerint, & quòd propter illam dominus Hercu
les, aut pater eius consenserint tali matrimonio, & cum de ea
extaret testamentum, non curauerunt fieri aliam scripturā,
aut aliter expressè apparere. Et in facto sæpe uidemus quan-
do dos iam est aliquo modo constituta, & declarata, quòd de
ea in tractando matrimonio nulla fit consideratio, aut dis-
cussio, sed ea pro firma præsupposita de aliis agi soleti, prout
experientia quotidiana docet, quæ dicitur efficax rerum ma-
gistra. capitu. quàm sit, de electio. libro sexto. Verosimi-
le ergo est, & ita credendum est, quòd ipsi marito, aut eius
patri fuerit ex parte mulieris constituta dos in prædictis tri-
15 bus milibus ducatis. † Argumentum enim, quod a uero-
simili sumitur, in iure ualidum, & frequens est. l. cum res,
in principio. ff. de legatis primo, capitu. solicitè. de restitutio-
ne spoliatorum. cum uulgaribus.
Et ista uero similitudo nedum est ex parte uiri, ut scilicet
16 sine dote quis uxorem non capiat. † Sed etiam ex parte mu-
lieris, a qua semper curari solet, ne sit indotata. l. cum pater.
§. pater certam. ff. de legat. secundo. Interest. enim etiam ip-
sius mulieris dotem habere, ut melius per uirum tractetur,
& ne ab eo tanquam indotata expellatur, ut tradit patruus, &
dominus meus Socinus in consilio octuagesimo. Præsens cō
17 sultatio, secunda columna, quarto uolumine † Ad idem
facit etiam argumentum a solitis, & communiter accidenti-
bus, iuxta. l. certi condictio. §. si nummos. cum ibi traditis per
Bartolum. ff. si certum petatur, & est gl. in capitu. literas. de
desponsatione impuberum. cum multis similibus. Vnde cum
id in matrimoniis communiter soleant constitui dotes, sic uide
tur dicendum in casu nostro, quòd inter prædictos coniuges,
uel eorum matrimonium tractantes fuerit constituta dos.
Et licet prædicta duo argomenta, scilicet a solitis, & uerosimi
li fortasse generaliter non procederent inter quoslibet matri
monium contrahentes propter ea, quæ tradit Bar. in dicta se-
ptima quæstione, incip. mulier habens magnum patrimoniū.
Tamen in casu nostro uidentur urgentia stante constitutione
dotis facta a patre dominæ Dianæ in suo testamento, propter
quod ipsa dicitur fuisse dotata saltem matrimonio postea se-
cuto, secundùm quòd supra deductum fuit. Ad illam enim cū
18 certa esset, uidetur per partes habita relatio † sicut in simili di
citur, quando mulier primo uiro dederat certam dotem, nu-
bendo postea secundo dicitur eandem dotem constituere. l.
dotē, quæ in prius. ff. de iure dotium. cum simi. Etenim ad eā
ipsa, & maritus secūdus dicūtur habere relationē, cū habeat
certam formam siue in certa quātitate, uel rebus consistat, &
ita ut in ea habeat locum statutū de lucrāda dote, ut per Bart.
in dicta 7. quæst. quem doctor. magis communiter sequun-
tur. Pari enim ratione idem dicendum est in casu nostro, cum
iam domina Diana certam dotem haberet, quæ in contra-
hendo

hendo matrimonio dicatur uiro suo constituta, & ita proptie intercætera arguit in terminis nostris Caro.Rui. in præallegata rubr. soluto matrimonio. Et φ inter prædictos coniuges, aut agentes pro eis fuerit facta prædicta doris constitutio de tribus millibus ducatis, satis uidetur constare per confessionem prædictæ Dianæ factã pluries, & in diuersis locis, & inter cætera præsente, & acceptãte patre, idest socero eius, & patre domini Herculis, qui etiam pluries talem constitutio nem dotis asseruit etiam ipsa Dom. Diana præsente, & assentiente, ut hæc omnia (ut mihi asseritur) legitimè in processu

19 probantur. † Siue enim attendamus confessionem præsente parte factã, ei standum est in præiudicium confitentis, & dici tur efficacissima probatio l. cum te. C. de transac. l. fi. C. de fideicom. & l. generaliter. C. de non nume. pecun. & ita per ista iura tradit Alex. in consi. 147. Ponderatis his. 3. col. uersicu. super tertio cap. lib. 2. & traditur per doct. in c. si cautio. extra de fide instrum. maximè per Felyn. qui plenissimè materiam

20 confessionis declarat. † Siue etiam attendamus eam, quæ ab sente parte facta fuit, similiter ei standum est, cum fuerit mul tiplicata, iuxta tradita per Bat. in l. cum scimus. C. de agric. & censi. lib. 11. & latè declarat Fely. in d. c. si cautio. col. 10. uersi. fallit ultimò in confessione &c. & tradit etiam Alexand. in consi. 195. Viso themate. secunda colum. uersi. accedit tertiò li. quarto, & do. Mar. Soc. auus meus in consi. 15. Visis prædictis. colum. 1. uersi. tertius uerò tractatus, cum concordantibus multis, qui adhoc allegari possent. Sic itaque uidetur φ ex his, quæ præcesserunt matrimonium, uidelicet ex legato, & constitutione dotis factã a patre. Item & ex his, quæ secuta sunt matrimonium, scilicet ex prædictis assertionibus, & con fessionibus facile credi debeat, φ in ipso matrimonio contrahendo fuerit inter coniuges, aut agentes pro eis facta doris

21 constitutio in prædictis ducatis 3000. † etenim notissimum est, actum quemlibet ex præcedentibus, & sequentibus decla rari l. qui filiabus. in princ. & l. si fetuus plurium. §. fin. ff. de leg. primo. Nec istis obstat, φ minor esset ista Dom. Diana, & non seruauerit in hac constitutione dotis solemnitatem re quisitam a statuto Mantuano in obligatione minorum.

22 † Quoniam ad hoc respondetur egregiè per patruum, & do minum meum Socinum in præallegato consil. 80. lib. 4. uel quia statutum non intelligitur procedere in ista obligatione tacita, & præsumpta, seu legali, uel quia sumus in actu utili, & proficuo ipsi mulieri, uel quia ista dotatio erat quodammodo necessaria, cum ipsa ad se dotandum per maritum cogi poterat, si uolebat expelli, uel etiam quia ista obligatio, seu dotis constitutio ueniebat quasi in necessariam consequentiam actus permissi, idest matrimonij, in quo contrahendo solemnitas aliqua non dicitur a statuto requiri, prout hęc omnia singulatim declarantur per Socinum nostrum in d. consil. 80. per totum, super quibus aliter non insisto; quoniam ibi uide ri possunt, atque etiam quia per præfatos excellentissimos Aduocatos, & consultores de his plenè dictum fuit.

23 † Et ad prædicta, & ut ualeat constitutio doris per ipsam dominam Dianam facta, etiam quòd sit minor, & secillet eam sine solennitate statuti, optimè faciunt, quę tradit Bald. Nouel. in tracta. dotium in 48. speciali se a partis, dum concludit, quòd statutum, quòd mulier sine certa solemnitate non possit obligari, non includit, mulierem promittentem dotem pro alia muliere, ut per eum. Fortius ergo ita dicendum est, si pro se ipsa promittat. Et si id esset, quando mu lier expressè pro se dotem promitteret, nulla pręcedente declaratione doris facta per patrem, ut tectè inuenti uult ibi Bald. fortius ita dicendum est in casu nostro, cum præcessetit dedictis dote dispositio paterna, ex quo apertè constat cessare deceptionem dominæ Dianæ, cum nihil ultra patris ordinationem dicamus eam pro sua dote constituisse, & sic totaliter cessat ratio statuti; quia solùm dicitur factum, ne minores circumueniantur, ut patet ex proœmio ipsius,

24 † etenim ex proœmio statuti mens, & ratio eius declaratur l. fina. & ibi not. Barto. & alij. ff. de hæred. instituendis, cum concordantibus, ut per Alexand. in consilio septimo. Visis, & diligenter, secunda columna, uersiculo uerba enim positã. lib. secundo. Per dominum meum Socinum in consil. 163. Visis inuestituris. tertia colum. uersic. 2. probatur. 2. uol. & per Decium in consil. 334. Agitur de hęreditate. 2. colum. uersiculo ex tali enim proœmio, & hoc tollit omnem diffi-

25 cultatem ex dicto statuto prouenientem. † Et ex prædictis apparet clara responsio ad decisionem Barto. in dicta sua 6. quæstio. supra in contrarium allegatam, quoniam posito, φ sit uera, procedit, quando matrimonium nulla præcessit dotis constitutio a parte facta in testamento, nec etiam secuta est mulieris confessio de aliqua doris datione, seu constitutione facta marito, prout hæc concurrunt in casu nostro secundùm φ supra deductum fuit. Et quoniam præcipuum fundamentũ huius consultationis consistit in prędicto legato ducatorum 3000. ex causa dotis per patrem in testamento facto ipsi do. Dianæ. Non obst. φ secundo loco contra illud supra allegabatur de nullitate, seu nullitate eius, quoniam rectè considerando nihil penitus ob. licet prima facie

26 uideretur coloratum fundamentum. † Et in primis dico, quòd licet non ualeat legatum factum cohæredi a seipso quo ad obligationem; quia nemo sibi ipsi obligari potest, iuxta l. Vranius. ff. de fideius. & ita procedit l. & quidem. cum simil lib. in contrarium allegatis. Tamen tale legatum alio respectu ualet, & operatur, φ illud, quod ita legatur, debeat apud talem cohæredem conseruari in omnem euentum, quod ille non sit hæres, aut aliu modo debeat hæreditatem restituere, ita probatur in l. qui filiabus. §. fina. cum l. seq. quæ est dicta l. &

27 quidem. de legatis primo. † ubi cohæres repudians hæreditatem totum prælegatum habere. Idem etiam probatur in l. Titia. ff. ad legem falcidiam. ubi rogatus restituere hæreditatem integra prędia prælegata retinet, & ita memini me declarasse in l. 10 quartam. circa finem oppositionem Bar. ff. ad l. falcidiam. & eo respectu semper consideratur tale legatum, ut sci licet ex testatoris uoluntate dicatur quid præcipuum eius

28 cui relinquitur, ut dictis iuribus. † Et ita in proposito nostro de ista summa pro dote legata dicendum est, ut scilicet semper consideretur ut præcipua ipsius dominæ Dianæ ex uoluntate testatoris, & ita ut eam omnino sit habitura, dato φ hæreditas sit alteri restituenda, prout etiam contingit in casu isto, cum ex causa fideicommissi hæreditas restituenda ueniat. Et ultra prædicta in specie in legato dotis hoc uidetur probari in l. a filia. & ibi ita dicunt Bar. & alij scribentes ff. ad Trebellianum. arguendo de dote data inter uiuos, de qua lo quitur ille text. ad dotem legatam ut ibi per Bart. & Alexan.

29 † Et licet aliàs dici soleat, quòd per aditionem hæreditatis confunduntur iura hæredis aduersus auctorem suum, uel eius hæreditatem, ut in contrarium arguebatur. Illud tamẽ in effectu non procedit in damnum adeuntis, ubi enim aliquod damnum ei resultaret, non fit talis confusio, ut declarant Bartol. Paul. de Castro, & Innocen. in dicta l. ficbum. §. aditio. ff. de solu. sed tunc dicitur extinguitur per quandam imaginariam solutionem, ut per Docto. in dicto §. aditio. & in l. debitori tuo, maximè Deci. post alios. C. de pact. & fuit dictum Bartol. in l. si is qui pro emptore. in fecunda quæstione principa. ff. de usucapio. ubi etiam idem sequitur Crot. columna quinquagesimaoctaua, & probatur in d. §. aditio. uersicu. aliquando pro solutione cedit, uidetur enim creditor a se ipso sibi soluisse, quod ei debebatur, & ideo illud postea in omnem euentum pro suo retinebit, ad quod etiam est tex. optimus in l. si ex §. primo. de euictio. ibi, quoniam cum debitor creditori &c. unde cum in proposito damnum fuisset dominæ Dianæ in totum confundi illud legatum dotis, attento φ hæreditas erat fideicommisso subiecta, cuius postea dies uenit, dicitur tale legatum in effectu conseruatum, & illa uidetur sibi ipsi ut legatariæ soluisse, ita ut semper illud tanquam quid separatum ab hęreditate consideretur, & φ eam in restitutione fideicommissi retineri debeat.

30 † Nec ei obstat, si adeundo non fecit inuentarium: quia ex eo non minus retinebit, iuxta singularem doctrinam Pau. de Castan l. ita tamen. §. si ea trebellia. ff. ad Treb. & ante eũ ita etiam dixit Bal. in d. l. debitori tuo. C. de pac. prout ibi refert & sequitur, & concordantes allegat Dec. in t. not. in uersi. & dicit

dicit Bald.hic licet Pau.de Cast. ubi supra de Bal. non faciat
mentionem,immo dicat q non reperit doctorē tangentem.
Sed quicquid sit de ista cōfusione,extinctione,seu solutio
ne,& retentione dicti legati,satis nobis est,ex tali legato ostē
di uoluntatem patris testantis in ordinādā,& cōstituēda cer
ta dote pro ipsa filia,ut sic illa dicatur dotata, & ita nubendo
postea uirtualiter dotem prædictam suo uiro constituisse se-
cundùm ea quæ supradicta sunt. Et plus dicam,quòd etiam
si quis uellet dicere prædictum legatum in se esse nullum,ad
huc tamen prædicta uoluntas patris testātis in dotanda filia
31 esset ostensa,& probata,† quia etiam ex actu nullo uoluntas
declaratur.l.fi.ff.de rebus eorum,& dixit Bart.in l.fideicom-
missa.§.1.de leg.3.& in l.in testamento. ff.de fideicom.liber.
cum concordantibus,ut per Ias.in consil.227.Carolus olim.
col.12.ad fi.2.uolu.& per Dec.in consi.407.Visis,& diligen-
32 ter consideratis,in fi.† & in specie,quòd ex legato inutili,&
nullo propter existentiam hæredis , & aditionem hæredita-
tis cohæredis declaretur uoluntas testatoris,& quòd sic de-
clarata attendatur,firmat Fulg.in d.consil.10.in contrarium
supra allegato,2.colum. uersiculo licet nanque legatum nul
lum sit &c.Ex quo constat,quòd eius auctoritas supra in con
trarium allegata non obstat, sed potius facit pro nostra con-
clusione,cum dicat etiam ex nullo legato uoluntatem testan
tis declarari,& declaratam seruari debere.Cum igitur in ca-
su isto uoluntas patris,ut filia sua certam dotem habeat, ma
nifesta sit,negari non potest factam dotis constitutionem, &
per ipsum patrem,& postea etiam per ipsam filiam nubendo
secundùm quòd supra fuit ostensum , ita quòd in ea locum
habet statutum de lucranda dote,de quo agitur.
Demum conclusio supra firmata, ut scilicet locus sit statu
to de lucranda dote, tertio principali fundamento ostendi-
tur uera, etiam quando prædicta non urgerent , quæ tamen
33 pro ueritate cōcludunt. † Nam cum in persona domini Her
culis uigeat ratio statuti : quia scilicet onera matrimonii su-
stinuit,& magnas expensas in eo,seu propter illud fecit, ho-
nestum est,& menti statuentium congruum,& conueniens,
ut lucretur dotem in recompensationem prædictarum ex-
pensarum, & onerum etiam ubi nulla dos constituta reperi-
retur, iuxta regularem decisionem Bald. in consilio centesi-
mo. Mulierem maritus duxit.quarto uolumine , uult enim
ibi Baldus , quòd si mulier nupsit non facta certa constitu-
tione dotis,sed solùm permisit maritum possidere bona sua,
prout etiam contigisse uidetur in casu nostro , ea postea de-
cedente uir debet habere lucrum dotis ea forma statuti de-
latum,cum in eo uigeat ratio statuti , sed quia dos nulla fuit
constituta, debet arbitrio boni uiri declarari certa quantitas
dotis , & in ea procedet lucrum secundùm formam statuti .
Et mouetur ex pluribus pulchris rationibus,ut per eum. Et
inter alias rationes dicit, quòd cum ex generali cōsuetudine
matrimonia non contrahantur sine dote,omnino credi dēt,
& firmari,dotem fuisse constitutam,quod intelligatur inter
partes præsumi actum de dote ; & quia dos remanet incerta
debet arbitrio boni uiri uerificari pro modo facultatum , &
dignitate personarum, iuxta legem cum post.§.gener. & l.q-
ro.ff.de iure dot.cum si.allegatis per Alex.in consi.169. Vi-
sis instrumentis,ad finem,lib.7.Et licet ista opin.Bald posset
dici dubia, quando mulier non tradidisset bona sua marito,
seu nō fuisset passa eū sua bona possidere,in quo casu intelli
go loqui eundem Bal.in l.nulla lege,in uersic.sed pone quòd
simpliciter.C de iure dot.ut sic Bald.sibi ipsi non sit contra-
rius. Tamen quando interuenit bonorum traditio , uel sal-
tem patientia,quòd maritus bona possideat, prout fuit in ca
su nostro,prædicta opin. Bald. uidetur probabilis, & æqua,
& ita illam simpliciter refert,& sequitur Ias.in rub.ff.sol.ma
tri. mihi in 5.columna, uersiculo adde quòd Bald. & secun-
dùm eam etiam dicit determinandum Iacob. de Sācto Geor
gio in l.mulier bona.ff.de iure dot.ubi ad partes examinat,&
tandem sequitur decisionem Baldi prædictam , licet alleget
consilium Baldi in alio numero,& alio uolumine, sed id est,
propter diuersas impressiones. Sic itaque in casu isto dicen-
dum uidetur , ut scilicet dos ueniret declarāda arbitrio boni
uiri,& certè alia declaratio conuenientior fieri non posset il-
la , quam fecit pater in testamento , & sic de tribus millibus
34 ducatis, † cum pater credatur optimum consilium pro filia
cepisse,argumē.l.nec in ea.§.fina.ff.ad l.Iuliam de adulteriis,
Nam pater plus diligit filium, quàm seipsum. l. isti quidem.
in fi.ff.quod metus causa,& patre melior amicus non inueni
tur.l.quidam cum filium fami.& ibi not. ff.de hæredib.insti-
35 tuen. † Et hinc est,quòd sæpe statuta confisa de paterna affe-
ctione,& prouidentia in filias disponunt,quòd filia sit cōtē
ta dote sibi a patre constituta, prout constat ex traditis per
Alexan.in consi.121. Consideratis uerbis,libro sexto, & ali-
bi sæpe,& hoc est notissimum.Et si quis de prædicta opinio-
ne Bald. etiam in casu prædicto dubitaret propterea, quæ
tradit Bart.in dicta sua septima quæstione,& Alexander in
consilio 121. Viso processu causæ. tertia columna.uersiculo
denique hic uidemus.libro septimo,quamquam mihi uidea-
tur æquissima,ne maritus remaneat sine lucro dato ei per sta
tutum in recompensationem onerum , quæ sustinuit, & ex-
pensarum,quas fecit. Tamen concurrētibus alijs,de quibus
supra maximè legato , & constitutione dotis facta a patre .
Item & confessione dominę Dianæ unà cum æquitate deci-
sionis Baldi in prædicto consilio,puto aperto iure concluden
dum esse in proposito nostro dominum Herculem lucrari
debere dotem prædictam de tribus millibus, ut sic si cum sin-
gula fundamenta separatim non urgeant , saltem omnia si-
36 mul iuncta concludant, † iuxta illud, singula, quæ non pro-
sunt,multa collecta iuuant, iuxta l.si stipulatus. in princ.iun
cta gloss. ff. de usuris, & not. in l. instrumenta. C.de proba-
tio. & capitu. cum causam, & ibi doctores extra eodem titu.
tradit Specu.in titulo de instrumentorum editione. §.nunc
dicendum restat. uersicu. regulariter ergo &c. cum concor-
dantibus,ut per Alexandrum in consilio primo, Viso proces
su.decima columna.uersic.concurrit alia coniectura.lib.3.&
per Matthęum de Afflictis in decisionibus Neapolitan.deci-
sione 13. Vertitur in dubium. columna 8. uersicu. et ex istis
præsumptionibus cum multis alijs , qui ad hoc allegari pos-
sent,quos gratia breuitatis omitto. Laus Deo.

Soc.Nepos,Paduæ.

S V M M AE.

De statuto uocante agnatos ad exclusionem fœminarum an intelligatur tantùm de masculis.

Et de argumento a contrario sensu qualiter in statutis sumatur.

1 *Decedenti ab intestato sine liberis,& parentibus, succedunt primò fratres,& sorores,& ipsorum præmortuorum filij,nulla habita differentia sexus,& cognationis.*

2 *Repræsentatio personæ patris,& matris solùm conceditur inter transuersales filijs fratris, aut sororis,quando ad hæreditatem patrui,uel amitæ uocantur unà cum fratribus, aut sororibus defuncti.*

3 *Quòd non reperitur immutatum,stare non prohibetur.*

Casus a statuto omissus dispositioni iuris communis dicitur relictus.

4 *Argumentum de iure præsentandi ad ius succedendi non procedit.*

5 *Statuti una pars aliam declarat.*

6 *Dicta in lege interpretata censentur relata in lege interpretante.*

Idem iudicatur de additione ad statutum facta,quod de ipso statuto.

7 *Agnationis honor per fœminas non conseruatur.*

8 *Statutum excludens fœminas propter agnatos debet intelligi de agnatis masculis.*

9 *Statuto si caueatur , quòd coniuncti ex linea patris excludant matrem , non excludetur per fœminam coniunctam ex linea patris,*

patris, & agnatam.

10 *Statutum excludens matrem propter patruum debet intelligi de patruo, per quem agnatio conseruetur, & non de fratre uterino patris, licet etiam ipse sit patruus.*

Idem si per fratres excluderetur, quia restringeretur ad fratres agnatos, qui sunt consanguinei, licet etiam ipse uterinus sit patruus.

11 *Statutum si in sensu directo, & expresso operatur, non potest ex eo argui a contrario sensu ad correctionem iuris communis.*

12 *Argumentum a contrario sensu regulariter in statutis sumitur, quando ex eo non resultat iuris communis correctio.*

CONSILIVM IX.

Dirigat Dominus verba mea in viam ueritatis & iustitia.



ISO themate præposito, in quo quæritur, quis succedat ab intestato nobili dominæ Thomasiæ de sancta Sophia, utrum scilicet domina Clara filia sororis dictæ dominæ Thomasiæ, an domina Antonia filia domini Danielis de sancta Sophia, qui fuit filius domini Gasparis fratris eiusdem dominæ Thomasiæ nuper defunctæ. Visis etiam statutis inclitæ ciuitatis Paduæ de materia loquentibus, nec non etiam uiso elegantissimo, ac sapientissimo consilio excellentissimi Iurisconsulti domini Bernardini de Bonmaistrinis mihi uti fratris honorandissimi, et olim acutissimi discipuli mei pro decisione prædictæ q̃stionis composito, de subscriptione dicti consilii req̃situs, omnibus maturè consideratis, mente'que prędictorum statutorum unà cum regulis iuris diligentissimè introspectis, quàm promptissimè in sententiam prędicti Consultoris deueni uti iuridicam optimis rationibus roboratam, et a nostris doctoribus approbatam, ut scilicet prædictæ dominæ Thomasiæ, quæ nuper intestata decessit, succedat domina Clara filia sororis eius, uti proximior coniuncta exclusa prędicta domina Antonia uti remotiori, et in longiori gradu existente, prout plenè, et doctè per dominum Consultorem ostensum fuit, et certè ita copiosè omnia discussit, quòd satis esset simpliciter, et puta subscriptione consilium eius approbare, prout sum requisitus. Veruntamē ut rem ipsam degustasse uidear, et ne inconuiniè ad talem approbationem deuenisse iudicer, prout plurimos sæpe fecisse noui, paucula q̃dam subiiciam substantiali tantùm tangendo, et non uagando ubi non expediat, iuxta solitum morem meum. Dico itaque, quòd domina Clara prædicta habet fundatam intentionem suam de iure communi, quo inspecto res caret omni scrupulo; †quia decedenti sine liberis, et sine parentibus, ex
1 transuersalibus succedunt primò fratres, et sorores, et ipsorum præmortuorum filii nulla habita differentia sexus, & agnationis, ut in §. reliquum. in auct. de hæred. ab intesta. uen. & in auct. cessante. C. de legi. hæred. Cum ergo domina Clara sit filia sororis dictæ dominæ Thomasiæ, & proximior coniuncta, quàm sit dicta domina Antonia, ut est notissimum absque aliqua dubitatione debet eidem succedere, domina Antonia exclusa. Nec dicat aliquis, quòd etiam domina Antonia debeat admitti repræsentans personam domini Danielis patris eius, qui par erat in gradu dictæ dominæ Thomasiæ cum dicta domina Clara, ex quo erat filius fra
2 tris, †Quoniam istud in proposito non procedit, nec talis repræsentatio admittitur; quia priuilegium, ut quis repræsentando personam patris, uel matris admittatur cum proximiori in gradu, inter transuersales solùm conceditur fratris, aut sororis filiis, & quando ad hæreditatem patrui, uel similium uocantur unà cum fratribus, aut sororibus defunctæ personæ, ut clarè dicitur in dicto §. reliquum. in uersiculo huiusmodi uerò priuilegium &c. quod non contingit in casu nostro: quia respectu dominę Antoniæ non agitur de hæreditate amitæ, aut matertere, nec illa prætendit succedere cum fratribus aut sororibus defunctæ, ergo &c. & quoniā ista sunt in iure clarissima, super eis non est insistendum.

Cum igitur domina Clara de iure communi habeat fundatam intentionem, uidendum est, utrum a tali intentione, & sic ab hæreditate dictæ dominæ Thomasiæ excludatur per statuta Patauina, quæ in contrarium allegantur? Et certè si rectè omnia allegata statuta considerentur, nullum est, per quod prædicta domina Clara excludatur, aut dicta dom. Antonia in præsenti casu nocetur ad hæreditatem prædictæ do. Thomasiæ nuper defunctæ. Quo stante (prout infra uerissimum ostenditur) sequitur, quòd stare debemus dispositioni iuris communis secundùm quam apertissimi iuris est, dominam Claram solam etiam admittendam, ut supra dictum est.
3 Et hoc ex duplici regula. †Prima est; quia quod non reperitur immutatum, stare non prohibetur, uulgata l. præcipimus. in fine. C. de appella. & l. sancimus C. de testam. cum similibus. Secunda est: quia casus per statutum omissus dicitur relictus dispositioni iuris communis. l. commodissimè. ff. de liberis & posthumis. l. si cum dotem, in princ. ff. soluto matr. & ibi tradunt doctores, q̃ etiam idem dicunt maximè Ias. in l. si extraneus ff. de condictione causa dat. in primo not. Quod autem per allegata statuta domina Clara non dicatur exclusa ostenditur, nam dum primò allegabatur statutum, quod incipit, si quis decætero, sub rubrica quibus liceat acquirere bona &c. post medium, in uersiculo si autem nullus masculus &c. quatenus ibi dicitur, quòd deficientibus agnatis masculis admittuntur agnatæ fœminæ ad præsentandum, ut in eo dicitur, sicut enim illud ius præsentandi, quod fauore agnationis dicitur concessum, post agnatos masculos conceditur agnatis fœminis, ita similiter, & ius succedendi, quod fauore agnationis masculis conce-
4 ditur, eis deficientibus debet concedi agnatis fœminis. †Respondetur, & de plano, quòd de iure præsentandi ad ius succedendi non debet argui: cum sint diuersa, & diuersitatem rationis habeant, ut plenè per dominum Consultorem dictum fuit, ad quem me refero, & ultra eum quòd tale argumentum de iure non procedat, euidentissimè ostenditur: quia si procederet, utique uicini post agnatos, & agnatas deberent uocari ad successionem exclusis cognatis, cum illi admittantur ad præsentandum in dicto statuto si quis decætero, in eodem uersicu. ibi, & ipsis non existentibus, quod tamen falsum esset, & ridiculosum: quia nullibi reperitur, uicinos admitti ad successionem uicinorum præsertim exclusis sanguine coniunctis, & per istam considerationem (ni fallor) apertissimè constat, statutum prædictum de præsentando non posse aliquo modo allegari in materia nostra. Nec etiam obstat allegatum statutum, mulier aliqua habens filios &c. sub rubrica de successionibus mulierum, quoniam, ut sapienter per dominum Consultorem dictum fuit, prædictum statutum non facit ad casum nostrum, & impertinentissimè allegatur: cum loquatur, & disponat quando mulieri defunctæ, de cuius hæreditate agitur, supersunt descendentes, quomodo scilicet inter eos debeat diuidi hæreditas, & licet in ea dicatur, quòd fœminæ, & descendentes ex eis non debent habere ultra dimidiam eius, quod ab intestato de iure essent habituræ, tamen loquitur de fœminis descendentibus ex defuncta persona, & in casu, quo ex eadem supersint filii masculi, uel ex eis descendentes masculi, prout expressè sonant uerba dicti statuti, & sic manifestè constat, prędictum statutum omnino esse alienum a casu nostro, meritò ex eo argui non debet l. naturaliter. §. nihil commune. cum similibus. ff. de acquirenda possessione.

Nec etiam dominæ Claræ obstat statutum, cum satis honestum &c. cum sequenti statuto, sub eadem rubrica de successionibus mulierum in reformationibus in eo, quòd statuta illa fauent agnatis, & agnatos proximiores simpliciter uocant, ut in uersiculo, si uerò mater non extaret in illo sequenti statuto, quod incipit, similiter seruetur &c. ui-

detur

detur enim ex illo statuto, quòd domina Antonia sit noca-
ta, cum proximior agnatus non extet; quia non est dubium,
quòd ipsa dicitur agnata licet fœmina, & aliàs masculinum
concipit fœmininum. l. quisquis, & l. iusta. ff. de uerborum
significatione, & l. qui duos. in fine cum similibus. ff. de legat.
tertio. Quoniam respondetur, & de plano, quòd totum sta-
tutum prædictum in qualibet sui parte, dum loquitur de
agnatis, debet intelligi de masculis, quod patet.
Primò, quia ut plurimum id exprimitur, dum in statutis
illis sæpissime dicitur de filiis, & descendentibus masculis
ipsorum fratrum. Dico enim, quòd ex istis locis declaran-
tur quædam alia loca, ubi de agnatis simpliciter fit mentio,
5 ut scilicet de masculis intelligantur: † quia una pars statu-
ti aliam declarat, argumento. l. qui filiabus. ff. de legatis pri-
mo. & l. si seruus plurium. §. fina. eodem titulo, & declarat
Bartol. in l. prætor ait. §. erit. ff. ui bonorum raptorum. Paul.
de Castr. in consilio decimoquinto. Pro clariori, columna
prima. Patruus, & dominus meus Socinus in consilio nono,
Viso statuto, secunda columna, tertio uolumine, cum con-
cordantibus, ut per Decium in cõsilio undecimo, Quoniam
iudicantium. 3. columna. Secundò hoc idem probatur; quia
dum statutum tales agnatos uocat, licet simpliciter, illud fa-
cit ut plurimum ad exclusionem sororis, uel filiæ fratris, &
sic agnatarum fœminarum, ex quo necessariò infertur, quòd
de masculis agnatis debet intelligi; ut notissimum est, na
aliàs dicamus, quòd agnata fœmina uocetur ad exclusionem
sui ipsius. Tertiò euidenter patet ex declaratione ipsorum-
met statuentium, nam in statuto primo de successionibus
mulierum sub rubrica decimaseptima, in fin. expresè dici-
tur, quòd ubicunque in præsenti statuto fit mentio de agna-
tis, debet semper, & in quolibet casu intelligi de masculis, &
per talem declarationem tollitur omnis difficultas. Et licet
ista declaratio non reperiatur in dicto statuto cum satis ho-
nestum, & sequentibus, tamen etiam ibi censetur repetita,
cum sit in effectu idem statutum quò ad rubricam, eadem
enim rubrica præponitur, scilicet de successionibus mulie-
rum, & dicitur reformatio antiqui statuti, & cum antiquum
statutum in ea clausula non sit reformatum, remanet in suo
robore per iura uulgaria, Quinimmo cum reformatio uidea-
tur quædam interpretatio, illa clausula omnino dicitur repe
6 tita: † quia dicta in lege interpretata censentur relata in lege
interpretante, ut tradit Bartol. in l. prætor, §. erit differentia.
ff. ui bonorum raptorum, cum multis concordantibus, quos
gratia breuitatis omitto, & quòd reputetur unum, & idem
statutum, uoluit ad aliud propositum Bar. quem alii sequun
tur in rubrica. ff. de no. operis nuncia. prope finem, dum lo-
quitur de additione facta ad statutum, idem de ea disponẽs,
quod de ipso statuto. Quartò & ultimò hoc probatur ex ra-
tione ipsius statuti, nam cum sit factum fauore conseruandæ
agnationis, debet intelligi de illis agnatis, per quos honor
agnationis conseruari potest, & consequenter de masculis, &
7 non de fœminis: † quia per eas familiæ, & agnationis honor
conseruari non potest. l. pronunciatio. §. filia. ff. de uerborum
significatione, & est notissimum. Et ex ista ratione per no-
8 stros doctores solet in terminis nostris concludi, † quòd sta-
tutum excludens fœminas propter agnatos debet intelligi
tantùm propter agnatos masculos, ut per Bald. in consilio
quadringentesimoseptuagesimotertio. Circa quæstionem
præcedentem. secunda columna, quinto uolumine, cum aliis
adductis supra per dominum Consultorem, & ultra eum
idem firmat Curt. Senior in consilio quadragesimoquarto.
Statuto, seu consuetudine, quinta columna. Barbat. in con-
silio quadragesimoseptimo. Illud in medium afferam. tertio
uolumine, per totum. Corne. in consilio ducentesimo uige-
simoquarto. Non sequendo, tertia columna, secundo uolu-
mine. & Deci. in l. fœminæ, columna decimaquarta. ff. de re-
gulis iuris. Ad quod etiam facit decisio Corne. post plures
per eum relatos in consilio octuagesimotertio. Videtur in
hac, in principio, primo uolumine. & in consilio ducentesi-
moseptuagesimoprimo. De hac, quarta columna, quarto vo-
9 lumine. † dum uult, quòd stante statuto, quòd coniuncti ex
linea patris excludant matrem, non excludetur per fœminã
coniunctam ex linea patris, & agnatam: quia per eam nun
potest conseruari honor agnationis, ad quod solum tende-
bat statutum. Idem etiam dicit idem Corn. si statutum uoca-
ret proximiores ex parte patris, ut per eum in consilio ducen
tesimo septuagesimosexto. Constat matrem. quarto uolu-
10 mine. † Accedat etiam, quòd si per statutum mater exclu-
datur propter patruum, debet intelligi de patruo, per quem
agnatio conseruetur, & sic non de fratre uterino patris, licet
etiam ipse sit patruus l. Iurisconsultus. §. tertio gradu. ff. de
gradib. ita determinat per rationem prædictam Bald. in consi-
lio ducentesimo decimooctauo. Statuto ciuitatis Floren-
tiæ. secundo uolumine. Et idem si propter fratres excludere-
tur; quia restringeretur ad fratres agnatos, qui sunt consan-
guinei per rationem prædictam, licet uterinus propriè sit
frater, ut per Baldum in consilio quinquagesimonono. De
iure communi. in fine, quarto uolumine, Angel. in consilio
centesimo decimonono. Statuto. circa med. & Pau. de Castro
in consilio tricentesimo quadragesimooctauo. In puncto,
post princ. refert, & sequitur Alexander in l. ex facto, duo-
decima columna, uersicu. ex his quæ hic dixit Barto. ff. de uul-
gari, & pupillari. Et ex his tollitur generalis uerborum
statuti, & similiter quod dicebatur, quòd masculinum conci-
pit fœmininum; quoniam illud procedit per interpretatio-
nem ex uerosimili mente loquentis, ut dicta l. iusta. & ibi tra-
dunt Doctor. de uerborum significatione, sed in casu no-
stro uerosimilis, immo clarissima meo, loquentis est, ut tan-
tum de agnatis masculis loquatur, ut ex prædictis patet, er-
go &c. Concludatur itaque ex prædictis, solùm agnatos
masculos per statutum uocari. Meritò ergo sequitur, quòd
domina Antonia licet agnata, cum sit fœmina, non dicitur
uocata ad exclusionem dictæ dominæ Claræ. Non obstat
demum illud statutũ, quod incipit, similiter seruetur, prope
finem, in uersic. aliæ uerò personæ &c. in quo uidebatur co-
loratum argumentum pro domina Antonia, sumẽdo scilicet
argumentum a contrario sensu, & dicendo, quòd si agnatæ
excluduntur existentibus agnatis masculis usque ad tertium
gradum, ut ibi dicitur, ergo a contrario eis non existentibus
debent admitti. Quoniam respondetur absolutè, quòd tale
argumentum saltem eo modo sumi non debet; quoniam ex
eo resultaret iuris communis correctio, & quoniam hoc ple-
nè per dominum Consultorem deductum fuit, non instabo
11 super eo, ad ipsum me remittendo. † Ex quo enim tale sta-
tutum in sensu directo, & expresso multùm operatur, ut est
notissimum, non potest ex eo argui a contrario sensu ad cor-
rectionem iuris, ut per Doctor. maximè Modern. in l. prima,
§. huius rei. ff. de offic. eius cui man. est iurisdict. & supra per
Consultorem dictum fuit. Sed ulterius dico, quod etiam
si quis uelit sumere argumentum a contrario sensu, non tamẽ
necessariò sequitur, q domina Antonia debeat in casu isto ad-
mitti. Argumentum enim sic sumi debet, ergo agnatis ma-
sculis in tali gradu non existentibus non excludentur, non ta-
men ex hoc sequitur, quòd omnino admitti debeant, sed hoc
proueniet ex eo, an illa sit proximior persona defunctæ uel
ne, si sit proximior ut talis admittetur, si autem non sit pro-
ximior, cedet, proximiori, ut sic seruetur regula iuris cõmu-
nis, & sic non excludi dicitur medium quoddam inter exclu-
di & admitti. Et pro ista declaratione, quæ uidetur uerissi-
ma, uideatur Deci. in l. prima. quarta & quinta columna, in
uersiculo ultimo not. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdict.
qui egregiè hanc materiam declarando firmat pro regula,
quòd ex tali argumento, si aliud non appareat, non inducitur
dispositio, sed tantùm reiicitur expressa decisio, & eo modo,
si illud ita importat, potest induci dispositio, ut per eum,
quæ cum omnes uidere possint, aliter non referam, sed au-
dacter ex dictis per eum concludo, quòd in casu nostro etiam
quòd arguatur a contrario sensu, non debet inferri, quòd do-
mina Antonia in casu isto excludat dominam Claram, sed to
tum contrarium, ut ex prædictis constat, sed quid plura?
quod

quòd domina Clara in casu nostro sit admittenda ad hæreditatem, & successionem dominę Thomasiæ, & non domina Antonia (ni fallor) dicitur manifestè dispositum per illud statutum, quod incip. Mulier, & descendens, sub rubr. decimaseptima, in uersic. idem similiter obseruetur &c. Nam dum ibi disponitur, quòd soror, uel ex ea descendentes non succedant ab intest. fratri, uel sorori, intellige sine liberis descendentibus ex talibus fratribus, uel ex eis descendentibus masculis, uel extante aliquo masculo agnato usque ad tertium gradum de iure canonico, infertur necessariò a contrario sensu, quod prædictis personis non extantibus soror, aut ex ea de-
22 scendentes succedere debeant. † Regulariter enim etiam in statutis sumitur argumentum a contrario sensu, quando scilicet ex eo non resultat iuris communis correctio, ut per doct. omnes in d. l. prima. de offic. eius cui mand. est iurisd. Vnde cum in casu isto ex tali argumento nedum non inducatur iuris correctio, sed potius decisio iuri communi conformis, sequitur, quòd tale argumentum sumi debet, ut modò sumebam, & sic quòd in dicto statuto habemus præsentis casus decisionem. Et notandum est, quòd etiam sumendo tale argumentum secundùm declarationem Decii in d. l. 1. in ultimo notabili, ut scilicet solùm inferatur reiectio expressæ decisionis in statuto positæ. Adhuc omnino sequitur, dominam Claram sororis filiam in præsenti casu succedere. Nam expressa decisio est, quòd filius, uel filia sororis non succedat ex talibus personis, de quibus ibi, & supra retuli, ideo si sensus contrarius est reiectio talis decisionis, sequitur, quòd dictis personis non extantibus succedat, quod quidem est secundùm ius commune, si alii proximiores non adsint, propter quod sequitur, quòd tale argumentum, ut dixi, omnino fieri debet, sed quando aliquid contra ius commune ex tali argumento resultaret, fortasse non sic dicerem per ea, quæ supra dicta fuerunt. Et certè, ut uerum fatear, non possum uehementer non admirari, quòd in præsenti casu fiat, aut facta unquam fuerit aliqua difficultas, cum per prædictum statutum, ut supra consideratum, affirmatur clarissima decisio in fauorem dominæ Claræ. Illam ergo succedere dominæ Thomasiæ prædictæ exclusa penitus domina Antonia ex iam dictis una cum adductis supra per dominum Consultorem indubitanter concludo. Laus Deo.

Mar. Soci. Iunior Paduæ legens ius ciuile in prima sede uespertinæ lectionis.

S V M M AE.

Statutum excludens matrem propter consanguineos ex parte patris, an excludat propter amitam.

Masculinum an & quando concipiat fœmininum.

1 *Statuto si caueatur, quòd consanguinei ex parte patris matrem excludant, an propter amitam excludatur.*
2 *Ratio statuti fœminas propter masculos excludentis, uidetur unica, & indubitata, licet per statuentes non exprimatur.*
3 *Agnatio per amitam non conseruatur, nec per eius filios, qui eorum patris agnationem sequuntur.*
4 *Mulier dicitur finis eius familiæ.*
5 *Consanguineorum appellatione ex parte patris non fœminæ, sed masculi includũtur, per quos cõseruatur, & perpetuatur agnatio, & maximè in statuto correctorio, uide inf. nu. 8. & seq.*
6 *Statutum uocans proximiores ex parte patris, ad matris exclusionem si concurrit amita in tertio gradu, & masculus in quarto, ille præfertur, & amitam excludit.*
7 *Statutum indefinitè loquens non procedit in persona, in qua non sit eadem ratio.*
9 *Statuta in eorum uerbis secundùm communem usum loquendi sunt intelligenda.*
10 *Dubitandi locus non est, ubi habemus casum legis.*
11 *Masculinum in statutis fœmininum concipit.*
12 *Verba legis operari debent.*
13 *Verba generalia generaliter intelligenda sunt.*
14 *Consanguineorum appellatione ueniunt fœminæ, siue accipiamus pro fratribus, qui etiam sorores ueniunt, siue accipiamus strictè pro agnatis, quia & agnatæ continentur.*
15 *Nomen consanguineus quot modis accipiatur.*
16 *Argumentum ab absurdo optimum, & concludens est.*
17 *Qui uincit uincentem te, fortius uincet te, in eodem genere uincendi, seu certandi.*
18 *A uerisimilitudine recedendum non est.*
19 *Statutum uocans ad exclusionem matris consanguineos proximiores ex paterna linea, dicitur uocare etiam amitam.*
20 *Statutum & iuris correctoriũ præferens proximiores consanguineos ex parte patris, fœminas etiam consanguineas includit.*
21 *Verba illa statuti, li parenti dal lato del padre, posita ad exclusionem matris comprehendunt etiam amitam defuncti.*
22 *Masculinum semper concipit fœmininum in legali, uel statutoria dispositione, si materia sit indifferens.*
23 *Successionis materia inter masculos, & fœminas est indifferens.*
24 *Agnatio per fœminam de agnatione, dum uiuit, conseruetur.*
25 *Masculinum in statutis non comprehendit fœmininum, nisi de contraria statuentium mente appareat.*

C O N S I L I V M X.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis: & iustitia.



ABVNDE, & subtiliter præsens consultatio absoluta est per præstantissimos iurisconsultos primò consulentes, & ita ut additioni locus non uideatur relictus, & si q̃d supererat p eximiũ doctorẽ primò subscribentẽ relatum fuisse uidetur. Mihi ergo pariter de subscriptione requisito solùm superest, ut ad instar euntis post terga optimorũ messorum spiculas aliquas recolligam.
1 † In præsenti itaque difficultate, quæ leuis non uidetur, utrum scilicet in statuto inclytæ ciuitatis Esinæ excludente matrem a tribus quartis propter consanguineos ex parte patris usq; ad tertium gradum includatur amita, licet sit fœmina, ut sic ẽt ipsa matrẽ a tribus quartis excludat. An uerò tale statutum restringatur ad consanguineos masculos tantùm? Ego, vt uerum fatear, aliquantisper dubitaui, & hinc inde animus uoluebatur. Et in secundam partem, scilicet quòd ad masculos restringeretur, & sic quòd mater per amitam in nullo excludatur multùm uidebatur urgere ratio conseruandæ agnationis, ob quam statuentes moti uidentur, ut etiam alii supra dicebant, prout declarat Paul. de Castr. in consilio 336. Præsens casus, post princip. & Roman. in con-
2 silio 411. Quatuor suoi. per totum, † ubi dicit, quòd ista ratio in istis statutis dicitur unica, & indubitata, licet per statuentes non exprimatur, ad quod plures allegari possunt, qui uideri possunt citati per Albertum Brunum in suo tractatu de statuto fœmi. excluden. in tertio articulo principali.
3 † Etenim ista ratio uidetur cessare in amita: quoniam in ea, seu per eam agnatio perpetuari non potest, cum filii eius patris eorum, & non matris familiam, & agnationem sequantur, institut. de patria potestate, in fine, & l. familiæ. in fine.
4 ff. de uerborum significatio. † Et ideo dicimus, quod mulier dicitur finis suæ familiæ. l. pronunciatio. in fine eodem titulo. Videbatur ergo dicendum, amitam, licet agnatam non de-
5 bere admitti ad exclusionem matris, † & consequenter, quod appellatione consanguineorum ex parte patris non includãtur fœminæ, sed tantũ masculi, per quos conseruatur, & ppetuatur agnatio. Et sic q̃ masculinũ in isto statuto fœmininũ non cõprehẽdat, & maximè cũ simus in statuto correctorio & a iure communi exorbitanti, ut p doct. maximè Ias. in l. si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iudic. cum aliis adductis supra per excellentissimos Consultores, qui etiam plures decisiones maiorum nostrorum allegant, in quibus in similibus statutis masculinum non concipit fœmininum, ut per eos.

Et

6 † Et ultra illos uidetur multum in terminis decisio Corn.
in consilio ducentesimoseptuagesimosexto. Constat ma-
trem, quarto uolumine. ubi determinat, quòd statutum uo-
cans proximiores ex parte patris ad matris exclusionem, si
concurrat amita in tertio gradu, & agnatus masculus in quar
to, ille præfertur, & amitam excludit, quod ex alio non est,
nisi quia illa uerba, proximiores ex parte patris, solùm de ma
sculis intelliguntur, sic ergo uidetur dicendum in casu no-
stro, ut scilicet appellatione consanguineorum uocatorum
ad exclusionem matris solùm masculi dicantur uocati.
7 † Ad quod etiam facit: quia statutum indefinitè loquens
non procedit in persona, in qua non fit eadem ratio: ut est
doctrina Bartol. communiter approbata in l. omnes populi.
in tertia quæstione, sextæ quæstionis principalis, uersiculo
quandoque in statuto sunt uerba indefinita. ff. de iustitia, &
iure. Vnde cum statutum, de quo agitur, indefinitè loqua-
tur de consanguineis, non debet uerificari in amita, in qua
non uidetur considerari eadem ratio, quæ in masculo. Et
ego memini per prædicta, & alia quædam iam annis duode-
cim, uel circa me consuluisse apud Rauennam, quòd statu-
tum excludens matrem propter proximiores propinquos
non excludebat propter amitam. Et hæc sunt, quæ mihi in
fauorem matris in præsenti casu prima fronte urgere uide-
bantur. Sed tamen eis minimè obstantibus, prout uerè
casum nostrum non tangentibus diligentius, & maturius om
nia intuendo contrariam partem uti ueriorem amplector,
& concludo, quòd immo amita dicatur uocata ad exclusio-
nem matris (excepta tamen quarta parte matri per statutum
reseruata) prout etiam per prædictos excellentissimos Pa-
tres, & (ut puto) cum summa iustitia cõclusum fuit per iura,
rationes, & auctoritates per eos deductas, quos omnes se-
riatim referre non expedit. Solùm ergo tangam substantia-
8 liora. † Dico igitur uerissimum esse, quòd in præsenti sta-
tuto sub uerbis illis consanguineo, uel consanguineis, & in-
fra etiam consanguinei, & similibus, licet sint prolata in uoce
masculini generis, debet omnino comprehendi etiam sexus
fœmininus, & per consequens amita, una uel plures, si plures
adsunt. Primò: quia ita dictat regula iuris communis uul-
gata l. qui duos. ff. de legat. tertio. & l. si ita scriptum. in prin-
cipio de legatis secundo, cum similibus, & uidetur id fieri
secundùm proprietatem sermonis, ut uidetur importare uer-
bum continet, de quo in dicta l. qui duos. iuxta doctrinam
Bartoli in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postula. Secundò
quia in dicta ciuitate extat communis usus loquendi, ut mi-
hi præsupponitur, quòd appellatione consanguineorum ue-
9 niunt omnes de agnatione, ita fœminæ sicut masculi. † Est
enim tritissima iuris regula, quòd statuta in uerbis suis sunt
intelligenda secundùm communem usum loquendi, argu-
mento l. librorum. §. quod tamen Cassius. iuncta glo. de lega.
tertio, & declarat Bartol. in l. Labeo. ff. de supellectili legat.
Fulgosi. in consil. 119. Proponitur, quòd Federicus, colum-
na fina. Cuma. in consilio 146. Simon Helias. quarta colum-
na, & patruus & dominus meus Sociu. in consilio 235. uise
contingentia, secunda col. secundo uol. & in consil. 102. uisa
scripr. 3. columna 3. uolu. cum multis aliis quæ allegari pos-
sent. Tertiò, quia si aliunde res dubia esset, omnis dubita-
tio dicitur sublata ex forma alterius statuti in eodem libro 2.
sub rubrica, quòd masculinum concipiat fœmininum. numero
5. ubi enim expressè disponitur, quòd ubicunque in statuto
communis Esij reperitur uerbũ in masculino genere, quòd
intelligatur etiam in fœminino, ut sic etiam amita dicatur
comprehensa, & cum in hoc uerba statuti sint clara, non de-
bet admitti quæstio uolũtatis. l. ille, aut ille. §. cum in uerbis.
10 ff. de lega. 3. † Cum itaque pro præsenti difficultate deciden-
di habeamus casum legis municipalis, nõ remanet locus du
bitationi. l. illam, uersicu. de modo. C. de colla. & l. ancillæ. C.
de fur. prout hæc iure ad hoc allegat Corne. in consil. 13. ad
11 huius consultationis euidentiam. 2. colum. 2. uolu. † uolue-
runt ergo statuentes in isto statuto 51. tollere disputationem,
quæ sæpe fit per nostros docto. utrum scilicet in statutis ma-
sculinum concipiet fœmininum, & concludere, quòd absolute
concipiat, prout de similibus statutis ita arguit, & concludit
Alexan. in consilio octuagesimoquinto. animaduersis opti-
mè, secunda colum. uersicu. secundò moueor, libro quarto.
Cum igitur per istud statutum clara mens statuentium appa
reat, quòd etiam consanguinea uocetur, non est ulterius su-
per hoc dubitandum: quia in claris non est opus coniectu-
ris. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerborum obliga. & ita quasi
in terminis arguit, & concludit Dec. in consi. 563. duo dubia.
tertia colum. uersiculo his tamen non obstantibus.
Et si quis diceret, quòd statutum illud sub rubrica quinqua-
gesimaprima, non uidetur adaptandum ad statutum sub ru-
brica centesimadecimatertia, de quo agitur, quoniam si ada-
ptaretur, siue extenderetur, superfluè in eo in plerisque locis
adderetur de sexu fœmineo: quia satis esset loqui tantùm de
masculino, cum sub eo postea ẽt fœmininus sexus contineretur,
& tamen uidemus, quòd in eo statuto sæpe fit expressio etiã
sexus fœminini, ut in prin. ibi, cum filio, uel filia, filiis uel fi-
liabus, & ibi, aliquo, seu aliqua ipsorum, uel ipsarũ. Et supra
ibi, de bonis dictorum filiorum, uel filiarum, & ibi, pupillo
12 uel pupillæ, & alibi etiam, † unde uidetur, quòd nec in prædi-
ctis locis sexus fœminini expressio sit superflua, & nihil ope
retur, iuxta l. si quando. ff. de lega. primo. & c. si Papa. de priui
leg. lib. 6 & no. per Bald. in rubr. C. de contrahen. emptione.
in nona quæst. dicere debeamus, quòd ubi talis expressio non fit,
statutum debeat tantùm intelligi de masculis, prout uerba
sonant, quasi dicamus, quòd statuentes, ubi uoluerunt etiam de
sexu fœminino intelligere, id expresserunt, & ubi non expres-
serunt, noluerunt de eo loqui, cum facile erat eis exprimere,
sicut in aliis locis expresserunt, iuxta l. primam. §. sin autem
ad deficientis. C. de caduc. tollen. & capitu. ad audientiam. de
decim. cum similibus. In proposito autem ad exclusionem
matris solùm in uoce masculina uocantur consanguinei, er-
go &c. Ad hoc facile respondetur, dicendo, quòd immo sta-
tutum illud quinquagesimumprimum est omnino attenden
dum, etiam in hoc statuto centesimodecimotertio, cum ge-
neraliter dicat, ubicunque in statuto communis Esij &c. sub
qua generalitate non est dubium etiam hoc statutum centesi-
13 mumdecimumtertium comprehendi. † Generalia. n. uerba
generaliter sunt intelligenda. l. quique §. parentes. ff. de in ius
uocan. l. item apud. §. generaliter. ff. de iniur. & capitu. si Ro-
manorum. circa medium. ubi gloss. not. decimanona distinct.
cum uulgaribus, & quòd ita sit, probatur manifestè: quia licet sæ
pe in eo statuto fiat expressio sexus etiam fœminini, & id qui-
dem ad maiorem expressionem, tamen sæpe etiam solùm ex-
primitur sexus masculinus, ubi etiam de fœminino statuen-
tes intelligunt loqui, ut patet in princ. ibi, post mortem alio-
rum suorum; & in uersiculo, idem dicimus de filio maiori
14. ann. & infra ibi, uel maioris prædicti, & etiam alibi. In his
enim locis absque aliqua dubitatione sexus masculinus con
cipit fœmininum ex mente statuentium, ut rectè consideran
ti totum statutum patebit. Et sic in his locis uerificabitur sta
tutum illud quinquagesimumprimum, & ita etiam dicen-
dum est uerificari in uerbo, consanguinei, ut sic etiam fœmi
nas consanguineas contineat, saltem mediante dicto statuto
quinquagesimoprimo, quòd certè factum fuit: quoniam cũ
statuentes uellent disposita per eos procedere in utroque se-
xu, propter quod sæpissime utrunque sexum expresserunt,
considerantes tamen quòd poterat aliquando contingere nõ
esse factam talem expressionem, posuerunt illud generale sta
tutum sub rubrica quinquagesimaprima, quòd mascu
linum in eorum statutis concipiet fœmininum.
Quinimmo ad eundem finem addiderunt etiam, quòd ge
nus fœmininum concipiat masculinum, si commodè adapta
ri possit. Ex quo clare mens eorum (quæ modò dixi) manife-
sta colligitur.
Et allegata in contrarium procederent in dubio, quãdo in
nulla parte statuti nostri constaret, masculinum concipere fœ
mininum. Arbitror itaque procul dubio appellatione consan
guineorum in præsenti statuto uenire etiam consanguineos,

14 & sic in casu nostro amitam. † Sicut etiam in iure nostro sub
nomine consanguineorum ueniunt etiam fœminæ, siue ac-
cipiamus strictissimè pro fratribus: quia etiam sorores ue-
niunt. l. prima § post suos. & l. secunda. ff. de suis, & legitim.
& in auctenti. de consangui. & uteri. frat. per totum. Siue
etiam accipiamus strictè pro agnatis (prout capitur in no-
stro statuto) nam & agnatæ continentur. l. prima. iuncta glos.
C. de legiti. hæredi. & capit. coniunctiones, trigesimaquinta,
25 quæstione secunda. † Et licet hoc nomen, consanguineus,
aliis duobus modis quandoque accipiatur, s. largè, & largis-
simè: tamen propriè solùm capitur prædictis modis, ut uo-
luit Corne. in præallega. consilio tertiodecimo. sexta colum.
& clarius dixit in consilio sexagesimoseptimo, in hac con-
sultatione, post princ. secundo uolumine. Immo dico, quòd
etiam in hoc eodem uolumine statutorum alibi sub nomine
consanguineorum, si materia patitur, continentur etiam fœ-
minæ, ut constat sub rubrica centesimaquinta. in secundo lib.
ubi pluries sit mentio de proximioribus consanguineis, & si
rectè quis aduertat, etiam fœminæ comprehendi possunt, &
idem pates etiam sub rubrica decimatertia, in tertio libro
ibi, uel alius consanguineus, nam etiam in fœmina potest ue-
rificari. Et quando statuentes noluerunt fœminas compre-
hendi, expresserunt qualitatem masculinitatis, ut cõstat sub
rubrica quadragesimaseptima, in libro secundo. ibi, duorum
proximiorum consanguineorum masculorum &c. Cum igi-
tur in proposito non fiat expressio masculinitatis, credendũ
est, quòd etiam fœmina consanguinea contineatur, argumento
d & l. prima. §. sin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen.
cum similibus, & præsertim atte͂ta generalitate illius statuti,
quòd masculinum concipiat fœmininum, per quod, ut dictum
est, tollitur omnis dubitatio. Et licet prædicta satis superque
sufficere uideantur ad probationem propositæ conclusionis,
tamen ex alio etiam efficacissimè ostenditur, quòd sub nomine
consanguineorum ueniunt etiam fœminæ in statuto, de quo
26 agitur. † Et hoc est per locum ab absurdo remouendo, qui est
optimus & concludens modus arguendi. l. heredes mei. §. cũ
ita. ff. ad Trebellianum. l. nam absurdum. ff. de bonis liberto-
rum. & l. consulta diualia. C. de testa. cum similibus, & tradit
Abbas per illum text. in cap. iniustum. de rerum permuta. &
Iaso. in l. diuortio, in quinto not. per illum text. ff. solut. mat.
Dico enim, quòd si agnatæ fœminę non essent comprehensę,
sequeretur, quòd soror defuncti per matrem in totum exclu
deretur, quoniam si illa non ueniret sub nomine consangui-
neorum, & alii non essent consanguinei usq; ad quintum gra
dum, essemus in terminis, in quibus loquitur hoc nostrũ sta-
tutum, in fi. in uer. si uerò dicti consanguinei &c. dum dispo-
nitur, quòd mater in omnib bonis filii sui succedat, & ita so-
ror, si extaret, excluderetur. Nullibi. n. reperitur uocata exi-
stente matre, si non uocatur sub noĩe cõsanguineorum, nam
in statuto de successione ab intestato, sub rub. centesimadeci
ma, soror uocatur matre non existente. Ipsa uerò existente
remanet et omnino exclusa, si non ueniret appellatione con-
sanguineorum, ut dixi. Hoc autem reputo absurdum, er-
go &c. Absurditas autem ostenditur: quia si agnatus ma-
sculus, & sic consanguineus in tertio gradu excludit ma-
trem a tribus quartis, ut clarè dicitur in isto statuto cente-
simodecimoseptimo, fortius debet eam excludere soror, cum
ipsa prædictum agnatum excludat, nisi sit filius fratris, ut
clarè probatur in dicto statuto centesimodecimo. Si enim
soror uincit agnatum, fortius debet uincere ipsam matrem
27 in illis tribus quartis, in quibus ab agnato uincitur, † quia
qui uincit uincentem te, fortius uincit te in eodẽ genere uin-
cendi, seu certandi, ut l. de accessionib. cum ibi nota. per glo.
Bart. & alios. ff. de diuer. & tempo. præscrip. & tradit Bart. in
l. Claudius, ff. qui potior. in pig. hs. Et potest dici, quòd in pro-
posito sit argumentum à fortiori. nam si agnatus prędictus a
tribus quartis excludit matrẽ, minus a statuto dilectus quá
soror, fortius debet matrem ipsam eodẽ modo excludere so-
ror magis dilecta, auctен. multo magis. C. de sacrosan. eccle.
l. prima. in princip. & ibi no. Bartolus. C. de rei uxo. act. dicto
capi. si Romanorum in principio, decimanona distinct. & ca-
pi. per uenerabilem. ubi doctores notant. qui filii sint legiti-
mi, cum similibus. Siue etiam uelis, quòd sit argumentum a
uerosimili mente statuentium, quia uerosimile est, quod sta-
tuentes uoluerint matrem ita excludi, uel etiam magis per
sororem, quàm per consanguineum, siue agnatum prædi-
18 ctum, cum ipsam sororem ipsi agnato prætulerint, † unde a
tali uerosimilitudine non est recedendum. l. non est uerosimi
le. ff. quod metus causa. & cap. solicite. de restitutione spolia-
torum, & est glo. & ibi tradunt doctores per illum textum in
l. tale pactum. §. finali. ff. de pactis, cum multis aliis, qui ad hoc
allegari possent. Vt igitur uerosimili menti statuentium, &
argumento a fortiori seruiamus, & remoueatur absurdum,
de quo supra, dicamus sororem comprehendi sub nomine
consanguineorum excludentium matrem a tribus quartis, &
sic necessariò sequetur, quòd in hoc statuto sub masculino ge
nere comprehendetur etiam genus fœmininum, & per con-
sequens in proposito nostro comprehendetur etiam amita,
& ista consideratio (ni fallor) ultra considerationes præ-
stantissimorum supra consulentium est concludentissima in
19 fauorem amitæ unius, uel plurium. † Et pro eis in terminis
fortioribus adducitur decisio Baldi in consilio quadragesi-
moquinto, si ienemus, quarto uolumine, ubi concludit, quòd
statutum uocans ad exclusionem matris proximiores consan
guineos ex paterna linea, dicitur uocare etiam amitam, si sit
proximior, ita ergo dicamus in casu nostro de illis uerbis, cõ
sanguinei ex parte patris, ut scilicet etiam istas amitas con-
tineant, & quidem fortius propter illud statutum, quòd ma
sculinum concipiat fœmininum, quòd in casu Bald. non re-
20 periebatur. † Et similiter etiam in fortiorib. terminis facit
decisio Corneі in cõsilio ducentesimoquadragesimooctauo,
uidetur prima facie. secunda columna, uersiculo nec etiam
obstat. tertio uolumine, dum in effectu concludit, quòd sta-
tutum etiam iuris communis correctorium præferens proxi-
miores consanguineos ex parte patris, includit etiam fœmi-
nas consanguineas, ut per eum, qui etiam idem uoluit in con
silio nonagesimoquinto, in hac consultatione, quinta colum
21 na, secundo uolumine, † dum uult, quod illa uerba statuti in
casu suo, uidelicet, lo parente da lato del padre, posita ad ex-
clusionem matris comprehendant etiam amitam defuncti,
ut per eum. Sic itaque ex prædictis remanet firma conclusio,
quòd in casu nostro etiam amita dicitur per statutum uocata
22 ad exclusionem matris. † Et eo maximè, quia semper in
legali, uel statutaria dispositione, si materia sit indifferens, ma
sculinum concipit fœmininum, ut per doctores in l. prima. ff.
de uerborum significat. in l. si quis id quod. ff. de iurisdictio.
omnium iudi. in cap. si quis suadente, decimaoctaua quæstio-
ne tertia. & in cap. generali. de electio. libro sexto. cum concor
dantibus, ut per Decium in consilio quingentesimouigesi-
moseptimo, in ciuitate Rauennæ, secunda columna, uersicu-
lo sed principaliter respondetur, & supra etiam per alius ra-
23 ctum fuit. † Nulli enim dubium est, materiam successionis,
de qua agimus, esse indifferentem inter masculos, & fœmi-
nas. l. maximum uitium. C. de liberis præteritis, & in auctén-
tico de hæreditat. ab intestato ueni. per totum, & declarat De-
cius in loco proximè allegato. Et tanto magis istud in casu
nostro debet attendi inspectis prædicto statuto quinquage-
simoprimo, & consideratione, quam supra fecimus de so-
rore. Etenim ex illis duobus principaliter ego inclinaui in
hanc sententiam.

Et ex prædictis omnibus (ubi rectè considerentur) appa-
rebit responsio clarissima ad allegata in contrarium.

Illa enim procedere possent, quádo ex alio non appareret
contraria mens statuentium. At in casu nostro constat, quòd
statuentes sub nomine consanguineorum etiam fœminas cõ-
prehendunt, tum ex illo statuto quinquagesimoprimo, tum
etiá ex argumento supra facto de sorore, ergo &c. In incertis
enim & non super certis locus est coniecturis. l. continuus. §.
cum ita. ff. de uerborum obligat. Contraria igitur coniectu-
raliter procedunt, & in dubio, nos uerò, ut dixi, sumus in

certa

certa, & clara mente statuentium. Et stante tali mente posset dici, quòd statutum sit bene factum fauore agnationis, non dicam perpetuandæ, sed ut bona ad agnatos perue-
14 niant, ut indicant illa uerba ex parte patris, † sed non est dubium, amitam esse agnatam, & per eam dum uiuit, agnationem conseruari, ut tradit Alexand. in consilio quinquagesimoquinto. ponderatis, secunda columna, uersiculo præterea etiam, libro tertio, in consilio quinto, consideratis, secunda columna, uersiculo præterea posito, & in consilio octuagesimonono, circa primum, columna fina. uersiculo non obstat statutum, libro sexto. Curt. senior in consilio sexagesimotertio, antiquissima, columna decimaseptima, uersiculo, q d plura afferre oportet. Iaso. in consilio, centesimo quadragesimosecundo. uenerabilis, sexta columna, uersiculo, sextu facit, secundo uolumine. Deci. consilio quingentesimosexagesimotertio. duo dubia, tertia columna, uersiculo non obstat ratio. & Curtius iunior in consilio quadragesimonono, habita diligenti, tertia columna, uersiculo accedit ad confirmationem, & ideo sequitur menti statuti satisfactum esse, etiam
15 quòd bona ueniant ad amitam. † Et quod dici solet, in statutis correctoriis masculinum non concipere fœmininum, procedit, nisi de contraria mente statuentium appareat, cui ante omnia seruiẽdum est, per iura uulgaria. Ad quod etiam aliis modis responderi potest, ut supra per alios excellentissimos Consulentes dictum fuit. Non obstat consil. Corne. 276. in contrarium allega. quia posito quòd eius decisio sit uera, respondetur, quòd ibi poterat de mente statuentium dubitari, nec clarè apparebat, quòd masculinum debet concipere fœmininum, ideo potest argui, quòd tantùm de masculis intellexerint.

Et ita etiam procedat, quod ego aliàs consului super statuto Rauennæ. Sed in casu nostro exploratam habemus mentem statuentium, quòd etiam fœminæ uocentur, dummodo sint agnatæ, seu consanguineæ ex parte patris, ut supra dictũ fuit, ergo &c. Sic itaque ex prædictis, & aliis pluribus deductis supra per excellentissimos Consulentes unà cum eis cõcludo in præsenti casu, amitam unam, uel plures admittendas ad hæreditatem pupilli nuper mortui pro tribus quartis, alia quarta parte matri eius reseruata.

Soc. nepos Paduę legens.

S V M M AE.

De præcepto ex forma statuti faciendo de debito liquido de quo constet per confessionem partis.

An fieri possit, si confessio sit ficta, & per contumaciam.

Et utrum habitus pro confesso quandam scripturam esse sua manu scriptam, dicatur confiteri debitum, de quo in illa scriptura, ita ut sit locus dicto statuto, si expreisè neget se debitorem.

1 *Fictio idem operatur in casu ficto, quod operatur ueritas in casu uero.*

2 *Confessio ficta ex contumacia resultans post sententiam declarantem contumacem pro confesso haberi habet effectum confessionis ueræ, & ad hæredem transit.*

3 *Sententia quò ad effectum pro ueritate habetur.*

4 *In confessum nullæ partes sunt iudicis, nisi in condemnando, uel in præcipiendo, ut soluat.*

5 *Confessio extra iudicium, uel lite iam contestata facta executionem paratam non habet, sed requiritur sententia.*

6 *Statutum dans confessioni executionem dicitur a iure communi exorbitans, & strictè interpretandum est, ut minus, quàm posset, ius commune lædat.*

7 *Statutum loquens de confessione habente paratam executionem debet intelligi de uera, & non de ficta, cum statuta debeant intelligi in casu uero, & non ficto.*

8 *Res negatione dubia efficitur.*

9 *Statuti uerba si non conueniunt, nec eius dispositio conuenit.*

10 *Compensatio a lege fit de quantitate ad quantitatem.*

11 *Confessio ficta, ut habeat effectum, non inducitur ipso iure, sed requiritur, quòd super ea sententietur, quòd talis fuit contumax, puta non iurando, uel non respondendo.*

12 *Condemnatus per contumaciam, ueluti fictè confessus. non comprehenditur in statuto faciente mentionem de confessione.*

CONSILIVM XI.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis: & iustitiæ.



PRAESENTIS consultationis resolutio non uidetur modicæ difficultatis, quod uel ex eo apparet quòd duo excellentissimi doctores (quorum, & cuiuslibet auctoritati non parum defero) contrarias sententias protulerunt. Et prima fronte uidebatur concludendum, quòd præceptum factum Magnifico dom. Ioanni Paulo de Aneroldis, debeat executioni mandari, prout per excellentissimum secundum consultorem indicatum fuit. Nam cum statutum sub rubrica, de pręceptis fiendis ad quindecim dies, in capit. duodecimo. tale præceptum fieri permittat, si de debito constat per instrumentum publicum, uel per confessionem, & in casu isto uideatur constare per confessionem, uidetur posse dici tali præcepto locum fore. Hoc autem quòd per confessionem constet, uidetur probari: quoniam Magnificus domi. Ioannes Paulus iussus, ut respondere debeat, an allegatæ scripturæ sint propria eius manu scriptæ, aliàs habebitur pro confesso, ut constat ex sententia domini Vicarii, non respondit quicquam, & sic ex forma prædictæ sententiæ fuit habitus pro confesso. Et licet dicta confessio ficta sit inducta uigore dictæ sententiæ, tamen debet tantum operari, quantum uera confessio fuisset opera-
1 rata, † cum pro regula dici soleat, quòd idem operatur fictio in casu ficto, quod ueritas in casu uero. §. sponsalibus. cum gl. in auth. de sanctis. episcopis, & l. si is qui pro emptore. cum sua materia. ff. de usucapi. cum similibus. Et maximè hoc dicendum uidetur, attento quod per sententiam prædicti domini Vicarii fuit expresse dictum, quod si Magnificus dominus Ioannes Paulus fuerit contumax in respondendo, habebitur pro confesso, nam propter talem sententiam uidetur, quod eiusmodi confessio, licet per contumaciam habeat effectum ueræ confessionis, ut uoluit Baldus in l. prima. tertia columna. C. ne ex delict. defunct.

2 † Concludens, quòd quando per sententiam declaratur, quòd contumax habeatur pro confesso, ficta confessio ex cõtumacia resultans secuta tali sententia trãsit ad hæredem, ubi aliàs non transiret, quod etiam uoluit Paulus de Castro in l. fina. §. quod si actor. prima columna. C. de iureiuran. propter calum. dan. & Iaso. post alios per eum allegatos in l. manifestæ. circa finem. ff. de iureiurand. & illud in eo uidetur fundari:
3 † quia sententia pro ueritate habetur quo ad effectum. l. ingenuum. ff. de statu hominum. & l. res iudicata. ff. de regu. iuris. & tradit Curtius iunior alios allegando in consilio centesimoseptuagesimoseptimo, habita diligenti consideratione. columna penultima. sicut ergo ficta confessio, quæ oritur ex contumacia, ad hæredem per se non transitoria, transit si de ea secuta sit sententia, ita in casu nostro debet ista confessio uirtute prædictæ sententiæ operari effectum ueræ confessionis, & consequenter quod ea stãte potuerit fieri præceptum, de quo ad præsens agitur, & (ut audio) in istis præcipuè se fundauit secundus consultor.

Sed tamen istis non obstantibus, maturius omnia considerando, uerius esse arbitror, præceptum prædictum fieri nõ potuisse, & factum omnino reuocandum esse, prout sapienter, & cum summa iustitia, ut puto, per excellentissimum primũ consultorem, seu per iudicem, ex consilio eius iudicatũ fuit.

Et pro ueritate huius conclusionis apertius demonstranda præsuppono, quòd statutum uolens, quod fiat præceptum

de debito liquido, de quo constat per confessionem partis, (retenta tamen ui, & uirtute probandi, ut in eo) non potest loqui de confessione solenni facta coram iudice ante litem contestatam, nihilo in contrarium allegato per cõfitentem,
4 de qua loquitur regula illa, † qua dicitur, in confessum nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando, uel pręcipiendo, ut soluat, iexta l. primam. & ibi tradũt Paulus de Castro, & alii, ff. de confessis. & l. si debitori. cum his, quæ ibi traduntur. ff. de iudi. & uidetur text. iuncta glossa in l. proinde. la secunda. §. fina. ff. ad legem Aquiliam. & habetur in decisionibus Rotę, numero 541. utrum præceptum de soluendo. in antiquis. Si enim tale statutum de tali confessione loqueretur, non conuenienter in eo diceretur retenta ui, & uirtute probandi: qua stante tali confessione, cum nihil ei opponatur, non cadit aliqua consideratio faciendæ probationis, quę tamen in statuto reperitur habita. Sic itaque remanet prædictum statutum loqui de alia confessione, contra quam aliquid opponi possit,
5 puta si fiat extra iudicium, uel lite iam contestata. † Et cum illa de iure communi non habeat paratam executionem, sed est opus sententia, ut declarat Alexander in l. secunda. secun-
6 da columna. prope finem. ff. de iureiurando † sequitur, quòd statutum dans tali confessioni executionem dicitur exorbitans a iure communi, & per consequens debet strictè interpretari, ut minus ius commune lædatur, iuxta tradita per doctores per illum textum in c. cum dilectus. de consuetu. cum concordantibus, ut per Corneum in consilio centesimodecimoquinto, in hac consultatione, tertia columna, primo uolumine, & per Decium in consilio quinquagesimosecundo, uiso elegaeti. secunda columna, & in consilio centesimononagesimosexto. in casu, secunda columna, cum multis aliis, qui ad hoc allegari possent. Hoc ita stante sequitur, quòd statutum istud, dum de confessione loquitur, debet intelligi de uera, & propria cõfessione, & non de ficta, prout est illa, quæ sumitur ex contumacia, ut sic minus lædatur ius commune, & hoc puto esse indubitatum. Sed ulterius dico, quòd absq; aliqua consideratione exorbitantiæ, † & sic posito quòd sta-
7 tutum istud loquatur respectu confessionis, quæ de iure habet executionem paratam, adhuc debet intelligi de uera confessione, & non de ficta, prout est regulare in omnibus statutis, ut scilicet intelligantur in casu uero, non in ficto, iuxta tritissimam. l. tertiam. §. hæc uerba. cum his, quæ ibi tradunt doctores. ff. de negociis gestis. cum concordantibus multis, ut per Excellentissimum Aduocatum Magnifici domini Ioannis Pauli in suis primis allegationibus, ad quas gratia breuitatis me refero. Et hoc absque dubio procedit in casu nostro, cum de iure communi ficta confessio sumpta ea contumacia multùm differat a uera, & proprio ore facta, ut similiter in prædictis allegationibus deductum fuit. Præterea (& hoc est bene notandum) quòd non sumus in casu statuti, inconuincibili ratione ostenditur, nam statutum loquitur, quando debitum est liquidum, & de eo constat per instrumentum publ. uel per confessionem partis, ut clarè sonant uerba eius, sed in casu nostro non potest dici debitum liquidum aliquo ex dictis modis, ergo &c. Non quidem per publicum instrumentum, ut est notum. Nec etiam per confessionem, cum Magnificus dominus Ioannes Paulus nedum debitum non confiteatur, sed expresse in iudicio asserat, se in aliquo non esse debitorem, & ita debitum expressè negat, ut in actis apparet, quo stante ego non uideo, quomodo quis uelit dicere
8 debitum esse liquidum, † cum negatione fiat res dubia. l. finali, & ibi glossa, & doctores. C. quibus ad liberta. proclam. non li. cum concordantibus ibi per glossam allegatis, & nota. gloss. in uersiculo deportandi, in l. prima. ff. nil noua. appella. interpo. & uidetur textus in l. post rem iudicatam ibi, si negetur. ff. de transactionibus. Et posito etiam quòd esset liquidum, certè non constaret de eo, nec per instrumentum publicum, nec per confessionem, ut dixi, meritò sequitur, quòd non potest habere locum statutum. Nec confessio ficta, quæ allegatur, facit ad propositum: quia illa non est de debito, ut scilicet fateatur se debere, sed est quòd scripturas illas manu propria fecerit, & quamuis per dictas scripturas ille uideatur apparere debitor: non tamen potest dici, quòd debitum sit liquidum per confessionem, cũ ista inter se sint diuersissima, ut de se notum est, & ex diuersis non infertur de uno ad aliud. l. si. ff. de calumniatoribus, & l. inter stipulantem. §. sacram, uersiculo, sed hæc dissimilia. ff. de uerbor. obligationib. cum simil. & ut hoc clarius appareat, pone, quòd extat scriptura priuata, quam ego non nego. Sed nego me debitorem, dicemus ne esse locum statuto, certè nõ; quia debitum non confiteor, nec de eo apparet per instrumẽtum publicum; non enim statutum uult præceptum, de quo in eo, posse fieri de quocunque debito etiam liquido, sed tan-
9 tùm quando de eo constat altero de duobus modis. † Vnde cum isto casu uerba statuti non conueniant, non conueniet etiam dispositio l. si seruum. §. non potest. ff. de acq. hæredi. cũ simil. ut tradit Bald. in l. 2. in 4. oppositione. C. si quis omissa causa testamenti.

Et sicut in casu prædicto statutum non procederet, ita etiã non debet procedere in casu nostro. Et tanto minus, quanto in casu nostro confessio scripturæ nõ est uera, sed ficta, & ista consideratio (ni fallor) est ipsa ueritas, ad quam excellentissimus iudicare debens, diligenter aduertat.

Et stantibus prædictis, prout ego uerissima arbitror, apparet manifesta responsio ad allegata in contrarium, nam cum dicamus debitum non esse liquidum, & de eo nõ constare per confessionem etiam fictam, cum ad illud non tendat, sequitur, quòd sumus extra terminos statuti.

Et allegata in contrarium, dum dicebatur, quòd tantum operatur fictio, quantum ueritas, possent militare, si aliud non obstaret, quando ex allegata contumacia induceretur ficta confessio debiti, & de eo postea esset facta sententia, quòd certè non est in casu nostro; quia dicta confessio, ut dictum est, solum dicitur quò ad scripturas illas, ut scilicet uideatur confessus fuisse eas propria manu fecisse, quod, ut dixi non est confiteri debitum, attento maximè quòd Magnificus dominus Ioannes Paulus expresse debitum negauit, ut di-
10 ctum. † Et istud potest suaderi; quia non ualet consequentia, scripsi manu mea me recepisse mutuò centum, ergo eorum sum uerus debitor, cum ego habere possum exceptionem non numeratæ pecuniæ, uel forte etiam debitum sit sublatum per aliquam compensationem, quæ de quantitate ad quantitatem fit per legem saltem habitu, si opponatur. l. cum aliter. & l. sequenti. ff. de compensat. uel ad minus utranque exceptionem considerando non poterat dici debitor, cum ab eo inuito non poterat extorqueri l. debitor. ff. de uerborum significatione. Et si dicatur, quòd in casu nostro sit lapsum tempus ad opponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ, iuxta §. finalem. institut. de liter. obliga. Dicam, quod fortasse infra debitum tempus fuit opposita, seu petitum fuit, ut declaretur non debitor. Et si hæc negeotur per aduersarios, non est curandum: quoniam satis est in proposito nostro non constare debitum esse liquidum ea ista ficta confessione Magnifici domini Ioannis Pauli, quòd scripturæ sint propria sua manu scriptæ. Si enim uerum debitum esset, quod tamen negatur, de eo solùm constaret per scripturas priuatas, & ideo absque dubitatione concludendum est non esse locum statuto, de quo agitur, sed uia ordinaria tale debitum petendum erit, quòd si fiet, ut mihi narratur, ostenditur, quòd Magnificus dominus Ioannes Paulus non poterat ad aliquid condemnari.

Præterea ad id, quod de sententia dicebatur in contrarium potest aliis modis responderi, ut per excellentissimum Aduocatum in suis secundis allegationibus. Et inter alia illa responsio uidetur clarissima, quòd allegata in contrarium procedũt quando post contumaciam, per quam quis debet haberi pro
11 confesso, subsequitur sententia illius declaratoria: † quoniã talis ficta confessio, ut effectum sortiatur, non inducitur ipso iure, sed tantum per sententiam da eo postea subsecutã, ut ꝓbatur in l. eius qui delatorem, & ibi tradit Bar. in 2. not. ff. de iure fisci, & ibi Alex. in apostil. allegat concordantes, et idem Alex.

Alex.ita concludit plures allegando in consil. 128. ponderatus narratis, prope finem, lib. 2. & intelligit Bar. quòd sententia debet proferri declaratoria, quòd talis fuit contumax, puta non iurando, uel non respondendo, ut per eum. Exemplum erit, si statutum disponat, quòd contumax in respondendo habeatur pro confesso. Nam si quis infra tempus sibi statutum ad respondendum non responderit, non habebitur pro confesso, nisi per sententiam declaretur, eum fuisse contumacem infra præstitutum tempus non respondendo. Dico modò in casu nostro, quòd sententia talis non fuit prolata post lapsum temporis præstituti magnifico domino Ioanni Paulo ad respondendum, ergo sequitur, quòd non potest haberi pro confesso, & sententia illa, quæ præcessit non fuit talis: quia nondum tempus præterierat, immo per illam præstituebatur. Et licet in ea diceretur, quòd nisi infra tempus statutum responderet, haberetur pro confesso: tamen istud nõ sufficit, & in hoc ista sententia æquiparatur statuto, de quo supra, in quo expressè dicitur, quòd contumax habeatur pro confesso, sicut dicitur in prædicta sententia, & tamen postquam præterierit tempus illud, requiritur sententia declaratoria, eum fuisse contumacem, ut per doctores præallegatos, ita ergo, & in casu isto dicendum est. Immo plus dici posset, quòd etiam si talis sententia postea lata fuisset, per quam in effectu deberet haberi pro confesso, & ita in aliquibus æquparetur uerè confitenti, ut est, quòd transeat ab hæredes, & in aliis quibusdam. Adhuc tamen non haberet locum istud statutum loquens de confessione: quia, ut dictum fuit, statuta sunt intelligenda in casu uero non ficto, ut post alios per eum allegatos declarat Iason in l. si is qui pro emptore. mihi columna 45. uersiculo item adde, quòd fictio denotat improprietatem. ff. de usucapioni. ibi, hinc est, quòd casus fictus
22 &c. † Et in specie ad casum nostrum, quòd condemnatus per contumaciam, ueluti fictè confessus non comprehendatur in statuto, habemus in simili doctrinam Baldi in l. transigere. in nona oppo. C. de transact. Paulus de Castro in consilio, quadringentesimo sexagesimoseptimo, super hoc puncto, primo uolumine, secundùm nouam impressionem, & Alexander in l. omne debitum. ff. de re militari. in apostillis ad Bartolum, prout has doctrinas extensè inducit dom. Aduocatus prædictus, ad quem in hoc me refero. Nec curo super eo instare, quia non est necessarium. Etenim conclusio præposita satis supq; ex aliis supra deductis clarissima redditur, & indubitata.

Laus Christo Redemptori nostro.

Maria. Soc. iunior Paduæ.

SVMMAE.

De iuramento suppletorio, quando debeat præstari.
De statuto requirente pleniorem probationem in debito certæ summæ.
Vtrum procedat etiam in causa dotis.
Et de testibus, qui dicantur idonei.
Et an consanguinei, & affines.
Item, an mediatores possint esse testes.
Et quando.
Et an ista depositio, depono, ut aliàs dixi, sit admittenda.

1 *Voluntatis quæstio non est admittenda, cum uerba statuti sunt clara.*
2 *Dubitatio nulla est, quando pro decisione alicuius quæstio. habemus casum legis.*
3 *Testes duo de iure communi in contractibus sufficiunt.*
4 *Lex municipalis omnino seruanda est.*
5 *Facta ubi opus est, uerba non sufficiunt.*
6 *Offerre non sufficit se paratum iurare, nisi re ipsa, & cum effectu iuretur.*
7 *Iuramentum in qua parte iudicij præstare debeat.*
8 *Testis idoneus dicitur ille, cui nil opponi potest, & qui dicitur omni exceptione maior.*
9 *Nihil in lege debet dici positum sine effectu operandi.*
10 *Testes consanguinei, uel affines non dicuntur integri, nec omni excep. maiores.*
11 *Testis consanguineus, & multùm amicus non facit semiplenam probationem, nec dicitur omni exceptione maior.*
12 *Statuta generalia etiam causam dotis, si aliud non appareat, cõprehendunt.*
13 *Dispositio generalis comprehendit etiam causam, siue personam priuilegiatam, nisi specialiter reperiatur priuilegiata in eo, de qua dispositio generalis loquitur.*
14 *Dotis causa quando non reperitur habere speciale priuilegium in eo specialiter, de quo loquitur statutum, dicitur includi in statuto generali.*
15 *Dotis causa probationes legitimas habere debet, & testes super ea deponentes debent esse idonei.*
16 *Regula standum est.*
Priuilegia multiplicanda non sunt.
17 *Proxenetæ seu mediatores non sunt idonei testes, etiam uolentes, nisi utraque parte consentiente, secundùm magis communem, & ueram opinionem.*
18 *Proxeneta in crimine simoniæ specialiter etiam parte inuita testificatur.*
19 *Testis quando non legitimè fuit examinatus, ita quòd eius depositio sit nulla, si postea legitimè examinatus dicat se deponere, ut aliàs deposuit, talis depositio sic relatiua nil probat.*
20 *Testis debet expressè, & explicitè dictum suum deponere, ut sic iudici appareat quo uultu, & trepidatione deponat.*
21 *Testimonium per testem non potest per scripturam præstari, sed uiua uoce debet deponere.*
22 *Negatiua loco, & tempore coarctata probari potest.*

CONSILIVM XII.

Dirigat Dominus uerba mea in uiam ueritatis & iustitiæ.



IN occurrenti dubitatione, in ciuitate Bergomi, utrum s. legitimè, & ut requiritur, sit probatum, quòd nobilis dn. Ioan. de Alexandris promiserit pro dotibus dominæ Sabinæ filiæ domi. Fabritij de Alexandris, & nomine ipsius domi. Fabritii domino Bernardino Bratagisio marito dictæ do. Sabinæ libras 4000. ducatos 50. ita quòd ad dictas quantitates soluendas cogi possit, luculenter, abunde, & cum summa diligentia scriptum fuit per clarissimos Iurisconsultos domi. Ludouicum Bossonum, & Ioannem Mariam Rotam mihi maiores honorandos, & rei conuenti diligentissimos Aduocatos, & qui sapienter, & iuridicè, ut puto omnibus maturè discussis concludunt, promissionem prædictam minimè esse probatam saltem ita, ut ad condemnationem deueniri possit. Quorum conclusionem ego etiam uti uerissimam amplector, & substantialia duntaxat tangendo, dico in primis de hac conclusione esse casum in l. municipali in 3. collat. c. 21. sub rubr. de confessionibus, solutionibus &c. de cuius ualiditate, & quòd in loco debeat obseruari, non est dubitandum, iuxta l. omnes populi. cum his, quæ ibi tradunt Bartol. & alii. ff. de iustit. & iure. Ibi etenim cauetur, quòd debitum a centum libris supra per testes non probetur, nisi de eo deponant quatuor testes idonei, uel saltem tres cum sacramento partis. In casu autem isto neutrum adest, ergo &c. non primum, quia de asserta promissione facta per dominum Ioannem non deponunt quatuor testes, ut est notum. Nec etiam secundum: quia licet tres testes talem promissionem factam fuisse testificentur: non tamen dicitur statuto, seu municipali legi prædictæ satisfactum ex duobus quorum alterum per se sufficeret. Primò: quia cum ipsis testibus non interuenit sacramentum partis, prout statutum requirit, non enim reperitur in toto processu, quòd prædictus Bernardinus assertam promissionem suo iuramento asseruerit interuenisse, siue sibi factam fuisse, meritò sequitur, eam non esse legitimè, & ut statutũ re-

1 quirit probatam. †Et cum in hoc uerba statuti sint clara, non
est admittenda quęstio uoluntatis.l.ille, aut ille.§.cum in uer
2 bis. ff. de leg. 3. cum concor. de quibus ibi per glo. † Nulla.n.
dubitatio remanet, quando pro decisione alicuius questionis
habemus casum legis.l.illam. uersi.de modo. C. de colla.& l.
ancillę.C.de fur. & ita ista iura ad hoc alle. Cor. in consi. 13.
ad huius consultationis.2.col. 2.uolum. Et licet hoc statutū
3 uideatur alienum a regola iuris cōmunis, †qua inspecta duo
testes sufficerent.l.ubi numerus.ff.de testi.& contra id, quod
dicitur, in ore duorum, uel trium stat omne uerbum, ut habe
tur Matthęi 18.& Deuteronom.17.& est tex. in c.relatum.de
4 testamen.in cap. nouit.de iudi. cum simil. † Tamen cum de
hoc sit aperta lex municipalis, seruanda omnino est, ut l.pro-
spexit.in prin.ff.qui, & a quib.ma.lib.nō fi. quamquā si opus
eēt, possei ista municipalis lex optimis rationibus iustificari,
sed cum non expediat, & angustia temporis id non patiatur,
super eo non instabo, concludendo, ꝙ cum statutum cum tri
bus testib. requirat iuramentum partis, quòd isto casu præsti
tum non fuit, non dicitur sufficienter probata asserta pro-
missio dotis. Et licet fortasse prædictus Bernardinus actor
aliquando petierit sibi tale iuramentum deferri, tamen ꝓ ue
5 ritate illud nō præstitit, †& ubi opus est facto, uerba non suf
ficiunt.l.si procuratorem.§.si ignorantes. ff.manda. & c.1.de
eo q mit.in possesionem causa rei seruan. tradit Bart.in l.iā
tamen.§.nunc uideamus.ff.iudica.solui. & Alex.in consi.21.
uiso processu, prope finem. lib. 1. ubi concordantes allegat.
6 †Non enim sufficit offerre se paratū iurare, nisi re ipsa, & cū
effectu iurauerit, alioquin facile esset deludere prædictū sta-
tutum, ut in simili arguit, & concludit Alex. in d.consil.21.
7 Et cum iamdiu, & longo interuallo sententia prima lata
fuerit, iuramentum prædictum amplius prę̄stari non potest,
cum in principio litis, uel in medio, uel in ipsa diffinitiua sen
tentia.i. parum ante, uel parum post præstari debeat, ut l.ge-
neraliter. uer.omne igitur iuramentū. iūcta gl. & doctr. Bar.
ibi.C.de rebus credltis, & tradit Bar.in l.cum index.in 1.op-
posi C.de sen.& interloc.omn.iud.& Alex.in consi.128.post
de.aus narratis, in fi.lib.2.& dictum fuit per unum ex clarif-
simis Aduocatis, & ad istud fundamentum non inuenio fuis
se particulariter responsum (prout uerè responderi non po-
test) nisi quatenus generaliter ad statutum prædictum respō
detur, quòd non procedit in causa dotis, de quo tamen infra
plenè dicam, responsionem illam totaliter reprobando. Se-
cundò ex alto non dicitur satisfactum prædicto statuto, quia
scilicet in eo reqritur, quòd illi tres testes sint idonei, at illi
tres testes, qui testificantur, promissionē dotis factam fuisse,
non sunt testes idonei, ut inpre ostendetur, ergo &c. Illud au
8 tem ostenditur sic, † testis idoneus dicitur, cui nihil opponi
pōt, & qui dicitur omni exceptione maior, ita uoluit glo. illa
notabilis licet uulgata in §.item uerborum. super uerbo, ido
neos. Institut.de inutili.stipula. quam ibi doct. communiter
sequuntur, aut expressè, ut Porc.& Ias. aut tacitè, & non con-
tradicentes, ut Ioannes Faber, Baldus, & Ioannes de Platea,
& Aret. hoc etiam uoluit glo. & ibi sequuntur Alb. & Præ-
posi.in c.1.de consangui.& affin. cum concordan. ut per Ale-
xan.in consi.70.uiso consilio.col.4.in fi.cum princ.seq.lib.2.
& per patruum, & dominum meum Soc.in consi.54.visis te-
stibus.3.col.3.uolu.& per Stepha.Bertrand.in consi.14. etiā
si non esset, nu.3.& in consil.282.uiso processu.nu.6.2.uolu.
& Curt.in tracta.de testibus.34.conclusione, & dictum fuit
per clarissimos Aduocatos in eorum allegationibus, quic-
quid dixerit Pau.de Cast.in l.fina.C.de probatio.quia contra
eum est communis opin. licet fortasse, nec ipse ab ea dissen-
tiat, ut in prædictis allegationibus dicitur. Et istud dictum,
& sic ista communis opinio probatur in d.§.item uerborum,
iuncta l.optimam. C.de contrahen.& commit. stip. nam ibi
per illa uerba, per testes idoneos, Imperator demonstrat te-
stes omni exceptione maiores, prout in casu illo requirun-
tur, ut clarè dicitur in d.l.optimam, & certè ita intelligi de-
bet statutum, de quo agitur, alioquin satis fuisset dicere per
tres testes absq; illo uerbo idoneos, unde ne uerbum illud su
perfluè sit additum, & sine effectu aliquid operādi, debet in-
9 telligi, ut dictum est. †Nihil.n.debet dici positum sine aliquo
effectu.l.si quando.ff.de lega.1.& c.si Papa. de priuil.lib.6.&
tradit Bal.in rub.C.de contrahen.empt.in 9.q. Nec ob. quòd
in c.1.eadem tertia collatione, in casu de quo ibi loquitur, di
catur idoneos esse testes, qui in totum a iure communi non
repelluntur: quoniā ex eo non est inferendū ad statutum no-
strum in c.21. cum non ueniat ad illius interpretationem, &
non loquatur per uiam regulæ, sed particulariter in casu illo
qui est modici præiudicii, iux.doctr.Bar.in l.4.§.eritq; diffe-
rentia.ff.ui bono.rapto. cum aliis adductis per dominos Ad
uocatos.Immo ex eo capitulo primo, potest argui pro prædi
cta opin. nam si in c.21. statuentes intelligerent idoneos te-
stes, qui in totum non repelluntur, cum hoc non sit de iure
cōmuni, ut dixi, certè sicut in d.c.1.dixerūt, & declarauerūt,
ita etiam dixissent, & declarassent in c.21. undecū non fece-
runt, credendum est, quòd noluerunt.l.1.§.sin autem ad defi-
cientis.C.de caduc.tol.& c.ad audientiam, de decim.& bene
facit.c.inter corporalia.circa med.in uer. unde si circa trans-
lationem.de translatio.episco.Hoc sic stante dico, quòd illis
tribus testibus potest opponi, ꝙ sint consanguinei, uel affi-
10 nes producentis, †res eo.n.quòd sunt consanguinei, uel affi-
nes non dicuntur integri, aut omni exceptione maiores, sed
multum de ipsorum fide diminuitur, iuxta no.per gl. in l.ēe
matris.ff.de proba.& per illam glo. ita dixit Bart.in l.admo-
nendi.columna 8. uersicu. uenio ad tertium.ff.de iniurian.
11 †uolens quòd consanguineus, uel multùm amicus testis nō
facit semipleanam probationem, & non dicitur omni exce-
ptione maior, ut etiam dixit Alex. plures concordantes alle-
gando in consi.13.ex his, quæ in themate.colum.5.uer.item
non est integer, & in consi.18.uiso processu, 2.colum. uersi.
constat autem, lib.1.cum concordantibus adductis in prædi
ctis allegationibus, et ultra eus dico, quòd hoc fuit dictum
Spec.in tit.de testib.§.1. uer sic.sed nunquid frater, et uersic.
generaliter oppo.refert, et sequitur Albe.de Rosa.in tract.de
testibus.4.column.cum aliis multis, qui allegari possent, sed
gratia breuitatis, et quia hoc est clarum, dimitto. Similiter
etiam potest opponi, ꝙ aliquis ex eis magnam affectionem
habet ad causam, ut in prædictis alleg. ostenditur. Item etiā
opponi potest, quòd fuerunt proxenetæ, siue mediatores,
propter quod nedum fides eorum diminuitur, sed etiam in
totum uidentur repellendi, ut modò dicam. Si igitur prædi-
cta eis opponi possunt, sequitur eos nō esse idoneos, siue om
ni exceptione maiores, meritò ergo non dicitur statuto prę-
12 dicto satisfactum. †Non ob. modò, quod per partem aduer-
sam allegatur, ꝙ statutū prædictū quāuis generaliter loquat
non ꝓcedit in causa dotis, iux. tradita per Sal. in l.fi. in prin.
C.de iu.do. et per Ias. in l.1.in 5.no.ff.sol. mat. Quoniam re-
spōdetur, ꝙ hoc simpliciter positū falsum est, et uera est ista
conclusio, ꝙ immo statuta generalia, si aliud non apparet, ēt
causam dotis comprehendunt, per regulā.l.in fraudem.§.fi.
13 ff.de mil.test. †ubi ꝓ regula ꝓbatur, ꝙ in generali dispositio
ne comprehenditur ēt causa, siue persona priuilegiata, ut ibi
no.Bal. et alii sequuntur, et ita per regulā d.§.fi. firmat Deci.
in l.1.2.no.ff.de reg.iur. et in l.2.in ult.no.C.unde lib. nisi tū
causa, aut ꝑsona reperiatur specialiter priuilegiata in eo, de
quo loqtur generalis dispositio, et ī his terminis intelligitur
doctrina Sal. in d.l.fi. C.de iure dotiū, et istud declarat, ut ꝑ
eum, qui subdit, ꝙ ita aliàs consuluit in ciuitate Florētię, ut
constat in suo consi.5.in causa do. Mariæ, ubi apertè, et iuridi
cè concludit, quòd generale statutum causam dotis compre
hendit, si in eo, de quo loqtur statutū, non reperiatur speciali
ter d. habere priuilegiū, et secundùm consilium suum fuit iu
dicatum, ut ipse asserit in d.l.a in fi. qui ēt idem consuluit in
ciuitate Ferrariæ, ut patet in suo consi.31. in causa quæ Ferra
14 riæ, ubi in 3.col. uersi. non obstat ergo dictum Sal. †conside-
rando duos casus dicit, ꝙ quādo causa dotis nō reperitur ha
bere priuilegiū in eo, de quo loqtur statutū; dicitur includi
in generali statuto, per regulā d.l. in fraudē.§.fi. cum ibi tradi
tis per Bal. et alios. Et istud ego credo uerissimū, ꝓut aliàs te
nui legendo.d.l.1.solu.matrimo. nam in 4.no. ita hanc mate-
riam declaraui, et ut ibi dixi glo. in l.sciendum. in prin.ff.qui
satis,

ftitf.cog.cum fimi.allegatis per Iaf. in d.l. 1. pcedit, quando circa id,quod noua lege generaliter ftatuitur, reperitur aliquo cafu fpecialiter contrarium difpofitum,prout etiam declarat Dec.in d.confi 301.Immo etiam in d.l.1.tentaui quòd opinio Salyce.in cafu fuo non procedat confiderando,quòd etiam illo cafu dos non reperitur fpecialiter habere priuilegium in eo,de quo noua lex difponit,dicens φ aliud eft donationem ex caufa dotis non indigere infinuatione, in quo dos reperitur fpecialiter priuilegiata,& aliud eft inftrumētū non regiftrari in publico archiuo,de quo illa tum loquebatur difponens generaliter,ut inftrumēta non pbent, nifi fint in publico archiuo regiftrata. Sed hoc non eft præfentis fpeculationis, ideo dimitto. Et pro uerifsima conclufione firmo,quòd generale ftatutum etiam caufam dotis comprehēdat,fi in eo particulariter non reperitur priuilegiatis per præ

15 dicta †Sed in propofitu noftro in materia probationis caufa dotis nō reperitur habere fpeciale priuile.fed ficut in cæteris caufis requiruntur legitimæ probationes,ergo &c.illud aūt probatur ex traditis per Alexā.in præalleg.confil.1 3.lib.1.in fecūdo dubio,ubi aperte uult,in caufa dotis probationes debere effe legitimas, & teftes fuper ea deponentes debere effe idoneos,& iftud abfolu:e præfupponunt Bart.& alii in d.l.1. fol.matri.ubi aliquando dixi,& ita Bar.& alios ibi allegādo firmat Bal.Nouel in trac.dotiū in 1 a.fpeciali 9.partis, & ubi hoc nullus exprefsè diceret,fatis effet non reperiri cōtrariū,

16 † quia regulæ ftandum eft,iux.not.in l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur.& priuilegia non funt multiplicanda.l.quod uerò.ff. de legib.iuncto cap.priuilegia.3.dift. Et licet prædicta fufficiant ad probationem affertæ promifsionis dotis inualidandam,tamen ulterius,& ex abundanti dico, prædictos tres teftes omnino repellendos,& nihil probare ex duobus.Primò; quia illi fuerunt mediatores circa matrimonium,& affertam promifsionem dotis, ut ex ipfor nominat depofitione, ac etiā ex depofitione aliquorum teftium pro parte rei conuenti examinatorum conftat. Quo ftante nulla fides illis eft adhibenda,ut de hoc extat iudicialis fententia,quæ tranfiuit in rē iudicatam, & ubi etiam talem fententiam non haberemus, ita de iure dicendū effet,quia licet doct.uideātur aliqualiter

17 uariare,†tamen magis communis, & uerior opi.uidetur, φ mediatores, fiue pxenetæ nō funt idonei teftes ēt uolentes, nifi utraq; parte cōfentiente,ita io primis uoluit gl.in uer.φ fi ēt aduerfarius cōf,in §.in his uerò, in aoc.de inftr.cau.& fi. quod etiā uidetur fentire Io. An.in c.dilectorum,de teft.cogen.ut ibi dicunt doct.& ibi expfsè ita firmat Imo.1.col.uer. fed an tunc poterit fponte teftificari,dicens hanc opi.effe ueriorē Abb.1.col.uer.in gl.in fi.& Felin 1.col poft prin.idem uoluit Alex.in d.cōfi.13.5.col.uer.item per d.rationē,& ita etiam firmat Steph.Aufre.in tract.de reprobatione teftium, in uer.mediatores,& demū poft alios plures, quos allegat, ita tenet Io.Crot.in trac.de teftib.char.10.4.col.in uer.10.quæri-

18 tur.dicens,φ ita cōmuniter tenetur.†Et pro ifta communi opi.quafi per omnes allegatur.c.1.cum glo.pe.de teft. lib.6. per locum a fpeciali, nam fpeciale eft in crimine fimoniæ, ut mediator etiam una parte inuita teftificetur,ut ibi dicitur,ſe quitur φ in contrarium eft communis regula. Et nihil ob.φ ifti mediatores falarium non haberent;quia ex eo nihilominus non admittendi, cum remoueantur ratione affectionis quā habēt ad caufam,ut f.impleator,& firmum fit,quod ipfi fua mediatione curarunt fieri,ut tradit Alex.poft alios,quos refert in d.confi.13.5.col.& ita et uolunt doct.in d.c.dilectorum,& ferè oēs alii fupra allegati,quod etiā uoluit Bar.Caffa.in confi.18.uifo procefsu.5.col.uo.11.Secundò etiam uidentur prædicti teftes repellendi,feu nihil probare ex eo,quia ipfi in fecundo eorum examine fe referunt ad ea, quæ depofuerunt in primo,in quo illorum dicta, & atteftationes fuerunt nullius momenti, prout poftea per fententiam fuit de-

19 claratum,quæ tranfiuit in rem iudicatam.† Quo ftante fuccedit pulchra,& notabilis decifio doctorum communiter recepta.f.φ quando teftis fuit non legitimè examinatus, ita quòd eius depofitio fit nulla, fi poftea legitimè examinatus dicat fe depouere,& teftificari,ut aliàs depofuit, talis depofitio fic relatius nihil probat, ita rectè intuenti uoluit Bal. in l. iufiurandi.in 1.q.& in l.fi.in ultima q.C.de teft. dū in utroq; luco concludit , nihil probare eos , qui dicunt depono, ut in alia teftificatione dixi,fi enim tunc non probant,& prima teftificatio fuit nulla, fequitur, quòd dictis teftib.nulla fides debet adhiberi,& ita tenet fubtilis Aret. in l.legata inutiliter.1. col.ff.de leg.1.& in c.cum in tua.de teftib.ubi etiam Fely. fequitur in 1.col.uer.1.limita,& fequitur etiam patruus,& dominus meus Soc.in confi 98.aliàs confului.mihi 9.colum.in fi. & in ptin.fequentis.3.col.& uidetur uelle Corn.in confi.56. unde

20 tur primo afpectu. col.fi.1 uol. † Pro quo facit fortis ratio, nam teftis debet exprefsè, & explicitè dictum fuum deponere,ut fic iudici appareat,quo nultu, quo colore, & qua mentis trapidatione deponat, iux.l.de minore. §. torments. ff. de quæft.& benefacit.l.3.& §.j.uer.tu magis fcire potes.ff.de te-

21 fti.† & propterea teftimonium non poteft præftari per teftem per fcripturam, puta teftificor, & depono, prout in ifta fcriptura manu mea facta continetur, fed debet uiua uoce deponere,ut eft tex.in c.teftes 3.q.9.& in c.a nobis.ubi per doctō.de tefti.habetur per Imo.Abb.& Fely.in c.teftib. eo.tit.& tradit Stepha.Aufre.in d. tract. de reprob. teftium, in uerbu teftis. fic igitur uidetur, φ nō probet ifta depofitio, depono, ni aliàs depofui;quis tunc iudex non poteft cognitionem p̄dictam fufcipere,aut animum fuum informare, & ita per hāc rationem in hanc opi.dicit fe inclinare Fely. in d. c.cū in tua. Fatent tamen plerofq; doct.tenere contrarium, & propterea in hoc non facio capitale fundamentum.

Sed quia fatis rationabile uidetur, placuit illud cum aliis, de quibus fupra tetuliffe,& fi cui non placeat,& uelit eorum depofitiones fic relatiuas confiderare, uel forte etiam dicat, φ imò nō funt ita relatiuæ,ut fit locus prædictæ opinioni, negare tamen non poterit eas ut nouas depofitiones confiderandas effe;quia aliàs effent nullæ,fi folùm cōfideraretur, ut prius factæ,cum illæ per fententiam fuerint declaratæ nullæ, eo φ ante litem motā factæ fuerunt.Et fi nouæ funt, iam uerū eft,φ ex nouis conftat illos teftes fuiffe mediatores,& hoc ultra depofitionem reuerendi Præpofiti, & aliorum teftium p reum productorum,meritò ergo fequitur, eis nullam fidem præftandam,ut in fententia declaratum fuit, in qua dicitur fi ex aliis conftabit &c. Non quia ex depofitis per eofdem non conftaret, fed quia illæ tales depofitiones erant nullæ, & ita eis fides non erat adhibenda,ut in prædictis allegationib. plenius deducitur. Concludatur itaque ex prædictis, affertam promifsionem dotis legitimè probatam non effe per prædictos tres teftes. Et tanto magis hoc dicendum eft; quia ex parte rei conuenti iuridicè, & legitimè probatur, promifsionem prædictam factam non fuiffe per teftes dignifsimos, &

22 qui funt omni excep. maiores. † Et licet fuper negatiua deponant,tamen quia deponunt de ea coarctata loco,& tēpore,dicentes promifsionem prædictam fieri non potuiffe, q,n ipfi, qui præfentes erant, non audiuiffent, eorum depofitio, ita eft admittenda,ficut fi fuper affirmatiua deponerent,iux. tradita per Cur.fenior.in d.trac.de teftib.in conclu.127. Et quamuis pars aduerfa aliqua alleget ad prædictam depofitionem eneruandam,tamen te uera parum,aut uerius nihil obftant, ut plenè, & fapienter per dominos Aduocatos in eorū allegationibus oftenditur,& ego libenter fuper eis me extendiffem,nifi temporis anguftia cum multitudine occupationū fuiffet impedimento, etenim maxima confultantis inftantia mihi quodammodo calamum de manu eripuit. Et fimiliter etiam nonnulla tetigiffem circa affertam confefsionem dom. Io.rei conuenti, & etiam circa prætenfam famam de afferta promifsione dotis, in quibus pars aduerfa fe fundat, cum in ueritate neutra fit legitimè probata, ut per excellentifsimos Aduocatos efficaciter oftenditur, fed caufa prædicta cogor finem imponere unà cum prædictis Aduocatis, concludēdo affertam promifsionem dotis minimè probatam effe legitimè, & uti oportuiffet, & confequenter dominum Ioan. de Alexandris fenm conuentum omnino effe abfoluendum a petitis. Laus Deo.

Mar.Soci.iun.I.C.Paduæ legens.

C A S V S.

Petrus Matthęus de Sauorinis de Fauentia habens tres filios, uidelicet Scipionem, domi. Letam, & do. Constantiam, tradidit nuptui do. Letam cum dote librarum 300. bononenorum ex post cum uellet nuptui tradere dom. Constantiam aliam eius filiam, decreuissetq; ei pro dote dare lib. 400. bonone. uolens ęquiparare dictas eius filias circa dictas lib. 400. promisit prædictæ do. Letæ lib. 100. bononen. per publicum instrumentum, & per infrascripta verba, uidelicet, prędictus Pet. Matthęus non ui, non dolo, aut metu, sed sponte &c. fuit confessus & contentus per se, suosq; hæredes se esse uerum, purum, & legitimum debitorem d. do. Letæ in lib. 100. bononenorum pro æquiparatione cum alia eius filia, promittens d. Pet. Matthæus d. do. Letæ præsenti pro se, & suis hæredibus, & cum consensu eius mariti stipulanti dictas lib. 100. bononenorum dare, & soluere, quando poterit, & habebit commodum, & cum omni sua commoditate.

Et in eodem publico instrumento ipsa do. Leta, cum eius mariti consensu, simul & do. Constantia altera filia dicti Petri Matthæi uolentes erga eorum patrem agnoscere bonam fidem pro dictis lib. 400. pro qualibet earum fecerũt finem, & quietationem dicto earum patri promittẽtes ulterius nihil petere de bonis hæreditatis dicti earum patris, uel matris earum, cum pacto tamen, ꝙ si Scipiolius d. Petri Matthæi, & frater ipsarum decederet sine filiis masculis prædictæ domi. Leta, & Constantia habeant regressum, & petere possint partem sibi tangentem in hęreditatibus earum patris & matris, prout hæc omnia latius in publico instrumento constant, cuius copia transmittitur.

Post prædicta superuixit d. Pet. Matthęus circa annos 25. & postea decessit superstite Scipione eius filio, & hærede uniuersali, iam sunt anni 8. uel circa.

Deinde iam annis duobus elapsis decessit Scipio prædictus sine filiis masculis, superstitibus tribus eius filiabus, & hæredibus, uidelicet do. Andrea do. Isabeta, & dom. Helena, quarum duæ iam condignè, & condecenter nupserunt.

Et cum usque in hanc diem libræ centum, ut supra promissæ dominæ Letæ nunquam fuerint solutę, ipsa uolens ius suum prosequi pro executione prędicti instrumenti publici, iux. formam statutorum Fauentinorum petit a prædictis filiabus Scipionis, & per mediam personam eius hæredibus in effectu dicti Pet. Matthæi prædictas lib. centum.

Contra quam plurima opponuntur, ut in processu desuper facto apparet, cuius etiam copia transmittitur.

Quibus sic stantibus quæritur quid iuris? Et petitur ab excellentia uestra tanquam a sapientissimo uiro, ut suo consilio declaret, quæ sint futuræ partes magnifici do. Potestatis Fauentiæ in iudicando in prædicta causa.

S V M M Æ.

Donatio inter patrem, & filiam causa dotis ualet.

Iuramentum confirmat donationem inter patrem, & filium in potestate.

Promissio certæ quantitatis pro augmento dotis, uni filię eo quod tantum intendebat alteri dare, non habet conditionem, si alteri detur.

Promissio dotis facta filię, cum pater potuerit, & commodum sibi erit, hęredem eius obligat simpliciter.

Pręscriptio in actione personali non fit per debitorem scientem.

1 *Promissio, & donatio inter patrem, & filiam licet aliàs non ualeant, causa tamen dotis ualent.*

2 *Donatio iuramento firmata inter patrem, & filiam ualida dicitur.*

3 *Interpretationi locus non est, cum uerba satis clara sunt.*

4 *Promissio per patrem uni filiæ facta in augmentum dotis, ut æquiparetur alteri filiæ, habet conditionem, si alteri filiæ tantum sit in dotem datum.*

5 *Promissio pro dote, & parafrenalibus habet conditionem, si matrimonium sequatur.*

6 *Dispositio seu promissio conditionalis conditione non impleta nõ sortitur effectum.*

7 *Nemo sine actione experitur.*

8 *Causa propriè est de futuro.*

9 *Argumentum a uerisimili mente disponentis ualet. Et falsitatis habet imaginem, quod a uerisimili remotum est.*

10 *Verba illa in instrumento promissionis posita, quando potuerit, habebit commodum, & cum omni sua commoditate, quid importent.*

11 *Donator quando conuenitur uirtute donationis factæ, æs alienum deducitur, licet in aliis habentibus priuilegium, ne conueniantur ultra quàm facere possint, non deducatur.*

12 *Dignitatis personæ ratio semper haberi debet in obligatis, inquãtum facere possint.*

13 *Hæres hæredis primi defuncti est hæres.*

14 *Priuilegium, quòd quis teneatur inquantum facere potest, non transit ad hæredes.*

15 *Verisimile est, quem non minus diligere filiam, quàm neptem.*

16 *In promissionibus inspicitur id, quod actum est, siue expressè, siue uerisimiliter.*

17 *Præscriptio non ualenti agere non currit.*

18 *Malæfidei possessor secundum communem opi. non præscribit.*

19 *Debitoris mala fides in actionibus personalibus præscriptionem impedit.*

C O N S I L I V M XIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam ueritatis & iustitiæ.


N casu prædicto ad me transmisso per magnificum Potestatem Fauẽtiæ requirentẽ suis literis, ut consulere uelim, quæ sint futuræ partes suæ Magnificentiæ in iudicando, uiso prius instrumento ꝓmissionis librarũ 100. bono. factæ do. Letæ per patrem eius, ac deinde processu in præsenti causa facto, omnibusq; maturè consideratis pro præsentis cõsultationis uera resolutione quatuor ueniunt discutianda. Primò, utrum talis promissio de iure ualuerit. Secundò, qualis sit. Tertiò an uenerit dies eius, ut sic peti possunt dictę lib. 100 Quartò an contra talem petitionem obstet exceptio præscriptionis.

1 †Circa primum parum est insistendum, & concludendum est, prædictam promissionem de iure tenuisse, nam licet aliàs donatio inter patrem, & filiam in potestate constitutam non teneat. l. donationes. C. de don. int. ui. & uxo. tamen quando ex causa dotis pater aliquid filiæ donat, uel ꝓmittit, talis donatio, uel promissio de iure tenet, & conseruatur speciali fauore dotis, ut est tex. & ibi oẽs doct. dicunt in l. Pomponius Philadelphus. ff. ta. et c. prout sapiẽter in casu isto scripsit clarissimus do. And. Seuerolus aduocatus do. Letæ prædictę. Et ultra eũ ita in terminis declarat Bal. Nouel. ĩ trac. dot. in ult. priuil. concernente tempus ante cõtractum matrimonium, & est in si. 5. par. princ. Præterea ex aliis etiam prædicta promissio dicitur ualida, & obseruanda, ut per pręfatum clarissimum Aduoc. maximè propter uinculum iuramenti, quod ꝑ


2 patrem præstitum fuit, † nam propter iuramenti uires etiam inter patrem & filiam donatio ualida redditur, ut plenè per Aduo. prædictum deducitur. Et ultra eum ita tenet Ro. in repe. rubi. c. ꝙ. ff. de iureiu. in 3. q. Marcus Ant. Baue. in tract. de uirib. iuramenti in 35. speciali. Corn. in consi. 306. opportunum. 2. & 3. col. 3. uol. patruus, & do. meus Soc. in consil. 91. uisa, & diligenter ponderatis, 4. col. uer. & quò ad primum, & Dec. in consi. 30. ex. 40. nouiter impressis, cum sit quòd Almericus. 1. & 2. col. cum moltis concordan. quæ ad hoc allegari possent. Circa secundum similiter non uidetur dubitandum, uerba etenim prædictę promissionis directa ad obligandum important pręsentem, & puram obligationẽ, nam in instrumento dicitur, ꝙ Petrus Matthęus pater prędictus confessus, & contentus fuit esse uerum purum, & legitimum

debitorem

3 debitorē do. Letæ eius filiæ in lib. c. bono. &c. † unde cum uer
ba sint satis clara, non est locus alicui interpretationi, iux. l. il
le, aut ille. §. cum in uerbis, ff. de leg. 3. cum sim. Et sic conclu-
dendum est, obligationem prædictam, prout uerba sonāt, es-
4 se puram. † Sed contra hoc non parum uidetur urgere; quia
dicta promissio, quæ fuit facta in augmentum dotis. d. do. Le
tæ, dicitur facta, ut illa in dote sua æquipararetur do. Constan-
tiæ alteri filiæ d. Petri Matthæi, cui ipse pater intendebat dare
pro dote libras 400. cum dictæ do. Letæ solùm dedisset libras
300. ut claré dicitur in instrumēto, & consequenter uidetur,
quòd talis promissio habeat conditionē, uidelicet si dictæ do.
Constantiæ dentur libræ 400. pro dote sua, nam uidetur ne-
cessarium prius illud impleri, ut sic detur extremum, cui dos
do. Letæ æquetur, aliàs dicta conditione non impleta, & sic il
lo extremo deficiente non uidetur, quòd talis ęquiparatio sit
considerabilis, cum non entis nullæ sint qualitates. l. eius, q. in
prouincia, ff. si cer. pet. & c. ad dissoluendū. de desponf. impub.
5 † sicut in simili dicimus, quòd si fiat promissio pro dote, & pa
rafrenalibus, habet conditionem, si matrimonium sequatur,
& dos fiat, iuxta quam parafrenalia considerari possent, ut p
6 Cor. in d. consi. 306. col. pen. † Sed sic est, ꝙ in processu non
constat dictę do. Constantiæ esse datas dictas libras 400. im-
mo nec quòd matrimonium contraxerit, ergo dicta promis-
sio tanquam eius conditione non impleta non uidetur posse
sortiri aliquem effectum l. cedere diem. ff. de uer. sig. & sic nō
uidetur, ꝙ Petrus Matth. uel eius hæredes possint dici obliga
ti, meritò non uidetur, quòd habeat locum statutum contra
obligatos ex publica scriptura, & sic etiam quòd nulla aduer-
sus eos competat actio, & propterea uidetur do. Leta a sua pe
7 titione repellenda, † cum nemo sine actione experiatur. l. si pu
pilli. §. uideamus. ff. de neg. ge. & in hoc uidetur fieri maximū
fundamētum per excellentissimum do. Achillem Beccaluua
aduocatum hęredum d. Petri Matthæi, & (ut uerum fatear)
pulchrum est fundamētum, & primo aspectu uidetur multū
applaudere. Sed tamen hoc non obstante uerum esse arbi-
tror, obligationem prędictam esse puram, & pro resolutione
difficultatis considero, quòd prędictus pater fecit dictā pro-
missionē d. Letę ea causa; quia scilicet nolebat dare lib. 400.
do. Constantię, & uolebat filias prędictas esse ęquales, ut cla-
rè dicitur in instrumento. Quo stante dico, quòd si bene con-
sideretur d. promissio, & mens Pet. Matthæi patris donantis,
ut supra cognoscetur, (& ita ego arbitror uerū) ꝙ causa d. do-
nationis nō dicitur actualis numeratio librarū 400. facienda
8 D. Constantię. † quia cum illa sit futura, non potest dici causa,
quę solet dici de pręterito, ut l. si ita legatum sit. ff. de cond.
& dem. sed causa dicitur decretū, & deliberatio ipsius patris,
ut probatur in d. instrumento, in uer. & cum sit, ꝙ d. Petrus
Matthæus &c. dum subditur, & e. dē D. Constantię intēdit, &
uult dare &c. quod certè tēpore promissionis iam erat, & sic
dicetur causa de pręterito secundùm sui naturā, & hoc demō
strāt etiam illa uerba, cum sit, quę exponuntur uulgariter, cō
ciosiacosa, ut per Bar. in l. demonstratio. §. quod autē. 2. q. ff. de
cond. & dem. Capiendo ergo pro causa huius promissionis
talem animi deliberationē, certè dico, ꝙ causa fuit uera; quia
uerè ita decreuerat, ut ipsemet asseruit, ex qua consideratione
tolluntur penitus omnia in contrarium adducta. Et licet il-
la deliberatio tenderet ad numerationem do. Constantiæ fa-
ciendā, & illa forte facta non fuerit, seu facta non probetur, ta
men causa propria dictæ promissionis residet in illa delibera
tione, quę uera fuit, & qua stante Petrus Matthęus pater uo-
luit uti liberalitate in d. do. Letam de d. libris cētum. Et quòd
ista consideratio sit uerissima in proposito ostenditur sic. Po-
namus, ꝙ post factā illā promissione do. Constātia statim in-
nupta decessisset, ita ꝙ ei dos illa dari nō potuisset, num isto
casu dicemus hāc promissionē euanuisse? Certè nemo sani ca
pitis illud diceret, sed ualuisset, & multo magis, quia. s. ubi nō
esset ille pater daturus dotem do. Constantię facilius illas lib.
centū d. Letę soluere potuisset, quā facilitatem, & cōmodita-
tem soluēdi dicitur considerasse in d. promissione exequēda,
ut modo dicā, si. n. noluit esse obligatus, quādo libras 400. do.
Cōstātię dedisset, fortius uidetur, ꝙ uoluerit teneri in illo ca
su mortis eius propter maiore commoditatem, auct. multo-
magis. C. de epis. & cle. cum si. & (ni fallor) qui contrarium il-
lo casu responderet, longè erraret, & contra uerosimilem men
9 tem ipsius donantis loqueretur † a qua uerosimili mente lici
ta est argumentatio l. non est uerosimile, in prin. ff. quod me.
cau. cum si. & tradit bal. in l. 1. 3. col. C. de ser. fug. dicens, ꝙ
imaginē falsitatis habet, quod est remotum a uerosimili, tra-
dit etiam Alex. in consi. 27. in causa, & lite. in fi. 2. uolumine
& Ias. in l. si extraneus. 2. col. ff. de cond. ob causam, & ad ista
optimè faciunt dicta per patruum. & do. meū Soc. in consi. c.
super controuersia. 3. colu. 3. uol. Cum itaq; causa promissio-
nis fuerit prædicta animi destinatio, quæ uerè iam præcesse-
rat, non est dicendum, illam promissionem habere aliquā cō
ditionem, uel dependentiam ex futuro quantùm ad obliga-
tionem sed fuit pura, ut uerba instrumenti sonant, & supra di
xi. Nec ob. quod dicebatur, non esse cui fiat illa æquipara-
tio, si non fuerit data dos 40. librarum do. Constantiæ, quia
non entis &c. Quoniam respondetur, ꝙ argumentum pro
cederet, quando pater simpliciter nulla expressa quantitate
promisisset æquiparare dotem d. Letæ doti do. Constantiæ,
sed non sic est, in casu nostro, nam promissio facta fuit de cer
ta quantitate, & sic non expectat aliquam sui declarationem,
& certè totum id est, quia causa ipsa. i. deliberatio animi d. pa
tris iam erat certa. s. de dandis libris 400. pro dote. d. Constā
tiæ, & sic æquiparatio dotis d. Letæ iam habet, cui fiat, uideli
cet doti do. Constantiæ iam in mente patris deliberatæ.

Et ex his circa secundum dubium concludo, ꝙ obligatio
fuit pura, ut supra dixi. Fateor tamen, quòd ipsius obliga-
tionis executio dilata fuit in tempus, quo ipse pater potuisse
sine eius incommoditate soluere d. libras centum, ut clare di
citur in instrumento. Nec dicatur, ꝙ ex illis uerbis, quan-
do potuerit, & habebit commodum &c. reddatur obligatio
conditionalis, quia (ut ex fine instrumenti apparet) non adii
ciuntur ad qualificandam obligationem, quæ dicimus pure fa-
cta, ut supra est demonstratum, sed tantum adiiciuntur execu
tioni ipsius obli. quę per illa uerba dicitur, ut modo dixi, di-
lata in tempus, quo ipse pater commodè soluere potuisset,
præsupposita tamē semper firma, & pura obligatione de dan-
10 dis aliquando d. centum libris. † Circa tertium dubiū pro
eius resolutione oportet uidere, quem sensum habeant illa
uerba, quando potuerit, habebit commodum, & cum omni
sua commoditate, de quibus in instrumento, & certè impor-
tant, quòd pater soluere tenebitur, & illam obligationem ese
qui cum ære alieno deducto, & salua dignitate sua potuisset
ut est tex. in l. nepos Proculo. ff. de uerb. sign. & in l. auus ne-
ptis, in fi. ff. de iur. do. & utrobique notatur, & loquuntur illa
iura in terminis nostris, quando. s. promissio fit ex causa do-
tis, & in hoc concordant clarit. Aduocati utrinq; partis. Et
ultra ego dico, ꝙ tantum ista uerba uidentur importare, quā
tum donatori conceditur a l. uidelicet ut ab eo exigatur solū
11 in quantum facere potest † Nam licet in aliis habentibus pri
uilegium ne conueniantur ultra, quàm facere possint, non de
ducatur æs alienum, ut l. sunt qui in id. ff. de re iud. tamen in
donatore, secus est, quando. s. conuenitur ex promissione cau
sa donationis facta, quia tunc etiam æs alienum deducitur l.
12 inter eos. §. si. eo. tit. † & in omnibus obligatis inquantum fa
cere possunt pro regula, dicitur, ꝙ semper dēt haberi ratio di
gnitatis personæ, prout post Imo. & Cu. uoluit Alex. loquens
in marito in l. si maritus. in fi. ff. sol mat. & refert & generali-
ter loquendo, sequitur Dec. in l. diuus, prope fi. ff. de re. iu.

Sic ergo concluditur, ꝙ donator ex tali causa conuentus
qui ultra, quàm facere posit, non debet conueniri, deducit
æs alienum, & debet in eo haberi ratio dignitatis. Quo stan-
te sequitur, ꝙ in casu nostro promissio facta de soluendo per
prædictum Petrummatthęum cum sine incommoditate po-
tuisset, facit eum æqualem donatori in priuilegio, quod ha-
bet, ne conueniatur ultra, quam facere possit, cum & in casu
nostro sit ęs alienum deducendum, & dignitatis ratio haben-
da, prout supra dictum fuit. His sic stantibus dico, ꝙ si ui-
ueret ipse Petrus matthæus, & ex causa d. promissionis cōue-
niretur, oporteret forte probare, ꝙ ipse cōmode ære alieno
deducto



seducto, & salua eius dignitate soluere posset, & in eo casu possent procedere quamplura eleganter per clarissimum do. Achillem præfatum allegata, sed iste non est casus noster. nã non ipse, qui iam per aliquot annos decessit, conuenitur sed eius neptes, quæ ex persona Scipionis patris earum, cui sunt
13 hæredes, dicuntur heredes d. petri matthæi earum aui † cum hæres hęredis sit ẽt hæres primi defuncti. l. fi. C. de hær. inst. in quo casu dico cessare illam disputationem, an commodè
14 soluere possint, uel ne. Quoniam † illud priuilegium solùm ipsi promittenti competebat, non autem trãsit in hæredes, ẽt si sint de liberis, ut. l. sciendum. ff. de re iudi. & ibi notatur, & (ni fallor) propria, & uerosimilis mẽs d. Pet. Mat. nõ fuit, ut respectu hæredum suorũ maximè in occurrenti casu debeat considerari, an commodè soluere possint ad damnum. d. do. Letæ filiæ, cum istæ filiæ Scipionis hæredes pdictę sint eius
15 neptes † uerosimile etenim est, quem non minus diligere filiam, quàm nept. l. si uiua matre. C. de bon. mater. & traditur in l. 1. C. de cond. insti. tradit etiam Ful. in consi. 18. Solummutia fecit testamentum. & patruus, & do. meus Socin. in l. cum auus. 45. col. cum multis seq. ff. de condi. & de. cum multis cõcor. quæ allegari possent. Quo stante ab ipsius Petr. mar. uero simili mente arguendo, iuxta no. communiter in l. tale pactũ §. fin. ff. de postu. dicendum est, quòd pdictę heredes ad di-
16 ctas libras centum omnino teneãtur. † Ad quod facit d. l. nepos Proculo. de uerbo. sig. in uer. Proculus putat &c. uult. n. ibi tex. quòd in huiusmodi promissionibus inspicitur id qđ actum est, quod intelligo, siue expressè, siue uerosimiliter, p no. in d. l. tale pactum. §. fi. Et ꝙ isto casu mens pdicti Pet. mat. fuerit, ut istę heredes simpliciter teneantur, constat etiã quia ipse uoluit, quòd etiam partem suæ hereditatis, & etiã maternę. d. do. Leta petere possit, cum defecerit linea masculina, ut patet in d. instrumento in uer. sed cum hoc &c. Ex quo arguitur, quòd in persona suarum neptum, ubi masculi deficerent, non considerauit haberi aliquem respectum ad commoditatem, uel incommoditatem soluendi. & ita ex pdictis concludendum est. Licet etiam si commoditas esset ipsarum neptum attendenda, posset dici quòd possint commodè. d. libras centum soluere: cum illę sint quid minimum in hereditate ualoris ad minus librarum 4000. & ipsę cum sint nuptę, uel nupturę. & apud eorũ uiros pmissurę post dotes earum, parum aut nihil agere possunt Sic igitur ex prędictis concludo, diem iamdiu uenisse, ut d. librę. c. solui debeãt & per d. do. Letam iustè eas petitas esse pro executione dicti instrumenti secundùm formam statuti Fauẽtini sub rub. qualiter procedatur contra obligatos ex publica scriptura. Nec dicatur, ꝙ non sumus in persona ipsius pmittentis, sed in psona heredum eius, & per mediam personam alterius. Quoniam nulli dubium est, in casu isto ẽt contra tales heredes habere locum dictum statutum, iuxta ea quæ tradunt Barto. & alii maximè Alex. in l. postulante. in prin. ff. ad treb. & hęc circa tertium. Circa quartum, & ultimum absque aliqua hęsitatione concludendum est, petitioni prędictę nullam prescriptionem opponi posse. Nam aut uolumus, ꝙ Pet. mar. uiuens non habuerit commoditatem soluendi, & sic ꝙ aduer-
17 sus eũ agi non potuerit, † & nõ est dubiũ, ꝙ pręscriptio non potuit currere; quia non ualenti agere non currit pscriptio. l. 1. in fi. C. de anna. excep. aut uolumus, ꝙ habuerit commoditatem, & tunc ipse non soluens, cum commodè posset, dicitur fuisse in mala fide, meritò non potuit aliquo modo præscribere. c. possessor malæfidei, de reg. iur. lib. 6. & c. fi. de prescrip. cum si. & traditur in l. Celsus. ff. de usuca. quicquid in cõ-
18 trarium dixerit Bar. in l. sequitur. §. si uiam. ff. de usuca. † Nã eius opi. communiter reprobatur, & cõcluditur per omnes, ut supra, ꝙ malæfidei existens non potest præscribere, ut per Imo. & Fely. in d. c. fi. de præscrip. cum aliis adductis per clarissi. dominum And. aduocat. do. Letæ, & ultra eum, ita contra Bar. firmat Cu. in consi. 147. do. Comitissa. 2. col. & plenè tradit insignis doctor do. Io. Fran. Balbus in tract. de præscr. in 2. par. 3. par. princ. in 13. q. ubi licet aliquos referat tenentes cum Bart. tamen finaliter concludit secundùm ueram, &
19 communẽ opi. † ꝙ mala fides debitoris impedit præscriptionem in actionibus personalibus contra opi. Bar. & sequaciũ, si igitur uiuente. d. Petromatthæo nulla cucurrit præscriptio post eius mortẽ, ubi cucurrere potuisset, non præteriit tantũ temporis, quod ad præscribendũ sufficiat, & sic remanet conclusio, ꝙ prædicta do. Leta nulla ei præscriptione obstãte potest, ut supra dictum est, petere d. libras centum bonon. Et sic ex prædictis omnibus refero partes magnifici Potestatis in præsenti causa esse in condemnando illas neptes, & hæredes. d. Petrimatthæi ad d. libras centum, prout petitum fuit, & easdem uelut iniustam causam fouentes in expensis legitimis cõdemnando, iuxta l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iud. Et licet ad iustificationem eorum, quæ supra conclusa sunt plura adduci potuissent, prædictis tamen paucis uolo esse contentus, attento, ꝙ absque aliqua allegatione satis erat decisionem præsentis causę conclusiuè ponere iuxta communiter tradita p doc. maximè Io. An. Imo. Car. & Abb. in cap. sicut, de re iud. & tradit Ang. Aret. in quodam eius cõsi. incip. ego Ange. de Gambilionibus; impresso inter consil. Pet. de Anch. num. 112. Laus Deo.

SVMMAE.

Legitimatio non præiudicat non citatis circa bona, de quibus pater legitimationem petens non poterat liberè disponere, sed ad illos erant non facta legitimatione omnino peruentur.

1 *Conditio, si sine heredibus decedat, semper intelligitur. i. si sine liberis, & dicti liberi debent esse heredes.*
2 *Donator in rebus à se donatis potest, quamcunque legem uult, adducere.*
3 *Legitimatio filij in uita patris, licet non requirat citationem agnatorum patri debentium ab intesta. succedere fieri debere, tamen quando pater non potest liberè disponere, sed post eius mortem ad alium eius bona erant peruentura, si sine liberis decederet, requiritur citatio, aut quòd de eis in legitimatione fiat mentio, & dat exempla.*
4 *Citatio agnatorum non requiritur in legitimatio filij ad petitionem patris facta, quando pater liberè potest de bonis, de quibus agitur, disponere.*

CONSILIVM XIIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitia.



Viso tenore priuilegii concessi a serenissimo Imperatore Reuerendo episcopo Vasionensi, & quibusdam fratribus eius, ac ẽt do. Matthæo & aliis quibusdam uti consanguineis eiusdem Reuerẽdi episcopi, uiso etiam instrumento legitimationis factæ de quibusdam Alex. & Vlisse per d. dom. Mathæum, qui præsupponuntur non esse de consanguineis prædicti Reueren. episcopi ac etiam uiso consilio excellentissimi consultoris mihi uti patris honorandi concludentis, legitimationem prædictam de iure nõ tenere, nec ullo modo ualere, ex eo præsertim: qa prædictus do. Math. non dicitur habere talem potestatem legitimandi, qua usus fuit. Attento ꝙ non est de cõsanguineis prædicti Reueren. episcopi de subscriptione requisitus q̃ facillime in eandem sententiam concurro. Et quoniam super hoc satis abunde per do. consultorem res est dilucidata, alter sup eo non insistã, rei. n. plenè demonstratæ frustra quis superaddere pbationẽ tẽtat l. 1. in fi. ff. de do. præleg. unà ergo cũ domino consultore uerã, & iuridicam arbitror hanc cõclusio ꝙ talis legitimatio de iure non ualeat ex defectu potestatis prædicti do. Mat. prout plenè per Consulentẽ ostensum fuit. Addo insuper, quòd ex alio prædicta legitimatio nõ ualet in præiudicium Antonii fratris do. Caroli patris prædictorum Alex. & Vlyssis saltem respectu bonorum, quæ ipsi domino Carolo a communi eorum matre fuerant donata. Nam talia bona, si do. Carolus sine liberis decesserit, debebant omnino peruenire ad d. Antonium fratrem tanquam in proximum masculum matris donatoris, ut clarè constat ex

instrumento

instrumento donatio. ibi in uer. hac tamen declaratione &c.
Nec dicatur, ꝙ non dicitur sine liberis, sed sine hæredib.
1 †quia hoc in iure est clarissimum, ꝙ talis cõditio, si sine hære
dib. decedat, semper intelligitur. i. sine liberis, casus est clarus
in l. ex facto. §. si. & ibi tradunt omnes doc. ff. ad trebe. est be-
ne uerum, ꝙ debent d. liberi esse hæredes, ut uoluit ibi Bart.
& magis communiter doc. ut ibi per Alexan. quicquid dixe-
rit ibi gl. in contrariũ, & licet ad hoc possent plura adduci, ta
men gratia breuitatis omitto. Et stante hoc sequitur, ꝙ præ-
dicta bona apud Carolum prædictum non erant cum plena
libertate, ut de eis liberè disponere potuisset, sed si liberos hę
redes non haberet, debeant d. bona peruenire ad d. Antoniũ,
2 ut patet ex d. instrumento, † & non est dubium, ꝙ illa mater
donando potuit quancunque legem uoluerit adiicere bonis
a se donatis, arg. l. legem. C. de pac. & est tex. quasi in terminis
in l. quoties. C. de don. quæ sub mo. debet ergo omnino serua
ri, ꝙ in instrumẽto cõtinetur, & maximè quia illi legi seu uo
luntati donatricis dicitur consensisse ipse Carolus donata-
rius. Hoc igitur sic posito, uidelicet ꝙ d. Carolus nõ habẽs li
beros hæredes nõ posset de dictis bonis liberè disponere, sed
eo casu essent peruentura ad d. Antonium, dico in proposito
ꝙ legitimatio facta de d. / lex. & Vlisse esto, ꝙ aliàs de iure ua
leret, quod tamen est falsum, non dicitur præiudicasse. d. An
to. in ea nõ requisito nec citato quantũ pertinet ad prædicta
3 bona. † Nam licet aliàs soleat magis cõmuniter concludi, ꝙ
in legitimatione facta de filio ad instantiam patris uiuentis
non requiratur citatio agnatorum, qui patri ab intest. succe-
dere potuissent, ea ratione, quia pater poterat ex arbitrio ta-
les agnatos priuare bonis suis alteri ea relinquendo, uel ut
quidam dicunt, in mare proiiciendo, cum de eis haberet libe
ram dispositionem, ut concludunt magis communiter doc.
in l. Gallus. & quid si tantùm. ff. de lib. & & posth. cum concor
dan. ut per patruum, & do. meum Soc. in consilio 47. in præ-
senti consultatione. 9. col. uer. ad secundam rationem. 4. uo-
lum. per And. barba. in consilio 49. scribitur sapientiæ. 2. col.
2. uol. & excellentissimum do. Dec. in consi. 307. uisu pũcto.
1. col. Tamen si quæ bona pater haberet, de quibus liberè di-
sponere non posset, sed post eum absque filiis legitimis dece
dentem erant ad aliquem, puta ad fratres eius, peruentura,
nisi ille frater fuerit citatus, aut de eo fuisset facta mẽtio in le
gitimatione, legitimatio illa respectu illorum bonorum sibi
nõ p̃iudicat, puta si essent bona feudalia, & feudum fuisset pa
ternum. Nam tunc talia bona nõ dicerentur esse in libera po-
testate patris legitimantis; quia post eum si filii legitimi non
extarent, deberent peruenire ad fratrem eius, unde si de eo in
legitimatione non sit facta mentio, & non fuerit citatus, legi-
timatio sibi in d. bonis non præiudicat, ita signanter conclu-
dit Are. post multa per eum allegatos in consi. pe. magnifici,
& excelsi domini. col. fin. Sic etiam dicendum esset, si essent
bona aliqua subiecta fideicom. ex dispositione alicuius iam
defuncti, si ille pater sine legitimis hęredibus decesserit, nam
nec isto casu legitimatio facta absque mentione illius, cui sic
fideicommissum debebatur, & eo non citato sibi respectu il-
lorum bonorum non præiudicabit, ut clarè concludit Pet. de
Anc. in consi. 427. circa primum quæsitum, & eum refert, &
sequitur Alex. in consi. 67. consideratis his. 3. & 4. col. t. uol.
& tenuit do. meus Soc. in d. consi. 47. 2. col. sic igitur dicendũ
est in casu isto, nam cum d. do. Carolus bona a matre sibi do-
nata libera non haberet, sed subiecta restitutioni, si sine filiis
hæredibus decesserit, ad instar fideicommissi. erant. n. in d. ca
su ad fratrem eius Antonium peruentura, ut supra dixi, legiti
matio ad instantiam prædicti do. Caroli facta non debet re-
spectu illorum bonorum præiudicasse prædicto Anto. non ci
tato, & de quo in legitimatione nulla mentio fit.
Et ratio uidetur in promptu; quia si sciuisset do. Matthæus
legitimans talia bona sic illi fratri debita esse, non est uero si-
mile, ꝙ in eis uoluisset ipsi Anto. præiudicare, & ita fortasse
præfatus do. Matthæus responderet, si de hoc esset interroga
4 tus. † Et ad prædicta adduco decisionem excellẽtissimi do.
Phil. Dec. in consi. 85. & diligenter pro tenui. col. fi. ubi clarè
concludit, ꝙ tunc, & eo respectu citatio agnatorum non re-
quiritur in legitimatione facta de filio ad petitionem patris,
quãdo pater liberè de bonis, de quibus agitur, potest dispone
re, secus si non habeat illorum dispositionem; quia tunc cita
tio requiritur, ut per eum, qui plures ita tenere allegat, ad
quem me remitto. Possent aliæ plures tum rationes, tum au-
ctoritates ad prædictorum confirmationem adduci, sed bre-
uitas temporis cum maxima instantia consultantis de expedi
tione non patitur me ultra prosequi, quare finem faciens his
paucis concludo legitimationem, de qua agitur, esse totaliter
nullam ex defectu potestatis legitimãtis, & maximè hoc esse
uerum in præiudicium d. Antonii respectu bonorum a ma-
tre eius donatorum prædicto Carolo per prædicta.
Laus Deo.
Mar. Soci. Iunior, iurisconsultus Patritius Senensis.
Paduæ legens,

SVMMAE.

De filio, & eius uxore non habitantibus cum patre. Verum
scilicet possint ipsi dotem repetere.
Et quòd pater non teneatur ad aliquid extra domum, si ei
nihil imputare possit.
Et ꝙ debeat habere apud se integram dotem, paratus one
ra realia subire.
1 *Filius in potestate patris in dubio esse præsumitur.*
2 *Pater paratus subire onera realia matrimonij non tenetur do. ẽ*
reddere filios, & eius uxori nolentibus secum habitare.
3 *Pater non tenetur filio, & eius uxori alimenta extra domum*
præstare, si absque legitima causa nolunt cum eo habitare.
4 *Pater, & socer potest exigere reliquum dotis nurus, quod super-*
est, dato quòd ipsi iugales cum eo non habitent absque rationa-
bili causa.
5 *Fructus, & interesse dotis nõ soluta pro oneribus matrimonij de*
bentur.
6 *Fructus, & usura quadam loco interesse debentur à die, quo dos*
solui debuit,
7 *Dies statuta pro homine interpellat.*

CONSILIVM XV.

Dirigat Dominus verba mea in viam
veritatis & iustitia.


ISA contingẽtia facti cum suis quatuor quęstio
nib. nec non etiam uiso elegantissimo cõsilio ꝑ
ipsarum quæstionum resolutione reddito p ex-
cellentissimum Iurisconsultũ do. Leonar. Valla-
tu mihi ut fratrẽ honor. habitaque super responsis eius ma-
tura animaduersione facile condescendo in prædicti excellẽ
tissimi Cõsultoris opiniones uti iuridicas. Igitur in 1. q. unà
cũ eo arbitror illustri. do. Io. Fran. comitẽ Pitigliani minimè
teneri ad restituendam illam quantitatem pecunię, quam
pro parte dotis illustri. suę nurus recepit, licet ipsa unà cum
uiro eius ipsius Illustrissimi comitis filio secum nõ habitent,
1 trib. s. in facto p̃suppositis pro ueris. † Primò, ꝙ causa nulla
talis sæparatæ habitationis possit imputari Illustrissimo co-
miti patri. Item, quòd filius sit in potestate, quòd etiã in du-
bio pręsumitur, ubi contrarium non probetur, ut l. si emanci-
2 pati. C. de colla. cum si. † Item & tertiò, quòd illustrissimus
comes sit paratus subire omnia onera realia matrimonii ho-
norificè, prout ipsis iugalibus, & eorum dignitati cõueniret,
istis. n. sic pręsuppositis clara est prędicta conclusio per ea,
quę tradunt doc. maximè Pau. de Ca. in l. 2. C. sa. cr. qui Pau.
idem clarè dixit in l. quidam cum filium. col. 3. ff. de uer. ob.
& per ea quę post alios plures tradit insignis doc. Io. Campe-
gius aliquando pręcept. meus in suo tract. dot. in 16. q. 3. par
tis cum aliis deductis supra per excellentissi. consultorem.
3 † Similiter in 2. q. prout etiam dixit do. cõsultor, concludẽ
dum puto, Illustri. comitem paratum alimenta in sua domo
pręstare filio, & nurui, nõ teneri extra domũ ea pręstare, po-
sito, prout pręsupponitur pro uero, quòd nulla subsit legiti-
ma causa, ob quã ipsi uelint seorsum a patre, & socero respe-
ctiuè habitare, ita concludit Pau. de Ca. in locis pędictis, &

Imo.in l.si cum dotem.§.transgrediamnt.prope.fi. ff.sol.ma.
u t supra per consultorem dictum fuit,ad quem me sefero.
4 †Placet etiam eiusdem consultoris conclusio in 3.q.ut.s.il-
lustrissi.comes exigere possit,quod de dote suæ nurus super
est soluendum,quatenus tamen tempora soluendi sint præte
rita,non obstante q prædicti iugales nō habiteut cum eo,po
sito,ut dictum est,quòd id faciant absque sationabili causa,&
q per illustr.comitem non stet,quominus subeat onera tea-
lia matrimonii,quia his stantibus quantum ad ipsum perin-
de est,ac si onera subiset, eo præsertim quia negari nō potest
q Illust.do.Io.Ant.non sit in aliqua culpa, cus illust. dn.Li-
uia eius filia simul cum eius marito non habitet cum prædi-
cto illust.comite,ut sapienter, & egsegiè per d. consultorem
ostensum fuit.Cum itaque illust. do.Io. Ant. promissori, &
obligato possit imputari,cur realiter illust.comes non subeat
d.onera ad quæ subeunda paratus est, hoc debet haberi pro
impleto ad damnum eius, qui erat obligatoa, ex quo ei ali-
quid imputari potest,etiam quod implemētum impediretur
per tertium,ut colligi potest ex traditis per Ias.in l. 1.2.colu.
C.de insti.& substi.,sub condi.fa. cum aliis traditis supra per
do.consultorem doctè,& sapienter,ad quem me sefero.
5 †Circa quartam,& ulti.q.licet plusculum dubitationis ha-
bere uideatur,quoniā licet illus.comes ex parte sua ab initio
impleuit,tamē postea cessauit implere,& per cōsequens fru-
ctus.& interesse non solutæ dotis uidetur,q no debeātus,ex
quo debentur pro oneribus matrimonii,iuxta. c.salubriter,
& quæ ibi tradunt doc.extra de usur.et l.pro oneribus,C. de
6 ius.dot.cum si. † Attamen etiam in eo conclusio excellen.
consultoris iuridica uidetùr,ut.s.pro reliquo dotis,quod pe
ti potest,ab illo tempore,quo solui debuit,debeātur fructus
seu usuræ quædam loco interesse debitæ,quoniam cū uerum
sit id reliquum lapso eius tempore fuisse debitum,& solui de
buisse negari non potest illustr.d.Ioan. Ant. nun fuisse in mo
ra saltem irregulari per implemētum ex parte illustrissimi co
mitis iuxta ea,quæ cōmuniter tradunt doc. in l. de diuisione
ff.so.mat.& per Alex.in consi.146.perspectis instrumentis.
1.col. 5.uol.Quinimmo etiam per interpellationem a lapsu
7 dici facta.† Quoniam,ut uulgò dicitur, dies interpellat pro
homine,uulgata.l.mag.C.de contr. & commiss. stipu. ubi in
fi.ponitur ratio,facit l.si duo.in fi.ff.de consti.pec.& c.2.cir-
ca med.C.de ius.emphy.et est bo.tex.in fi. extra de Inc. Et
quāuis illust.comes deserit subire onera matrimonii, de qui
bus supra,tamen ex eo non minus prædicta debentur,quia
contra eius uoluntatem, & sine aliqua culpa id euenit, cum
pluries se obtulerit,& de nouo se offerat nūa onera subire,&
ut credo hunc misū in modū desiderat ut filii, & nuru cū eo-
rū prole fruatur, & lætetur eorū præsentia, & cōuersatione
continua,uti faciūt nōster parētes,& illust.do.Io.Ant.de hoc
cōqueri nō pōt,cū debeat id sibi imputare,qui in culpa est,ne
prædicti iugales redeant ad habitandū cū illust.comite.Itaq;
ex prædictis oībus sequor in totū sniās,& opiniones prædicti
excellentissimi consultoris,qui oīa ita egregie ,& sapienter
deduxit ut additione nō egeāt,& ppea sine alia additione pla
cuit sic breuiter prædictas eius decisiones discurrere, & ap-
probare,quod etiam a me factum fuit, quia de simplici sub-
scriptione sū req situs,& ēt qa pp cōtinuas lectiones,& alias
plurimas occupationes aliter facere minime potuissem.
Laus Deo. Soc.tertius Paduæ legens.

C A S V S.

Palma de ciuitate Cathari cum haberet bona communis cum Ioanne, & Vrbano fratrib. decessit derelictis post se Nicolleta,& Dominica filiabus impuberib.quę in domo remanserunt sub cura,& regimine patruum,qui etiā,prout prius faciebant,semper bona omnia cōmunia cum dictis pupillis administrauerunt.

Quarum pupillarum mater domina Francischina nunquā petiit prouideri eis de tutore,sed trāsiuit ad secunda uota, et postea decessit superstite inter cæteros do. Catherina matre sua,quæ est auia materna prædictarum pupillarum, & quę iam a 10.annis citra laborauit, & ad pręsens etiam laborat quadā continua, & irreparabili infirmitate, ut se loco mouere non possit,& penitus dicitur effecta inutilis, & ultra corporis inutilitatem cum ea etiam concurrere uidetur quędam mentis offuscatio a cōtinuis languoribus causata saltē pręsumptiuè.

Ista Do. Catherina similiter nunquam petiit (ut asseritur) prouideri de tutore prędictis suis neptibus impuberibus.

Decessit postea Nicolleta adhuc impubes.

Modò quęritur,utrum Do. Catherina auia pręedicta a successione eius sibi de iure debita dicatur excludi ex eo, q tutorem illi dari non petierit.

S V M M Æ.

De auia materna,quę tutorem non petiit dari neptibus.
Extāte patruo, & bona pupillarum de facto administrāte.
Nunquid scilicet priuetur successione ipsarū pupillarum.
Et plura de materia.

1 *Mater si fuit negligens in petendo tutorem filijs dari, licet aliàs successura esset,a filiorum successione excluditur.*
Idem in auia dicendum est.
Idem de alio quocunque,qui in pupilli successione m speraret.
Et ratio assignatur.
2 *Lex,quæ priuat aliquem hæreditate propter aliquod extrinsecū, procedit,etiam si per statutum hæreditas deferatur.*
3 *Mater ubi proximior tenetur,licet auia pupillarum uiuat,tutorē filijs pupillis petere.*
4 *Auia mortua matre onus petendi tutorem nepotibus spectat.*
5 *Auia non excusatur a pœna non petiti tutoris, si pupillorum bona cum decreto iudicis administrentur.*
6 *Tutela datiuæ locus est,quādo cessat testamētaria,uel legitima.*
7 *Mater uel auia debent petere tutorem filijs dari, quando non reperitur testamentarius,uel legitimus,secus si reperiatur, quia si non petant, non priuabuntur eorum successione, & infra numero 13.*
8 *Argumentum ab ordine rubricarum ualet.*
9 *Lex quare onus petendi tutorem filiis matri,uel auiæ iniunxerit.*
10 *Tutor minoribus tunc dandus est,si non habent eos, qui ex legib. sunt defensores.*
11 *L. sciant omnes.C.de legiti.hære.quando procedat, & habeat locum.*
12 *Tutela legitima proximioribus agnatis defertur.*
14 *Mater,& auia excusantur à pœna non petiti tutoris, quādo subest aliqua probabilis causa, ex qua ignorantia possit excusari, & nu.seq.*
16 *Auia præfertur omnibus tutoribus legitimis, intellige tamen si uult quia non cogitur tutelam suscipere, ut infra nu. 19.*
17 *Pupillo parum prodest tutorem habere, si tutelam legitimè nō administret,& num.seq.*
19 *Tutores legitimi licet cogantur tutelam suscipere,in matre tamē & auia secus est,sed in eius arbitrio remittitur.*
20 *Tutela est onus.*
21 *Matris taciturnitas in non petendo tutorem filijs dari, denotat, quòd non intendit esse tutrix.*
Et non dicitur tutrix legitima uelit nolit,sed ita demum si petat, & dum est in mora,dicitur nolle.
22 *Mater quòd possit esse tutrix, introductum hoc est in eius fauorē, & ante auct. matri,& auia.non poterat esse tutrix.*
23 *Mater,& auia a tutela excusantur,quando sunt inhabiles,& infirma.*
24 *Absurdum est,ut qui rebus suis superesse non potest,aliorum tutelam gerat.*
25 *Tutor quis esse non potest ob malam corporis ualitudinem.*
26 *Negligens nemo dicitur in eo, quod nullo modo implere potest.*
27 *Obligatio ubi non datur,ibi non potest dari mora,uel negligētia.*
28 *Mater,uel auia non tenetur curare,ut legitimus,uel testamentarius tutor administret, uel faciat ea, quæ tutori conueniunt, quia ad illud solùm tenetur respectu tutoris ab ea petiti.*
29 *Tutela datiua quando locus est,lex iubet matri, & alijs, ut cum effectu detur tutor,& faciat eum administrare.*

Mater

30 *Mater in testamentario, uel legitimo tutore non se habet intromittere.*
Nec est excludenda ab hæreditate filij luctuosa.
31 *Pœna priuationis à iure nostro locum non habet, nisi in iure exprimatur.*
32 *Tutelæ obnoxius remanet, qui tutor reperitur, si debito tempore non se excuset.*
33 *Mater, quæ tutrix esse potest, sufficit quòd patiatur legitimũ administrare, & infrà nu. 36.*
34 *Dispositio, quòd quis ob non petitum tutorem successione priuetur rigorosa, & pœnalis, ideo interpretatio in benigniorem partem est accipienda.*
Et si in loco consuetudo est, quòd talis pœna à matre non exigatur illa seruanda est.
35 *Infirmitas, & mentis offuscatio matris uel auiæ, eam excusat à pœna non petiti tutoris.*

CONSILIVM XVI.

Dirigat Dominus verba mea in uiam veritatis, & iustitiæ.

VISO themate suprascripto, & facti contingentia
bene cõsiderata non modicæ difficultatis uisa
est pñs cõsultatio. Nã uidebatur prima cõside-
ratione prædictã do. Catherinã auiam omnino
1 esse excludam a successione d. suæ neptis. † nemini enim du-
bium est, matrem, quæ aliàs successura esset, excludi a succes
sione filii pupilli, si fuit negligens in petendo ei dari tutorẽ,
ut est tex. in l. 2. §. si mater, & §. confestim. ff. ad senatuscõ. ter
tul. in l. omnem. C. eo. titulo in l. 2. §. sunt autem. ff. q pet. tu
to. ubi per Bar. & alios, & in §. fi. ubi tradunt doc. insti. de se-
natuscon. tertul. cum sim. at quod in matre dictum est per iu
ra prædicta, etiam in auia dicendum est, ut est tex. in d. l. 2. ff.
ad tertull. §. quoniam & magistratib. uer. & quid si nepotibus
&c. & ita per illum tex. dixit Bart. in l. 2. col. 7. ff. de nulga. &
pup. in uer. ulterius quæro, an tacita pupillaris &c. & in l. 3.
in fin. ff. de testa. tut. Immo idem dicendum est de quocun-
que, qui successionem pupilli sperat, semper enim quicun-
que sit, priuabitur successione pupilli, si fuerit negligẽs in pe
tendo eidem tutorem dari, ut est de hoc generalis text. in l.
sciant omnes. C. de legi. hære. Et huius generalis decisionis
ratio est: quia lex uoluit, q̃ sicut matri, & aliis, qui successio-
nem sperant, dedit commodum successionis, ita mater ipsa,
& alii debeant ipsis pupillis consulere petendo prouideri de
tutore, prout hanc rationẽ tradit tex. in d. §. fi. insti. de sena-
tuscõ. tert. cũ igitur d. domina Catherina auia nunquam pe-
tierit dari tutorem prædictis pupillis, sed fuerit in eo negli-
gens, sequitur, q̃ debet excludi a successione. d. Nicoletę per
iura prædicta. Nec quò ad hoc distinguitur, quo iure persona
uocetur ad successionẽ, an s. iure cõmuni, an iure aliquo mu
nicipali, semper enim, & utroque casu propter negligentiam
in non petendo tutorẽ persona repellitur a successione, quã
2 quam iure municipali delata, † lex enim, quæ priuat aliquem
hæreditate propter aliquod extrinsecum, procedit etiam si
per statutũ hæreditas deferatur. ita uoluit insignis doctr. do.
Alb. Bru. in suo solenni trac. de statut. fęmi. a cogna. line. ex-
cluden. in 5. arti. prin. in 30. q. 2. col. uersi. ex prædicta conclu-
sione &c. & ponit propriè exemplum in casu nostro, quando
quis priuatur hæreditate propter non petitum tutorẽ, & di
cit ita tenere Pet. de Anch. in c. nonnum statuta, de const. uersi
cu. quæritur etiam si statuto &c. do. Bened. Capr. in consilio.
148. & 152. ol per eum. Et ex hoc in proposito infertur, q̃
no uidetur dictam do. Catherinam auiam posse se tueri di-
cendo, quòd intendit succedere non de iure communi, sed ex
3 forma statuti. † Nec præterea uidetur ista auia excusanda ex
eo, quòd filia eius, & mater d. pupillarem tempore quo remã
serunt pupillæ, pręcedebat, & ad eam onus petendi tutorem
spectabat, iuxta gl. communiter approbatam in l. nepotibus.
C. qui pet. tutor. uel cur. & doctrinam Bald. similiter commu
niter approbatam in l. precibus. col. 5. uer. sed quid si impu-
bes &c. C. de impub. & ali. substi. Quoniam istud haberet lo-
cum, quando mater maisset, ad quem ueluti ad proximiorem
tale onus petendi, tutorem, sicut & spes successionis specta-
4 bat. † Non autem procederet, hoc, quãdo mater iã esset mor-
tua; quia tunc spes succedendi pertinet ad auiam, & similiter
onus petendi tutorem. Ita declarat Bal. in d. l. precibus, colu.
6. uer. si autem mater esset mortua &c. hoc idem uoluit Cor.
in d. l. sciant omnes. 2. colum. C. de legiti. hære. & Benedictus
Capra in consi. 69. incipiente circa quæ, unde cũ in casu pro-
posito mater. d. pupillarum iam per prius esset mortua, & po
stea domina catherina auia fuerit negligens in petendo tuto
rem dari, ut in themate dicitur, uidetur omnino concludeu-
dum, illam a successione dictæ Nicoletæ debere excludi.
5 † Nec demũ uidetur ista domina Catherina excusanda, si
alleget, q̃ non erat opus petere dari tutorem; cum bona pu-
pillarum administrarentur cum decreto iudicis, iuxta doctri
nam Bal. in d. l. precibus. col. 5. uersi. sed quid si mater non ad
ministrauit. Hæc sunt, quæ primo aspectu quemlibet in hãc
sententiam contra dictam dominam Catherinam inclinare
possent. Verumtamen diligentius animaduertendo contra-
riam sententiam, prædictis non obstantibus, & æquiorem, &
de iure probabiliorem arbitror secundùm ea, quæ proponũ-
tur, more Sceuolæ iurisconsulti respondendo, & sic concludo
prædictam domin. Catherinam auiam non debere excludi a
successione dictæ Nicoletæ, licet ei nunquam petierit de tu-
tore prouideri. Et pro declaratione præsuppono, quòd onus
petendi tutores pupilli solùm dicitur habere locum, quando
est locus tutelæ datiuæ, hoc est, quando cessat testamentaria,
6 uel legitima tutela. † Nam cum pupillo non reperiatur proui
sum de tutore, nec per patrem eius in testamento, nec per le-
gem; quia non extat aliquis ex his, qui per legem uocantur
ad tutelam, deueniendum est ad tutelam datiuam, ut institu.
de atti. tuto. in princ. † Et eo casu iniunctum est certis perso-
7 nis, ut petant pupillo de tutore prouideri, ut constat ex toto
titulo, qui pet. tut. & C. & ff. inter quas est mater, & auia, ut
traditur in l. 2. ff. qui petant tut. cum aliis supra allegatis. Et
ista prouisio solùm procedit, quando a iudice dandus est tu-
tor, & sic ubi non reperitur aliquis tutor, nec testamentarius
nec legitimus, † ut constat ex ordine rubricarum tam in. ff. q̃
8 in C. a quo solet ualere argumentum, prout eo utitur Bar. in
l. cum filio. col. fin. ff. de leg. 1. Nam illi titu. qui petant tuto-
res &c. unà cum alio titulo de tutoribus dandis ponunt post
tractatum, & testamentariæ, & legitimæ tutelæ. Solum igitur
quando est locus datiuæ tutelæ, matri, & auiæ, & aliis speran
tibus successionem pupilli iniungit lex sub pœna perdendæ
successionis, quòd petant prouideri pupillo de tutore, iuxta
superius deducta, & cum fuerit sic petitum, iudex dabit tuto
rem, qui propriè dicitur datiuus. Hac etiam ratione compro
9 batur. † Nã ideo lex tale onus petendi tutorẽ prædictis iniun-
xit, ne pupillus cũ suis bonis deseratur & tutore careat. Quæ
ratio cessat, quãdo reperit alius tutor, uel testamentarius, uel
legitimus, idest quem testator, uel lex uocet ad tutelam, eo
enim casu pupillus nõ dicitur tutore carere, & ideo non indi
get, quòd ei petatur, sumpto argumento a cessante ratione,
iuxta legem adigere. §. quamuis. ff. de iure patronatus, & cap.
10 cum cessante. de appellatio. † Et prædicta probantur per tex.
in l. 2. in prin. ff. qui petant tutores uel curatores, in eo quod
uult, tunc demum petendum esse tutorem minoribus, si non
habent eos, qui ex legib. sunt defensores, & ita ibi tradunt
Bart. & alii, & clarius hoc pbatur in l. 2. §. hic illud. C. q̃ si mu
lier tutel. offici. fung. potest, ubi formaliter dicitur, quẽ habe
re ius petendi tutorem, cui tutor, uel testamentarius, uel le-
gitimus defuerit. Et hoc in lõgo discursu uoluit dominus Ma
ria. Soc auus meus, in consilio 20. incip. uisis actis. 4. & 5. co-
11 lum. † Semper enim ipse cõcludit. l. sciant omnes, pręallega-
tam, & quod per illum tex. dicitur, quòd sperantes successio-
nem debere petere dari tutorem pupillo sub pœna &c. solũ
procedere, & habere locum, quando est locus tutori datiuo,
non si legitimus tutor adesset, ut ibi per eum, quod uideri po
test, & fuit ista opinio glossæ communiter approbatæ in l. 3.
12 C. ad senatusconsultum tertulli. † Ex his infertur in propo-
sita

sita quæstione, quòd (ex quo illis pupillis extabant Ioãnes, &
Vrbanus patrui, quibus tanquam proximioribus agnatis legi
tima tutela dicebatur delata, ut institut. de legitima agnato-
tum tute. in prin. & §. 1. cum si.) non dicitur habere locum d.
l. sciant. nec alia supra in contrarium allegata in eo, quòd ma
tri, & auiæ, & aliis imponnur onus petendi tutorem pupillis,
cũ pp existẽtiã dictorũ patruorũ non erat locus tutori dati-
13 uo. † Et propterea concludendo est, auiam prædictã non ha-
buisse onus petendi tutorem, & consequenter, quòd si nõ pe
tiit, in nullo dicitur peccasse, & propterea non debet excludi
a successione dictæ Nicoletæ. Ita egregiè uoluit Barto. in d. l.
2. ff. qui petant tutores, uel curatores 2. co. & in consilio nige
simo secundo, incipien. Homo Accursuli de Rocha, prope fi.
in uersicu. secundò contra prædicta. Et expresè hoc dicit do.
Alexan. in consilio 185. incip. In causa & lite. 3. col. 6. uolum.
Cor. in consilio 64. incip. In hac consultatione. colum. fin. 4.
uolum. & auus meus prædictus in d. consilio 20. & ita est cõ-
munio opinio. Ex maximè hoc dicendum est in casu nostro;
quia illi patri continuè, & pupillas prædictas gubernarunt, &
bona earum semper administrauerunt, ut in puncto narra-
14 tur. † Propter quod animus dictæ auiæ poterat quiescere,
credens, quòd ipsi tanquam tutores, & cum omni solennita-
te prædicta facerent, ita ut si non petierit tutorem, iustè indi-
catur excusata, iuxta singularem decisionem patrui, & domi-
ni mei domini Bartholomei Socini, in consilio 153. incipien.
Pulchra, & subtilis &c. col. pen. & fi. ubi generaliter uult, ꝙ
ille, qui propter non petitum tutorem ueniebat excludẽdus
a successione, debeat excusari, quando subest aliqua causa ꝓ-
babilis, maximè ex qua causari poterat ignorantia, ut per eũ,
15 qui uideri potest, † & inter cætera dicit, quòd si mater in casu
illo gessit se pro tutrice bona pupilli administrãdo, patruus,
uel patruelis, ad quem peruentura erat hæreditas, si tutorem
non petiit, excusatur ratione iustæ credulitatis, uidelicet qa
non credebat pupillum carere tutore, ex quo mater eius tan
quam tutrix omnia gubernabat. Sic igitur econtra dicendum
est in casu nostro, ut scilicet ista auia iustè debeat excusari, cũ
credere potuit dictas pupillas tutore non carere, ex eo quòd
uidebat Ioannem, & Vrbanum patruos tanquam tutores om
nia gerere. Posuit etiam dominus meus ibi quasdam alias ra-
tiones, quę rectè consideratæ plurimùm faciunt ad casum no
strum in fauorem auiæ prædictæ, quas placeat domino iudica
re debenti uidere, ego enim ad ibi dicta, cum uideri possint,
breuitatis gratia me remitto, concludendo dominam Cathe
rinam auiam prædictam a pœna non petiti tutoris esse excu-
16 satam. Sed aduertendum est; quia contra prædicta. † Primò ui
detur urgere; quoniam non uidetur uerum extare legitimos
tutores ultra ipsam auiam post mortem matris dictarum pu
pillarum, licet enim extent patrui prædicti, tamen ex quo ex
tabat ipsa auia, quæ omnibus legitimè tutoribus præfertur,
ut in auc matri, & auiæ. C. quando mulie. tutel. offici. fung.
potest, non potest dici, quòd dictis patruis fuerit delata tute
la, & per consequens ꝙ extarent legitimi tutores. oportebat
ergo, quòd ipsa auia repudiaret tutelam, aliàs non potest di-
ci, quòd patruis fuerit tutela delata propter præcedentiam
ipsius auiæ, ita in terminis declarat Bartolus in dicta l. ter-
tia. C. ad tertullianum, & in dicta l. secunda, secunda colum.
ff. qui petant tutores, uel curatores, & declarat etiam domi-
nus Petr. Philippus Corneus in dicta l. tertia, cum similibus.

Secundò etiam uidetur contra prædicta urgere; quia esto
quòd auia non debeat puniri propter non petitum tutorem,
& prætextu, quia isti patrui extabant. Ex alio tamen uidetur
priuata successione; quia. s. non curauit dictos patruos cogi
administrare, & omnia facere, quæ ad bonũ, fidumque tuto-
rem pertinent. † quia parũ prodest pupillo tutorem habere,
17 si tutelam non legitimè administret, ita uidetur probari in l.
secunda. §. quid ergo. uersiculo, quòd si non compulit &c. ff.
ad tertullianum, ubi dicitur, quòd non sufficit matri tutorem
esse datum, sed oportet, ut se tutelæ immisceat, & propterea
cum plenum officium a matre desideretur, dicit ibi tex. ꝙ
ei hoc etiam curandum est, ne ei postea in hæreditate obsit,
18 † & ita per illum textum determinat Baldus in consilio qua-
drigesimo octuagesimonono, incip. proponitur in facto, quar-
to uolumine, dicens, quòd non sufficit ei, qui sperat succes-
sionem, quòd pupillo sit datus tutor, uel a lege, uel a testato-
re, nisi curet, ut talis tutor legitimè administret, nec debet il
le tex. restringi, ut loquatur respectu tutoris ab ipsa matre pe
titi, & non respectu testamentari, uel legitimi. Alioquin in-
quit Bal. in dicto consilio sequeretur, quod mater, quæ tuto-
rem petiit, & iam in hoc fuit diligens, si non petat eum co-
gi administrare, puniretur, esto, quod in aliquo fuerit diligẽs,
& illa, quæ nihil egit (prout in casu nostro fuit ista uia) non pu
niretur, quod uidetur absurdum, argumento. l. Seuius. ff. quod
ui aut clam. igitur non dicendum. l. nam absurdum. ff. de bõ.
liber. Sed tamen nec istis obstantibus in proposito themate
ueram arbitror supra firmatam conclusionem. Et ad primum
responderi potest. Primò, quòd immo existentia patruorum
facit, ut dicantur extitisse legitimi tutores ad excusationem
19 auiæ prædictæ. † Nam licet auia esset eis præferenda in tute-
la, hoc tamen debet intelligi, quando ipsa uoluerit; quia quam
uis alii tutores a lege ordinati cogantur tutelam suscipere,
tamen in matre, & auia non ita est, sed reponitur hoc in eius
arbitrio, ut dicta auctentica matri, & auiæ, & ista facultas, ut
contra naturam fœminei sexus quælibet earum possit esse tu
trix. dicitur eis concessa in earum fauorem, nec aliquo modo
debet interpretari in earum odium. l. quod fauore. C. de legi-
bus. Vnde dicendum est, quòd non dicitur pręclusa uia legi-
timis tutoribus, nisi ipsa mater, uel auia dixerit se uelle tutel
20 lam suscipere; † quia in dubio cum tutela sit onus, ut insti-
tut. de excusation. tutorum, post principium, & institu. de le
giti. patro. tutel. prope finem ibi, & tutelæ onus &c. Credi. de
21 bet, matrem, uel auiam nolle tale onus suscipere, † saltem cũ
per aliquot dies appareat illa tutelam non petere, ut sic taci-
turnitas eius demonstret, quòd non intendit esse tutrix, ita,
si bene aduertatur, uoluit Cynus in auctentica matri, & auię
præallegata, tertia col. in sexta quæstione, dum sequẽdo opi-
nio. Odofredi dicit, quòd mater non dicitur tutrix legitima
uelit nolit, sed ita demum si petat, & cum est in mora, dicitur
nolle. at hoc modo intelligendo glossam in dicta l. tertia, erit
simpliciter, & generaliter uera, dũ dicit, quòd excusatur ma
ter a pœna non petiti tutoris, si pupillus habeat agnatum, qui
dicatur legitimus tutor, nec uidetur conueniens illi gloss. ad-
dere, uidelicet quando mater repudiet, & ita etiam uidetur
de intentione Bald. in consi. septuagesimoprimo, incipiente,
Angelus Mascoli, secundo uolumine, dum in casu suo dicit
ea maxima ratione matrem non excludi a successione pro-
pter non petitum tutorem, quia scilicet extabat patruus, &
in ueritate ꝓ ista declaratione plurimum facit dicta l. quod
22 fauore. † Nam ante prouisionem d. auctenti. matri, & auiæ,
hoc non habebat dubium, cum mater non posset regulariter
esse tutrix. Hoc autem, quòd possit esse tutrix, & aliis præfe-
ratur, si uelit, dicitur inductũ in eius fauorem, ut est clarum,
nam si in fauorem pupilli compelleretur, quod non est, igi-
tur hoc non debet posse allegari ad eius damnum, quod pro
fecto esset, si ex eo induceretur, quòd non excusaretur a pœ-
na non petiti tutoris. Et hanc partem multũ signanter defen
dit Salycc. in dicta l. sciant omnes, prima columna uersiculo,
uel forte, & isto casu. Et quia ista opinio simpliciter intelle-
cta habet aliquos contradictores) ut dixi arguendo) proce-
dat restricta ad casum, in quo loquitur Saly. & qui propriè
est casus noster, uidelicet quando mater permiserit legitimũ
administrare, quasi ex eo clarius appareat, ꝙ ipsa nõ uult es-
se tutrix. Et doctores contrarium tenentes loquuntur, quan
do nõ interuenit realis administratio legitimi. Vnde cum in
casu nostro prædicti patrui administrauerint, & auia ꝑmise-
rit, & sic demonstretur eam noluisse tutelam subire, sequitur
quòd uerè erat locus aliis legitimis, & sic dictis patruis, &
iden debet excusari, si tutorem non petiit, quicquid dixerit
Bald. in d. l. precibus. quinta colum. uersicu. sed quid si mater
non administrauit. cuius opinio non uidetur tuta per prędi-
cta, contra quam de directo tenet Saly. in d. l. sciant, ut modò
retuli. Vel secundò responderi potest, & apertissimè, quia di-
co, quòd dicta in argumento procedere possent, quando ista
domina

domina Catherina aoia potuisset esse tutrix,& ad tutelã fuis-
23 set habilis. † Quando uerò fuisset inhabilis omnes doctores
communiter dicunt, esse apertam uiam legitimis tutoribus,
& consequenter illam debere excusari, ita declarant omnes
doctores sine contradictione in locis prædictis, sed in propo
sito ipsa auia ad tutelam erat penitus inhabilis,ergo &c.
Inhabilitas autem ostenditur,quis(ut in puncto narratur)
illa iam per annos multos tali infirmitate laborauit,& ad præ
sens etiam laborat sine aliqua spe sanitatis, ut totaliter dica-
tur inutilis, & perpetua infirmitate detineri, & ita ut rebus
suis superesse non possit.Quo stante sequitur, quòd tutrix es
24 se non possit † absurdum etenim esset,ut illa, quæ rebus suis
superesse non potest,aliorum tutelam gerat.Hoc expressè de
terminatur in l.notca.C.qui morbo.& licet ibi dicatur,quòd
excusationem habet,id tamen impropriè dicitur;quia etiam
si uelit,non potest esse tutrix,ut ibi post gl. declarant Salyce.
& omnes scribẽtes. Et de hoc est tex.in l.2.§.his illud.C. quã
25 do mulier tute.offi.fung.potest,& ibi not.Saly.†concludens
propter malam corporis ualitudinem quem tutorem esse nõ
posse, & aliis uiam propterea aperiri. Et ista responsio tollit
omnem difficultatem in primo argumento positam. Et ex
his infertur,quòd non potest obiici auiæ prædictæ,quòd sal-
tem puniri debet,eo quòd fuit negligens non petendo sibi tu
telam decerni: nam ex quo erat inhabilis ad tutelam, frustra
26 illam petiisset. †Nemo enim dicitur negligens in eo, quod
nullo modo implere potest,ut est notissimũ,ultra ẽt quòd ad
illud respondeti posset,quòd non erat ad illud obligata,cum
27 tutela matri,& auiæ nolentibus tantũ deferatur.†Et ubi non
dabatur obligatio, non poterat dari etiam mora,uel negligẽ
tia,iuxta l.si pupillus,cum ibi nota.ff.de uerborum obligatio
28 nibus. †Ad illud autem,quod secundo loco allegabatur,re-
spondetur negando,quòd mater,uel auia teneatur curare,ut
tutor testamẽtarius,uel legitimus realiter administret,faciat
inuentariũ,aut alia,quæ tutorem respiciunt. Illud enim solũ
matri,aut auiæ iniungitur respectu tutoris ab ea petiti, & ita
propriè loquitur tex.in contrarium allegatus,prout signãter
declarat Bartol.in dicta l.secunda.ff.qui pet.tute.2.colu. uer.
nec puto,quòd matri imputetur,& ibi alii sequuntur,sequi-
tur etiam Saly.in dicta l.tertia.C.ad tertullianum,& est com
munis opinio,ut per Corne.in dicta l.sciãt omnes, quicquid
dixerit Bald.in dicto cõsilio.489. quam communem opinio
nem ipsemet Bald. sibi contrarius sequitur in consilio 403.
incip.Videtur prima facie,quarto uolumine,& in l.precibus.
C.de impube.& aliis substitu.5. colum. in princip. & ab ista
opinione consulendo, & iudicando recedendum non est per
29 iura uulgaria.†Et potest ista communis opin.iustificari;quia
quando est locus tutelæ datiuæ,lex iniungit matri,uel auiæ,
& aliis,ut tutorem pupillo petant, quod debet intelligi cum
effectu, argu.l.1.in princ.ff.quod quisque iur. & ideo eidem
ẽt iniungitur onus,ut faciat tutorem realiter & legitimè ad-
ministrare aliàs nõ diceretur petiisset cum effectu,ut teneba
30 tur,†q cõsideratio cessat respectu tutoris testamentarii, uel
legitimi,cum nõ reperiatur iure cautum, quòd circa eos ma
ter,& similes se habeãt intromittere,& istud est, quod uoluit
Bar.in d.l.2.2.col.uersi. nec ꝙ dicatur &c.
Et si dicatur uideri conueniens, quòd mater etiam circa
alios se intromittat, ut bona pupilli sint rectè administrẽtur.
Respõdetur, ꝙ hoc non reperitur iure cautum,& propterea
non dicendum,maximè ut mater,uel auia excludantur a lu-
ctuosa hæreditate filii uel nepotis, argumento tex. in auc.de
31 non eligen.secundò nub.§.cum igitur.colla.prima.†ubi pro
batur, quòd pœna priuationis ab aliquo iure nostro non ha-
bet locum,nisi in iure exprimatur, & ad hoc illum tex.alle-
gat Bal.in auct.ex testamẽto.C.de secũ.nup.refert, & sequtur
Alexan.in l.etiam.§.primo. secunda colum. ff. soluto matri-
monio. Et ultra etiam pro ratione diuersitatis dici potest,
quòd quò ad testamentarium,uel legitimum nihil est matri,
uel simili personæ imputandum,si non legitimè administrat,
cum circa eum se non intromisit, & pupillo satis consultum
32 uideri potest,†quia si ille, qui reperitur tutor debito tẽpore
non excusetur, remanet tutelæ obnoxius, ut uidetur pbari

in arg.in §.si.innocto qui enim, insti.de excu.tut. & ibi dicunt
doc.sed in eo quem mater petiit,uidetur, quòd possit qd ei
imputari,cur talem petierit,cum alium petere poterat, & ẽt
de ea aliquid suspicari,ꝙ noluerit pupillo consulere, & eius
consilium uenit puniendum, nisi cum effectu fecerit a se pe-
titum tutorem,& a iudice datum,realiter, & legitimè admi-
nistrare,iuxta.§.quid tamen si dedit,in dicta l.secunda. ff.ad
tertul. Et ex his patet non obstare rationem Bald.in d.con-
silio 489. quia rectè intuendo non dicitur mater respectu
testamentarii, uel legitimi in aliquo negligens, cum ad
aliquid non teneatur.nam cum a testatore, uel a lege iam sit
datus tutor,non est a matre petendus.Et licet nõ legitimè ad
ministret,hoc non est matri imputandum,sed potius iudici.
in eo uerò tutor,quem ipsa mater petiit,semper dicetur ne-
gligens, quousque non faciat petitionem suam sortiri ple-
num, & iuridicum effectum per prædicta. ex quibus con-
cluditur, auiam prædictam in occurrenti casu excusandam
esse, nec posse excludi a successione Nicolettæ eius neptis,
propter non petitum tutorem. Cui conclusioni non obstãt
quæ primo loco allegata fuerunt; quia sunt omnia aliena a
præsenti discussione,ut de se patet præter ultimum,quod de
claratum est in proposito nostro non obstare, quia immo in
casu nostro satis fuit auiæ prædictæ,quòd illi patrui admini-
strarent, & maximè attento, quòd illa non potuit esse tutrix
etiam si uellet,ut plenè supra deductum fuit,& hoc est etiam
de intentione Bal.in dicta.l. precibus.quinta colu. in allega-
to uersicu. sed quid si mater non administrauit, si bene om-
nia uerba eius inspiciantur.nam cum Bald.loquatur,quando
mater poterat esse tutrix,& ita præsupponat,quando dicit,ꝙ
debet renunciare,intendit aliud esse, quando tutrix esse non
33 posset. † In eo autem quod uult,matrem, quæ tutrix esse
potest,nõ sufficere pati legitimum administrare, uidetur ma
lè loqui,cum contrarium teneat Salyc.in d.l.sciant, & supra
dictum fuit. Non omitto, ꝙ licet ex prædictis apertissima
appareat conclusio supra posita,ex alio etiam prudentia iudi
34 care debentis in eam debet inclinare. † Nam cum dispositio
illa, qua quis propter non petitum tutorẽ successione priua-
tur,sit rigorosa,& pœnalis,ut de se constat, semper in dubio de
bet fieri interpretatio in benigniorem partẽ,& sic ꝙ ista auia
non excludatur,& maximè,quia (ut mihi narratur) nunquã
fuit auditum in ciuitate Catari,quòd talis rigorosa pœna fue
rit obseruata, onde minimè mutanda sunt,quæ diuturnam ha
buerant interpretationem.l.minimè.ff.de legib.
35 † Accedat etiam, quia cum ista auia tali perpetua infirmi-
tate sit detenta,ut etiam in aliquo mentis offuscationem pa-
tiatur,ut in puncto narratur,ubi alia ratio non esset, hoc so-
lũ uideretur sufficiens, ut deberet excusari a pœna non petiti
tutoris,per tex.in dicta l.secunda, ad tertullianũ.ff.in §.con
festim.ibi,nisi forte infirmitate &c. Præterea etiam cum pa-
trui dictarum pupillarum diligenter bona omnia commu-
nia administrarent, si fuisset alius tutor petitus, fuisset opus
bona illa distinguere, & uerosimiliter patruos illos indignare
ut sic omnibus consideratis facile dici posset, ꝙ talis petitio
fuisset potius dictis pupillis damnosa, quã utilis,& ꝙ magis
earum interat bona earum eo modo a patruis gubernari cũ
earum bona gratia, quàm cum eorum uerosimili indignatio
36 ne ab eis separari,& alteri gubernanda tradi. † Quod etiam
ultra alia debet isti auiæ præbere excusationem a pœna
non petiti tutoris, ut uoluit gloss. communiter approbata
in dicta l.3. C. ad tertullianum, ibi, item si interesse filii
&c. Hæc pauca ex abundanti dicta sint, non quidem quòd
prius dicta non sufficiant ad excusationem istius auiæ, suffi-
ciunt enim, & sine dubio, sed ut iustus iudex promptius, &
(ut ita dixerim)pedibus in hanc sententiam procurat, quæ
iustitiæ æquitati,& pietati consentanea est, ut ex prædictis cõ
stat. Laus Deo.

Marianus Soc.iunior Paduæ. 1526.

SVMMAE.

1 *Præscriptio contra hypothecariam actionem, quæ in fauorem tertij possessoris currit contra creditorem, an ab initio currat, quo quis possidere incipit, an uerò non priusquam facta fuerit excussio rei principalis, & repertus fuerit non soluendo.*
2 *Non ualenti agere præscriptio non currit.*
Limita, ut infra nu. 5.
3 *Præscriptio est inducta ob homines desides, & negligentes.*
4 *Creditor post obligationem principalem contractam, & hypothecariam potest agere contra principalem debitorem, uel eius hæredem actione personali, & excutere, an sit soluendo.*
5 *Creditor agere potest, postquā uenit dies obligationis, licet nemo inuitus agere compellatur.*
6 *Præscriptio impedito agere non currit.*
7 *Qui facere potest, ut aliquid possit, illud posse dicitur.*
8 *Impedimentum allegans non excusatur, si illud remouere potuit.*
Et ei qui impedimentum non remouet, imputandum est.
9 *Paria sunt, quem impeditum non fuisse, & impedimentum tollere potuisse.*
Et qui illud, si potest, non remouet, pro non impedito habetur.
10 *Diligentia quando prodest ad tollendum impedimentū, & quis ea non utatur, currit tempus, ac si impedimentum nullum fuisset.*
11 *Eligendi tempus eis currit, qui sine superioris licentia eligere non poterant, si in mora fuerint talem licentiam petendi.*
12 *Actio hypothecaria quòd non exerceatur, antequam bonorum discussio fiat, dicitur inducta fauore illius tertij.*
13 *Interpretatio semper fieri debet, ne sequatur alicuius legis elusio.*
14 *Impedimentum, quando impedito imputari non potest, cursum tēporis non tollit.*
15 *Lex licet sit dura, tamen seruanda est.*
16 *Præscriptio bono publico dicitur inducta, ut litium sit finis, & ne dominia sint in incerto, & nu. seq.*
18 *Iurans stare sententiæ arbitri, si fuit negligens in faciendo se absolui, tempus petendæ reductionis ad arbitriū boni uiri currit ante petitam absolutionem, postquam illam petere potuit.*

CONSILIVM XVII.

Dirigat Dominus verba mea in viam ueritatis & iustitiæ.

1 DVbitatur in præsenti consultatione † utrum præ-
scriptio rei hypothecatæ, quæ in fauorem tertij
possessoris currit contra creditorem, iuxta totū
titulū. C. si aduersus creditorem, in septimo lib.
currat ab ipso initio, quo q̄s possidere cœperit? An uerò nō
prius, q̄ facta fuerit excussio rei principalis. & repertus fue-
rit nō soluendo. Et profectò uidetur, q̄ 2. pars sit de iure ue-
2 ra. † nam regula est, q̄ non ualenti agere nō currit præscriptio,
ut l. 1. in fi. C. de annal. exceptio. & in auct. nisi C. de bonis ma
teruit, cum simil. sed creditor hodie non pōt agere hypothe-
caria contra tertium possessorē, nisi prius p diligentē, & legi-
timā excussionem reus principalis, & uerus debitor fuerit re
pertus nō soluēdo, ut in auctē. hoc si debitor. C. de pignorib.
& in corpore unde sumitur. ergo sequitur, q̄ antea non pōt
currere præscriptio, alioquin p̄scriptio curreret ei seu contra
eū, qui nullo modo agere poterat, & sic non poterat dici negli
gens in non agendo, q̄ absurdum uideretur, † & contra natu-
3 rā præscriptionis, quæ dicitur inducta cōtra desides homines,
& sui iuris contemptores, ut l. si in fi. C. de annali exceptione.
Et ita per hanc rationem in terminis consuluit dominus Alo
xan. in consi. 58. incipiente. Viso, & perlecto &c. prope finem
5. uolu. cuius auctoritas præsertim tali ratione munita magni
ponderis est. & uidetur obseruanda, maximè cum per eam
odiosæ præscriptionis remedium diminuatur. His tamen nō
obstantibus contrariam opinio. probabiliorem de iure arbi-
tror, & dico, q̄ de ea est casus in d. l. 1. & 2. C. si aduersus cre-
ditorem, in generalitate illarum. ll. Non enim ibi considera-
tur, an fuerit facta excussio contra principalem nec ne, sed is
tùm consideratur, an ille tertius possessor longo tempore iu
sto titulo possederit. Sola ergo difficultas est respondere
4 ad fundamentum supra factum pro parte contraria. † Vn-
de pro respōsione præsuppono, q̄ in casu, de quo agimus, pro
ut ordinarium est, creditor ex arbitrio potuisset, quandocun
que uoluisset post contractam obligationem principalem, &
hypothecariam agere contra principalem debitorē, uel eius
hæredem actione personali, atque etiam bona ipsius excute
5 re, & perquirere, an soluendo esset uel ne. † Nam licet inuitus
nemo agere cogatur, uolens tamen quandocunque pōt credi
tor agere, postquam uenit dies obligationis. l. unica C. ut ne-
mo inui. ager. iuncta l. cedere diem. ff. de uerbo. signifi. Et ex
hoc infertur, q̄ licet hypothecaria contra istum tertiū pos-
sessorem, non potuisset cum effectu exerceri, antequam esset
facta excussio rei principalis, tamen in potestate creditoris
erat, talem excussionem facere, & per consequens tollere im
pedimentum hypothecariæ. modò hoc ita posito, & declara
6 to dico, q̄ ad argumentum de facili respondetur, † nam regu
la, q̄ impedito agere non currit præscriptio, procedit, nisi in
arbitrio eius sit impedimentum remouere, & in eo remouen-
do fuerit in mora. Nam tunc contra eum præscriptio ita cur
rit, sicut si impeditus non fuisset, nā cum in eius arbitrio fue-
rit tollendo impedimentum facere, ut possit agere, dicitur
iam posse, ut l. qui potest facere. ff. de regulis iuris. Qui
7 † enim facere potest, ut aliquid possit, iam illud posse dici-
tur, ut ibi dicit tex. Et ideo nō dicitur quis ad aliquid impedi
tus, si ipse potest impedimentum remouere, ut signanter di-
xit bald. in l. sed, & si per prætorem. §. 2. ff. ex quibus causis ma
ior. in uer. sed nec ad eos, & idem bal. & post eum patruus, &
dominus meus Socinus in l. quib. diebus, in principio in ter-
tio notabili. ff. de conditio. & demonstrationi. ubi allegat. d.
8 l. qui pōt. † Cum his concordat gloss. in uersi. suspensionis, in
c. quia diuersitatem, de concessio præben. uolens, quem non
excusari allegando impedimentum, si illud impedimentum
potuit remouere, & in hoc illa glo. approbatur, ut ibi per Ca
nonistas, maximè per Abbatem circa finem, in uersicu. in ea-
dem gl. &c. Et secūdùm illam glossam firmat bal. in ca. primo
in fine. extra de præscrip. Est enim imputandum ei, qui impe
dimentum non remouit, cum facile posset. Idem sequendo il
lam glo. dixit Fely. in c. cum inter. colum. undecima, de exce
ptio. in uersi. limita primò &c. Et ibi concludit post bald. in
9 dicto c. primo. † quòd paria sunt, quem non fuisse impedi-
tum, & potuisse impedimentum tollere, & idem tradit elegā
doctor, & dominus meus Dec. in c. cum sit Romana. in tertio
notabi. & in c. ex ratione, penultima colum. uersi. tertius casus
extra de appellat. concludens eum non dici impeditum, qui
potuit impedimentum remouere, & non fecit, & allegat ibi
10 bald. in locis præallegatis. † Facit etiam, qd̄ uoluit idem
doctor in l. 1. circa finem. C. de bonorum possessio. secundū
tabu. dum considerat, q̄ quando diligentia prodesset ad tol-
lendum impedimentum, & quis ea non utatur, currit sēpus
ac si nullum subesset impedimentum, Ex quo enim ipse pote
rat impedimentum remouere, & sic agere, si non facit, habe-
11 tur pro non impedito, & ei currit tempus agendi. † Et ultra
prædicta hoc probatur in c. si de electio. ubi dicitur, q̄ currit
tempus eligendi etiam eis, qui sinè licentia superioris eligere
non poterant. si fuerunt in mora, talem licentiā petendi, &
ad hoc possent plura cumulari, de quibus per Felynum in c. ex
transmissa. decima colum. de præscrip. quæ causa breuitatis
dimitto. Vnde cum in proposito nostro ille, qui allegat im
pedimentum non factæ excussionis rei principalis, & propte
rea uult, q̄ ei tanquam impedito uti hypothecaria nō currat
contra eam præscriptio, potuerit ex arbitrio talem excussio-
nem facere, & ita tollere impedimentum, si non fecit, sibi im
putet, & de iure haberi debet, ac si potuisset tali hypotheca-
ria uti, & propterea contra eam dicitur decursa legitima præ-
12 scriptio per supradicta. † An quod etiam facit, quia quod
hypothecaria non exerceatur, antequam fiat discussio bono-
rum rei principalis, dicitur inductum fauore illius tertii pos-
sessoris, ut de se constat, unde sequitur, quòd hoc non debat

redundare

redcundare in eius damnum, & detrimētum, iuxta regulam.
l. quod fauore, C. de legib. & capit. quod ob gratiam, & de re
gulis iuris lib. 6. Quod profectò esset, si antequam talis excus
sio fieret, loquendo postquam fieri potuit, non curreret legiti
ma præscriptio, ergo &c.

Præterea, si illud diceremus, esset in potestate creditoris
ex sola taciturnitate impedire præscriptionem, & ita quo-
dammodo eludere prouisionem, tam iuris communis quàm
municipalis de præscriptio. loquentem, quòd esset omnino
13 absurdum, ergo &c. † Semper enim fieri debet talis interpre-
tatio, ne sequatur alicuius legis elusio, ut capitu. si ciuitas, de
senten. excommunica. libro sexto, & nota. in capitu. quanquā,
de usuris, eodem libro. Nec obstat auctoritas Alexan. in d.
consi. 58. quoniam licet non leuis sit, tamen non est in propo
sito tenenda, cum iuribus & rationibus prædictis contrarium
sit probatum.

Et ultra etiam decisionem illam Alexand. in terminis re-
probat compater meus Decius in dicto capitu. cum inter. de
exceptio. columna octaua, in uersicu. prædicta conclusio limi
tatur, ibi, & per ista uidetur, quòd non rectè loquatur Ale-
xand. &c. Eam etiam, & per plura reprobat insignis doctor
Dominus Franciscus Balb. in suo solenni tractatu præscri-
ptio. in quarta parte quartæ partis principalis, in tertia quæ-
stione principali. in uersiculo, sexta conclusio &c. & ibi in fi-
ne dicit, quòd iudicando, & consulendo tenendum est omni
no contra opinionem Alexand. & eam dixit esse falsam, idem
doctor in eodem tract. in prima parte sextæ partis principa-
lis, in uigesimosecundo casu, quarta columna, in uersiculo.
& per hoc infero, quòd non est uera, sed apertè falsa decisio
Alexand. in dicto consil. 58. Et ita ego omnino arbitror eam
esse falsam. Et maximè, quia inter cętera dominus Alex.
se fundat in dicto capitu. quia diuersitatem, uolens per istud
probari, quòd tempus non currat impedito, etiam quòd im-
pedimentum proueniat ex culpa sua, & ei possit impu-
tari, ut ibi per eum. Nam istud fundamentum est falsum,
14 quia ut ex supradictis constat, † quando impedimentum po-
test ipsi impedito imputari, non tollit cursum temporis, ut
uoluit gloss. in dicto capitu. quia diuersitatem, quæ est com-
muniter approbata, ut supra dixi. Et ex hoc patet in casu no
stro nihil fieri contra naturam præscriptionis. ostm, & isto
casu dicetur currere contra desidem, & sui iuris contempto-
rem in eo, quòd iste creditor non curauit facere excussionem, &
ita tollere impedimentum hypothecariæ. Nec ratio tol-
lendæ odiosæ præscriptionis debet attendi, quia cum ista præ
scriptio in his terminis clarè currat ex dispositione legis illa
seruanda est, nec nos debemus esse clementiores ipsa lege.
15 † cum enim lex scripta sit, quamuis dura uideatur, seruan-
16 da est. l. prospexit ff. qui, & a quib. &c. † Et maximè hoc
dicendum est, quia talis præscriptio bono publico dicitur in-
ducta, ut lege prima. ff. de usucapio. ut scilicet sit litium fi-
nis, & ut dominia rerum sint in certo, iuxta. l. fina. ff. pro suo,
& capitu. finem litibus. de dolo, & contumacia.
17 † Et ob eam causam dicitur præscriptio principaliter in-
ducta propter publicam utilitatem secundùm Barto. in l. ne-
mo potest. colum. fina. ff. de legatis primo. Vel saltem secun
dario secundùm Alexan. & alios ibi propter quòd adiuuari
debet in interpretatione, argu. l. hoc modo. ff. de conditio. de-
monstratio. & eorum quæ dicit Barto. in l. secunda. §. exerci-
tum. ff. de his qui notantur infam. & Dec. in l. in testamenti
ff. de regulis iuris. Ex prædictis igitur concluditur, tem
pus præscriptioni contra hypothecariam cucurrisse, non ob-
stante, quòd nonquam fuerit facta excussio bonorum prin-
cipalis debitoris, attento quòd illam creditor potuisset, quan
18 docunque uoluisset, facere, ut iam dictum est. † Quæ con
clusio nouissimè confirmatur per solennem decisionem Lu
douic. Roma. in consilio nono, incipi. quòd pars condem-
nata &c. ubi uult, quòd si quis iurauerit stare sententiæ ar-
bitri, & per consequens non possit petere reductionem ad
arbitrium boni uiri propter uim iuramenti, nisi prius ab eo
petat se absolui, tempus petendę reductionis ei dicitur cur-
rere, etiam ante petitam absolutionem, postquam illam pe-
tere potuit, dēt. n. sibi imputare, cur eā nō petierit, & sic remo
uerit impedimentū iuramenti, cū posset, ut ibi p eum, quē re
fert & sequitur pdictus D. Franciscus Balbus in d. 3. quęst. ubi
ad hoc ēt alia plura congerit. Sic igitur in casu nostro dicen-
dum est, de tempore præscriptionis prædictæ, ut. s. cucurrisse
dicatur, attento, quòd creditor excussionem facere potuit, & ita
impedimentum hypothecariæ remouere secundùm quòd supra
declaratum est. Laus Christo Redemptori.

Socin. nepos, Paduæ. 1526.

ADDITIO.

Ad hoc consi. se refert, infra eod. consi. 117. nu. 10. uide not. ad Alex. d. consi. 58.

C A S V S.

Emit Antonius aurifex Tridentinus fundum bona fidea quodam Gregorio, & soluto pretio eiusdem fundi possessionem liberam, & pacificam ingressus fuit ex causa emptionis, eamq. sic pacificè, & quietè per aliquot annos possederat sciente, & patiente quodā Matthæo Vidalis fabro de Tridento.

Modò d. Matthæus asserens eundem fundum per prius a Bartholomæo auctoris eius emptum fuisse, & statim ab eodem fuisse datum in emphyteusim Gregorio uenditori, obtinuit a iudice mandatum, ut in possessionem dicti fundi induceretur non uocato, sed penitus inscio dicto Antonio possessore.

Et deinde nocturno tempore, & armata manu fundum prædictum intrauit, & plurima sata per d. Antonium possessorem deuastauit, & subtraxit, atque ibidem permansit per se, uel per alios usque hodie, ita ut Antonius prædictus hæc audiens timore ductus, & suspicans se posse repelli non cursuit ad locum decætero accedere, sed uolens ciuiliter, & media iustitia omnia agere egit contra d. Matthæum petens eum cōdemnari ad restitutionem possessionis dicti prædii, & ad fructus, quos deuastauit, & abduxit, ac etiam petiit declarari eundem Matthęum ab omni suo iure cecidisse tanquam uiolentum inuasorem, & sic eum suo iure priuari.

Queritur nunc, utrum sit audiendus?

S V M M Æ.

De quodam inuadente fundum per alium possessum, utrū incidat in pœnam l. si quis in tantam. C. unde ui.

An uerò excusetur prætextu certarum causarum, ut in consilio.

1 *Clausula constituti posita in instrumenta uenditionis, an operetur dominij, & possessionis translationem in emptorem.*

2 *Emptorum plurium licet potior sit ille, cui primò res tradita fuit, tamen hoc non procedit, quando uenditor constituit se empteris nomine possidere.*

3 *Recognitio in emphyteusim per emptorem facta operatur traditionem, sicut reseruato usufructus.*

4 *Possessio iunior clandestina reputatur respectu antiquioris possessionis.*

5 *Iustè possidet, qui de iudicis licentia possidet, uide infrà numero 28.*

Et quòd lege permittente fit pœnam non meretur.

6 *Vis requiritur, quòd sit illata ad hoc, ut quis ob uiolentiam suo iure priuetur.*

7 *Causa quælibet etiam iniusta a dolo excusat.*

8 *Possidere eandem rem eodem tempore duo non possunt.*

9 *Mandatum iudicis de ingrediendo possessionem alicuius fundi denotat, quòd possessio non erat apud mandatum impetrantem.*

10 *Precibus frustra petitur, quòd iure communi conceditur.*

11 *Inuadens possessionem ab alio possessam possessorem expellen. uim expulsiuam committit; & ad quæ teneatur ob talem inuasionem.*

12 *Possessio ciuilis perditur, quando quis non audet ad fundum accedere suspicans inde repelli posse.*

13 *L.1.in §.fiur autem.ff.de ui & ui.ar. procedit etiam in eo qui su spicatur se posse a possessione e pelli.*
14 *Remedium.l.si quis in tantam.C.unde ui, competit ei, qui suspicatur a possessione expelli.*
15 *De possessione quis tribus modis expulsus dicitur.*
Et in dictis tribus modis competit remedium.l.si quis in tantā.
16 *Vis a principio quando est armata manu facta, omnia a tali ui sequentia regulabuntur.*
Et principium cuiusque rei spectandum est.
17 *Vis expulsiua probatur per asserentem se possidere, & restituere negantem.*
18 *L.si quis in tantam.C.unde ui, an locum habeat in alia uiolentia quam expulsiua.*
19 *L.si quis in tantā, an procedat in terminis l.si quando.C.unde ui.*
20 *Remedium l.si quando.C.unde ui, quando locum habeat.*
21 *Prædones de facto spoliati ante omnia restitui debent, & inf.nu mero 35.*
22 *Pœna.l.si quis in tantam. C.unde ui. quæ sit.*
23 *Possessio quæ non est, continuari non potest.*
24 *Hæreditatis aditione licet dominium acquiratur, possessio tamē rei hæreditatis cum sit facti, non acquiritur, nisi actualiter ap prehendatur.*
25 *Dominium nihil commune habet cum possessione.*
26 *Possessori, etiam si sit prædo non debet per dominum uiolentia inferri.*
27 *Actio realis dominis rerum competit.*
28 *L.iustè possidet.ff.de acqui.pos. quomodo procedat.*
29 *Licentia inualida, & sine iuris ordine concessa de ingrediēdo fun dum non facit quòd euitetur pœna intrantis fundum alter ius per statutum ordinata.*
30 *Licentia, seu decretum de intrando possessionem alicuius non ua let, nisi possessore citato.*
31 *Citatio per Imperatorem tolli non potest, & gesta per eum, parte non citata, non ualent.*
32 *Inuadens rem alterius non excusatur a pœna l.si quis in tantam. C.unde ui, licet in ea resistentem non inuenerit.*
33 *Vis publica armis infertur.*
34 *Violentia, & non dolus, consideratur ut quis incidat in pœnam l.si quis in tantam.C.unde ui. & simi.*

CONSILIVM XVIII.

Dirigat Dominus verba mea in uiam ueritatis & iustitiæ.



Iso themate suprascripto uidetur prima cōside ratione, dictum Antonium nullatenus audiēdū esse, & quòd Matthæus prædictas potuerit, & ei licuerit fundum prędictum ingredi, prout fecit.

1 † Et primò: quia ipse Matthæus dicitur successor illius Bar tholomæi, qui primò emit fundum, de quo agitur, in quem Bartholomæum emptorem prædictum uidetur, quòd fuerit translata possessio, & dominium dicti fundi mediante clausu la constituti, quæ dicitur apposita in instrumento uenditio nis sibi factæ, ut declarat Barto. in l.ab emptione.ff. de pact. iunctis his quæ traduntur communiter in l. quod meo in pri cip.ff.de acquirenda possessione.

2 † Et hinc est, quòd licet aliàs ex duobus emptoribus eius dem rei ille potior sit, etiam si sit ultimus emptor, cui primò res tradita fuit, ut l. quoties.C.de rei.uendi. tamen non pro cedit illud, quando primi emptoris nomine uenditor consti tuerit se possidere: quia per talem clausulam constituti ille primus emptor erit potior, eo quòd uidetur eo modo in eum translata possessio, & per consequens dominium, ita singula riter tradit Guido de Soza, in l.fin.C.de sacrosāct. eccle. & in dicta l.quoties. Ioannes Andreas in addit. Specu.in titulo de emptione, & uenditio. §. sciendum, uersiculo, & nota Bald. in rubric. C. de contrahen. emptio, in decimasexta quæstio. domi. Abba. in capitu.secundo, columne fine.de consuetu. cum similib.allegatis plenè per Iaso.in dicta l.quoties, in quin ta limitatione. Vnde cum Matthæus dicat se successorem prę dicti Bartholomæi, & sic in eum fuerint translata omnia iu ra hæreditatis dicti Bartholomæi, & per consequens posses sio dicti fundi, sequitur, quòd ipse tempore quo in fundum ingressus fuit, & fructus collegit, non dicitur alicui uim intu lisse, sed suo iure usus, & suam possessionem quodammodo continuasse. Quibus sic stantibus uidetur, quòd saltem a pœ na l.si quis in tantam.C.unde ui, debeat omnino excusari, iux ta notata ibidem per gloss. magnam circa principium, in uersi culo octauò, quòd si credens &c.

3 † Comprobatur hoc: quia uenditor prædictus, quando uē didit dicto Bartholomæo ultra clausulam constituti præalle gatam statim recognouit ab ipso emptore in emphyteosim dictum fundum, propter quod dicitur de iure facta tradi tio, sicut contingit per reseruationem ususfructus, ut l.si quis argentum, §.sed si quidem.C.de dona. Nec huic fundamen to uidetur obstare, si dicatur, quòd immo dictus Antonius

4 erat in possessione dicti fundi, † quia respondetur, quòd pos sessio dicti Antonii fuit iniusta, & reputatur clādestina respe ctu antiquioris possessionis dicti Matthæi, & suorum aucto rum iuxta doctrinam Barto. in l.si de eo. §.fin.ff.de acquiren. possess. Secundò principaliter uidetur, quòd dictus Mat thæus defendi possit: quia non uidetur fecisse, quicquid fecit, propria auctoritate, sed cum Iudicis licentia, & mandato, ut in puncto narratur, unde si possessionem dicti fundi fuit in

5 gressus † cum iudicis licentia, dicitur id iustè fecisse, & sic iu stè possidere, ut l. iustè possidet. ff. de acquiren. possess. & ita ut propterea dicatur ab omni pœna excusatus, illud enim quod fit lege permittente, pœnam non meretur. l. Graccus. C. ad leg. Iul. de adulte. & in terminis hoc uidetur probari in l. si quis in tantam. ibi, ante euentū iudicialis &c. uidentur enim illa uerba importare, quòd si quis post iudicis licentiam, & auctoritatem bona etiam aliena possessa ingreditur, non in cidat in pœnam uiolenti inuasoris, de qua in dicta l. si quis

6 in tantam. † Tertiò pro defensione dicti Matthæi uidetur fa cere; quia ut quis priuetur propter uiolentiam iure suo, re quiritur, quod uim intulerit, ut d.l.si quis in tantam; quod non ui detur uerificari in casu isto, ex quo intrando nullus fuit cōtra dicens suo ingressui, & sic non inuenit resistentē; propter quod cum defecerit persona uim passura, uidetur, quòd uis nō fue rit illata. Quartò & ultimò ex prædictis uidetur sumi clara defensio ipsius Matthæi a pœna prædicta; quia non debet eā

7 pati, nisi fuerit in dolo, at in dolo non uidetur, † quia ex ra tionibus prædictis uidetur a dolo excusandus: cū ab eo quæli bet causa excuset et non iusta.l. igitur.§. 1.ff de lib. caus. & l. sed si lege.§ scire. ff.de pet. hære. cum simil. Hæc sunt quæ in præsenti consultatione uidentur facere in fauorem dicti Mat thæi. Sed tamen diligentius animaduertendo prædictis nō obstantibus contrariam opinionem probabiliorem de iure arbitror, & consequenter concludendum censeo, Antonium prædictum in suis petitionibus audiendum esse, & sic Mat thæum prædictum ab omni iure, si quod in fundum habebat, ce cidisse, & sic priuari deberi. Et pro fundamento præsuppo no in facto, quòd dictus Antonius tempore, quo Mat thæus illum fundum inuasit, eundem pacificè possidebat, & iam per tres annos continuè possederat, & ex iusta causa: & quòd plus est, sciente, & patiente dicto Matthæo, ut in pun cto narratur. Ex quo infertur necessariò, quod tunc dictus Mat

8 thæus nullo modo illum possidebat; † cum duo eandem rem eodem tempore possidere non possint. l. 3. §. ex contrario, cum sue materia. ff.de acquir.poss. † Et quod ipse Matthæus non

9 possideret, ex alio cōcludēter probatur: quia scilicet ipse (ut dicitur in puncto) petiit licentiam, & mandatum iudicis de ingrediendo possessionē talis fundi, cuius iudicis auctoritate ipse allegat se postea in fundum intrasse. Ex hoc enim (ni fal lor) clarè ostenditur, quòd ipse non possidebat; quoniam tunc uanum prorsus, & inutile fuisset adire iudicem, & il lam licentiam petere, cum ipse uelut possessor per se ipsum, & suo iure, si possedisset, potuisset accedere ad fundum, & illum ingredi, & egressus ad eum reuerti ad arbitrium suū.

Et

10 †Et aliàs frustra præcibus petitur, qđ iure communi cōcedi
tur.l fin.in fi.ff.ad munici.l.Imperatores.ff.de priui.cre.& l.
11 j.C.de thesaur.lib. 10.cum si. †Secundò præsuppono in iu-
re, ꝙ quando aliquis rem ab alio possessam possessorem ex-
pellendo inuadit,& sic illum sua possessione spoliat, dicitur
commisisse uim expulsiuam,& ultra quòd teoetur ad restitu
tionem ablatæ possessionis per interdictum unde ui, ut ff.de.
ui,& ui.ar.& C.unde ui,per totos,& est regula in l.si quis ad-
se fundum.C.ad leg.Iuli. de ui.& in capitu. in litteris. & per
totum titulum extra de restitut.spolia.& patitur pœnam pri-
uationis,& amissionis ipsius rei,si sua erat,si autem pœnam
eius æstimationis,ut de hoc est text.in dicta l.si quis in tantá,
& in §.sed nedum talia,in fin.institut.ubi bon.rapt. & in §.re
cuperandæ,institut.de interdict.

Et adeo uerum est hoc saltem,ut talis inuadens priuari de
beat omni suo iure,ut procedaę etiam, si talem inuasionem
præcesserit seotētia in fauorem inuadentis,ut est tex.in l.me-
minerint.C.unde ui.& ibi gloss.& docto. Modò his positis
dico, quòd secundùm ea, quæ proponuntur in themate
more Sceuolæ Iureconsulti respondendo,casus præsentia de
cisio redditur clara io fauorem dicti Antonii actoris,nam cū
ille,ut est dictum,possideret dictum fundum, & quidem pa
cificè,bona fide, & ex iusta causa,& Matthæus possessionem
dicti fundi armata manu inuaserit,de quibus in puncto,dici
tur ipsum Antonium spoliasse sua possessione, & in effectu
ui eum de ipso fundo expulisse,ut sic meritò pati debeat pœ-
12 nas iurium prædictorum, †nam cum ipse Antonius uiderit
armata manu,& per uim Matthæum prædictum intrasse fuo
dum,& fecisse alia,quę fecit,non fuit ausus ad ipsum fundum
amplius accedere, suspicatus se per uim repellendum, pro-
pter quod ipse perdidit etiam ciuilem possessionem, uel
clam possidere.§.fin.cum l.seq.ff.de acquiren.poss. & ibi per
docto. Et licet ciuilis illa solo animo retineretur, ut l. licet
C de acquir.poss.tamen ab ea potest dici, per uim expulsus,
13 ut l prima. §. siue autem.ff.de ui,& ui arm. † Et licet ille
text.loquatur de eo,qui rediens non fuit admissus,tamē pro
cedit etiam,si quis non audeat reuerti;quia suspicatur se pos
se per uim repelli, ut saltem utile interdictum unde ui sibi
detur, ut ibi per gloss post Ioann. & Azo. quam opinionem
Barto.ibi sequitur dicens,quòd est uera,& ab omnibus tene-
14 tur. † Et quòd in proposito nostro iste Antonius sic per ta-
lem suspicionem expulsus habeat remedium.d.l.si quis in tā
tam,& similium iurium,uoluit in terminis gloss. in uersicu-
lo decimò si possessionem &c.ubi allegat,dictum §.siue autē,
& eam sequitur ibi Bald. tertia columna, in uersiculo deci-
15 mò quæritur &c. concludens, †quòd quis tribus modis dici
tur expulsus de possessione.Primò,quando in fundo erat, &
deiectus fuit. Secundò, quando non erat, sed rediens non
fuit admissus. Tertiò, quando timore ductus, & suspicans
se ui repellendum non reuertitur, nam inquit Bald. quòd
iste dicitur ui expulsus, & in quolibet ex dictis casibus ha-
bet locum remedium, & pœna d.l.si quis in tantam, ut per
eum, per quem in propriis terminis deciditur casus no-
ster,quod etiam dicit Salycet.ibi colum.quinta, uersicu. sed
addo,quòd etiam si possidens. Et licet idem Salycet. ibi in
tertia columna uersicu.quæro 14.&c. eam opin. restringat,
quando ille, qui ingreditur, habeat animum deiiciendi re-
uertentem, ut sic concurrat animus utriusque,ut per eum.
Tamen opinionem illam gloss. & Bald. alii simpliciter sequū
tur,ut per Corne.in consilio ducentesimoseptimo, incip. de
pluribus hæreditatibus.columna penul.in fin. secundo uolu
mine,ubi ipse multum commendat, & sequitur prædictam
16 declarationem Bald.simpliciter positam, & † potest hoc ra-
tione suaderi; quia cum uis fuerit ingrediendo; eo quia ar-
mata manu factum est, ut in casu nostro, omnia sequentia a
tali ui,& malo principio regulabuntur, iuxta illud,principiū
cuiusque rei spectandum,ut l.tertia.§.sed.ff.de mino.& tra-
dit plenè Albe. in dictionario in uerbo argumentum in uersi
cu.a uittore principiū,& in simili considerat Ioann.Fab. Insti
tu.de exhæ.li.in princip.in aliquo fuerit bonum, uel malum
17 principium,ut per eum. †Præterea ex alio etiam clarè pro-
batur dicta expulsio: quia in præsenti iudicio Matthæus di-
cit possessionem esse apud se, & ad se pertinere, & ita resti-
tuere negat, quòd sufficit ad probandam expulsionem,
quando probatur,quòd agens tempore ingressus ea rei possidé
bat, nam tunc absque alia probatione super hoc obtinebit
uictor in illo interdicto unde ui tanquam ui expulsus,ita sin-
gulariter dicunt Ioann Andr.Inno.& Anto. de Butr.in cap.
suborta.de re iudi.loquētes de episcopo, qui intendebat re-
medium recuperandæ contra clericum, nam dicunt, quòd
ex negatione clerici dicitur probari spoliatio, si de quasi pos
sessione episcopi constabat, ut per eos. Si igitur, ut ex prædi-
ctis constat.d.Anto. potest dici ui expulsus per dictum Mat-
thæum,sequitur apertè,quòd ei cōpetit remedium.d. l. si quis
18 in tantam,& similium,prout ipse proposuit. † Nec est opus
disputare in proposito nostro, utrum d. l. habeat locum in a-
liis uiolentiis,de quibus per Docto.maximè Bald. in l. ex-
tat.ff.quod met.cau.& per Iaso.in l.si quando.in princip. C.
unde ui, quia cum simus in casu isto in uiolentia expulsiua,
de qua propriè loquitur illa text. & nemo dubitat,cessat om-
19 nis disputatio. † Nec etiam, & minus conuenit disputare,
an termini.d.l.si quis in tantam, procedant in terminis. l. si
quando, uel econtra,licet (ut audio) quidam iudex plurri-
mum super hoc institerit.Dico enim, quòd est quæstio alie-
na prorsus decisione nostri casus,& si esset opus istud disse-
rere, dicerem quamlibet ex d.ll.posse habere locum in termi
20 nis alterius.†Nam si quando per uim expellor (quo casu est
locus l.si quis habet in loco bona,quæ subtrahāitur) erit etiā
locus remedio d. l.si quando, & de hoc non credo quemquā
sanæ mentis hæsitaturum,non tamen ultra prosequar, quia
penitus extra propositum. sed ex prædictis clarissimè con-
cludo. Primò, quòd Matthæus debet omnino restituere pos
sessionem dicti fundi, quo dictum Antoniū spoliauit, & de
hoc etiam neminem arbitror dubitare, cum uulgò dici so-
leat de facto spoliatus, de facto induatur,& ei possessio resti-
21 tuatur. †Et adeo ista regula in iure est potens,ut etiam præ-
dones de facto spoliati debeant ante omnia restitui, ut in ca.
in litteris.de restitut.spol. & tradunt docto.in l. si quis ad se
fundum.C.ad leg.Iul.de ui.& in dicta l.si quis in tantam.
22 † Secundò dico, ꝙ iudex debet priuare ipsum Matthæum
omni iure,si quod habuisset in tali fundo iuxta remedium.d.
l.si quis in tantam,& l.meminerint.eod.titu.prout oppositū
fuit. Nec his conclusionibus sic iuridicè firmatis obstant al-
legata supra in contrarium, in quibus uidetur consistere to-
ta difficultas præsentis consultationis. Nam ex prædictis,ubi
rectè considerentur, colligitur responsio ferè ad omnia, ut ta
men ueritas clarius elucescat, singulatim omnibus responde
tur, & clarè, ut infra. Ad primum itaque fundamentum,
dum dicitur, ꝙ Matthæus fecit,ut possessionem suam conti-
nuaret respondetur, hoc non posse considerari;cum ille uerè
23 non possideret,ut supra est probatum. † Nec potest conti-
nuari possessio,quæ non est,ut uerba ipsa demonstrant,& no
luit Bar.in l.Celsus.col.fi. uer. quando dicitur continuata. ff.
de usucap.& ꝙ d. Matthæus non possideret tempore inuasio
nis probat ex multis clarissi. dominus Petrus aduocatus in
suis allegationibus,ad quas me refero. Nec obstat asserta pri-
ma uēditio facta Bartholomęo auctori dicti Matthæi cū clau
sula constituti, & cum receptione per uenditorē in emphy-
teusim;quoniam in primis dici potest,quòd non est idē fun-
dus,quem emit.d. Bartholomæus cum isto,de quo est lis, ut
audio constare ex dictis testium,si bene ponderentur. Secun
dò respondetur,ꝙ esto,ꝙ Bartholomæus prædictus acquisi-
uisset possessionem & dominium dicti fundi,ꝙ non affirmo,
non tamen sequitur, quòd in Matthæum eius successorē pri-
mum,uel secundum fuerit possessio translata,dato ꝙ adierit
24 hæreditatem, † quoniam cum possessio sit facti per aditionē
hæreditatis, licet acquiratur dominium, tamen possessio
rei hæreditariæ non acquiritur, nisi actualiter apprehendatur,
ut ex tex.apertus, ubi ita declarant docto.in l. cū hæredes.ff.
de acqui.pos.unde cum iste Matthæus nunquam istum fundū
corporaliter apprehenderit ante istam inuasionem, non dici
tur unquā fuisse eius possessionem adeptus, & istud est reale

fundamentom ad probandom, q d. matthæus nunqoam pof
fedit, & per consequens non potest dicere se continuasse pos-
sessionem. Et si dicatur, q per talem contractũ cum prędi-
ctis clausulis unà cum aditione d. matthęi dictiur ei quæsitũ
dominiom, & consequenter ratione dominii dicatur habe-
re ius super possessione. ut sic illam licuerit ei quomodocun
25 que accipere. † Respondetur, hoc esse omnino falsum, cum ni
hil commune habeat dominium cum possessione. l. naturali-
ter. §. nihil commune. ff. de acqui. possess. & ibi tradunt docto.
26 & ego aliquando dixi. † Debet enim dominus omnino absti
nere a uiolentia inferenda contra possessorem, etiam si posses
sor fuisset prædo, iuxta c. in litteris, de restit. spol. & supra etiã
dixi, & est propriè tex. in d. l. si quis in tantam. inductus ad pu
niendas tales uiolentias, quæ a dominis circa res suas inferũ-
27 tur. † Nec domini rerum debent conqueri: cum eis a iure
sit prodiium remedium realis actionis, ut ff. & C. de rei uẽd.
per totos, & hoc in iure est exploratissimum. Non obstat
secundùm fundamentum, quod sit de iudicis licentia &c. &
per regulam. l. iustè possidet. ff. de acquiren. possess.
28 † Quoniam respondetur, quòd ea procedant, quando licen-
tia, & auctoritas iudicis iuridicè, & ualidè, ac iuris ordine ser
uato interueniunt, prout post glo. declarat Barto. in d. l. iustè
possidet. ubi etiam dicunt alii maximè Ias. 2. colum. ita etiam
post alios dixit Bald. in d. l. si quis in tantam. colum. 5. uer. &
scias quòd interdum, ubi etiam Saly. in 5. colum. idem dixit.
29 † Hinc est, quod qui iudicis auctoritate, & licentia inualidis
& sine ordine iuris concessis ingreditur fundum alienum,
non euitat pœnam intrantis rem alterius per statutum ordi-
natam, ita singulariter concludit domi. Alexand. in consilio
119. incip. titulus quæstionis. sexta colum. uersicu. & quòd
hoc, & fuit ista decisio Barto. in consilio. 91. incip. in quæstio
ne uertente in curia. secunda colum. in d. l. iuste possidet, ubi
etiam idem tenet Alexander, ut ibi refert, & sequitur Ias. in
30 quarta colum. uersicu. secata gloss. &c. † Modo in proposito
dico, quòd decretum, auctoritas, & licentia, quæ asseritur
cõcessa, ultra q non loquitur de fundo, de quo agimus, dici-
tur concessa iuris ordine non seruato, & sic inualide, quia sci-
licet ad eam. d. Antonius uerus possessor, & quem Matthæus
sciebat possidere, ut in puncto narratur, non fuit aliquo mo
do citatus, prout requirebatur, ut sic eo comparente, & iura
sua allegante iudex potuisset de causa cognoscere, & sic sta-
tuere, prout ei uisum fuerit iustum, uel eo non comparente
tanquam contra contumacem procedere, iuxta ea quæ tradũ
tur in l. prolatam. C. de sen. & interloco. & in l. de unoquo-
que. ff. de re iudic. Quicquid igitur in casu isto iudex decreue
rit, aut d. Matthæo concesserit non citato dicto Antonio pos-
sessore, nulliter, & iniustè dicitur fecisse, & iuris ordine non
31 seruato. † Nec mirum; quia cum defensio iure naturæ sit in
ducta, ac nemini neganda, quæ per non citatum fieri non po-
test, ut de se constat, non potest nec per ipsum Imperatorem
tolli, & gesta per ipsum parte non citata sunt nulla, ut est
tex. in cle. pastoralis. prope fin. de re iudic. & ibi plenè tradunt
doct. Ex his sequitur, quòd dictus Matthæus sub prætex-
tu prædictæ assertæ licentiæ non potest se tueri, & excusare a
pœna d. l. si quis in tantam, & d. l. meminerint, ut per docto.
in locis prędictis clarè ostenditur. Immo dicam fortius,
quòd dato millies, quòd decretum iudicis ab initio ualuisset,
cum illud per annum, & ultra præcesserit, inuasionem, si po-
stea Matthæus uolebat tali decreto uti, & ingredi possessio-
nem, debebat nouiter citare dictum Antonium uerum pos-
sessorem, & non per uim armata manu inuadere fundum.
quod cum non fecerit, debet nedum restituere fundum, sed
etiam omni suo iure priuari circa talem fundum, ut de hoc
est text. apertus in d. l. meminerint, & ibi tradunt docto. per
quem text. deciditur casus noster, etiam quòd decretum, præ
dictum fuisset legitimè concessum, quod tamen non fuit, ut
ex prædictis constat. † Tertiò non obstat, quod dictus
Matthæus non inuenerit resistentem, ut in tertio argumen-
to dicebatur. Quoniam respondetur, hoc nihil esse, nec
ex eo quis dicitur excusari a pœna dictarum. ll. cum, in pro
sito sufficiat, quòd dictus Antonius suspicatus se per uim re-
pellendum, non ausus fuerit ad fundum accedere, ut dixi su-
pra fundando conclusionem nostram, & ita in terminis decla
rat Corn. in d. consi. 207. colum. pen. 2. uol. qui in indiuiduo
in casu suo ita arguebat, & ut supra respondit, ad quem, cum
uideri possit, causa breuitatis me remitto. Demum non ob. q
dicebatur, Matthæum debere excusari a dolo, & sic a pœna di
ctarum legum, ex quo uidebatur adesse aliqua causa &c. quo-
niam respondetur, nullam adesse causam, propter quam a di-
cta pœna excusetur. Non quidem q crediderit fundum ad se
pertinere; quia (ut in dictis iuribus dicitur) propriè cõtra do-
minos sunt inductæ ad refrenandas uiolentias. Non ex causa
decreti obtenti, aut eo q crediderit continuare possessionem
suam; quia eis iam responsum est circa primum, & secundum
argumentum. Nec etiam potest defendi, si dicas, q causæ prę
dictæ saltem a dolo excusant, ut in argumento dicitur, quia in
primis potest dici, q procederent ista, quando sine armis il-
33 lod fecisset, uel alia uiolentia. † Sed utendo armis, & sic uim
publicam inferendo, iuxta. § item lex Iulia. inst. de publi. iudi.
non dicitur carere dolo, qui semper in delictis præsumitur. l.
si non conuicii. C. de iniur. & c. primo, extra de præsumptio.
34 † Præterea, & aliter respondetur, q in dictis iuribus, ut eorũ
pœna locum habeat, non consideratur dolus, sed uiolentia, q
apparet, simpliciter punitur, ut tradunt Bal. & Sal. & alii in d.
l. si quis in tantam. post gloss. ibi. in 9. q. & ita communiter te-
netur, prout refert, & sequitur Cor. in d. consi. 207. in ultimis
uerbis. Concluditur igitur ex prædictis, partes iudicare de-
bentis esse. Primò, ut faciat, & iudicet possessionem dicti
fundi omnino restitui. d. Antonio iniustò spoliato, & hoc ca-
35 ter probabili dubitatione, † cum ante omnia spoliatus, qui-
cunque sit, etiam prædo debet restitui, ut l. si quis ad se. C. ad
legem Iuliam de ui. l. cum fundus, & l. colonus. ff. de ui, & ui
arma. & d. c. in literis. Secundò, ut per suam sententiam pri-
uet dictum Matthæum inuasorem omni iure, quod in dicto
fundo habere iuxta dictam l. si quis in tantam, & dictam l. me
minerint, & cum hoc simpliciter fuerit petitũ, dicitur utrios-
que, uel alterutrius ex dictis legibus remedium intentatum,
& etiam omnium similium. Laus Deo.

Mar. Soc. iun. I. C. Paduæ legens 1526.

SVMMAE.

Filia pro parte hæres matris potest pro sua rata uti peti-
tione hæreditatis, etiam contra rei hæreditariæ uendi-
tores.

Et cum a patre dotatur, censetur de bonis paternis dota-
ta, licet dictum fuerit, quòd etiam de bonis matris do-
tabatur.

Et neutrum dicitur habere ex causa lucratiua.

1 *Petitio hæreditatis in bonis maternis filia competit, etiam con-
tra rei hæreditariæ uenditores.*

2 *Hæres & petitor potest eligere hæreditatis petitionem ad preciũ
rei uendita contra uenditorem, & pro hærede possessorem qua-
tenus est locupletior.*

*Vel realem actionem contra emptorem intentare, quatenus uen-
ditor teneri potest.*

3 *Precium potest esse apud aliquem, non ut pretium rei, sed ut quã
titas soluta.*

4 *Pater uel administrator bonorum filiæ habentis bona materna,
licet dotando dicat expressè, quòd dotẽ mixtim dat, tum de suis,
quàm de filiæ bonis, eo tamen non obstante, si idoneus sit faculta-
tibus, de suo tantùm dotasse dicitur.*

5 *Causa dua lucratiua respectu diuersitatis personarum, tempo-
rum, & rerum possunt concurrere.*

6 *Matris bona iure natura filiis debentur.*

Quibus testando iure institutionis tenetur aliquid relinquere.

7 *Pater filiam etiam nuptam dotare compellitur.*

8 *Filia non dicitur habere dotem a patre constitutam ex lucratiua
causa.*

Et in

Et in necessitatibus nemo liberalis existit.
9 *Hæreditas parentum, & dos ab eis constitutu non subiacent legi*
bus de causa lucratiua disponentibus.
Et lex, uel statutum grauans causas lucratiuas, non procedit in
casibus prædictis.
10 *Præsentia non arguit intelligentiam, & dato quòd intelligentia*
probaretur, in actu damnoso non præiudicat.
11 *Ius adeundi hæreditatem spatio 30. anno. tollitur, & ita de con-*
suetudine seruatur.
12 *Filius exclusus ut filius ab adeundo hæreditatem ob 30. ann. lap*
sum, an, & quando ut coniunctus admitti potest.
13 *Filius & filia præsum tur hæreditatē maternam iussu patris adi*
uisse ex longo tempore, quo pater eam uti administrator tenuit.
Item hoc procedit non solùm in infante, sed etiam in maiori, ut
infrà num. 16.
14 *Pater retinendo bona materna filiorum præsumitur ea uti usu-*
fructuarius, & administrator retinere.
15 *Via in dubio illa eligenda est, per quam dicitur quis fecisse actū*
permissum, & non per quam dicitur fecisse actum prohibitum.

CONSILIVM XIX.

Dirigat Dominus verba mea in uiam
ueritatis & iustitia.


Iso eleganti consilio excellentissimi Consulto-
ris, & comprobatione clarissimi subscribētis mi
hi de subscriptione requisito satis esset simplici
ter eorū conclusionem confirmare: ita eorm p
eos res discussa diligenter fuit, & abunde ueritas demonstra-
ta, ut aliam insuper demonstrationem superaddere teotans
uideatur uelle solem facibus illustrare, & frustra id ipsum con-
tendere, iuxta l primā, in fio. ff. de dote prælegata, & cap. bene
quidem. 96. distin. ue. um ut consultanti morem geram, & ne
impræmeditatus comprobasse uidear, paurula quædam su-
biiciam, & ueluti post terga optimorum messorum procedēs
1 speculas quasdam recolligam. †Verissima igitur, & iuridica
est conclusio per excellentissimos patres firmata, ut scilicet
domina Blanca possit ut hæres matris eius dominæ Helisa-
beth pro tertia parte petere dictam tertiam partem hæredita
tis, seu æstimationis ipsius a fratribus suis, apud quos reperi
tur, & in quorum utilitatem hodie conuersa est, ipsi eoim p̄-
dium illud, qđ fuit dominæ Helisabet matris pro hærede in
totum possidebant, & ut hæredes uniuersales uēdiderūt, seu
a Magnifico Comite Iacobo eorum patre uendi passi fuerūt
ita, ut precium dicti prædii in utilitatem eius conuersum fue
rit, & sic hodie reperiatur penes. d. fratres, apud quos pater-
na hæreditas reperitur, ex quo conuenienter sequitur, ut pe
titione hæreditatis p d. tertia parte conueniri potuerint, ut
l. si possessor. §. 1. & §. bonæ fidei. & l. si & rem & precium. &
l. sequen. ff. de pett. hære. iuncta. l. regulariter, & l. pro hærede.
eo. tit. & est bonus text. quem allegat primus consulens in l.
2 item ueniunt. §. simili modo. in eo tt. † at licet prædicta do-
mi. Blanca potuisset fortasse uti reali actione contra possesso-
rem, & emptorem dicti prædii pro sua rata, iuxta. l. sed & si le
ge. §. item si rem, iunctis ibi dictis per Bart. 2. & 3. col. ff. de pe-
ti hæredi. tamen potuit etiam precium ex ueuditione extra-
ctum, in quo. d. fratres reperiuntur locupletiores, petere ab
eis, ut iuribus præallegatis, & d. l. sed & si lege. § minori. Ve-
rus enim hæres, & petitor potest eligere, uel petitionē hære-
ditatis ad precium contra uenditorem, & pro hærede contra
possessorem, quatenus est locupletior, uel realem actionē cō
tra emptorem, quatenus tamen uenditor teneri potest, ut p
Bartolum & clarius per Pau. de Cast. io d. §. item si rem. Nec
prædictæ conclusioni ob. quòd d. tertia pars prædii, seu pre-
cium inde sumptum reperiatur apud ipsam dominam Blan-
cam, uel eius maritum dominum Batholomæum Bactoli-
num ex causa dotis, & consequenter dicatur, q ipsa petat, qđ
3 apud eam, uel eius maritum pro ea reperitur. †Quoniam re
spondetur, & in primis dico, quòd prædium, de quo agitur
apud eum reperitur ex causa emptionis, ut ex instrumento
ipsius constat, precium uerò quod apud eum ex causa dotis
uidetur esse, non reperitur apud eum ut precium dicti præ-
dii, sed ut quantitas per se considerata. nam breui manu dici-
tor d. Bartholomæus præcium dicti prædii soluisse præfato
Comiti, & filiis eius, & postea ab eis pro dotibus dominæ
Blancę dicitur recepisse libras 6850. & sic quantitatem illam
simpliciter, & non ut precium dicti prædii, argu. l nuptura.
& l. licet. §. primo. ff. de iore dotium. & l. singularia. cum ma-
tecla. ff. si certum petat. Precium ergo dicti prædii dicitur
uirtualiter esse penes. d. fratres ut hæredes Magnifici Comi-
tis Iaco. eorum patris, & consequenter in eo dicuntur effecti
locupletiores, & propterea rectè concluditur pro dicta ter-
tia parte eas peti. hæredi. fuisse conuentos. Nec prædictis
obst. si dicatur, quòd quando Magnificus Comes dedit sum-
mam prædictam pro dote, dicatur computasse in eam prędi
4 ctam tertiam partem debitam dominę Blācę eius filię. †Quo
niam respondetur, hoc non posse dici; quia (ut per excellen-
tissimum Consulentem, & subscribentem dictum est) esset
contra text. in l. fi. cum sua materia. C. de do. promiss. Nam si
debitor filiæ, & administrator bonorum eius eam dotando
dicat expressè, quòd dat dotem mixtim tam de suis, quàm de
filiæ bonis, eo non obstante dicitur tantùm de suo dotasse, si
idoneus sit facultatibus, ut dicta l. fi. ubi docto. dicunt, & ita
communiter tenent docto. in l. prima. ff. soluto matrimonio,
ut ibi per dominum, & patruum meum Socin. & per Iaso. &
tradit Bald. Nouellus in tractatu dotis, in sexto priuil. sextę
partis principalis. prima & secunda colum. prout ipsum alle
gat primus subscribens. quanto magis hoc dicendum est in
casu nostro, in quo magnificus Comes pater dominę Blancę
nihil expressit, sed simpliciter pro filia dotem promisit, & sol
uit, & profectò non uideo probabilem dubitationem super
5 hoc. †Nec ratio duarum causarum lucratiuarum simul nō
concurrentium quicquam facit; quia ultra responsiones ple-
nè traditas supra per prędictos patres, uidelicet, ut regula il-
la in proposito casu non procedat propter diuersitatem per-
sonarum temporum, & rerū, iuxta communiter tradita per
docto. in l. Mettius. §. duobus. ff. de leg. 2. cum aliis supra per
eos allegatis. Potest addi alia responsio, ut scilicet dicamus
uirtualiter, & quò ad iuris dispositionem in casu nostro non
concurrere causas lucratiuas, saltem ut pro lucratiuis habeā-
6 tur. †Nam cum bona matris quodammodo filiis debita ui-
deantur iure quodam naturę, ut l. scripto. in fine. ff. unde libe.
& l. cum ratio. in prin. ff. de bonis damnatorum, propter qđ
compellitur ipsa mater testando aliquid filię iure institutio-
nis relinquere, ut in §. aliud quoque capitu. in auten. ut cum
de appel. cogno. collati. 8. non uidetur, quòd do. Blanca succe
dendo pro sua rata matri eius quicquam lucrari dicatur, sal-
tem quò ad hoc, ut pro causa lucratiua quò ad iuris effectus
7 habeatur. †Similiter, & fortius dicēdum uidetur respectu do
tis pro ea a patre data; quoniam cum ipse pater teneatur, &
compelli possit dotare filiam, ut l. qui liberos. de ri. nupr. & l.
fin. C. de do. promis. etiam si iam nupta esset (ut supra per prę
dictos patres dictum est) & ultra alleg. per eos idem uoluit
patruus, & dominus meus Socinus in consil. 57. incip. in cau-
sa restitutionis. 2. colum. quarto uolum. & dominus Franci-
scus Curt. in consil. 27. incip. Magnificus Vir. columna 25.
in fin. & consilio 99. incipien. uisis, & diligenter colum. fin.
8 †non uidetur, quòd domina Blanca recipiēs dotem a magni
fico Comite Iacobo patre eius constitutam, dicatur eam
habere ex causa lucratiua, saltem quò ad iuris dispositionem,
cum aliàs in necessitatibus nemo liberalis existat. l. rem lega-
tam. ff. de adimen. lega hanc rationem in utroque dicto pro-
bat text. in l. unica. C. de impon. lucr. describ. libro decimo,
†ubi clarè dicitur, quòd hęreditas parentum atque etiam dos
9 ab eisdem constituta non subiacent legibus de lucratiua cau-
sa loquentibus; quia his casibus sub liberalitatis appellatio-
ne debitum naturę persoluitur, & propter illum text. inle-
cunt ibi docto. ultra casum illius legis, quòd lex, uel
statutum grauans causas lucratiuas non procedit in dictis

casibus. Sic igitur, & nos in isto casu dicemus, quòd lex pro-
hibens duarum causarum lucratiuarum cōcursum, quod est,
ad grauamen causæ lucratiuæ, cum unam extinguat, non pro
cedit in dote a patre constituta, nec in hæreditate matris, uel
saltem in altera, quod sufficit, & ista cōsideratio (ni fallor) ca
det in caput cuiuslibet sensati hominis, & per eam de plano
tulli potest difficultas tacta per Barto. in l. cum pater. §. pater
filiæ. de lega. 2. aliter quàm ipse, & alii ibi dicant.
Nec prædictis obstat, quòd prædicta domina Blanca dica
10 tur fuisse præsens &c. † quoniam esto, quòd eius præsentia in
teruenerit, non arguitur intelligentia iuxta communiter tra-
dita per scriben. in l. 2. §. fin. ff. solu. mat. cum simil. supra per
Consulentem adductis, & ultra supra alle. tradit dominus
Card. in c. fi. in uer. præsentium. de maio. & obe. & idem plu-
sima cōgerēs uoluit And. Barb. in consi. 29. incip. illud afferā
in medium. col. 11. in fi. cum seq. 1. uol. & in consi. 3. incip. cle
mentis Dei. 6. col. 2. uol. Et esto præterea, quòd etiam intelli
gentia probaretur, non tamen sequitur, quòd illa præiudica-
uerit sibi in aliquo, & consenserit actui eidem damnuso, iux
ta singulare dictū Inno. in c. cum ingenosi. de elec. cum aliis
adductis supra per Consulentem, & subscribentem, & ultra
eos plenè prosequendo declarat And. Barb. in consi. 11. incip.
illud afferam in medium. col. 16. 2. uol. ubi ad hoc de more
plurima cumulat. Sed contra prædictam conclusionem re-
stat scrupulus non tactus supra per prædictos patres.
11 † Nam (ut audio) a morte dominæ Helisabeth matris do-
minæ Blācæ, de cuius hæreditate agitur, lapsi sunt ann. 30. &
ultra, de quo tamen; quia præciè non affirmatur, remitto me
ad ueritatē. Sed eo posito loquor, propter quod uidetur, quod do.
Blanca amiserit facultatem adeūdi hæreditatem matris iux-
ta tradita per Bar. & Bal. & alios magis communiter in l. licet.
C. de iu. delib. & dicit Cor. in consi. 202. incip. circa præsen-
tem. 7. col. in fin. 2. uol. & in cōsi. 16. inci. in præsenti, in prin.
3. uol. ubi dicit, quod ista opi. seruatur de consuetudine, & in de
12 cisiuis habetur pro indubitata. † Nec defendi potest domi-
na Blanca, si dicat, quod licet sit exclusa tanquam filia per lapsū
30. annorum, potest tamen admitti ut coniuncta, iuxta l. 1. §.
sed uidendum. ff. de success. edi. & ut uidetur in simili deter-
minare Bar. in cōsi. 129. inci. quidam habuit uxorem &c. quo
niam respondetur (posito quòd illa opinio sit uera) quòd pro
cederet, quando non extarent alii filii, quibus ex capite filia-
tionis hæreditas deferatur, nam si extant, sunt impedimento
illis, qui tanquam coniuncti simpliciter uenire uolunt, & sic
in proposito nostro, cum extent alii filii. d. dominæ Helisa-
bet, non potest d. domina Blanca, exclusa tanquam filia, ueni
re tanquam quælibet coniuncta, ita est glo. sing. & communi
ter approbata in d. §. sed uidendum, & in terminis declarat
Corn. in d. consi. 16. 3. colum. Veruntamen hoc quoque nō
obstante ueram arbitror propositam conclusionem per alle-
gata supra pro ea. Et ad prædictam difficultatem respōdēdo,
dico, quod prædicta domina Blanca non petit dictam tertiā par
tem quasi eam nunc adeat, sed eo quod olim, & debito tēpore ex
13 patris uoluntate adierit. † & quamquam hoc directò proba-
re non possit; tamen ita iura præsumunt factum fuisse, attento
quod magnificus comes Iacobus pater eius longo tempore to-
tum illud prædium tenendo, & possidendo dicitur etiā par-
tem dictæ dominæ Blancæ eius filiæ ut pater, & legitimus ad
ministrator tenuisse, prout poterat, iuxta. l. 1. & per totum,
C. de bon. mater. & ex dicta longa possess. (ut sic loquar) indu
citur præsumptio, quòd omnia solenniter præcesserint, & cō
sequenter quod ipsa do. Blanca ex iussu, & uoluntate patris adiu
rit, prout ipsa alleg. & ita dictam suā tertiā partem sic aditam
apud patrem uti legitimum eius administratorem reliquerit,
& pro hoc est tex. & ibi Bart. & alii declarant in l. qui in alie-
na. in fin. priu. in uer. si. sed si non adierit. ff. de acqui. hæredit,
& post alios ita ponit ibi Iaso. in quarto nota. & de hoc est ibi
communis opi. & ita in terminis nostris per illum tex. & alia
quædam determinat Bar. in d. consi. 129. uersicu. sed in quæ-
14 stio. prædicta. † & pro hoc secundùm Bart. ibi facit ratio; quia
ita præsumendo magnificus Comes Iaco. pater domi. Blan-
cæ, iustè, & lege permittente dicitur dictam tertiam partem
retinuisse uelut usufructuarius, & legitimus administrator.
ubi uerò non ita præsumeretur, diceretur dictam tertiā par-
tem iniustè, & sine ratione detinuisse, quibus stantibus dicen
dum omnino est, quòd ita præsumatur, ut sic ipse pater iustè,
& permittente lege dicatur detinuisse, & sic non deliquisse
15 iniustè retinendo, argu. l. meritò. ff. pro soc. † Semper enim in
dubio uia illa eligenda est, per quam quis dicitur fecisse actū
permissum, & non per quam diceretur fecisse actum prohibi
tum, & ita in simili declarat Bar. in sua quæstio. quæ inci. dabi
tor in diem, & tradit Cor. in d. consi. 201. 7. colu. & in l. non
hoc. C. unde cogna. ubi etiam hoc tradit Alexan. in 2. col. uer.
tertiò mouetur. ubi hanc rationem defendit a quibusdam cō
16 tra eam allegatis ibi per Paul. de Castr. † Et licet in locis præ
dictis doc. loquantur, quando filius erat infans, & sic in casu,
quo pater solus potest adire, iuxta. l. si infanti. C. de iure deli.
tamen idem est etiam in maiore concurrente longi tempo-
ris cursu, qui (ubi filius esset infans) non requiritur. Et differē
tia est: quia eo casu præsumitur patrem (quia poterat solus)
adiuisse. In casu uerò nostro præsumitur ex lōgi tēporis, cursu
quod filia iussu patris adierit, ut supra dictum est. Laus Deo.

Soc. nepos, Paduæ 1526.

CASVS.

Philippus Parmensis ex domina Catherina eius prima
uxore suscepit filiam quandam nomine Præsediam, decessit
domina Catherina, relicta prædicta Præsedia eius filia, & hę-
rede uniuersali, & successiuè decessit Iacoba mater dictæ Ca
therinæ, & auia Præsediæ similiter relicta dicta Præsedia eius
nepte, & hęrede pro tertia parte. Deinde. d. Præsedia nupsit
Angelo de Castro plebis cum omnibus suis iuribus, & sic in
eum transtulit omnia bona materna, & auita. at illa prędictus
Angelus iam prope triennium, ut maritus dictæ Præsedię, &
uelut bona dotalia tenuit, & possedit pacificè, & quietè, &
ad præsens tenet & possidet. Accidit, quod quidam Franciscus
Maria perusinus pretendens Philippum prædictum sibi debe
re certam quantitatem grani occasione cuiusdam damni sibi
iam dati (ut asserit) per dictum Philippum, & cum Philippus
sit absens, uult, quòd domina Præsedia, & Angelus sibi de di-
cta quantitate grani satisfaciant, dicens quòd omnium bo-
norum dictæ Præsediæ debetur Philippo patri usufructus,
de quo usufructu intendit sibi satisfieri, & ita litem contra
eos mouit.
Quæritur an sit audiendus.

SVMMAE.

Pater tenetur dotare filiam.
Pater cōsentiendo bona aduenientia esse apud generum, cre-
ditur dotasse filiam in eorum usufructu, si aliam dotem non
dederit.
1 *Pater habet usumfructum bonorum aduentitiorum filio quæsito rum.*
2 *Fructus dotis debent esse apud maritum pro oneribus matrimo nij.*
3 *Consuetudini standum est.*
4 *Nemo plus iuris in alium transfert, quàm ipse habeat.*
5 *Pater de iure filiam dotare tenetur.*
Pater permittendo usumfructum bonorum aduentitiorum esse apud filiam, & generum, censetur pro explendo eius officio, talem usumfructum tacitè in dotem dare.
Tacitam operatur sicut expressum.
6 *Actio personalis personam sequitur, & non fundum, nulla bonorum facta hypotheca.*
7 *Pignoris obligatio est accessoria ad personalem obligationem.*
8 *Debitor actione personali obligatus si sit condemnatus, executio sententia in eius bonis fieri potest.*

CONSILIVM XX.

Dirigat Dominus verba mea in uiam veritatis & iustitiæ.

IN præsenti consultatione paucis agam, tum quia
res caret omni difficultate,& ueritas ipsa per se
splendet, uerborum non indigens adminiculo,
ut l. 1.C.si min.ab hæreditate se absti. cum §t,&
maxime, quia sum hic Citonii excelsæ reipu. Senensis cõmissa
rius absque aliquo libro,& ideo loquar conclusiuè, & sine al
legationum copia. dico igitur,& concludo, prædictam Præle
diam,& Angelum eius maritum ex causa prædicta nullo mo
do molestari posse,& quidem ex duplici capite. Primò, quia
non uidetur, uerú, q ad præsens Philippus prædictus debeat
1 habere usumfructum dictorum bonorum,† quoniã licet aliàs
bonorum aduentitiorum filio quæsitorum pater sit usufru-
ctuarios, ut l. 1.& per totum tit.C. de bon.mater.& in l.cum
oportet.C.de bon.quæ libe.& institu.per quas perso.nob.ac-
qui.§.1.tamen in casu nostro ad præsens non põt ita dici, q a
cum bona, de quibus agimus, teneãtur per d.Angelum ex cau
2 sa dotis,& uelut dotalia,† debent illorum fructus esse apud
eum pro oneribus matrimonii, prout est de natura dotis. l.
dotis fructus. in prin ff.de iu. do.& l. pro oneribus. C. eo cũ
simi.& tradunt doc.in l. 1.in.ma. Et si dicatur, q non fuerunt
expressim data pro dote, respondetur, consuetudo est, quòd
hic inter tales personas rusticales non est de consuetudine,
sed q istæ mulieres, quæ proprium aliquid habent, tradant se
noptui cum suis iuribus,& ita iura sua censentur data pro do
3 tibus,† cui consuetudini standum est, ut l. 2.C.quæ sit lon.cõ
soe.& l.de quibus. ff.de legi. cum sim. Sed dicet aliquis (&
in hoc uidetur difficultas) esto q sint apud Angelum ex cau
sa dotis,& ita uoluerit Prælediam in eũ transferre, non uidetur
q sit translatus ususfructus illorum bonorum, qui erat Phi-
4 lippi patris,†cũ nemo plus iuris trãsferrat, quàm ipse habet.
l. nemo plus iuris. ff. de re. iuris,& l. traditio. ff. de acquir. rer.
5 do. cum si. Sed ad hoc respõdetur,† & considero, q Philippus
pater de iure tenebatur dotare d. Prælediã filiã eius, ut l. si.C.
de do. promis. unde cum pater matrimonio filiæ prædictæ cõ
senserit,& passus fuerit bonorum illorum usumfructum esse
apud ipsum Angelum eius generum, dicitur pro eius officio
explendo hoc fecisse, ut talem usumfructum pro dote conce-
dat, alioquin filia eius a patre nihil pro dote diceretur habe-
re,& cum hoc tacitè uideatur, actum, tantum debet operari,
quantum si fuisset expressum. l. cum quid. ff. si cer. pet.& mul-
to magis ita dicendum esset, si pater hoc expressè aliquo mo
do declarasset. si igitur, ut ex prædictis patet, usufructus,
d. bonorum nullo modo pertinet ad d. Philippum, sequitur,
6 quòd d. Franciscus Maria nullo modo debet audiri. † Secun
dò ex alio hoc clarè ostenditur, quoniam si quod ius Franci
scus Maria habet contra Philippum, illud in primis debet in
ius deducere,& facere, ita ut Phylippus eius debitor decla-
retur, cum ad illud Philippus personaliter teneatur, iuxta.§.
primum. institut. de actio.& non sint pro tali debito obligata
eius bona, cum de tali obligatione nulla reperiatur conuen
tio, nec simus in casu, in quo tacitè pignus contrahatur,
iuxta ea quæ habentur. C. in quibus casibus pig. taci. contrah.
per to. & postquam fuerit declaratus per uiam iuris debitor
in aliqua quantitate, debet contra eum agi, & non contra
bona sua existentia apud tertium possessorem cum super
illis nullum ius reale sit quæsitum prædicto Francisco Ma-
riæ, unde cum nondum sit declaratus debitor prædictus Phi
lippus in aliqua quantitate dotium, & iniustum uidetur.
quòd Franciscus Maria procedat contra prædictum usum-
7 fructum uelut sibi obligatum,† cum pignoris obligatio
sit accessoria ad personalem obligationem per iura uulga-
8 ria. † bene fateor, quòd postquam dictus Philippus fuis-
set declaratus debitor, & condemnatus, posset pro execu-
tione sententiæ procedi contra bona eius, iuxta. l. a diuo
Pio.§ primo,& secundo,& per totum. ff. de re iudicata. Sed
prius contra bona procedi non potest, & sic malè proceditur
contra prædictum usumfructum. Et hæc procedunt, etiã q
ad præsens usufructus pertineret ad d.Philippum. Sed ta-
men cum ad eum non pertineat, ut supra dictum est, præsens
disputatio non est necessaria. Igitur omnibus bene considera
tis concludo, prædictum Franciscum Mariam nullo modo
audiendum per supra deducta.

Mar. Soc. iun. I. C. Citonij.

SVMMÆ.

Donatio omnium bonorum præsentium,& futurorum re-
gulariter non ualet, ualet tamen, ubi per eam non auferatur
libera testamenti factio.

Donatio potest dici causa mortis, etiam quòd non sit di-
ctum, nec res sit tradita.

Hæreditas per pactum dari non potest, & quomodo in-
telligatur.

1 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum non ualet,*
nil reseruato, & infra nu. 8.
Etiam si sit facta per hæc uerba, ubicunque reperientur, licet nõ
sit dictum omnium bonorum præsentium, & futurorum.
2 *Donatio causa mortis an dicatur, quando in ea est appositum,*
quòd nullo modo reuocari possit, & infra num. 5.
3 *Pactum de hæreditate uiuentis non ualet, & uide infra nume-*
ro 10.
4 *Donatio ut dicatur causa mortis facta, sufficit, quòd fiat sub mor*
tis cogitatione, licet in ea non dicatur causa mortis.
Nec traditio in hoc casu est necessaria.
6 *Quæ postea fiunt prioribus derogant.*
7 *Donatio causa mortis non reuocata suum sortitur effectum.*
9 *Donatio omnium bonorum quare non ualeat.*
11 *Argumentum a sufficienti partium numeratione procedit.*
12 *Donatio causa mortis quinque testes requirit.*
13 *Donationem faciens cum duobus testibus, censetur facere dona-*
tionem inter uiuos.
Et quis non censetur eligere uiam, per quam sua uoluntas impu-
gnetur.
14 *Donatio inter uiuos duos testes requirit.*
15 *Donatio, in qua fit mentio mortis donatoris, an dicatur donatio*
causa mortis.
16 *Donatio debet interpretari, uel causa mortis, uel inter uiuos, ut*
ualere possit.
17 *Donatio, quæ non potest stare ut donatio causa mortis propter ali*
quid contra eius naturam, dicitur donatio inter uiuos.

CONSILIVM XXI.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis: & iustitiæ.

PRæsens casus modicam habet dubitationem, &
ob eam causam breuibus rem absoluam, q eo
maximè faciam: quia ad præsens omnibus li-
bris careo degens in terra Citonij excelsæ reip.
Senensis commissarius. Procedam ergo conclusiuè, & omni
ferè postposita allegatione.

Et licet parum consideranti uideatur fortasse donatio-
nem factam de omnibus bonis Andreæ, Mariani, Lini, &
certis aliis personis per Bernardinum fratrem eius germa-
1 num nõ ualere: † eo quia uidetur donatio omnium bonorum
præsentium, & futurorum nihil dempto, quæ de iure nõ sub-
sistit, iuxta l. stipulatio hoc modo concepta. cum materia. ff.
de uerborum obligation. Et licet non dicatur in donatio-
ne ista expressè omnia bona præsentia, & futura: tamen satis
hoc uidetur dictum, cum dicatur, ubicunq; reperientur, quæ
uerba sunt temporis futuri, & satis uidentur impedire ualidi

tatem donationis, cũ secundùm talia uerba uideatur Bernar-
dinus priuari libera testandi facultate; cum referant donatio
nem ad tempus mortis donantis, quo tempore nihil ei rema
neret, unde testari posset, ergo, &c. iuxt. no. in d. l. stipulatio
2 hoc mõ cõcepta. † Et si dicatur, q; uidetur donatio causa mor
tis, & non inter uiuos, cum dicatur facta post mortẽ. Respon
detur, q; immo nõ potest dici causa mortis cũ in ea dicatur,
q; nullo modo ualeat reuocari, ut traditur ĩ l. ubi ita donatur.
3 ff. de dona. causa mor. † Item & ex alio: quia rectè conside-
rando per istã donationem uidetur dispositum de hæredita-
te uiuẽtis Bernardini, & ea uidetur data p pacta inter uiuos,
quæ iure non tolerantur, ut l. fi. C. de pac. & l. licet inter priua
tos. C. eo. ti. Rectius tamen, & diligentius animaduertendo
contrariam opi. de iure esse ueriorem arbitror, uidelicet do-
nationẽ prædictam in qualibet sui parte ualere, & consequen
ter q; hodie mortuo prædicto Bernardino non facta alia di-
spositione bonorũ suorũ detractis in una manu flor. 50. pro
duobus filiis Martini & in alia manu flor. 80. pro filiis Anto
nii iuxta formã prædictæ donationis omnia alia bona, q̃cun-
que fuerint d. Bernardini donatoris de iure pertinent ad p̃di
4 ctum Andræam donatarium. † Et pro intelligentia, & decla
ratione huius conclusionis aduertendum est, quòd prædicta
donatio potest duplici modo interpretari, primò ut sit dona
tio causa mortis, & licet non interuenerit traditio, nec etiam
fuerit expressè dictum, q; donabatur causa mortis, prout sępe
in d. donatione cõtingeret solet, tamẽ sufficit, q; fiat sub mor
tis cogitatione, ut l. senatus. §. mortis causa, & l. mortis causa
capitur. ff. de don. causa mor. & traditio non est necessaria, ut
5 l. 2. in fi. eo. ti. & ita tradunt communiter doc. † Nec hoc te
nendo obstaret, q; in hac donatione dicatur tit. & causa dona
tionis inter uiuos, nec etiam quòd dicatur irreuocabiliter,
ita ut nullo modo ualeat reuocari, quæ sunt contraria dona-
tioni causa mor. ut l. ubi ita donatur. ff. de don. cau. mor. quo-
niam responderi potest ad primum, q; cum fuerit facta post
mortem donantis, & sic cum mortis cogitatione, & cũ facul-
tate reuocandi (ut modò dicam) quæ propriè conueniũt do-
nationi causa mortis, & non simplici donationi inter uiuos,
iuxta. § 1. iunctu. §. aliæ, insti. de donat. dici debat, & denomi-
nari potius a natura, & qualitate eius, quàm a nomine expres
so, arg. l. insulam. ff. de præscrip. uer. cum si. Ad secundũ respõ
detur q; licet dicatur irreuocabiliter &c. tamen paulò post,
expressè sibi reseruauit donator facultatem reuocandi, quando
uoluerit, & aliter quomodolibet disponendi, ut patet in uer.
cũ hac condĩone, & pacto, q; ipse Bernardinus reseruauit sibi
arbitrium, & potestatem posse disponere, & uoluntatem suã
mutare, & cuilibet sibi placuerit dare, & donare tam in uita,
quàm in morte. Si ergo donator poterat quandocunque, &
per quamcunque dispositionem reuocare donationẽ prædi-
ctam, sequitur q; non erat donatio irreuocabilis. Et licet an
tea dictum fuerit irreuocabiliter, tamẽ postea ab eo recessum
est. † Ea enim, quæ postea fiunt, derogant prioribus, per iu-
6 ra uulgaria. Et ex his uidetur, quòd ista opin. de iure defen-
di possit, uidelicet; q; donatio, de qua agitur, debeat appellari
donatio causa mortis, & secundùm eius naturam debeat re-
gulari. † quo posito sequitur, q; cum d. Bernardinus donator,
7 nũquam illam reuocauerit, nec aliter aliquo modo disposue-
rit, sed tacitus, & intestatus decesserit. d. donatio debet sorti-
ri plenissimũ robur, & effectum, & irreuocabiliter, iuxta. l. nõ
uidetur. cum sua glo. ff. de don. causa mor. Non obst. quæ in
contrarium allegata fuerunt, quia non procedunt respectu
donationis causa mortis, & ratio est: quia per eam non tolli-
tur libera facultas testãdi, ex quo ad arbitrium donatoris po
test reuocari per supra dicta, sed bene procedunt in donatio
ne inter uiuos facta de omnibus bonis præsentibus, & futu-
ris; quia ex quo si ualeret, sumeret uires, & effectum irreuo-
cabilem ab initio donatori diceretur ablata libera testamen-
ti factio, q; esset contra bonos mores, & propterea intestatu
tum est, ut non ualeat, iuxta not. per Barto. & alios in d. l. sti-
pulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo. oblig. & ista puto de
iure clarissima. Potest tamen & secondo modo d. donatio
interpretari, ut sit donatio inter uiuos, collata post mortem,
ut scilicet tunc sortiatur effectum, sit tamen ab initio ualida,
& irreuocabilis, prout prima uerba donationis exprimere
uidentur, quo posito uidetur, quòd allegata supra in contra-
rium conclusioni supra factæ obstent, ut modò dixi. Ve-
runtamen eis non obstant. eam conclusionem uerissimam ar
8 bitror, etiam quòd donatio ista possit dici inter uiuos. † nam
quòd dicitur, quòd donatio omnium bonorum, præsentium,
& futurorum, de iure non ualet, procedit nisi donator reser-
uauerit sibi aliquid, de quo possit testari. nam tunc propter
reseruationem prædictam conseruatur ualida donatio, cum
per eam non dicatur ablata libera testamenti factio. ita de-
clarat Bartu. in d. l. stipulatio hoc modo concepta (si rectè me
mini) in uersicu. idem puto &c. & ibi eum sequuntur com-
muniter docto. maximè dom. Ias. qui per hanc decis. Barto. in
fert determinationem ad plures casus, super quibus dicit se
9 consuluisse, ut per eum † Sola ergo ratio, quòd donatio
omnium bonorum &c. non ualet, ea est: quia ea data ualida,
donatori aufertur libera testamenti factio, ut est dictum, ubi
autem talis ratio cessat, donatio (sicut cæteri contractus) ua-
let, & seruari debet, ut in d. §. aliæ. instit. de dona. facit regu.
l. sicut ab initio. C. de actio. & oblig. ualet enim argu. in tura
a cessante ratione, ut l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro.
& cap. cum cessante. extra de appel. cum simi. sed sic est in ca
su nostro, q; per hanc donatio. non dicitur sublata donatori
libera testamenti factio, immo fuit expressè reseruata, & de
omnibus bonis, ut patet in contractu donationis in d. uersic.
cum hac tamen conditione &c. ergo clarè sequitur, talẽ do-
10 nationem ualere. † Nec demum ob. qđ dicebatur, hæredita
tem non posse dari inter uiuos, per l. licet inter priuatos. C.
de pac. quoniam respondetur, illud procedere, quando dispo
nitur ut de hæreditate, & quis uult sibi facere successorem p
contractum. illud enim fieri non potest, sed quãdo fit dispo-
sitio omnium bonorum per uiam donationis, aliud est, ut ibi
per doc. quia si facultas testandi quoquo modo dicitur reser
uata, dispositio, seu donatio de iure subsistit, per prædicta.
Cum igitur in casu nostro dispositio sit facta per uiam dona-
tionis, & facultas testandi etiam de omnibus bonis sit reser
uata. Concludendum est, dispositionem, & donationem, de
qua agitur, omni iure ualere, & per consequens bona omnia
dicti donatoris pertinere ad d. Andræam exceptis florem. l. &
etiam 80. ut supra dixi, & prout in donatione exprimitur. Si-
ue ergo uelimus donationem uiam fuisse causa mortis, siue
inter uiuos, cum aliter interpretari nõ potest, semper, & quo
libet casu de iure subsistit, ut ex prædictis constat.
11 † Arguendo igitur a sufficienti partium enumeratione,
iuxta tradita per Bart. & alios in l. patre furioso. ff. de his qui
sunt sui uel alie. iur. Concludẽdum est, hãc donationem om-
ni iure ualere, ut supra dictum est.

Maria. Soci. Iunior, Iuriscon. Citonij.

ADDITIO.

Post redditum consi. in fauorem donationis fuit ostẽsum
statutum, quo cauetur, in qualibet ultima uoluntate requiri
ad minus quatuor testes, propter quod satis clarè cõstat, do
nationem de qua agimus, nõ potuisse ualere ut donationem
causa mortis, attento quòd in donatione ista solùm duo te-
stes interuenerunt, prout nuper demonstratum fuit. Et ubi
illud statutum nõ esset, ita etiam de iure communi idẽ dicẽ-
12 dum esset: † quia regulariter in donatione causa mortis req-
tuntur quinque testes, ut l. fi. & ibi per omnes doc. C. de dõ.
causa mortis. Et ex his infertur, q; uera interpretatio p̃dictæ
donationis est, ut dicatur donatio inter uiuos collata post
mortẽ, prout supra in cõsi. dixi in secũdo modo interpretan
13 di dictam donatio. † Nã cũ donator tantùm duos testes ad-
hibuerit, creditur noluisse eam donatio. facere, in qua duo tã-
tùm testes sufficiant, ut sic potius dicatur fecisse actum ua-
lidum, quam inualidum, iuxta reg. l. quoties. ff. de reb. dub.
cum similib. & ne aliàs dicatur elegisse uiam ad impugnan-
dam eius uoluntatem, iuxta. l. si miles, qui destinauerat. ff.
de

14 de mili. testa. † Unde cum in donatione inter uiuos, sicut in cæteris contractibus sufficiant duo testes, ut l. ubi numerus. ff. de testi. & in proposito casu fuerunt tantùm adhibiti duo testes. sequitur, quod de intentione Bernardini prædicti fuit facere donationem inter uiuos, & non causa mor. ita econtra arguit Cor. in consil. 126. incip. licet in hac. 2. col. uer. 3. quia fuerunt adhibiti quinque testes. 1. uol. dicens in casu suo donationem quandam ideo debere interpretari causa mor. & non inter uiuos: quia donator adhibuit quinque testes, prout in donatione causa mortis requiritur, ut modò dixi.

15 † Nec ob. quod in præsenti donatione fiat mentio mortis ipsius donatoris, dum dicitur, post mortem, propter quod uidetur argui, quod dicatur donatio causa mortis, & non inter uiuos, iuxta l. Scia. ppe finem, cum ibi no. ff. de do. præle. quoniam in primis respondetur, quod si uerba attendimus, clattura sunt uerba, quod sit donatio inter uiuos, cũ expsè dicatur, titulo, & causa dona. inter uiuos &c. unde cũ circa hoc simus in re clara, & uerbis expssis, non est opus coniecturis, ut l. continuus. §. cũ ita, ff. de uerb. oblig. nec disputationi dẽt dari locus propter expressa uerba, sed eis acquiescendũ est, ut l. ille, aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. 3. Illud aũt, quod dicatur donatio causa mor, eo quod de morte mentio fiat, procedit p coniecturas, & iuris præsumptiones, quibus (ut dictum est) in re clara non est locus. Præterea & secundò respondetur, quod arg. procedere posset, quando donatio posset ualere uti facta inter uiuos, & etiam ut mortis causa dona. nam tunc fortasset quia sit facta mentio mortis, posset dici donatio causa mor.

16 † sed quando ut donatio causa mortis non potest ualere, sed tantùm ualere potest, ut donatio inter uiuos, non est dubiũ, quod eo modo debet interpretari, quo ualere potest, ut d. l. quoties. & c. si Papa. de priuile. lib. 6. Alioquin diceretur donans elegisse uiam ad impugnanda sua iudicia, contra d. l. si miles, qui destinauerat, & supra dixi. & pro hoc in fortioribus terminis uidetur. l. ubi ita donatur. ff. de donatio. causa mortis.

17 † nam ibi nedum facta erat mentio mortis, sed dictum erat, quod mortis causa donabatur, & tamẽ quia illa stare non potest propter pactum, de quo ibi, dicitur donatio inter uiuos, & repetin, quod ita in terminis nostris arguit, & concludit Cor. in consi. 25. inci. in hac consultatione. 2. col. 1. uol ubi plura ad propositum congerit, quæ dominus iudicans uidere poterit, & ideo aliter non referam. Concluditur ergo, donationem, de qua agitur, omnino esse interpretandam inter uiuos, ut in consi. dictum fuit. Et per consequens nihil obstare, quod in ea nũ interuenerint quatuor testes, qui a statuto in ultimis uoluntati. requiruntur per prædicta, & prędictam donationem inter uiuos ualere, & tenere, ut supra io cõsi. dixi, & declaraui.

Maria. Soci. iunior, iuriscon. Senis.

S V M M AE.

Bona immobilia sinę causæ cognitione, & Iudicis decreto alienari non possunt,

Gesta per tutorẽ, ante confectũ inuẽtarium sunt inualida.

Tutor debet expressè promittere, quòd suscipiet defensionem minorum, aliàs tutela non ualet.

1 *Veritas per se splendet, & uerborum adminiculo non indiget.*

2 *Alienatio prædij minoris sine causa cognitione, & iudicis decreto non ualet.*

3 *Tutor ante inuentarij confectionem nil gerere potest.*

4 *Tutor si non promittit expreßè suscipere defensionem pupillorũ, tutela est nulla.*

CONSILIVM XXII.

Dirigat Dominus verba mea in viam ueritatis & iustitiæ.



STA consultatio caret probabili dubitatione, & plenè discussa, & declarata est per pcedeotẽ Consultorem, & doctorem quidem excellentissimũ, & mihi ut fratrẽ hono. & ob eam causam nõ puto

1 insistendum. † ueritas enim per se splendet, & uerborum non indiget adminiculo, ut l. 1. C. si minor ab hære. se absti. & rei abunde demonstratæ frustra quis addere demonstrationẽ tentat. l. 1. in fi. ff. de do. prælegi. & ubi uellem multum insistere, nequaquam possem, cũ hic Citonij existens penitus libris caream, & publicis occupationibus continue sim implicitus.

Igitur conclusiuè loquendo placet mihi conclusio supra firmata per clarissimum Consultorem, uidelicet quod alienatio molendini pro rata prædictorum minorum facta per do. Ludouicam eorum matrem, ut tutricem, & curatricem ipsorũ de iure non subsistit, & ab initio fuit ipso iure nulla, & consequenter non impedit, quin per prædictos minores uti domini molendini prædicti pro eorum rata possint dictam eorũ ratam uendicare per fundamenta, & rationes per prędictum

2 Consultorem allegata. † Præsertim quia fuit talis alienatio facta sine causæ cognitione, & absque iudicis decreto, quę in alienatione prædiorum minorum sunt necessaria, ut l. ob æs. & l. si prædium. C. de prædi. mino. & tradit auus meus, dom. Maria. Soci. in consil. 22. incip. sequendo ordinem. prope fi. cum si. supra per Consultorem allegatis.

3 † Præterea ultra adducta per Consultorem probatur prædicta conclusio, quæ de iure est. quod omnia gesta per tutorem ante confectum inuẽtarium sint inualida, ut l. legitimos. ubi tradit Bar. ff. de legi. tu. et plenius tradit idem Bar. si rectè memini, in l. tutor, qui repertorium. 3. col. ff. de admi. tu. ubi per illum tex. dicit, quod antequam tutor conficiat inuentarium, nihil pro pupillis gerere potest, nec tutelam administrare, et cum Bar. transeunt communiter doct. in locis prædictis. Sed sic est in proposito casu, quod dom. Ludouica tutrix, et curatrix, nullum confecit inuentarium bonorum, quæ tunc erant ipsorum minorum (ut mihi præsupponitur) ergo sequitur, quod gesta per eam, et per consequens alienatio prædicta dicitur fuisse ipso iure nulla, et per hoc (si rectè recolo) uidetur tex. clarus in l. si. C. de arbit. tut. et ibi dicunt doct.

4 † Confirmatur conclusio supra posita ex alio, quia si rectè acceptio tutelę, et curæ facta per d. do. Ludouicam inspiciatur, apparebit, quod non fuit iuridice facta ex eo saltem: quoniam d. do. Ludouica non promisit suscipere defensionem ipsorũ minorum, iuxta l. fi. §. defensionem. C. de admi. tut. Requiritur enim, quod hoc per tutorem expresse promittatur, ut tradit Bar. in l. legitimos. prope finem, ni fallor. ff. de legi. tut. ubi dicit, quod ppter talem defectum fecit annullari multas tutelas, et ibi eum sequuntur alii doct. Si igitur illa non dicitur legitime tutelam assumpsisse, sequitur, quod omnia gesta per eam, uelut tutricem, de iure non subsistant, et sic quod alienatio, de qua agitur, pro rata dictorum minorum dicitur fuisse nullius momenti, ut supra conclusum fuit. Laus Deo.

Soc. Nepos, Citonij 1524.

C A S V S.

In facto narratur, quod quidam Laurentius cum iam emerit a Constantino de Clanciano unum prædium eapost, et ex interuallo promisit eidem Constantino illud prædium reuẽdere infra certum tempus, et pro certo precio inter eos conuento, et intra illud tempus ad omnem petitionẽ dicti Constantini, sub pœna florenorum 100. quoties ipse Laurentius promissis per ipsum contrafaceret, et in promissione adest clausula illa, qua pœna soluta etc. et fuit dicta promissio iuramento firmata, ut ex instrumenti inspectione apparet. Cuius copia transmittitur.

Fuit Laurentius intra tempus constitutum interpellatus, et fuit in mora, et sic dicitur suis promissionibus contrafecisse, et per consequens incidisse in dictam pœnam flor. centũ.

Demum d. Laurentius reuendidit d. prædium, nulla facta mentione pœnæ, in quam ipse iam inciderat, et instrumenti huius reuenditionis copia transmittitur, tã originalis, quàm etiam sumpti postea, et publicati per notarium, qui de ea reuenditione fuerat rogatus.

Quæritur modò, et dubitatur, utrũ mediante prędicta reuenditione, et clausulis in ea positis Constantinus prædictus dicatur prędicto Laurentio remisisse d. pęnam centum florenorum

norum, uel aliàs in ea sibi aliquo modo præiudicasse, ita ut eam petere non possit.

S V M M AE.

Recipiens sortem, uel principale debitum an, & quando dicatur pœnam remittere.

Iniquum uidetur, quòd quis rem, & pęnam consequatur, & quando procedat.

Iuramentum habet uim clausulæ, rato manente pacto. idē operatur clausula, qua pœna soluta &c.

Originale, & prothotollum ceteratum debet extendi secundùm consuetudinem notariorum.

In dubio standum est originali, si contradicit transumpto.

Limitata dispositio limitatum producit effectum.

Non debet quis cum aliena iactura ditari, quomodo intelligatur.

1 *Sortem recipiens, an pœnam in contracta appositam censeatur remittere, & infra nu. 4.*
2 *Locupletari quis non debet cum aliena iactura.*
3 *Conuentio etiam pœnalis iuramento uallata obseruari debet.*
5 *Iuramentum, quod sine dispendio æternæ salutis seruari potest, seruari semper debet.*
6 *Iuramentum habet uim clausulæ, rato manente pacto.*
7 *Clausula, rato manente pacto, operatur, ut utrunque peti possit.*
8 *L. fi. ff. de eo quod cer. loco, quomodo procedat.*
9 *Clausulæ, quam pœnam, &c. & qua pœna soluta &c. appositæ in instrumentis idem operantur, quod clausula, rato manente pacto.*
10 *Clausula, renunciantes &c. debet secundùm notariorum consuetudinem extendi.*
11 *Instrumenti originalis, & transumpti quando est diuersitas, originali statur.*
12 *Renunciatio generalis in instrumento apposita, restringitur ad ea quæ occasione illius contractus competebant, non respectu iurium aliunde obuenientium.*
13 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
14 *L. nam hoc natura. ff. de condi. indeb. quomodo procedat.*
15 *Culpa sua aliquid patiens sibi imputare debet.*
16 *Cap. suam. extra de pœnis, quomodo procedat.*
17 *Pœna adiecta obligationibus dandi de iure canonico non debetur, secus in obligatione faciendi.*
18 *L. rescriptam. in l. si pacto. ff. de pact. & l. apud Celsum. & l. Labeo. ff. de excep. doli quomodo procedant.*

C O N S I L I V M   XXIII.

Dirigat Dominus verba mea in uiam veritatis, & iustitiæ.



Vbia primo aspectu uisa est præsens cōsultatio,
ex duobus enim uidebatur prædictam pęnam p
Constantinū prædictū ipsi Laurentio remissam.
1 †Primò: quia quando alicui debetur aliquid
principaliter, & accessoriè pœna, si simpliciter ille recipit il-
lud, quod principaliter debebatur, non reseruato iure ad pę-
nam, dicitur pœnam remittere, ut l. fi. ubi glo. Bar. & alii do-
cto. plenè tradunt. ff. de eo quod cer. loc. & tradit Abba. in c.
suam. extra de pę. & in consil. 90. incip. Circa primum. 1. col.
1. uol. facit l. post diem. ff. de leg. cōmis. & uidetur bonus tex.
in l. Celsus. in prin. ff. de arb. Vnde cū Cōstantinus recepertt
reuenditionē dicti prædii, quæ ei p Laurentiū principaliter
debebatur, & non reseruauerit sibi ius aliquod ad pęnam, ui-
detur pœnam prædicto Laurentio remisisse, & p consequēs
uidetur, q̄ Constantinus illam pęnā petens debeat exceptio-
ne taciti pacti repelli. Secundò hoc uidetur probari per ex-
pressam renunciationē, quam in contractu reuenditionis fecit
d. Constantinus, ut patet in illa clausula, renuncians ea dictæ
partes &c. ibi dū dicitur, & oībus aliis, & singulis iurib. i psis
partibus quōcunq;, & ad quæcunq; cōpetentibus &c. Nā cū
inter cętera ipsi Constantino cōpeteret actio, & ius ad pœnā
petendā, in quam ille Laurentius inciderat, sequitur, q̄ dicto
iuri dicitur renunciasse, cum omnibus iuribus renunciauerit, & aliàs, qui omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus. in prin. ff. de lega. 3. & l. a procuratore. C. mand. & c. si Romanorum. circa mediū. 19. dist. & l. cū quidam. §. in tacito. ff. de usu. cum fi. Nec cuipiam dubium est, talem renunciationem ualere, & obseruandum esse, cum quilibet (uelut rei suæ moderator, iuxta l. in re mandata. C. man.) possit iurib. suis renūciare, ut l. si quis in conscribendo. C. de pac. cū fi. Nedū ergo exceptione taciti pacti uidetur repellendus Constantinus a petitione
2 pœnæ prædictæ, sed etiam expressæ renunciationis. †Et contra eum facit: q. cum iam habeat, quod sibi principaliter debebatur, uidetur petendo pœnam inhonestis quæstibus anhelare, & uelle ditari cum iactura aliena contra. c. suam. in fi. extra de pę. & contra regulā. l. nā hoc natura. ff. de cōdi. inde.

Facit etiā lex rescriptā §. si pacto. ff. de pac. & l. apud Celsum §. Labeo. ff. de exce. dol. quibus dicitur, q̄ non conuenit quē consequi & rem principalem, & pœnam. His tamē non obstantibus diligenter, & maturè omnibus animaduersis, contrariam sententiam de iure probabiliorem arbitror, ut scilicet Cōstantinus, uel eius hæres pęnā prędictā petere possit.
3 †Et fundamentum est: quia cum ex legitima conuentione, solenni stipulatione, et iuramento uallata illa pœna promissa fuerit, si in aliquo Laurentius cōtrauenerit, cōuenit, et iustū est talem conuentionē seruari. l. 1. ff. de pac. et l. iurisgentiū. §. prætor ait. eo. tit. l. 1. de constitu. pecu. ff. et §. p traditionem insti. de re. diui. unde cum (ut mihi præsupponitur) uenerit contra promissa per eum, sequitur, q̄ ad pœnā debet teneri.

Solū ergo remanet difficultas in soluendo his, q̄ supra in contrariū adducta fuerūt. Eis. n. resolutis conclusio prędicta remanet clarissima, et sine scrupulo. Ad ea igitur ut infra et
4 q̄dē clarissimè responderi pōt. †Nam ad primū dico, q̄ tunc demū receptio sortis, uel alterius rei, quæ principaliter debetur, inducit tacitā pœnæ remissionē, q̄n simpliciter aliq̄d promittitur, et in eius defectum pœna simpliciter promittitur, sed q̄n ultra simplicē promissionē pœnę interuenerit iuramentum de obseruantia promissorū, debet tunc, q̄ contrafecit, et ad rē principaliter p̄missam, et ad pœnā teneri ex
5 uirtute iuramenti. †q̄n. n. illud pōt seruari sine dispēdio salutis æternæ, semp seruari debet, ut in c. cū cōtingat. de iureiur. cū si. et in terminis nostris ita concludit Bar. si rectè consideretur in l. si quis maior. C. de transa. ubi ēt Ro. et Ias. et hoc ibi clarè post Ro. dicit insignis doctor do. Thomas Parpal. in sua
6 repe. 19. no. †Et ratio est; quia, ut ibi dicit Bart. iuramentum habet uim clausulæ, rato manēte pacto, prout etiā idē Bart. et Alex. dicūt in l. cū proponas. eo. tit. et d. do. Thomas in d. l.
7 si q̄s maior. 25. no. †Illa autem clausula, rato manente pacto operatur ut utrunq; peti possit, ut l. q. fidem. et ibi p Bart. et omnes. ff. de transa. unde cum in casu nostro Laurentius prędictus suas promissiones iuramento firmauerit, sequitur, q̄
Et primum fundamentum est ex nullitate matrimonii causa-
ta ex p̃sona d. Pasquæ, q̃a. s. illa, ut in punctu allegatur, habe-
bat alium uirum tunc superuiuentem, uidelicet magistrum
Paulum fabrum lignarium, aliàs marangonũ, hoc ipsum sciẽ
te domino Hieronymo prædicto, & totum hoc, si rectè aduer
tatur, concludenter probatur in processu, uidelicet. Primò
ꝙ Pasqua prædicta erat coniuncta matrimonio cum d. magi
stro Paolo. Secundò, ꝙ hoc erat notũ ẽt ipsi do. Hieronymo.

Primum autem multum concludenter probatur, primò p
duos testes, qui explicitè, & clarè deponunt de ipso cõtractu
matrimonii asserentes se fuisse præsentes, & audiuisse inter
prædictos matrimonium contrahi per uerba de præsenti per
interrogationem, & responsionem, prout moris est. Testes
autem sunt uenerabilis dom. Hieronymus de Caliariis in or-
dine quartus testis, & do. Lucia uxor Hieronymi de Placentia
in ordine quinta testis, unde cũ satis aptè isti testes de tali ma
trimonio deponant cum concludenti causa scientiæ, nõ uide-
5 tur dubitandũ. †Regulariter. n. duo testes sufficiunt ad quod
libet probãdum, iux. illud, in ore duorum uel trium stat om-
ne uerbum, ut legitur Deutero. c. 17. Matthæi c. 18. & ad Co-
rinthios. c. 13. & in c. in omni negocio, extra de test. & proba-
tur hoc in l. ubi numerus. ff. de testi. cum si. Nec isti probatio-
ni obstant quædam, quæ (ut audio) per partem aduersam al-
legantur contra prædictos testes, seu eorum depositionem,
quoniam (ut uerum fatear) pro maiori parte leuissima sunt, &
facillime tolluntur, ut eleganter ostendit insignis, & excellen
tissimus aduocatus. Dico. n. in primis, ꝙ dom. Hieronymus
quartus testis, deponens, quòd Pasqua tanquam uxor, & ma-
trimonio coniuncta stetit, & habitauit cum dicto magistro
Paulo in domo eius habitationis, iam de matrimonio depo-
nit, & statim concludentem causam scientiæ allegat: q̃a. s. di
ctus magister Paulus se præsente desponsauit, quæ omnia de
bent intelligi per uerba de pręsenti, cum statim dicat, ꝙ inter
prædictos facta fuerunt uerba contractus matrimonii, quæ
non sunt de futuro: quia tunc dicerentur uerba sponsaliorũ,
6 ut est notissimum, †& aliàs dicta testium sunt adiuuanda, &
concordanda, iux. c. cum tu. ibi per doct. extra de testi. Scit er
go d. testis, ꝙ Pasque contraxerit cum magistro Paulo matri-
moniũ, & tanq̃ uxor, & sic nõ tanq̃ ancilla, uel concubina cũ
eo habitabat: q̃a ipse fuit præsens desponsationi de ea factæ
p uerba. s. de præsenti, & sic contractui matrimonii inter prę
dictos celebrati, ex quo ipse scit, quòd simul cum magistro
Paulo habitabat, ut eius uxor, dicens etiam, ꝙ suo iudicio,
(hoc est si bene recordatur) ipse fecit inter prædictos iugales
uerba contractus matrimonii, & licet dicat, quòd non recor-
detur præcisè, quib. uerbis usus fuerit, non tamen ex hoc est
7 inferendum, quòd uerba potuerint esse de futuro, † & sic ꝙ
probatio sit dubia, & sic non attendenda, iux c. in præsentia.
cum materia de proba. quoniam hoc repugnaret menti dicti
testis, & aliis suis uerbis. Ipse. n. de matrimonio intẽdit depo
nere, & in hoc explicitè dicit, quòd fuerunt facta uerba con-
tractus matrimonii, sed cum illa fieri possint diuersa in sono,
tendentia tamen semp ad idem, ipse non recordatur p̃cisè,
quæ uerba præcisè ipse protulerit, sed bene scit, ꝙ fuerunt
uerba in similibus contractibus fieri solita, & importantia cõ
tractum matrimonii, prout ipsemet testis clarè exprimit, cu-
ius depositio (ni fallor) est satis clara, & explicita, cum conclu
dentissima causa scientiæ, nec dẽt cauillari, sed potius adiu-
uari, ut dixi, & quæ deposuit, cum explicitè, & resolute depo
suerit, præsumẽdum est, quòd rectè memoria tenuerit a die,
quo facta fuerunt, usque ad diem depositionis, cum sit sacer-
dos, & uir optimæ cõditionis & famæ, & de eo non cadit sini
stra suspicio. Et licet in eius examine scriptum sit, quòd ipse
dixit non recordari, an fuerit citatus: tamen illud non est at-
tendendũ: quia est inaduertẽter scriptum, cum ipse testis, ut
mihi præsupponitur, expressè id dixisse neget, & contrarium
expressè dicat, uidelicet quòd citatus fuit, & quòd non iuisset
ad testificandum, nisi fuisset citatus, quod etiam in dubio ꝓ-
8 pter religionem, & integritatem eius credendum esset, †&
aliàs credendum non uidetur notatio, & eius scripturæ in de
positione alicuius testis in eo, quod ipse testis negat se dixisse
ut tradit Alex. in consil. 74. usu testamento. 4. col. 1. uolumi.

Et præterea ex eo, quod scriptum est, non esset inferen-
dum, quòd de matrimonio non bene recordari potest, cum
contrarium appareat ex explicita eius depositione, nec. n. ua-
let ista consequentia, ego non sum memor eius, quod his die
bus contigit, ergo non possum recordari eius, quod iã annis
20. accidit, q̃a in particularib. non arguitur de uno ad aliud,
nec ex diuersis bene infertur p iura uulgaria, & quotidie hoc
uidemus, ꝙ aliquis est rectè memor facti antiquissimi, & ta-
men non recordatur, quid nudius tertius comederit, & id sæ
pe contingit propter factorum diuersitatem, & mentis appli
cationẽ, quæ magis uni facto, quàm alteri applicatur, & hoc
satis est ad propositum: quia ꝙ duo contrahant matrimoniũ
est actus maximi momenti & cui uerisimiliter quilibet prę-
sens mentem applicet, & in memoria collocet, quòd non sic
est de quadam simplici citatione, quæ uno uerbo, & transeun
ter fieri solet. Vlterius etiam dico quòd ista argumentatio, q̃
fit in contrarium, posset procedere in dubio, sed in casu no-
strũ sumus extra omnem dubitationem, cum ipse testis depo
nat clarè, & explicitè, & non sub dubio circa matrimonium
contractum se præsente, unde cum simus in claris, non est lo
cus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. oblig. Con-
cludẽdum ergo est, istum don Hieronymum quartum testẽ,
optime, & explicite de matrimonio deposuisse cũ concluden
ti ratione. Qui etiam subdit, quòd de tali matrimonio erat
publica uox, & fama in contrata sancti Zenonis, ubi d. magi-
ster Paulus habitabat, & in ciuitate Veronæ, quòd debet in-

telligi

telligi apud illos, qui de prædictis notitiam habebant, non au
tem indistinctè apud omnes ciues Veronenses, seu in dicta ci
9 uitate habitantes. † nam quando testis deponit de fama, & di
cit se audiuisse a maiori parte &c. debet intelligi. s. eorum qui
poterant illud audire, & cognoscere, secundùm quòd singu-
lariter dixit Ant. de But. in c. quid per nouale. 5. col. de uerbo.
sign. prout refert, & sequitur Alex. in l. de iu minore. §. pluri-
mum. ff. de quæst. in apostil. ad Bar. super uerbo quæro. quid
si &c. & Fely. in c. cum oporteat. col. 8. uersic. adde dominum
Ant. de accusat. Et ex his rectè aduertenti dicuntur sublatæ
omnes oppositiones, quæ per partem aduersam fiebant con-
tra depositionem istius quarti testis, una tantùm excepta, quę
etiam respicit dominam Luciam quintum testem, de qua in-
fra tangam. Illa. n. sola uidetur prima facie habere aliquẽ co-
lorem, aliæ uerò omnes sunt leuissimæ, & cauillosæ, & facile
tolluuntur, ut ex prædictis patet, & etiam ex allegationib. ex-
cellẽtissimi aduocati, qui sigillatim omnes apertissimè remo-
uet. Depositio uerò, seu attestatio do. Luciæ prædictæ clarissi
ma est, ita ut tergiuersari non possit, attestatur. n. matrimo-
nium prædictum per uerba de præsenti, & anuli dationem
contractum fuisse inter prædictos Paulum, & Pasquam, cum
concludentissima causa scientiæ, ut ea lectura depositionis
eius cognoscitur. Sed uidetur, quòd dicta attestatio non sit
10 attendenda ex pluribus. Et primò, quia mulier est, † nam si-
cut mulier non potest testificari in causa criminali propter
eius grauitatem, iux. gl. in c. mulierem. 33. q. 5. & in c. forus. §.
testes. in uer. si. non fœmina, extra de uerbo. sign. ita uidetur, ꝙ
nec in causa matrimoniali testificari possit, cũ & ipsa causa di
catur grauis, iux. c. 1. de consan. & affi. no. Abb. in c. si pro de-
bilitate. 4. not. de offi. deleg. & propterea æquiparari dẽt cau-
sæ criminali, ut uidetur concludere Alex. in consi. 144. quo-
niam abunde, aliàs est 288. circa medium. 2. uolu. & Dec. in
consi. 133. uiso processu 2. colum.
11 †Secundò, quia illi dicit se fuisse mediatricem prædicti ma-
trimonii, quo posito eius testificatio nõ uidetur iuridica, nisi
deposuerit de consensu utriusque partis, iux. doctr. Bart. in l.
defert. e. prope fi. prin. ff. de iu. fis. & uidetur tex. quem ibi alle-
gat Bart. in §. quoniam. in auct. de test. col. 7. Tertiò, quia di-
cta dom. Lucia reperitur in suis dictis deposuere falsum, pri-
mò in eo, quod asserit, quòd Pasqua remãserat uidua ex quo-
dam coadiutore cancellariæ, ꝙ tamen non erat uerum; quia
ille habebat aliam uxorem, secundò dum asserit, quòd prædi
cti contractui matrimonii inter Pasquam, & magistrum Pau
lum, erat præsens quidam Sanctus Vulpatus, nam & hoc uide
tur falsum, cum ille dicat se non fuisse præsentem tali matri-
12 monio, †unde cum ista domina Lucia in prædictis falsa depo
nat, non dicitur testis fidelis, quia falsus in uno, cẽsetur falsus
in omnibus, & dictis eius credi non debet, iux. l. qui falsa, cum
gl. ff. de testib. Quartò, quia illud uidetur sibi quodammodo
contradicere, asserit. n. nuptias factas in cena satis lauta, & ta-
men dicit, ꝙ non interuenit, si igitur non fuit præsens, uide-
tur, ꝙ de tali cena, & nuptiis illis nihil testificari possit.
His tamen non obstantibus dico, ꝙ attestatio dominæ Lu
ciæ attendi debet, & ei tanquam fideli credendum est.
13 †Nec obst. dum primò dicitur, quòd ratione sexus mulie-
bris debet repelli &c. quoniam respõdetur, quòd allegata in
contrarium non sunt uera; quia immo clarum est, mulierem
in causa matrimonii esse testem idoneum, ut est tex. in c. su-
per eo. el 2. de testi. & ibi tradit Abb. in tertio nota. & sequun
tur communiter doc. tradit etiam Henric. Boic in c. quoniam
de testi. concludens, quòd in causa matrimoniali etiam de iu-
re canonico mulier potest esse testis, & ita est communis opi.
ut quotidie seruari uidemus. Non ergo est uerum, ꝙ in hoc
causa matrimonialis æquiparetur causæ criminali. Et ultra
prædicta, quòd in causa matrimonii fœmina admittatur in te
stem, etiam si sit coniuncta, probatur clarè in c. uidetur. 35. q.
6. ubi dicitur, quòd etiam coniuncti utriusque sexus in testi-
ficationem causæ matrimonialis admittantur, quòd tamen
14 non est in causa criminali. †Et allegata æquiparatio si in ali-
quo procedit, est in eo, quòd non defertur iuramentum in
defectum semiplenè probationis, prout isto casu loquitur gl.
& doct. in c. mulieri. de iureiuran. & in c. fi. eo. tit. & Bal. in l.
bonæfidei. 1. col. uersi. item in causis criminalibus. C. de reb.
15 cred. quos allegat Alex. in d. consi. 143. eo. n. respectu † cau-
sa matrimonialis potest dici causa grauis ut declarat Dec. in
consil. 162. in causa matrimonii. 5. col. uersic. non obst. quòd
causa matrimonialis, & ibi dixit ex eo non esse inferendum,
quòd in causa matrimonii ordinaria probatio non sufficiat.
16 †Præterea dici posset, ꝙ allegata in contrarium procede-
rent, quando mulier adhibetur in testem ad separationem
fœderis matrimonii directè, prout loquitur d. c. 1. de consan.
& affini. & uidetur uelle Alex. in d. consi. 143. nam tunc stri-
ctius procedendum est, quàm si de probando matrimonio
agatur: cum probatio matrimonii sit fauorabilior, & ita si re
ctè consideratur, uidetur uelle Dec. in d. consil. 143. & Ioan.
Crot. in tract. de testi. char. 9. 3. col. in uer. tertia sit conclusio.
Nec dicatur, quòd in præsenti casu uideatur agi de separatio-
ne matrimonii: quia dico, quòd principaliter depositio te-
stium tendit ad probandum matrimonium inter magistrum
Paulum, & Pasquam, licet ex eo resultet nullitas alterius ma
trimonii per Pasquam contracti cum domino Hieronymo
17 prædicto. †Solùm ergo inspici debet id, ad quod principali-
ter tendit, & dirigitur dictum testis, arg. l. si quis nec causam.
ff. si cer. pet. & ita etiam concludit Dec. in dicto consil. 143.
5. colum. uersic. secundò respondetur, quòd tex. ubi propriè
loquitur, quando agitur de probatione matrimonii in præiu-
dicium alterius matrimonii. Et ultra etiam dico, quòd cum
d. dominus Hieronymus iam sit mortuus non potest dici, ꝙ
agatur aliquo modo de separatione matrimonii: quia etiam
quòd tale prætensum matrimonium ualuerit, iam morte fuis
set dissolutum. Hæc tamen dicta sint ex abundanti; quia pri-
ma responsio ad allegata in contrarium sufficit, & optimè cõ
18 cludit, a qua non intendo recedere. † Et maximè quia multi
sunt, qui tenent, quòd fœminę in causa matrimoniali possunt
esse testes, etiam quòd de separatione agatur, ut dixit Dec. in
consi. 342. in casu partus. 1. colum. Non ob. secundò, quod de
mediatrice dicebatur; quoniam respondetur, ꝙ allegata in
contrarium debent intelligi respectu probationis plenæ per
solum mediatorem, seu prosoneta faciendæ. nam illã face-
ret, quando de uoluntate utriusq; partis examinaretur, & nõ
aliter. nam & secundò debent intelligi, ut s. in uitus testimo-
19 nium dicere non cogatur, nisi utraq; parte uolẽte, †sed si ab
una tantùm parte productus uelit testificari, admitti debet si
cut alius testis, ita uoluit glo. in d. §. quoniam. de testi. in con
trarium allega. ubi etiam ita tenent Iaco. de Beluis. & Angel.
ita etiam tenet Cyn. Bal. & Salyc. in l. omnibus. C. de testi. ubi
Bald. asserit istam opinionem esse ueram, quam etiam tenet
Abb. in c. pen. de testi. cogen. cum aliis allegatis per clarissi-
mum aduocatum, & ultra eum ita tenet Albet. in tract. de te
stibus. in 4. parte. 10. col. uer. uidendum est ergo, quid de pro
soneta. ubi hanc opinionem defendit ab allegatis in contra-
rium, maximè a c. 1. de testi. lib. 6. quod allegabatur per locũ
a speciali, hanc opinionem etiam sequitur Alex. in consi. 127.
uiso processu causæ. 2. col. uersi. non obstat etiam. 7. uol. An-
gel. Aret. in §. pater. 2. col. uer. quid de prosoneta. insti. de te-
sta. Corne. in consi. 34. uisa copia processus. 5. col. uer. nec ob
stat. 2. uolu. & Curt. senior in tracta. de testi. in 43. conclusio-
ne, & eandem opinionem asserendo eam esse communem,
sequitur Andr. Barba. in consi. 40. a Ioue principium. 10. col.
uer. 8. licet ista. 3. uolu sic ergo ex his concluditur secundum
cõem, & uerã opin. ꝙ prosoneta, siue mediator, & ita in casu
isto ista do. Lucia, esto ꝙ fuerit mediatrix, põt, si uelit, et una
tãtu parte istãte, & altera cõtradicẽte testificari, & eius dicto
sicut & alterius testis credẽdũ est p pdicta. Posset & aliis me
diis ista secunda oppositio tolli, sed qa, qđ dictũ est, sufficit,
& tollit oẽm difficultatẽ, gratia breuitatis aliter non insisto.
Non ob. modò, qđ tertio loco opponebatur; qa primò respõ
deri põt, ꝙ immo non dicitur in aliquo dixisse falsum; quia
nõ dicitur iuridice ꝓbatũ contrariũ eius, qđ deponit. Et di-
scutiẽdo utrũq; dictũ, circa principiũ, dũ dixit, ꝙ Pasqua re-
mãserat uidua ex quodã coadiutore &c. dico, ꝙ hoc nõ est ꝓ
batũ, ergo falsũ, nã ex quo simul cũ illo habitabat tanq̃ uxor,
potest

pateſt uerofimiliter dici, ꝙ fuiſſet uxor, & ita ex eo poſtea
remãſiſſet uidua. Et licet pretendatur, ꝙ ille habebat aliam uxo-
rem, poſito tamen quòd ita probetur, ſine ueri præiudicio,
non tamen ſequitur, ꝙ Paſ. ue non fuerit retenta tanquam
uxor. Nam licet de iure duas uxores quis habere non poſſit,
de facto tamen ſæpe uidemus contrarium, & in hac poſſibili
tate, & uerofimilitudine, de qua ſupra, fundatur dictũ iſtius
20 teſtis, † & ꝙ uult dicere hoc eſſe falſum, & ita de crimine iſtã
teſtem redarguere, debet hoc concludenter probare; cum in
criminibus probationes debeant eſſe luce meridiana clario-
res. l. fi. & ibi per omnes doct. C. de probat. unde cum poſſibi
le ſit, quòd fuerit ut uxor retenta, non poteſt dici, ꝙ iſta teſtis
in hoc dicta falſum depoſuerit, & maximè hoc dicẽdũ eſt in
propoſito: quia in iſta teſte non uidetur, ꝙ poſſit cadere fal-
21 ſitas, † quia cum in falſo requiratur dolus. l. nec exem-
plum. C. de falſ. non poteſt dici, neque excogitari aliquis
dolus circa iſtud dictum; cum in ſe nihil releuet, ſed teſtis ita
dixit ex ſui credulitate, & cõſequenter ſi falſum in ſe eẽt, illa
dicitur ignoranter dixiſſe, quo poſito non procedit regula in
contrarium allegata, ut declarat Bal. in l. ſi ex falſis. in fi. C. de
tranſ. ubi etiam concludit Io. Maria Riminal. in ult. col. Ma-
xime cum in d. teſte caderet probabilis dubitatio; qa. ſ. uide-
bat illam Paſquam habitaſſe cum illo coadiutore, nec forte ẽc
illud, quod depoſuit, intellexerat ab illa Paſqua. quando. n. ca
dit probabilis dubitatio, dictum a. l. in l. ſi ex falſis. procedit
ſine ſcrupulo, ut declarat ibi Alex. in ult. col. & Fely. in c. fra-
ternitatis. col. fin. uer. ſed primò fallit, de hæret. Præterea te-
ſtis non dicit, ꝙ Paſqua fuiſſet uxor illius coadiutoris, ſed ꝙ
remanſeret uidua ex eo, ꝙ quidem ſtare poteſt etiam, quòd
22 non fuerit maritus eius, † cum uidua ſecundùm propriam ſi
gnificationem dicatur, quæ eſt ſine uiro, ut declarat Abb. in
c. ex tenore. in fi. de foro compet. Et maxime illa Paſqua pote-
rat dici uidua ex dicto coadiutore; quia poſt eius mortem re
manſerat deſtituta omni auxilio, ut eadem teſtis deponit, nã
mulier terreno auxilio deſtituta poteſt dici uidua, ut declarat
Alberic. de Roſat. in dictionario ſuo, in uerbo uidua.

Circa ſecundum, dum iſta teſtis dixit, ꝙ matrimonium p̃-
dictum fuit celebratum in præſentia ſancti Vulpati, ſimiliter
dico, quòd non probatur falſum, credi enim debet, quòd fue
rit præſens, prout teſtis iſta aſſerit, & maxime quia ipſemet
Sanctus, ut ferret teſtimonium ſuper dicto matrimonio ad
inſtantiam filiorum legitimarum dicti domini Hieronymi
Scolaini iuramentum ſuſcepit, licet poſtea (nõn ſine ſiniſtra
ſuſpicione) noluerit unquam examinari pro dictis filiis, prout
etiã dicit clariſſimus aduocatus. Nec ob. ꝙ ipſe Sãctus poſtea
pro dicta Paſqua examinatus neget ſe fuiſſe præſentem ma-
trimonio, de quo agitur, quoniam illi in hoc credendum non
23 eſt, nec eius teſtificatio uidetur admittenda; † quia dicitur in
famis, & falſarius, & uelut reus fuit a quodam officio remo-
tus. Item etiam dicitur notorius adulter, & concubinarius,
ut deducitur per clariſſimum aduocatum; hi. n. qui iſtis, & ſi-
milibus maculis notantur, non ſunt idonei teſtes; ut per Spe-
cul. in titu. de teſti. §. 1. uer. item excipitur, quòd eſt fur. in uer.
item excipitur, quòd eſt infamis, & uer. ſic. item quòd eſt con
cubinarius. Et iſta procedunt, etiam ſi ſola infamia facti no-
24 tetur d. Sanctus. † nam cum ſimus in cauſa matrimoniali, &
ſic in cauſa graui, iuxta no. per gloſſ. primam, & docto. ibi in
c. mulieri. de iureiurand. etiam ſola infamia facti notatus non
dicitur teſtis integer, ut not. in l. Caſſius. ff. de ſenat. & per
glo. & Bartol. in l. 3. §. duæ cauſæ. ff. de carb. edic. cum ſimilib.
ut ſcribit Alexand. in conſil. 152. uiſo proceſſu cauſæ. 3. col.
5. uolu. qui propriè loquitur in cauſa matrimoniali. Qui etiã
ſubdit, quòd de iure canonico hoc nõ uidetur dubium, cum
in eo ut teſtis repellatur, ſufficit, ꝙ ſit uerè criminoſus, licet
non ſit per ſententiam damnatus, iuxta c. ſuper eo. el primo,
25 de teſti. † in cauſa autem matrimoniali, de qua agitur, nõ eſt
dubium quòd iuri canonico ſtandum eſt, ut in c. fi. de ſecun.
nupt. & dixit Alex. in loco præallegato, ergo &c. Immo uide-
tur generalius poſſe dici, quòd quilibet uitioſus poteſt e teſti
monio repelli, ut per Specu. in titu. de teſti. § fi. prope fi. ibi,
& generaliter, ſic ergo debet iſte Sanctus, qui uitioſus proba-
tur a teſtimonio repelli. Nec dicatur, quòd licet fuerit, non
tamen eſt ad præſens uitioſus: quia immo etiam de præſenti
eſt talis, ut ex proceſſu conſtat, & ubi non ita probaretur, de
iure præſumeretur, ut per Spe. in d. §. 1. uer. ſi. item quòd olim
fuit criminoſus, & ibi hoc ſequitur Ioan. Andr. in additione
26 pſsua. † Et in ſpecie, quòd infamis infamia facti in cauſa ma-
trimoniali non ſit idoneus teſtis, determinat Iacob. de ſan-
cto Georgio in l. teſtium §. l. Iulia. 3. col. ff. de teſt.

Et maximè iſto caſu dictum prædicti Sancti non eſt atten
dendum in fauorem d. Paſquæ; quia dicitur fuiſſe eius concu
bina, & adhuc durat affectio inter eos, iuxta not. per Bal. in l.
ultimis uerbis. C. de teſtib. & per Ange. in l. ſed ſi quis. §. 1. in
fi. ff. ſi quis cautio. & tradit excellens aduocatus. Et ſi quis ue
lit, quòd iſte Sanctus in totum non repellatur, negari non po
teſt, quia propter prædicta plurimum de eius fide diminua-
tur, ut tradit Crot. in tracta. de teſti. char. 9. in 3. colum. quo
poſito ſequitur, ꝙ magis attendi debet dictum iſtius domi-
næ Luciæ, quæ omni caret ſuſpicione. Vel ſaltem, quòd ſo-
lùm dictum prædicti Sancti non ſufficiat ad redarguendam
dominam Luciam de falſo, cum hoc eſſet facere illam crimi-
noſam, ad quod probationes luce meridiana clariores requi-
27 runtur, ut ſupra dictum fuit. † Secundò principaliter ad illã
tertiam obiectionem reſponderi poteſt, quòd allegata in ea
procedere poſſent, quando illud, in quo teſtis dicitur dixiſſe
falſum, reſpiceret ſubſtãtiale negocii, ſup quo examinetur,
non autem ꝙ illud tale eſſet aliquid alienum, & extraneum
a negocio principali, & ſic extrinſecus ueniſſet conſideran-
dus, nec ex eo qualificaretur fides ipſius teſtis. Nam tunc fal-
ſitas ſuper eo, & minus uarietas non uitiaret dictum teſtis in
negocio principali rectè, & concludenter deponentis: quia ex
28 tali falſitate teſtis non dicitur periurus, † cum ſit, quòd iura-
mentum ſimpliciter præſtitum per teſtem non debet referri
ad impertinentia, & extranea, ita ſingulariter declarat Bal. in
d. l. ſi ex falſis. in fi. C. de tranſact. ubi etiam Saly. in fi. & alii ſe
quuntur, maximè Iaſ. & Riminal. & fuit hoc dictum Spec. in
titu. de teſte. §. 1. uer. item quòd aliquid de ſuo addit. tradunt
Inno. & alii Cano. in c. fraternitatis. de hæret. maximè Felyn.
col. fi. & doct. maximè Alex. & Muder. in l. 1. §. ſi quis ſimpli-
citer. ff. de uerb. oblig. & Dec. in conſi. 105. & pro tenui. 3. col.
& in d. conſi. 163. 6. col. tradit etiam Corn. in conſi. 149. uiſis
nonnullis. col. fi. 2. uol. & eſt de intentione Bar. in l. eos. 2. col.
ff. ad l. Cor. de falſ. dum dicit, uarietatem teſtis non circa prin-
cipale non uitiare teſtimonium, prout etiam dixit Alexand.
in conſi. 5. in cauſa inquiſitionis. 3. col. 1. uol. Sed ſic eſt quòd
ea, in quibus iſta teſtis redarguitur de falſo, non reſpiciunt
negocium principale, ſed aliena ab eo, & extranea ſunt, & ex
trinſecus ueniunt conſideranda, ergo ex tali falſitate poſito
quòd ita eſſet, non debet dictum eius ſuper negocio princi-
pali reprobari. Iſtud autem de ſe notiſſimum eſt, nam quòd
Paſqua remanſerit uidua ex illo coadiutore, uel non, nihil p-
tinet ad matrimonium cõtractum, cum ea per dictum magi-
ſtrum Paulum marangonem, ſimiliter etiam ꝙ dictus San-
ctus fuerit præſens tali matrimonio, uel non, nihil ad illud p-
tinet, ſi aliunde, quàm ab eo legitimè tale matrimonio probe
tur, prout uerè, & concludenter probatur per duos teſtes
prædictos. Demum non ob. quarta obiectio: quæ leuiſſima
eſt, & nullius momenti, in primis enim tollitur per ſecun-
dam reſponſionem ſupradictam ad tertiam obiectionem t
quoniã, ꝙ in cena illa fuerint factæ nuptiæ ſatis lautæ, uel ne
non pertinet ad ueritatem matrimonii, qd̃ concludenter pro-
batur, & de quo principaliter agitur, ſed ab eo eſt quid ſepara
tũ, & extrinſecus conſiderandum uenit. Secundò & dico, ꝙ
licet do. Lucia nõ fuerit p̃ſens tali cenæ, & nuptiis, de quib. te
ſtificatur, tñ teſtificatio eius intelligi debet de auditu, & qua
tenus illi relatum fuit, & eo modo põt de illis teſtificari, licet
29 non interuenerit. † Debent. n. dicta teſtium adiuuari, & ſup-
pleri, non aũt calumniari, ſecũdũ Bal. in l. de quib. col. fi. ff. de
legib. & in c. preterea. de teſti. tradit Alex. in conſi. 149 uiſo p-
ceſſu. 2. col. 5. uolu. & in conſil. 201. ſuper 1. dubio. 6. colum.
3. uolu. & Dec. in conſil. 271. uiſo proceſſu. 1. col cum mul-
tis aliis, qui ad hæc allegari poſſent. Et ex his defenditur

toteliter

totaliter depositio istius du. Luciæ. Et ubi quis pertinaciter
uellet, ꝙ per allegata contra eam fides eius esset in aliquo di-
minuta, quòd tamen est omnino falsum, dicendum est, quòd
suppletur ex integerrima fide alterius testis. s. don Hierony-
30 mi de Calianis. † Ipse.n. cũ sit optimæ conditionis, & famę,
& in sacerdotali dignitate constitutus, dicitur maioris fidei,
quã sint alii testes, iuxta nota. per Abb. in c. ad nostrã. de pro-
ba. cum concordan. ut scribit Alex. in consi. 43. ex his, q. pro-
pe fi. 7. uol. eius ergo fides integerrima supplere dicitur defe-
ctum do. Luciæ, si quis esset, ita ut per hos duos testes plena
probatio dicatur fieri, ut per illum tex. uo. Bal. & Ang. in l. si
quis ex argẽtariis. §. 1. ff. de eden. & tradit Cor. in consil. 847.
uiso processu. 4. col. 2. uol. & in consi. 94. uiso processu 3. col.
3. uolum. Sed aduertendum est, quia uidetur per istos testes
non fieri plenam probationem, eo quia uidentur uarii, & sin
gulares in eorum depositione, nam don Hieronymus dicit,
quòd ipse fecit uerba matrimonialia inter Pasquam, & Paulũ
prædictum. At domina Lucia dicit, quòd talia uerba fecit qui
31 dam dominus Righetus notarius, † quilibet. n. eorum in suo
dicto uidetur singularis, & ideo nõ uidetur, ꝙ probet l. iuris-
iurandi. C. de testi. cum si. imò uideor, quòd tanquam uarii
sint repellendi, argum. l. qui falsa. ff. de testi. Veruntamen ad
hoc etiam de facili respondetur, & ex prædictis colligitur re-
sponsio, dico. n. in primis, quòd isti duo testes in eo, de quo
probando agitur, sunt contestes, & concordes, uidelicet, ꝙ
magister Paulus contraxerit matrimonium cum Pasqua, nam
quilibet ipsorum testium deponit de ipsis uerbis matrimo-
nialibus factis de præsenti inter illos, & quòd erãt præsentes
& in eodem loco, ut ex eorum depositione constat, sunt ergo
contestes, & concludenter matrimonium prædictum, de quo
solo probando agitur, probant, & hoc sufficit, uarietas autem
super eo, qui fecerit uerba matrimonialia, non debet deposi-
tionem testium uitiare in eo, in quo sunt concordes, cum illa
respiciat aliud, quàm essentiam matrimonii, & iam supra di-
ctum est nedum uarietatem, sed nec falsitatem in extrinsecis
uitiare testificationem. Et hoc ex eo maximè dicendum est
in casu isto; quia prædicti testes in eo, in quo uarii uidentur,
non se firmat; quia nullus eorum de hoc recordatur, ita ut
pręcisè asserat, quòd dicit, nam ille don Hieronymus dicit, ꝙ
iudicio suo, quod est dicere, si bene recordatur, ipse fecit uer-
ba contractus matrimonii, & sic non omnino illud affirmat.
domina autem Lucia dicit, ꝙ non recolit, quis fuit sermonis
istius matrimonii celebrator, sed credit fuisse dominum Ri-
ghettum notarium, & sic etiam ipsa nõ omnino affirmat, sed
dubitatiuè deponit super eo, & iux. suã recordationẽ, de qua
tamen non confidit, & sic rectè intuẽdo, uterq; eorum uult di
cere, licet ita mihi uideatur, tamen non omnino firmo, sed re
mitto me ad ueritatem, sic igitur sequitur, quòd uarietas ista
alleg. non est certa, ideo non debet ex ea uitiari istorũ testium
32 depositio clara, & certa † certa. n. sunt accipienda, & incerta di
mittenda, iux. c. iuuenis. cum ibi not. de sponsa. maximè atten
to, quòd non respicit substãtialia matrimonii; quia siue unus,
siue alter ea uerba fecerit, uerũ est, ea facta fuisse, & matrimo-
33 niũ contractum. † Et quãdo don Hieronymus præcisè assere-
ret se illa uerba fecisse, ei licet soli in hoc esset credendũ, cũ
deponat de facto proprio, prout singulariter determinat Sal.
in l. si quis decurio. 4. opposit. C. de fals. cum concordantibus
ut per Alex. consil. 167 in causa uertente. col. fi. 7. uol. Reie-
ctis itaque omnibus, quæ contra prædictos testes opponebã-
tur, remanet eorum testificatio iuridica, & omnino attenden
da per prædicta, & sic remanet firma conclusio, quòd prædi-
ctum matrimonium inter Pasquam, & Paulum marangonũ
legitimè dicitur probatum per prædictos duos testes, qui cla
re, & simplicitè de ueritate ipsius deponunt. Imò dico, quòd si
etiã esset unus solus testis de ueritate, in casu isto probaret;
attẽto ꝙ cũ eo cõcurrerẽt depositiones multorũ testiũ de fa-
ma dicti matrimonii, & plures aliæ coniecturæ, seu præsum-
ptiones prædicti matrimonii, ut ex processu constat.
34 † Nam in casu matrimonii non est dicendum, quòd requi
runtur meliores probationes, q̃ in causa criminali, cum in ea
requirantur probationes luce meridiana clariores. l. fin. C. de
proba. et supra dictũ fuit, sed uel pares ꝓbationes sufficiunt,
si uelimus, ꝙ causæ criminali æq pareatur, uel faciliores, negã
do illam æqparationem, prout certè neganda est, ut superius
35 dictum fuit. † sed sic est, ꝙ in causa criminali unus testis de
ueritate, et duo de fama cum aliis cõiecturis, puta cũ aliquo
indicio legitimè probato probant concludenter delictum, ut
per Bal. in l. si quis ex argẽtariis. §. 1. in 4. no. ff. de eden. et per
Aret. in c. ueniens. 7. colum. ff. de testi. ubi etiam tradit Fely.
plura congerens, in 5. colum. uersic. sed limita primò, et per
Cror. in tracta. de testi. char. 9. col. 3. uersicu. 4. conclusio. ergo
multo fortius hoc dicẽdum est in causa matrimonii, et sic in
casu isto, in quo (ut dixi) nedum unus, sed duo testes sunt de
ueritate, et multi de fama, et etiam plures, et diuersæ extant
coniecturæ legitimæ ꝓbatæ, ut cõstat ex ꝓcessu, et eas ꝓseq-
tur clarissimus aduocatus, ita in proposito arguit Areti. in
consi. 13. uiso diligenter. 6. col. et Dec. in consil. 163. in causa
matrimoniali. colum. fina. Hoc tamen ex abundanti dictum
sit, cum per dictos duos testes de per se perfecta probatio ha
beatur. Et propterea breuitati consulendo, non ꝓsequar, nec
instabo super probatione famæ, et plurium coniecturarũ, seu
præsumptionis prædicti matrimonii tanquam super non ne
cessario, sed de his remitto me ad processum, et ad clarissimũ
aduocatum qui diligenter omnia considerat, satis. n. est in ꝓ
posito matrimonium prædictũ per prænominatos duos te-
stes concludenter probari, ut ex prædictis constat. Secundũ
autem, de quo supra, uidelicet, quòd don Hieronymus sciret
prædictum matrimonium etiam satis dicitur probatum, ut
eleganter dedocit insignis aduocatus, et ex plurib. et maximè
ex eo, ꝙ de tali matrimonio in loco, in quo habitabat, cõuer-
sabatur, et uiuebat don Hieronymus erat publica uox, et fa-
36 ma, ꝓut ꝑ multos testes clarè deponitur. † Est. n. in iure com
munis, et uerissima cõclusio, eius, quod publicè scitur, et co
gnoscitur, præsumitur scientia, et cognitio apud eos, q̃ in lo-
co conuersantur, et habitant, ut uoluit gl. in uer. ostẽderis, in
l. si tutor petitus. C. de peric. tu. et ibi illam gl. no. et sequun-
tur Bar. Bal. Ang. & Sal. & alii doct. cõmuniter idẽ not. glo. in
uersi. cognouerint, in §. qui. n. excusare. inst. de excusa. tut. ubi
etiam hoc sequuntur doc. maximè Ang. Aret. est etiam gl. in
uerbo allegans, in c. 1. de postu. l. præla. ubi etiam doc. tradũt.
Facit etiam gl. cum multis concordantibus in ea allegatis
37 in c. quod dicitis 16. dist. † & quòd præsumatur scientia eius,
de quo est publica uox & fama, concludit Bart. in l. quidam
decedens. §. fi. ff. de admi. tut. in l. is potest, mihi. in 5. col. ff. de
acq. hęr. dum quęrit, qualiter scientia probetur, in l. absenti.
1. col. ff. de donat. in l. Celsus. 4. col. ff. de usucap. in l. qui Ro-
mę. §. duo fratres. in 3. q. ff. de uerbo. oblig. & in l. si cui. §. ii s-
dem. ff. de accusa. idem uoluit Bal. in l. unica. in fi. princ. C. de
cadu. tollen. ubi etiam idem dixit Iac. de San. Georgio, Bal. in
l. quicunque. 1. col. C. de ser fugi. & in consi. 434. pręmitten-
dum est. 5. uolum. Ang. in l. & si scisses. C. de admi. tut. Salyc.
in l. ea quidem. colum. 29. & in l. qui de crimine. 3. colum. C.
de accusat. & in l. 1. C. de his qui latron. in fin. hoc etiam tra-
dunt Imo. Alex. & alii in d. l. is potest maximè Iaso. colo. 12.
uer. extra istas fallentias, qui etiam idẽ scribit in l. si per erro
rem. 3. col. ff. de iurisd. om. iud. uersicu. sextò limita dominus
Alex. in consilio 36. uisis his. 2. col. 1. uolu. dom. meus soc. in
consi. 49. capio primum. 7. col. Andr. Barb. in consi. 17. a Ioue
principium. 5. colum. 3. uol. Hippol. de Marsi. in consil. 106.
post redditum consi. 3. colum. & Dec. in consi. 854. casus, de
quo quæritur. post medium. cum concordantibus, de quibus
in locis pędictis, & tradit etiam hoc insignis doct. dom. Io-
ann. Franc. Balb. in repet. d. l. Celsus, de usucap. col. 20. uersic.
septima conclusio &c. ex his ergo concluditur, quòd dictus
dominus Hieronymus sciebat pędictam Pasquam coniũctã
esse matrimonio cum d. magistro Paulo, uel saltẽ quòd scire
pręsumebatur. Et licet aliquando secundũ aliquos ignorã
tia per iuramentũ probetur; tamen illud non pôt procedere
in casu isto ex multis, maximè cum iam ille sit mortuus, &
de sua ignorantia iurare non possit, immo si esset uiuus nõ iu
raret, cum aliàs fassus fuerit se scire pędictum matrimoniũ,
ut in processu constat, & tangit clarissimus aduocatus.

Et

Et prædicta confessio, seu assertio etiam quòd fuisset fa-
cta absenta parte, in proposito sufficeret ad probandam ma-
lam conscientiam dicti domini Hieronymi, cum istud pen-
38 deat ab eius solo animo. † Mala enim fides, & scientia alicu-
ius rei probatur, si constet eum coram aliquibus dixisse se id
scire, secundùm Bar. in d. l. Celsus, de usucap. loco præallega-
to refert, & in pulchro casu sequitur Alex. in consi. 187. in hac
causa. 3. col. 2. uol. ubi etiam ad hoc plures alleg. ut per eum. &
And. Barb. in consi. 52. illud in medium afferam. 7. col. uol. 3.
39 † Stante igitur matrimonio prædicto, cum scientia Domini
Hieronymi, sequitur, quòd liberi nati ex ipsa Pasqua, & domi
no Hieronymo non possunt aliquo modo dici legitimi, cum
inter eos matrimonium fieri non potuerit utroque eorum
sciente impedimentum, & sic existente in mala fide, iuxta no.
in l. qui contra. C. de inces. nup. & in c. ex tenore, qui filii sint
legiti. cum similib. Non omitto, quòd ubi scientia domini
Hieronymi non fuisset probata, posset dici, filios eius, & dictę
Pasquæ non fuisse legitimatos per assertum subsequens ma-
40 trimonium. † nam illud, quod dicitur in l. qui contra. C. de
incest. nupt. & in c. ex tenore. qui filii sint legiti. de ignorãtia
alterius côniugum, ut scilicet propter eam filii sint legitimi di
cendi, uidetur q debeat intelligi respectu filiorum, qui ex ta-
li putatiuo matrimonio nascuntur, postquam cõtractum fue
rit, licet inualidè; nam cum ipsi nascantur in figura matri-
monii, satis conuenit bonam fidem parentum eis prodesse, &
ita propriè loquitur. d. cap. ex tenore. ubi hoc clarè uidetur
probari, dum dicitur, & dum ipsa côiux legitima putaretur,
filium ea eadem suscepit &c. non autem uidetur, quòd proce
dere possit, quãdo filii per prius erant nati ex coitu damnato,
prout in casu nostro ex adulterio: nam cum ipsi iam ex adul-
terio nati fuerint, & sic extra figuram matrimonii, & tempo-
re, quo de matrimonio nõ cogitabatur, nec etiam aliquo mo
do contrahi poterat, non uidetur rationi consonum, quòd ex
asserto postea subsecuto matrimonio (nullo iure ualido) legi-
timentur, etiam posito quòd do. Hieronymus ignorasset im-
41 pedimentum: † nam legitimatio, quæ fit per subsequens ma
trimonium, procedit per fictionem translatiuam; quia scili-
cet matrimonium, quod sequitur, retrotrahitur ad tempus
cõceptionis filiorũ, & sic per talem fictionem illi uidētur na
ti ex legitimo matrimonio, ita tradunt Albe. Bal. Ang. & alii
in l. Paulus, aliàs incipit, eum qui. ff. de stat. homi. & tradunt
42 Cano. in c. tanta, extra qui filii sint legit. † ista autem fictio re
quirit duo extrema, & sic duo tempora habilia, uidelicet ex-
tremum a quo habile essentialiter, & uerè, & extremũ, ad qđ
habile potentialiter, prout declarat Bart. & omnes sequuntur
in l. si is qui pro emptore. mihi col. 22. ff. de usucap. sed in ca-
su isto nullum extremum esset habile, ergo &c. Extremum
enim a quo, uidelicet tempus, quo assertum matrimoniũ di-
citur contractum, non potest dici habile essentialiter, & uerè;
quia matrimonium tale fuit omnino inualidum propter im-
pedimentum, de quo supra, & extremum, ad quod etiam non
potest dici habile potentialiter; quia scilicet tempore, quo di
cti filii fuerunt concepti, tale matrimonium inter dominum
Hieronymum, & Pasquam contrahi nõ poterat; cum illa iam
43 esset alii nupta, † pro regula enim dicitur, & omnes consen-
tiunt, quòd per subsequens matrimonium non fit legitima-
tio iam natorum, quando parentes tempore conceptionis
matrimonio non poterant coniungi, ut est tex. in §. fi. institu.
de nup. & in l. cum quis. in prin. C. de natu. lib. & probatur ēt
in d. c. tanta, & hoc propter inhabilitatem extremi ad quod
ut declarat Cur. post multos ab eo relatos in consil. 73. super
memorata. col. 27. & Card. Alex. in d. c. tanta. in pluribus lo-
cis, maximè in 7. q. meritò ergo non uidetur, quòd ista fictio
translatiua possit in caso isto adaptari, & per consequens ui-
detur, quòd per istum modum isti filii Pasquæ non possent
44 dici legitimati; cum essent spurii, & † aliàs dicitur per ra-
tionem prædictam, quòd spurii per subsequens matrimo-
nium non possunt legitimari, prout post Ricard. Malumbr.
Guil. & Cy. dixit Bald. in d. l. Paulus. de stat. homin. ubi etiam
alii sequuntur, & tradit Bald. in l. ex libera. C. de suis, & legi.
& est uerissimum dictum, pro quo uidetur casus in d. c. tanta.
ibi, spurius erit filius, & ab hæreditate repellendus &c. & ibi
tradit Alexand. in 3. not. dicens, quòd natus ex coitu adulte-
to non legitimatur per sequens matrimonium.
45 † Et licet glo. 2. ibi hoc uideatur uelle, quòd ignorantia al-
terius sufficit, etiam tempore conceptionis, & doctor. uideã-
tur glo. illam sequi, tamen forte de iure opi. gl non procedit
per prædicta, uel saltem debet intelligi; quando ex post ma-
trimonium de iure tenuit, prout glo. loquitur relata ad illũ
tex. non autem quando, nec ab initio contrahi potuit, nec
ex post contractum ualuit, prout est casus noster. Tunc enim
duo adsunt impedimenta, quæ sine dubio magis obesse de-
bent, quàm unum solum, ut in casu gl. super hoc tamen nõ
curo insistere, neque de ueritate eius ultra quærere, quia in
proposito non est necessarium, tum quia (ut est dictum, scien
tia domi. Hieronymi dicitur satis probata, tum etiã p ea quę
46 infra dicam. † Posset etiam dici in proposito, & probabi-
biliter, quòd ignorãtia domini Hieronymi, posito quòd affuis
set, non potest operari legitimationem filiorum prædictorũ,
quia scilicet matrimonium assertum inter eum, & Pasquam
non fuit publicè & in facie ecclesiæ contractum, sed potius
clandestinè, & ideo filii non debent dici legitimi, ut d. c. ex te
nore, & ibi tradunt doc. & est text. in capitu. fin. de clande. de-
47 spons. Et quòd ita fuerit, probatur, † nam matrimonium
dicitur contrahi in facie ecclesiæ, secundùm unam opinionē
quando seruantur banna, & solennitates, de quibus in d. c. fi.
prout ibi uoluit glo. & ita etiam tenent Host. & Inno. in d. c.
ex tenore. prout ibi refert Abb. & idem etiam tenet ibi Ioan.
And. dicens, quòd hoc est uerius, & ita etiam tenet Anto. Ro-
sel. in trac. de legitim. car. 8. 3. colum. cum princip. 4. & hanc
opin. ut meliorem uidetur sequi Alexand. in d. c. fi. & in cap.
48 quòd nobis. 3. col. qui filii sint legitimi. † Vel secundùm
aliam opinionem, quando fit publicè coram consanguineis,
& amicis, nullo seriosè excluso, prout hanc opin. refert Abb.
in d. c. ex tenore, & Anto. Rosel. & Alexand. in locis præalle-
gatis, & uidetur eam sequi Abba. in d. c. fi. dicens, quòd in fa-
cie ecclesiæ dicitur contrahere, qui contrahit coram multitu
dine, secundùm patrię consuetudinem. Modò dico, quòd nul
lum istorum in casu isto interuenit, ergo matrimonium uide
tur clandestinè contractum. Et si domi. Hieronymus igno
rabat impedimentum, uidetur ignorantiam illam affectasse,
& ideo non debet filiis prodesse, ut in d. c. fi. & Alexan. in 12
49 not. † Immo ex clandestinitate arguitur dolus contrahen
tium, & præsumitur scientia impedimenti, ut declarat Bal. in
consil. 441. uisis statutis. col. fin. 5. uolu. Et quod in casu isto
assertum matrimonium non fuerit contractum in facie eccle
siæ, quamcunque opinionem teneas, ex prædictis probetur,
nam de prima opinione non est dubium eam nõ fuisse serua
tam, quia nulla banna in ecclesia facta fuerunt. Secunda au
tem opinio similiter non fuit seruata, quia nullus consangui-
neus interuenit, immo seriosè filius, & alii eius coniunctis ex
clusis seu non uocatis, fuit tale matrimonium contractum in
domo uilis hominis, & coram paucis hominibus similis con
ditionis, solùm per testibus adhibitis, & secretè, nec fuit ser-
uata consuetudo patriæ, secundum quã homo nobilis, prout
erat do. Hieronymus, solet coram magno numero nobilium
contrahere, & ideo uidetur optima ratione concludendũ, ma
trimonium fuisse clandestinum, si enim publicè iuxta patriæ
consuetudinem fuisset, cõtractũ, certè fuisset ab aliquo oppo
sitũ impedimentum alterius matrimonii dictæ Pasquę, cũ de
eo esset publica uox, & fama. Et istud fundamentum (ni fal
lor) est concludentissimũ, qđ tamē sit dictum ex abundãti, &
super eo ultra non instabo tanq̃ super non necessario. Sed ex
prędictis concludo ex hoc principali, & clarissimo fundamē-
to, uidelicet quia do. Pasqua erat coniuncta matrimonio prę
dicto Paulo, filios eius non posse dici legitimatos per assertũ,
subsequens matrimonium inter eã, & dominũ prefatum Hie-
ronymum, & consequenter illos do. Hieronymo eorum pa-
tri succedere non posse. Et stante isto fundamento, cũ con-
cludentissimum sit, & per se solum sufficiat ad uictoriam, nõ
esset ulterius laborandum. Ex abundanti tamen ponam, & a-
liud fundamentum. Secundum igitur principale fundamē-

tum est: quia dictum assertum matrimonium fuit nullũ ex ꝑ
sona do. Hieronymi: quia. s. ipse per sedem Apostolicam pro-
hibitus fuerat matrimonium contrahere post mortẽ Lauræ
eius tertiæ uxoris, cum qua incestas nuptias cõtraxerat, prout
hoc expressè patet in dispẽsatione super talibus incestis nu
ptiis facta, dum in ea dicitur, ita tamen ꝙ eorum alter super-
uiuens perpetuò remaneat absq; spe coniugii &c. nec uide-
50 tur dubitandum de potestate Papæ circa hoc: † q͛a cũ simus
circa spiritualia, in quibus Papa dicitur supra oẽs, & s̃ ius,
& oĩa põt, ut inq̃t Egid. Bellame. in cõsil. 40. factũ est tale, an
no a natiuitate Domini &c. 6. col. in princ. & probatur in c.
proposuit. & ibi tradunt doc. cum multis sim. de concel. præ
ben. Papa potest regulariter quodcunq; uoluerit ordinare (&
prohibendo, & permittendo matrimonia (secũdùm ꝙ ei ui-
sum fuerit iustas causas expostulare modò non peccet, uel fa
ciat contra fidem, ut plenè declarat Pet. de Ancha. in consil.
373. reuocatur in dubium, per totum, & in consil. 409. nisi.
2. col. & idem dicit Alexand. in d. c. qui nobis. 3. col. quòd de
matrimonio disponere spectat solùm ad Romanum Pontifi
cem, cum igitur prohibuerit prædictum dom. Hieronymum
post mortem tertiæ uxoris contrahere matrimonium, debet
talis prohibitio omnino seruari, & quicquid in contrarium
actum est, debet dici nullum tanquam factum contra prohi
51 bitionem Dei: quia quicquid agit Papa, agit tanquam Deus,
cum eius potestas ex Deo sit. c. nouit. & ibi per Dec. de iud. &
in c. inter corporalia. de translat. episco. cum sim. & declarat
Card. Alexand. in c. per uenerabilem. §. 1. col. 121. qui filii sint
legit. facit. c. ut constitueretur. 50. dist. ibi, aliꝗn contra cla
52 ues &c. † uult enim ibi lex, quòd cõtra potestatem clauium,
quin Papa omnia possit, disputandum non est: non enim his
quæ a Papa fiunt, uel ordinantur, resistendũ est, aut cõtradi-
cẽdũ, sed omnino acquiescẽdum, & seruari debent. c. si Papa.
40. distin. c. aliorum. & c. cuncta per mundum. 9. q. 3. cum si-
mil. & tradit Specul. in tit. de leg. § nunc ostendendum. uersi.
89 & Pet. de Anchara. in d. consil. 373. colum. 2. & procedit
hoc, etiam si quid graue, & quasi intolerabile iusserit, aut
ordinauerit, iuxta. c. in memoriam. 19. distin. & c. contra mo
rem. 100. distinctione. Facit ad propositum. l. non dubium. C.
53 de leg. & c. quæ contra ius. de reg. iu. lib. 6. † nam si quod fit
lege prohibentem dicitur nullũ, ut ibi, fortius quòd fit Deo,
seu eius uicario prohibente, debet dici nullum, cum ipse (præ
sertim in spiritualibus) dicatur lex animata in terris, dicitur
enim posse omnia, ꝙ supra omnia, ut per Bal. in l. Barbarius.
2. lect. in fi. ff. de offi. prætor. & per Barba. in c. nouit. 19. colu.
de iudic. & potest per omnia facere, quicquid placet, ut per
dominum Marian. Soc. auum meum in consilio. 13. præsens
consultatio. 5. col. ubi plura congerit de auctoritate Papæ.

Et cum Papa fecerit hanc prohibitionem ex certa scientia,
non debet in dubium reuocari, sed ad unguẽ seruari, ut in si-
mili scribit Dec. in consi. 463. in causa quæ nomine. 3. colu.
54 † Facit etiam, quia Papa certis personis, maximè ex causa
potest prohibere matrimoniũ, ut scribit Alex. in consi. 1. cir-
ca primum dubium. 3. col. in princip. 2. uol. & intelligi debet
quòd possit prohibere cum effectu, id est, ut si contrahatur,
sit nullum, secundùm tamen ea quæ infra dicam. Stante itaq;
ualida prohibitione ista per sedem Apostolicã facta, de quo
non est dubitandum per prędicta, & etiam quia talis prohibi
tio fuit facta sic iure communi dictante, iuxta. c. transmissę. in
fi. de eo qui cogn. consan. uxo. suæ. Immo a iure communi di-
ceretur facta prohibitio per illum text. etiam quòd Papa ex-
presse illam non fecisset. Dico, quod assertum matrimonium
cum d. Pasqua contractum per dictum do. Hieronymum, ut
supra prohibitum, dicitur fuisse ipso iure nullũ, & ita per iu-
dicem declarari debet, per regulam. d. l. non dubium. & d. c.
quæ contra ius. & per supra dicta, & etiam per ea quæ statim
dicam. solùm ergo difficultas uidetur consistere in his, ꝗ
supra in contrarium allegata fuerunt, quæ propter pro eorũ
resolutione, & pro ipsa ueritate apertius demonstranda ple-
nius materiam attingendo aduertendum est.

55 † Nam aliquando aliquid prohibetur a lege. uel principe, uel
aliàs a legis ministro, quod ualiditatem, & effectum non sor-
titur a iure, & tunc talis prohibitio nõ operatur actus sequu-
ti nullitatem, licet fiat lege prohibente, ut clarè constat in ho
micidio, in adulterio, & aliis criminibus, licet. n. prohibean-
tur fieri, si tamen fiant, etiam quòd cõtra legem fiant, sunt ta
men homicidia, adulteria, & similia, & suum producunt effe
ctum; quia scilicet eorum ualiditatem, & effectum non sor-
tiuntur a iure, sed a se ipsis potius, hoc est dicere, quòd ius
talia inducit, non approbat, neque eis tanquam actibus iuri-
dicis præbet aliquem iuris effectum. Aliquando uero pro
hibetur aliquid, quod a iure effectum sortiri debet, tanquã
quòd aliàs iure permittente fieri soleat, ut emptio, & uendi-
tio, donatio, & similia, inter quæ est etiam matrimonium,
& tũc aut causa prohibitionis dicitur temporalis, & non im-
peditur, quin actus factus etiam lege prohibente ualeat, licet
enim fieri non debuisset propter legis prohibitionem; tamen
si fiat ualet, quia causa prohibendi non erat perpetua sed
56 temporalis. † diceremus enim tunc, ꝙ procederet regula illa
qua dicitur, quòd multa impediuntur fieri, quæ tamen iã fa-
cta tenent. l. patre furioso. & ibi glo. cum concordan. in ea al-
legat. ff. de his, quæ sunt sui, uel alien. iur. & est tex. in c. ad a-
postolicam. de regula. Est bene uerum, quòd potest aliquan-
do eo casu dici, ꝙ quatenus causa prohibitionis durat, su-
spen ditur effectus. † Aut causa prohibitionis dicitur per
57 petua, & tunc actus, qui geritur contra prohibitionem legis,
uel sedis Apostolicæ dicitur esse omnino inualidus propter
perpetuum impedimentum, uel perpetuam causam prohibi-
tionis a prohibente consideratam, & in materia matrimonii
erit exemplum in c. contradicimus. in princ. 35. q. 3. dum di-
citur, quòd separari debent, qui sunt coniuncti contra pro-
hibitionem legis, hanc pulchram, & elegantem doc. post do.
Vgo. tradit Archid. in c. uides. 10. distin. & fuit ex intentione
glo. ibi & gl. Vinc. Tancr. & Goffre. in c. tua. in gl. fin. de spon-
sa duorum, prout Archid. in d. c. uides. & hanc doc. in effectu
sequuntur Abb. & alii in d. c. tua. maximè Alexand.

58 † Et propterea egregiè concludit Abb. & alii sequuntur in
cap. 1. de matrimonio contrac. contra interdic. ecclesię in ulti-
mo notab. quòd matrimonium contractum contra interdi-
ctum iudicis dicitur nullum, ꝙ debet dirimi, si causa, propter
quam fuit factum interdictum, erat perpetua, & alle. nota. in
d. c. tua. & ita limitat, d. c. 1. & (ut ibi in 1. no. declarat Alex. &
etiam in capitu. fin. eod. titu. in primo notab.) illud non sic
simpliciter propter talem interdictionem, sed propter impe-
dimentum perpetuum, quòd fuit causa interdictionis, hanc
doctr. sensit etiam Abba. in capitu. ad apostolicam. col. fin. de
regu. in uersi. ideo soluo contrarium, & eam etiam uoluit gl.
in uersiculo inhibentes, in fin. & ibi Imol. & alii sequuntur
in clementi. prima, de iure patronat. & iuxta hanc doctri in
hoc ultimo membro procedit regula, dicti capitu. quæ con-
59 tra ius, & d. l. non dubium, † & in terminis in prohibitione
matrimonii facta per sedem Apostolicam quòd impediat cõ
trahendum, & etiam dirimat iam contractum contra talem
prohibitionem, quando illa habebat causam perpetuam reie
ctis aliis opin. concludit Abb. in capitu. ad dissoluendum, in
fin. de sponsalib. impube. refert, & sequitur Fely. in c. ex par-
te, 6. col. uersi. quartus casus, de constit. & exemplificat, si Pa-
pa prohibeat alicui matrimonium ad euitandum peccatum:
erit. n. tunc matrimonium nullum, si contrahatur contra in-
terdictum Papæ. hoc idem sequitur Alex. in d. c. ad dissoluen
dum. in fi. Et secundum prædictos in his terminis debet in-
telligi opi. Host. & aliorum, qui simpliciter uolebant matri-
monium cõtractum contra ꝓhibitionẽ Papę esse ipso iure
nullũ: procedit. n. talis opi. q̃n cã prohibitionis erat perpetua.
Mõ his stantib dico, ꝙ in proposito nostro ca, ꝑꝑ quã a sede
Apostolica ꝑdictus do. Hier. fuit prohibitus contrahere quar
tum matrimoniũ, dicitur esse perpetua, ergo matrimoniũ ꝑ
eum cõtractum cũ d. Pasqua spreta tali prohibitione dẽt di-
ci nullum, & si uiuerẽt ambo essent omnino separãdi per ꝓ-
60 dicta. Et ꝙ causa esset perpetua, ostenditur. † Nã propter cõ
missum incestũ dominus Hieronymus & domina Laura eius
tertia uxor erant effecti indigni matrimoniali coniunctio
ne, iuxta c. qui dormierit. 27. q. 2. & c. quędam. cum plu-

cibus

ribus seq.32.q.7.& in c in lectum.cum quatuor seq.34.q.2.
& c.j.& 2.cum multis si.de eo qui cogno.consa.uxo.su. Et
hanc indignitatẽ,& incestum,unde illa oritur,considerans
sedes Apostolica eius cã pdictam probõnem fecit; quæ cã
sine dubio dicitur perpetua;quia perpetuò erit uetum, ta
lem incestum fuisse commissum, & perpetuitatem prædi-
ctæ cãæ probant quasi oĩa iura præalle. dum in eis dicitur,
vsq; ad mortem &c.uel quandiu uixerint &c.uel nunquam
coniugio copulentur,uel nullo unquam tempore,&c.uel p
petuò,uel in æternum coniugio priuentur,uel similia uer-
61 ba,ut ex ipsorum iurium lectura clarebunt.†Probatur ẽt
hoc:quia illa dicitur perpetua cã,quæ non dicitur restricta
ad certum tp̃s,ut declarat Abb.in d.c.tua.de spon.duo.sed
cã ista ad tp̃s aliquod non restringitur,ut in iuribus prędi
ctis,ergo &c.Et ꝙ crimen incestus,& sic ea in casu isto con
siderata sit causa perpetua,& perpetuum impedimentum
matrimonium impediens,& ẽt dirimens, magistraliter de
clarat Alex.in d.c.tua.2.co.uer.sed operæprecium est. ĩ qu
eo impedimento,& de hoc non uidetur in proposito dubi
tandum; quia ultra prædicta ex uerbis ipsius prohibitio-
nis,de qua agitur,constat de perpetuitate cãæ,cum expres
sè in ea dicatur, perpetuò remaneant absque spe cõiugii,
prout ẽt similia uerba ponuntur in c.transmissæ.in fi.de eo
qui cog.consan.uxo.suæ.Nec dicatur, non uideri cãm per-
petuã,attento ꝙ super eo põt dispensari iuxta no.ĩ c. si qs
cum duobus.33.q.2.Quoniam hoc potius arguit contrariũ
quasi dicamus, potest dispensari, ergo sine dispensatio-
62 ne non ualebit,sicut uidemus circa gradus ꝓhibitos. †Nã
in certis gradibus potest Papa dispensare,iuxta gl.35.q. 8
in summa,& tñ sine dubio cã ꝓhibitionis est perpetua, &
contractum sine dispensatione non ualet;ut d.c.contradi-
cimus.35.q.Sic igitur concludendum ur̃ ex pdictis, ꝙ asser
tum matrimonium contractum cum do.Pasqua, per pręfa
tum d.Hieronymum fuerit ipso iure nullum pp expressam
prohibõnem ipsi do. Hieronymo factam a sede Apostoli-
ca.& per consequens ꝙ filii ex prædictis per prius nati per
illud non fuerunt legitimati.Et pp̃ea sequitur ꝙ patri eo-
63 rum succedere non potuerunt.†Non ob.modò allegata ĩ
contrarium:quia respondetur, & ad primum dum diceba
tur, ꝙ Papa non potest impedire libertatem matrimonii.
Respondetur,ꝙ illud posset procedere,si Papa oĩbus prohi
beret matrimoniũ,uel aliquo mõ generaliter disponendo
libera matrimonia aliàs de iure permissa nõ permittere,
uel ẽt sine iusta cã matrimonia ꝓhiberet, sed ex iusta cau
sa Papa põt matrimonia ꝓhibere. prout uidemus sedẽ A-
postolicã fecisse usq; ad quartũ gradum inclusiuè, ut extra
64 de cõsang.& aff.per tot.†& in matrimoniis tanta est sedis
Apostolicæ auctoritas,ꝙ rã possunt induci ĩpedimẽta. Ex
q̃bus ẽt contracta matrimonia dirimãtur, ut plenè decla.
65 Pe.de Ancha. in d.consi.409.2.co.†nec dr̃ eos coniunxisse
Deus qui se coniunxerunt contra ꝓhibitionẽ sedis Aposto
licæ,& iõ in eis nõ procedit illud dictũ, quos Deus coniun
xit,homo non separet, de quo in c.Lbrõ.in fi.14.q.2.& in c.
inter corporalia.de trãsla.epi cum si.& legitur Matt.c. 19.
& Mar.x.Nec ob.ꝙ ista prohibitio,uel conformis prohibi
tioni iuris cõis non dẽt ĩpedire ualiditatẽ consecuti matri
monii,iux.d.c.transmissæ.in prin.prout in contrarium alle
gabatur,in quo(ut uerum fatear)stat oĩs difficultas,uidet̃.
n.per hoc confundi doctr.& dispõ Arch.& aliorum,de qua
s̃.in in ulti.mẽbro, quatenus de matrimonio in ea fit men
tio ad propositum nostrum.Qm̃ ad istud respondetur pri-
mo negando, ꝙ incestuosus per se sĩpliciter possit ualidũ
matrimoniũ contrahere ex parte sua per oĩa iura s̃.allega-
ta,quibus apertissimè incestuosis inhibetur matrimonium
66 perpetuò.†Est bñ uerum,ꝙ ex cã(maximè rõne intuẽtis)
potest dispensari,ut supra dicebã,& est tex.in ca.2.de eo,q
cog.consan uxo.suæ,& ibi,& etiã in c.j.e.ti.tradunt doc. ꝙ
ta ĩ dispensatione sibi pstita,ex ea põt matrimoniũ con-
trahere,ut d.c.2.quoniã tex.si rectè ponderetur, multũ cla
rè uult,ꝙ sine tali dispensatione matrimoniũ non contra-
hatur ualidè,alioquin frustra de dispensatione ageretur,si
absq; ea matrimonium ualidè contrahi posset. Et ultra ẽt
si illud permitteretur,uana prorsus redderentur iura, de
quibus supra,quibus expressè, & perpetuò prohibent̃ ma
67 trimonia incestuosis.†Non ob.d.c.transmissæ, quod solum
uidetur probare contrarium,& per quem tex.solum doct.
passim uidentur contrarium tenere.Quoniam ille tex. po-
test euitari altero de duobus modis.Primò,ꝙ ibi non dici-
tur,ꝙ ex parte & fauore incestuosi matrimonium teneret,
sed fauore uxoris per eum susceptæ,quam ꝓpter eius igno
rantiam non conuenit suo iure priuari,& propterea ibi di
citur,ꝙ illi debent omnia necessaria subministrari, & etiã
reddi debitum si petat,licet cum dolore cordis id facere,
debeat incestuosus, sed ipse debitum exigere nullo modo
potest, nec ab illa debet in talibus pro marito haberi ad
68 commodum ipsius incestuosi.†& ideo doc.ibi maximè Ho.
stien.Ioan.An.Henri.Boic,& Alex.dicunt,ꝙ ille incestuo-
sus non habet illam sponsam,uel uxorem,sed bene illa ha-
bet illum.Vel secundò & melius dicendum est,dum dicit,
ꝙ ille incestuosus accepit uxorem,quod intelligi debet eo
modo,quo de iure poterat,uidelicet cum dispensatione su
perioris,iux.c.2.eo.tit.Et licet de dispensatione ibi nõ fiat
69 mentio:tamen non mirum: †quia semper præsupponũtur
termini habiles,arg.l.qui testamento.in prin.ff.de testa.&
in c.j.in fi.de æta.& quali.& dixit in l cum filio.in 2.col.se-
cundæ partis.ff.de leg.1.Nec fuit opus de dispensatione fa
cere mentionem,quia quæstio,quæ ibi fit,non respiciebat
eã.Dico ergo,quòd post contractum matrimonium (iure l
ligo scilicet legitimè,prout de iure poterat,& sic per dispẽ
sationem(iterum ille incestuosus rediit ad illam priuignã,
& sic iterum commisit incestum,& ab illo nouo ĩcestu om
nis fuit dubitatio,quid scilicet agẽdum esset,super qua du
bitatione summus Pontifex consultus respondit, ut in illo
tex. & concludit tria, uidelicet legitimum matrimonium
non dissoluendum secundò,ꝙ incestuosus priuatur faculta
te exigendi debitum. tertiò, ꝙ si uxori superuiuat ince-
stuosus perpetuò permanent sine spe coniugii, & ista uide
tur considerare ibi Ab.dũ ex illo tex.no. ꝙ incestus nõ dis
soluit matrimonium post contractũ, licet priuet facultate
exigendi debitũ,& (ni fallor) iste est uerissimus intellectus
ad illum tex.licet doc.non aduerterint, per quẽ oĩa de pla
no procedunt,& secundũ quẽ ibi non probat̃ matrimoniũ
per incestuosum per se,& simpliciter posse cõtrahi,sed so-
lùm dicitur,ꝙ fuit contractũ,& legitimè,unde debet intel
ligi secũdùm ꝙ alia iura uolũt,& sic p dispensationẽ,& ita
remanet firma regula in multis iurib.posita,ꝙ incestuosus
priuatur facultate cõtrahẽdi,& ꝑpetuò,& si cõtrahat,inua
70 lidè cõtrahit p pdicta.†Sed principaliter ad argumẽtũ re-
spõdetur,ꝙ illud posset forte procedere respectu simplicis
prohibitionis ex iure cõi emanantis:ut.s.ubi aliud nõ inter
uenerit,incestuosus ex eo solũ,ꝙ incestum cõmiserit,nõ im
pediatur contrahere matrimonium,ita ut cõtractũ nõ ua-
leat,licet melius faceret nõ cõtrahere, & ĩ his terminis pos
set intelligi.d.c.trãsmissę.in prin.si quis pertinaciter uellet
ꝙ ibi matrimoniũ tenuerit sine dispẽsatione.Verũ si de in
cestu cognitũ fuerit,& iudicatũ cũ impositionẽ pęnæ, & ul
tra prohibitionẽ iuris cõis fuerit particulariter p sedẽ Apo
stolicã inhibitũ matrimoniũ. tũc si de facto cõtrahat̃, non
ualebit,& ita ꝓcedet, ꝙ s̃ dictũ fuit de prohibitione sedis
Apostolicę ex cã ꝑpetua,ut.s.tũc matrimoniũ cõtractũ sit
ipso iure nullũ,iux.doc.Ab.in d.c.ad dissoluẽdũ. cũ cõcor. s̃.
alle.& hoc mõ intelligatur.d.c.trãsmissæ.in fi. & ita ꝓpriè ẽ
in casu nostro.nã de incestu fuit cognitũ ĩposita pnia,& spe
cialiter postea prohibitũ matrimoniũ superuiuẽti:ut patet
in dispẽsatione desu p facta Sic igitur cõcludẽdũ est,ꝙ as-
sertum matrimoniũ ex post per do.Hieronymũ contractũ
71 ipso iure fuerit nullũ†Et ista opi. probatur : quia aliàs illa
ꝓhibitio sic specialiter p sedẽ Apostolicã factã nihil ope-
raretur.& uana fuisset,ꝙ non est dicendũ.arg.l.si quãdo,in
prin.ff.de leg.j.& c.si Papa.de priui.li.6.& eius,qd̃ dixit Bal.
in rub.C.de cõtrahen.emp.in 9.q. dũ dicit,ꝙ oĩs clausula;
immo omne uerbũ dbet sic intelligi, ut aliquid operetur.

72 Præterea pro ista opi. optimè facit: † quia quando cum ꝓhibitione legis de nõ alienãdo cõcurrit expressa prohibitio hominis operatur: ut facta alienatio iã ꝓhibita nnn ualeat, ẽt in casibns, quibus ualeret, si sola adesset prohibitio legis, ut ꝓbatnr in §. sau&issimas. in auc. de alienat. & emphyteusi. co. 9. & ita per illũ tex, dicunt. Cũ. Imo. Alex. Ias. & Caro. Rui. in l. filiusfamilias. §. diui, in secunda oppositione Bar. ff. de leg. j. dic: ntis ita esse de intentione Bar. ibi. Sic ergo erit dicendum in casu isto; ut. s. prohibitio hominis idest summi Pontificis concurrens cũ prohibitione. l. operetur, ꝙ matrimonium aduersus eam contractum sit nullũ, esto ꝙ non sic esset, si sola adesset legis prohibitio. Et hæc dicta sint, si quis uellet, ꝙ incestnosus matrimonium ualidè contrahat, non obstante prohibitione. Ego tamen contrarium arbitror, ut š. dixi, & adductnm c. transmissæ, placet respõsio supra secundo loco tradita. Hæc sufficiant quo ad id, ꝙ primo loco in contrarium dicebatur contra istud secundũ
73 principale fundamentum. † Non obst. modò ꝙ secundo loco dicebatur, uidelicet ꝙ saltẽ propter ignorantiam. d. Pasquæ prædicta prohibitio non debet impedire, quin filii ꝑdictorum do. Hieronymi, & Pasquæ dicantur legitimi, iuxta. c. ex tenore, qui fil. sint legi. Qnoniam ad istud responderi potest, primò negando, ꝙ. d do. Pasqua illam prohibitionem ignorauerit; quia cum de tali prohibitione in loco esset publica nox, & fama: ut mihi narratur, sequitur, ꝙ etiã do. Pasqua illam sciuerit saltem præsumptiuè, per ea q̃ dicta fuerunt supra circa primnm principale fundamentum. Super boc tamen non facio magnam uim; quia cum in facto consistat, deberet probari, & in processu non reperio hoc probatũ. Quare secundò responderi potest, ꝙ allegata in contrariũ, & sic ea quæ habentur in d. c. ex tenore, procednnt respectu filiorum, qui post contractum putatiuũ matrimonium nascuntur in figura matrimonii, nõ autẽ respectu eorum, qni iam sunt nati ex improbato coitu extra figurã matrimonii, sed ea q̃ dixi supra circa primũ principale fundamentũ in uer. non omitto, quòd ubi &c. Vel etiam tertiò responderi põt. ꝙ clandestinitas matrimonii cõtracti inter do. Hiero. & Pasquam tollit legitimationẽ filiorũ causatã ex ignorantia alterins coniugũ, secnndũ ꝙ dixi supra circa primũ fundamentnm in fi. in ner. posset etiã dici

Præterea quartò respondetur & clarissimè, nam esto, ꝙ do. Pasqna prædictam prohibitionẽ ignoranerit, non tamẽ in casu nostro filii possunt dici legitimati, nec potest habe
74 re locũ. d. c. ex tenore. † nã decisio i lius c. fundatur in bona fide alterius ex coniugibus, qui ignorans impedimentum matrimonii credidit d iure matrimoniũ ualere, ut ibi doc. decla. sed ubi mala fides utriusq; coniugum adesset; quia. s. quilibet sciebat matrimoniũ non nalere, absq; dubio non debet habere locũ ille tex. ꝑ locum a cessante rõne, iux. l. a digere. §. quamuis. ff. de iure patron. c. cum cessante. de appel. & no. in §. illis. insti. de mili. test. hoc in terminis uř probari in c. referẽte. qui fil. sint le. unde in casu isto do. Pasqua non erat in bona fide prædicti matrimonii, sed in mala, q̃a sciebat illud non ualere; cnm sciret se habere alium uirũ, ergo seqnitur, quòd licet ignoraret prohibitionem prædictam, non tamen filii eius possunt dici legitimati; quia satis est eum nouissime matrimonium, de iure non ualere, licet ex alia cã, quã esset. d. ꝓbibitio, uerum est. n. illa non ignorasse inualiditatẽ ꝑdicti matri. ꝙ sufficit ad impediendã legitimationem filiorum ex parte sua per iura prædicta. Et ex his iuscro ad confirmationẽ primi fundamenti š. principal. alle. q̃a daro millies ꝙ do. Hiero. ignorasset Pasquã habere alium uirum, ꝙ tñ est salsum, ut š. fuit dictum nihilominus non poterat dici in bona fide, cum ex alio sciret matrimonium non ualere propter ꝓhibõnem sedis Apostolicæ, adeo ꝙ filij prædicti, nec ꝑ patris ignorantiã possunt dici legitimi. Concluditur itaque ex omnibus ꝑdictis assertum matrimoninm de iure non tenuisse tã ex primo, q̃ ẽt ex secnndo fundamento. Et ideo per illnd filios ex illis prius natos legitimos non fuisse. Et hoc saltem per ntrũque fundamentum simul iunctum; nam ꝑ primum sine dubio probatur mala fides do. Pasquę, per secundum uerosimiliter absque dubio probatur mala fides do. Hierony. secundum quòd supra dictum fuit. Et hoc ex abundanti sit dictum cnm sit, ꝙ qnodlibet ex ꝑdictis fundamentis per se maximè primum sufficeret secundùm, quòd supra demonstratum fuit. Laus Deo.

C A S V S.

Magnifica do. Clara Dolphina nobilis Veneta nidẽs maritum suum Mag. D. Io. mariam pasqualigum continue tenere amasiam quandam nomine Isabellam, & adulterium committere, siue fornicationem cum illa. De domo eius recessit, & coram iudice aduersus maritum egit ad separationem thori, & consecutiuè, nt sibi dos sua restituatur. Factus fuit processus, & multi testes examinati sunt ad probãdam intentionem prędictę actricis, qnorum testiuni depositiones transmittuntur. Quibus sic stantibus quęritur, nunquid debeat pronuntiari iuxta petitionem prędictę. d. Clarę, an uerò econtra debeat illa marito sno restitui.

S V M M AE.

De separatione thori, utrum possit peti ꝑ adulterium nel fornicationẽ mariti. Et de ꝓbatione fornicationis quomodo fiat, & plura de materia testium, maximè an repellãtur: quia illo anno non sumpserunt eucharistiam, &c.

1 *Vxor ob mariti adulterium potest thori separationem, & dotis restitutionem petere.*

2 *Maritus debet uxorem adulteram dimittere.*

3 *Vxor criminaliter uirum adulterum accusare non potest.*

4 *Thori separatio ob adulteriũ permittitur, sicut de iure ciuili permittebatur matrimonij dissolutio.*

5 *Adulterium cum coniugata propriè committi dicitur.*

6 *Adulterium per coniugatum committitur cum muliere soluta.*

7 *Coitus unius ex coniugibus cum quacunque persona fiat coniugium coinquinat.*

8 *Vxor ob mariti fornicationem thori separationem petere potest.*

9 *Vir, & uxar ad imparia iudicari non debent.*

10 *Probatio alicuius actus dicitur sufficiens, qua ad eius credulitatem animum iudicis inducit.*

11 *Probationis materia arbitrio iudicis committitur.*

12 *Probatio directa ubi haberi non potest, sufficit per coniecturas, et præsumptiones.*

Et probationes aliàs imperfecta coniunguntur ad probationẽ plenam.

13 *Probatio præsumptiua sufficit ratione difficilis probationis.*

14 *Copula carnalis directò probari non potest.*

15 *Probatio in carnali copula fit ex actibus propinquis.*

16 *Testes si dicant uidisse solum cum sola muliere eam deosculantẽ, uel tangentem, dicitur probatum adulterium.*

Et si quis deprehensus sit in domo pulchra mulieris inducitur adulterij probatio. & quomodo hic intelligatur.

17 *Confessio extraiudicialis absente parte facta facit iudicium ueritatis.*

18 *Confeßio talis de iure canonico probat, & est communis opi.*

19 *Iudex uni testi dignißimo credere an poßit, & nu. 20.*

21 *Fama in causa ciuili probationem semiplenam inducit.*

22 *Fama uerisimilis cum uno teste plenam facit probationem.*

23 *Fama sola sufficit, quando de carnali copula agitur, quæ est difficilis probationis.*

24 *Probatio plena ex pluribus præsumptionib. & cõiecturis resultat*

25 *Testis, qui omni anno non confitetur, nec eucharistiam sumpsit, an sit idoneus, & concluditur quòd sic. & nu. seq.*

26 *Testis quilibet idoneus dicitur, nisi specialiter reperiatur probibitus, & nu. 27.*

28 *Testis nõ cõfitẽs peccata, nec sumens eucharistiã non dicitur excõmunicatus, sed tantum ecclesiæ ingressus ei interdicitur.*

Et est suspensus.

29 *Suspensus prætextu suspensionis a testimonio non repellitur,*

30 *Nec infamis dicitur saltem infamia iuris,*

31 *Infamia facti testem non repellit.*

Testes

32 *Testes non confessi peccata sua, & qui sacramentum non sumpserunt à testimonio non repelluntur de consuetudine, maximè in ciuitate Venetiarum.*
33 *Testis quando ut infamis repellitur, debet nedum infamia probari, sed etiam quòd pro tali habetur, & reputatur.*
34 *Testes inhabiles, quãdo cum habilibus concurrũt plenè probant.*
35 *Testes ĩfames si habẽt cõtestes fide dignos, nil eis de fide detrahit.*

CONSILIVM XXXII.

Dirigat Dominus verba mea in viam ueritatis & iustitia.

VT præsentis consultationis uera resolutio habeatur. Duo uidẽda sunt. Primũ est, utrum vxor ꝓp adulteriũ, uel fornicationẽ mariti possit petere separationẽ thori, & dotis restitutionẽ. Secundũ est, utrũ sufficienter sit probatũ, ꝙ maritus prædictus cũ prædicta Isabella fornicatus fuerit, postquam cùm do. Clara matrimonium contraxerat. Circa primum parum est insistendum, qm̃ iura de hoc sunt aper-
1 ta. †Concludendum est. n. ꝓp adulterium mariti uxorem petere posse separationem thori, & consequenter ẽt restitutionem dotis, prout de hoc est tex. in c. j. ut lite non contest. & ibi tradunt doc. maximè Imo. in 4. no. Abb. in 2. & Barb. in 5. dicunt. n. ibi esse tex. ꝙ sicut maritus de adulterio uxorem accusare põt ad separationẽ thori, & ad lucrũ dotis, iuxta. c. plerunq; de dona. inter uir. & uxo. & do. post diuor. restituenda. cum si. ita ẽt per contrariũ, uxor põt accusare maritũ ad eosdẽ effectus, prout ẽt dixit Ab. in c. fi. in 3. no. de adul. & stupr. allegando. d. c. j & alia iura, ut per eũ: in utroq; . n. pari rõne dãnatur a religione Chri-
2 stiana. ut in c. si. 3 2. q. 5. †Et propterea sicut uiro præcipitur uxorẽ adulterã dimittere, ita econuerso uxori præcipitur adulterũ uirũ relinquere, ut in c. ꝑcepit dñs eadẽ. q. non. n. in hoc ad paria iudicari debent. c. si quis uxorẽ. el. j. 32. q. j. facit. c. oĩs. 32. q. i. cũ si. & istud in iure nostro est indubita-
3 tũ, †licet respectu pœnæ criminaliter imponendæ mulier uiũ adulterum accusare non possit, ut inquit Barba. post alios in d. c. j. in 5. no. & ita uoluit gl. secundùm ꝙ ibi egregie declarat Sal. in 2. & 3. op. in l. j. C. ad l. iul. de adul. †Et
4 ista separatio thori ꝓp adulterium cuilibet ex coniugibus iure cano. permittitur, sicut de iure ciuili permittebatur dissolutio matrimonii, iuxta. l. consensu. §. si bua igitur & §. si uerò iam. C. de repud. & §. quia uerò plurimos. uersi. si de adulterio. & uer. si quis in sua domo. in auc. ut lic. matri. & auiæ. col. 8. Potuit ergo magnifica do. Clara petere separationem thori, & cõsecutiuè ẽt sibi dotẽ suã restitui, posito ꝙ vir eius cũ ꝑdicta Isabella habuerit carnale cõmerciũ. prout præsupponitur ꝓbatũ, ut ĩ. dicetur, per prędicta. Et ꝙ ꝑ adulteriũ suum maritus teneatur restituere dotẽ firmat ẽt Bolog. in consi. 23. maritus quidã. 2. co. post multos alios, quos allegat. Nec ꝑdictæ conclusioni obstat si dicatur, ꝙ ꝑdicta procedunt, qñ maritus cõmitteret adulterium, †qđ propriè dr̃ cõmitti cum fœmina coniuga-
5 ta: ut l. inter liberos. §. lex iulia. ff. ad l. iul. de adult. & ita uidentur loqui oĩa iura ĩ. alle. hoc aũt non uerificatur in casu isto, cũ Isabella nõ sit matrimonio coniuncta alicui, sed soluta. †Quoniã rñdetur, ꝙ immo ẽt cũ soluta muliere uir
6 matrimonio coniunctus fornicando dr̃ adulterium committere saltẽ largo mõ sen de iure canonico, ut uidẽ tex. in c. puto. in prin. 32. q. 5. ibi, alteri cõmistus de fœmina loquatur, dicens cũ ea maritũ alterius adulteriũ committere. dẽt gñaliter intelligi. siue sit soluta, siue nõ. l. j. §. gñaliter. ff. de leg. ꝑstan. nõ. n. est nostrũ de fœminis illis distinguere cũ lex non distinguat. l. de ꝑcio. ff. de pub. cum si. Ad idẽ clarior est tex. in c. nemo. 32. q. 4. dum dr̃, ꝙ non solum est adulterium cũ aliena peccare coniuge, sed omne, ꝙ nõ habet prãtem coniugii. Et ita quãlibet fornicationẽ mariti cum alia fœmina uocat adulterium Pau. de Ca. in consi. 392. uiso quodam libello. 3. co. dicens, ꝙ ea de cã uxor põt agere ad separationem thori, & dotis restitutionem. Et istud, ut. s. adulterium dicatur intelligitur respectu ipsius uiri, qui matri. dicitur coniunctus, inspecto enim suo matri. quod lædit, & offendit, dicitur adul. committere, etiam ꝙ mulierem solutam cognoscat, sicut econtrario mulier
7 dicitur adultera, licet cum soluto commisceatur. †nam coitus unius ex coniugib. cum quacunque persona hac cõiugium coinquinat, & ita rectè intuenti uoluit Pau. de Ca. in cõs. 128. hæc mulier, ita ẽt & egregiè firmat Guid. Pap. in consi. 159. ꝙ cõiugatus, ꝓ co. Dico ergo, ꝙ imo, & cũ soluta maritus alterius dr̃ adulterium cõmittere, ut declat insignis doc. d. Bonif. de Vital. in tra. super malc. in rub. de adul. uxes. & sodo. in prin. & in hac larga significatione adulterii itelligẽ debent iura ꝑalle. quibus dr̃, ꝙ uxor propter adulteriũ uiri illum relinquere põt petendo separationẽ thori, & dotis restõnem, secundùm ꝙ ĩ. dictum fuit.
8 †Vel secundò respondetur, quod immo ex sola fornicatione mariti, si eam non uis appellare adulterium, potest uxor eum relinquere, & petere separationem thori, ut supra ita in terminis firmat Barb. in consi. 65. scribitur libr. Hester. 10 col. j. uo. sicut. n. marito ex cã fornicationis permittitur separatio thori, ut in c. dominus. 32. q. 7. & in c. ꝑcepit. eadem causa. q. 6. cum si. ita & per contrarium de-
9 bet permitti etiam uxori: †quia non debent in hoc ad impaira iudicari. d. c. præcepit. cum aliis seq, Ad quod benefacit. c. gaudemus. circa med. de diuor. prout ad hoc alleg. Barb. in loco prædicto. Et ista responsio ultra prædictum doc. probatur in c. apostolus. & in c. uxor a uiro. 32. q. 7. ex quib. apertè constat, uxorem ea causa fornicationis uiri sui posse ab eo separari, & ita etiam concludit Cuma. in consi. 175. domina Andriola. in fi. Esto ergo ꝙ coitus prædicti. d. Io. Mariæ cum Isabella soluta non sit adulterium, sed simplex fornicatio, Tamen potest magnifica domina Clara eius uxor propter fornicationem prædictam petere thori separationem cum dotis restitutio. prout petiit Hæc quo ad primum. Circa secundum, licet quò ad iuris rigorem uideatur primo aspectu non parua difficultas, tamen rectè omnia considerando, & ipsi ueritati inhærendo, arbitror satis sufficienter probatum, ꝙ etiam post cõtractũ mrĩmoniũ do. Io. Mar. carnaliter cognouerit prædictã Isabellã saltẽ ita, ut quilibet probus, & sapiens uir inducatur ad ita credendum De tpe autẽ ante contractum matrimonium cum do. Clara non cadit aliqua dubitatio ut ex lectura processus apertissimè constat, de hoc tamen in ꝓposito non est curandum, cum do. Clara conqueri nõ possit, neq; uirum suũ accuset. Solum ergo est disputandũ de tpe post cõtractũ matri. utrum. s. do. Ioan. Maria carnaliter cognouerit. d. Isabellã, đ quo d. Clara. eius uxor conqueritur. Et certè si dicta testiũ diligenter ponderentur, dicẽdũ erit, carnalẽ copulã ꝑdictã sufficienter probatam saltẽ ad hũc finẽ, ut fiat separatio thori; cum agaĩ de modico ꝑiudicio, attento ꝙ de facili pñt recõciliari, ꝙ quidẽ
10 Dei benignitate sperandum est. †Et ad hoc demonstran. ꝑmitto unã regulã in materia probõnis, ꝙ illa dr̃ sufficiẽs probatio alicuius actus, q̃ inducit iudicem ad eius credulitatẽ, & ad iudicandum talem esse ueritatem suo iudicio quia probõ ad illud nõ tendit. l. testiũ. §. eiusdẽ. ff. de testi. dum dr̃, ꝙ iudex non debet ad unam probationis speciẽ cognitionem suam alligare, sed ex sñia sui eum æstimare oportet, ꝙ aut credat, aut parum probatum opinetur. Et firmat Cor. in consil. 61. uisa copia. 6. col. & hanc regulam in materia probationis tradit etiam patruus, & dominus meus Soc. in consi. 11. in causa dominæ Catharinæ. 2. col. uersi. illa autem. 3. uol. & in consi. 98. iustissime iudex. 3. co. 4. uol. qui pro hoc alle. l. quinquaginta. ff. de proba. & Bart. in l. admonẽdi. ff. de iureiu. & alia plura, ut per eum, & ita ẽt hanc regulam tradit Dec. in consil. 410. in casu, de quo
11 agitur. 2. col. uer. & sufficiens dicitur illa probatio. †Hinc dicimus, ꝙ tota materia probõnis dicitur arbitrio iudicis cõmitti, ita qdẽ ut possit ex animi sui motu fidẽ adhibere testib. ẽt inhabilibus, seu clarè, & apertè non probantibus: sicut ẽt per contrariũ, licet testes uideãtur in eorũ dictis probare, potest tamen iudex eis nõ adhibere fidẽ, ita

inquit Bar.in l.Lucius.ff.de his q no.inta.uoluit Pa. de Ca.
i d.l.admonẽdi.co.pe.idẽ uoluit Bal.in l.fi.in prin.C.cõmi
na.uel epist.& Ant.de But. in c.ex literis.in 6. no. de pro-
bat.qui dicunt,ꝙ oẽs probationes sunt arbitrariæ,pront
refert,& sequitur Dec.in consi.448.uis tota.3.co.uer.mo-
dò his omnibus &c.& 4.col.prope fi.in consi.463.in cau-
sa,quæ nomine cameræ.4.col.uer.cogitabã, & alibi sæpe,
prout ẽt tradunt Cor.do.Soc.in consiliis supra alle.& Io.
Bap.Caccialup.in d.l. admonendi.col.16. Et secundũ oẽs
pro hoc est tex.in d.l.testium.§.j.uer. tu magis scire potes
12 &c.†Et ista regula fortius procedit in his,quæ sunt diffici
lis probatio.& multo magis,quando quod dicitur,proba
ri non potest:tunc.n.probatio admittitur per coniectu-
ras,& præsumptiones,& lex contentatur eo casu illis pro
bationib.quæ haberi possunt,secundũ Bar.& Imo.& i l.si il
la.in fi.ff.de uerb.obl.& ꝓbationes leuiores admittũtur,
imo ꝓbõnes aliàs iperfectæ cõiungunt ad plenã ꝓbõnẽ,
vt declarat do.Ant.de Bu.in c.uenieus.el j.in fi.de testi.An
gel.in cons.518.uisa narratione.4.col. in prin. uer. ex his
ergo coniecturis, & Alex.in consi.24 animaduersis. 5. col.
2.uol.tradit Cor.in consi. 35.,circa primũ.6.col. uer. & in
casibus.j.uol.& in consi.524.multum diffuse.2.col.in prin.
3.vol.patruus, & do.meus Soc.in consi.96. considerata.2.
col.4.uolu.& Cur.senior in consi.76.super motiuis. 3.col.
ver.facit:quia in istis,cum concor. ut per Dec.in consilio
577.Viso copioso.5.col. uer. & ꝑdicta maximè, & per Ias.
in l.si quis ex argentariis.§.prætor ait.3.col.ff.de eden. &
13 per Guid.Papæ in q.357.quo.post prin.†qui dicit,ꝙ ratio
ne difficilis probationis sufficit probatio præsũptiua. ꝓ-
ut ẽt uolunt alii supra alle.& tra.ẽt Hip.in cos. 61.post red
ditũ.5.col.uer. cui obiectioni &c.in casu autẽ nostro nedũ
probatio adulterii, siue copulæ , uel fornicationis do. Io.
14 Ma cum Isabel.est difficilis,†sed ẽt uidetur quasi ꝙ nullo
mõ directè fieri possit,secundùm Bar.in l.1.§.fi.ff.ad l.Iul.
de adul.cũ concor.ut per Hip.in consi.j.non auferas.6.co.
ver.ꝓ quib.ẽt facit; qa ẽt si quis uiderit cũ s.corpus mu-
lieris,non sequitur necessariò,ꝙ inter eos copula interue
nerit;qa ipse poterat esse frigidus,aut maleficiatus,aut a-
lia tõe tunc impotẽs,& ẽt mulier poterat esse arcta. ꝓut
15 decla.in terís Fel.in c.ꝑterea.j.col.de test.†uolens in pro-
posito sufficere probõnem præsumptiuã, & põt tunc fieri
probatio ex actibus propinquis,ut inquit Deci.in d.cons.
16 577.& tradit Cor.in consi.245. licet aliàs.col.fi.li.j.†Et a-
deo ut dixerit Bar.in l.capite quinto.ff.ad l.iul.de adul. ꝙ
si testes dicãt,ꝙ uiderunt aliquẽ solũ in camera cũ mulie
re,uel osculantẽ,uel tangentẽ eam,dr̃ sufficiens probatio
adulterij. imo si qs fuerit deprehẽsus i domo alicuius pul
chræ mulieris,inducitur ꝓbatio adulterii,secundũ Bar.in
l.2.in prin.ff.de fur.& licet hoc dictum Bar. sic simpliciter
positũ nõ ꝓcedat nisi respectu animi ipsius deprehẽsi,qa.
i.ostẽdit animus eius adulterii cõmittẽdi,nõ aũt ꝓcedat
respectu copulæ carnalis ; qa possibile eẽt,ꝙ ingressus fue
rit domũ sine cõsensu illius mulieris prout decia.Abb.A-
ret.& Fel.in c.præterea de testi. Tñ si concurrat alia admi
nicula,uel mulieris cõsensus ostẽdit,dictũ Bar.procederet
simpliciter,prout ipsimet sentiunt,si rectè põderentur eo
rũ dicta. Stantib. mõ prædictis,& regula præmissa uidẽdũ
est,nunquid in præsenti cã ex processu appareat talis pro
batio,q prudentissimũ uirũ inducere possit ad credendũ
copulã carnalẽ , de qua agitur,interuenisse, & certè mihi
vr̃ absq; dubio talẽ probõnem factã esse.Nã in primis pro
batur per multos testes,ꝙ do.Io.Ma. post contractũ ma-
trimoniũ cũ ꝑdicta do.Clara iuit ad domũ ꝑfatæ Isabellę
ꝑ spaciũ tpis non modicum ibidẽ cũ illa ꝑmanendo cum
consensu,& uoluntate illius,& istud deponunt,si rectè eo-
rũ dicta cõsiderentur,ser Baptista.3. testis.d.Aurelius.13.
testis,ser Andreas.14.d. Marietta.15.d.Samaritana testis.
19.& do.Angela.20.testis, & quidã alii,& oẽs prædictis te
stificãtur de uisu ꝓprio:dicunt.n.ꝙ uiderunt.d.Io. Mariã
in domũ.d.Isabel.ire ,& ĩde postea lapso aliquo spacio tẽ
poris exire, & licet expressè ipsi nõ dicant de cõsensu Isa
bellæ:uirtualiter tamen id dicere uidentur,cũ dicãt,ꝙ fa
miliariter,& freqoẽter ibat, & ꝙ pulsato ꝑeum hostio sta
tim aperiebatur, & ꝙ iã prius per plura tẽpora carnalis
copula cũ filiorum susceptione inter eos interuenerat. Et
hoc absq; dubio,ẽt si aliud nõ concurreret, induceret ne-
dũ magnã,sed ẽt uiolentã ꝑsumptionẽ copulæ,per ea quæ
dicta sunt,multo ergo fortius concurrentib. aliis admini-
culis,ut infra dicetur.Itẽ & secundò probatur,ꝙ ipsemet
do Io.Maria fassus est,'se ire ad scortum,& uellet ẽt ita fa
cere in futurũ,prout deponit.22. testis.s.claris. do. Marc.
Molino,& absq; dubio intelligebat de dicta Isabel. atten
17 tis aliis cõiecturis,& probõnibus sup eo,†hæc aũt eius as
sertio,siue cõfessio,licet extra iudiciũ facta sit,& absente
parte,facit maximũ idi.ueritatis cõtra eũ;cũ dr̃ hoc cõtra
eum lis mota esset,iuxta gl.fi.in d.l.capite qnto.de adult.
& tradit Ro.in consi.167.Antonius accusatus.2.col.eo sal
tẽ facit semiplenam probationem,secundum Bar.& alios
in l.admonendi.ff.de iniur.cum concor.ibi per mod.alle-
garis,& per Fel.in c.si cautio.col.8.uer.fallit quintò.de fi.
18 instr.& tradit Mat.de Afil.in deci.regni.decis.12.†Quinim
mo cum præsens cã tractetur in foro ecclesiastico,in quo
ius canoni.seruatur,dici põt,ꝙ illa confessio sufficienter
probet,cum ita uideatur seruare canonica æquitas , iux.
gl.in uer.promitto.in c.quoties.j.q.7.qd̃ multum no. Imo.
post Anto.de Bu.in d.c.si cautio.Et licet Abbas ibi uideat
dubitare de hoc dicto,tamen secundum illud ur̃ magis cõ
munis opin.prout ita sequendo,& plures allegãdo asserit
Fel.ibi in 7.co.uer.fallit secundò.Nec ob.'ꝙ de ista cõfes-
19 sione solus sit unus testis:†quoniã ex quo est persona no-
bilissima,& dignissima,& est procurator diui Marci,& sẽ
per in ciui.Venetiarum fuit summę fidei,& integritatis,ei
iudex potest fidem adhibere,& de singularitate nolle cu-
rare,ut singulariter inquit Pau.de Ca.in l.admonendi , &
ita ibi refert,& sequitur Caccialu.i 16.co.uer. patet igitur
tibi studiosè,& Frã.Bru.in trac.de indi.& tort.2.co. uer.&
ego puto,& hos oẽs refert, & sequitur Hipp.in sing. 214.
hoc tñ a iudicis arbitrio pẽdet , iux.ea q s. dicta fuerunt,
dum dixi,totã materiã probõnum esse arbitrariam.Et fa
cile isto casu huic testi tã celebri, & ita digno credere po
20 terit ꝑꝑ alia plurima adminicula,†fateor.n.ꝙ aliàs an iu
dex credere dẽat testi singulari,ẽt si sit ꝑsona dignissima
est alicuius dubitationis, ut per Ias.in d.l.admonẽdi. col.
mihi.76.in fi.Itẽ,& tertiò probatur., famã eẽ in uicinia sã
cti Raph.ubi habitat.d.Isabel.ꝙ ipsa retinetur ibi ꝑ d.do.
Io.Mariã ad eius requisitionem, & ut uulgò dicitur,& te
stes deponunt,stat ad postam eius , ita.n.deponunt multi
testes,maximè.3.7.10.11.& 13. cum tribus seq.ut ex eorũ
lec.constabit.Et similiter ẽt probatur, famam fuisse,ꝙ ip
sa Isabella tẽpore depositionis testium erat prægnans ex
d.do.Ioan.Maria,ꝙ certè esse non poterat, nisi ex carnali
copula inter eos,postquã do.Io.Maria matrimonium con
traxit cum domina Clara;nam matrimonium fuit contra
ctũ de mẽse Februarii.1536.& Isabella erat prægnans mẽ
se Maij,uel circa 1537. quo tẽpore testes de pdicta fama
deposuerunt , illud autem inter alios deposuerunt.3. 11.
14.& 34.testes.Sic itaque constat,famam & pub.uocẽ fuis
se,& esse in illa uicinia,ꝙ post contractum prędictum ma
tri.do.Io.Ma.carnaliter cognouit, & (ut ita dicã),ad postã
21 suã tenuit.d.Isabellã†ex qua fama iducitur in ciuili cã,et
sic in casu nostro semiplena probõ,ita ꝙ cum alijs admi-
niculis,uel alia semiplena probõne sufficiat,iuxta tradita
ꝑ doc.i c.ueniẽs.de testi.tradit Ias.i d. l.admonẽdi.co. mi
hi.92.Matth.i sin.188.ꝓbõnes diuersi generis,& Ale.i cõs.
143.quoniam abunde co j. i.2.cum concor.ut per Hip.in
cons.5.In noĩe domini amen.in cã Io. co.fi.uer.& facit o-
22 ptimè.†facit pulchra doc.Bal.in l.ꝓprietatis.C.de prob.
dũ vult, ꝙ fama uerosimilis iuncta cũ uno teste faciat ple
nã ꝓbõnem,qd̃ refert.'& sequitur Barb.in cons.24.Deum
inuocẽt.3.co. 3.vo.& ideo dicunt bonum esse iustificare fa
mã ꝑ aliquas coniecturas.in ꝓposito autem nr̃o fama prę
dicta est verosimilis, & iustificatur plurib.cõiecturis,ergo &c.

Quinim-

23 †Quinimò dici posset, q sola fama sufficeret: cum aga-
mus de probatione copulæ carnalis, quæ cōiter accidētib. est
difficilis probōnis, ut supra dictum fuit, solet. n. dici, q ubi a
cōiter accidentib. probō solet esse difficilis, fama facit plenā
probati. prout post multos ab eo relatus firmat Ias. in l. si quis
ex argentariis. §. prætor ait. col. fi. uer. hinc est, q ubi &c. ff. de
eden. Stantib. itaq; prædictis omnibus, posito etiam, q eorū
aliquid per se non sufficeret ad plenam probationem, negari
tamen non pōt, quin simul iuncta perfectè probent intentio-
nem magnificæ do. Claræ. Maximè attento, q ante contra-
ctū matrimonium cum ipsa prædictus do. Io. Mar per plures
annos conuersationem habuit, & carnalem copulam cum D.
Isabel. & ex ea filios suscepit, ut plures testes deponunt, &
quilibet eorum dicta legendo facile per se intelliget, & pro
indubitato habebit. Dicemus ergo in proposito posse uerifi-
cari illud dictum. singula quæ nō prosunt, multa collecta iu-
uant, de quo per glo. in l. si stipulatus. in prin. ff. de usur. & in
l. instrumenta. C. de prob. facit. l. 2. §. ætas. & ibi no. ff. de excu.
tu. & tradūt can. in c. fi. de success. ab intest. Cum. n. tot, tāiæq;
sint præsumptiones, & coniecturæ simul cōcurrentes ad præ-
dictam copulam carnalem, debet dici eam sufficienter pro-
2 bari. †Cum etiam ex pluribus præsumptionibus & coniectu-
ris fiat plena probatio; ut firmat Ro. in cons. 7. uisis necessa-
riis. 1. col. cum concor. ut per Hip. in consil. 116. splendore
gratiæ. 3. col. & ubi ēt de rigore iuris quis dubitaret, an prædi
cta copula carnalis post contractum matrimonium, ut supra
est dictum, concludenter probaretur, saltem hoc non inficia-
bitur. s. probationes prædictas tales esse, quæ prudētissimum
quemlibet, & bene circūspectum uirum inducere debeāt ad
credulitatē pdictæ copulæ ipe, de quo agitur, quis. n. crederet
uerū amātē pulchrā iuuenem (quā sæpissime carnaliter cogno
uerat, & quā suis sumptib. alebat, ut aliqui testes deponunt)
in domum eius pluries intrantē, & cum eo per temporis spa-
cium permanentem ab eius carnali coniunctiune abstinuisse,
maximè attento, quòd de eo est publica uox, & fama in uici-
nia, & q ipsemet confessus fuit, secundùm q supra deductū
fuit certè nullus. Hoc autem solum sufficit, ut supra demon-
stratum fuit, ergo &c. & profectò, quando prædicta omnia cō
sidero quemadmodū animus meus inducitur ad firmiter cre
dendum, copulam, de qua agitur, interuenisse. ita etiam mihi
persuadeo, q contingei domino iudicare debēti, & consequē
ter cōfido, q mediante iustitia iudicabit thori separationi, ac
25 etiam restitutioni dotis locū fore. †Nec prædictis ob. duos
a testibus, qui prædicta deponūt, uidelicet. 3. & 14. hoc an-
no tpe Paschatis non assumpsisse sacramētū Eucharistiæ, nec
ēt fuisse confessos peccata sua, pp qd̄ uidetur, q non sint ido
nei testes, quasi uideantur excōicati, & infames, cū ab ingres-
su ecclesiæ arceri debeant uiuentes, & morientes christiana se-
pultura carere, iuxta c. omnis utriusq; sexus, de pœn. & remi.
& in hoc, ut audio, per partem aduersam fit magnum funda-
26 mentum. Quoniam respondetur, & de plano. †Et primò
dico, q materia testium consistit in regula permissiua; quia
quilibet dicitur idoneus, nisi specialiter reperiatur prohibi-
tus, ut est tex. in l. 1. post prin. & ibi tradunt doc. ff. de testi. &
in spē Saly. dicit, q edictum de testib. dicitur permissorium,
qa quilibet dicitur habilis, & cuilibet permittitur testificari,
nisi reperiatur prohibitus, & inspecto hoc, q requiritur parti-
cularis prohibitio Bald. ibi, & Iac. de S. Geor. dñt, edictū illud
appellari phibitoriū, ut p eos, sed quo modo uelis appella-
27 re, ueritas est, †q qlibet dr̄ idoneus testis, q specialiter nō p-
hibetur, ut p oēs ibi, & p Alex. in cōsi. 156. Viso pcessu. 3. col.
lib. 5. & p Hipp. in consi. 84. uias tuas. 1. col. ppe fi. sed sic est,
q in materia, testiū non reperitur, q qs prohibeatur ex cau-
28 sa pdicta, ergo &c. †Nec est uerū, q aliquis eorum possit ex
tali causa dici ex cōicatus, sed tātum illis interdicitur ingres-
sus ecclesiæ, ut dicit Abb in d. c. oīs utriusq; sexus. in 5. no. be
ne est uerū, q dicitur suspensus, ut est gl. cōiter approbata su-
29 per uer. suspēsi, in cle. cupientes. de pœn. †Suspensus autem
solius suspēsionis prætextu a testimonio nō repellitur; quia
inter cautum non reperitur secundùm Abb. in c. olim. 2. col. de
accus. qd̄ ēt uidetur sequi ibi Fel. in 1. col. & idē firmat Steph.
de Aus. in tract. de repruba. testi. col. pe. in fi. ubi pro hoc alle.
Spe. & Io. An. ut per eū. Nec prætereà quis dicitur infamis ex
causa prædicta, saltem infamia iuris, quæ in ciuili causa repel
30 lit a testimonio. †Si enim quis diceret, quòd saltem infamia
facti notatur, qui perceptionem sacramenti, & confessionem
suorum peccatorum dimittit: quia apud graues uiros fama
eius nō uidetur omnino integra. Respōdebo primò, q forin
hoc non est uerum, cum potuerit ea prætermittere ex aliqua
31 causa, quæ secum infamiā nō haberet. Et posito q ita sit. †Se-
cundò dico, q infamia facti non repellit testē in causa ciuili,
iuxta gl. in l. 3. §. duæ autem. ff. de carb. edi. & in l. 1. in uer. di-
uina. C. de sum. Tri. & tradit Bar. in l. Cassius. ff. de sena. cum
concor. ut per Alb. iuniorem in trac. de testi. sub rub. quando
testes repelluntur ratione criminis, uel infamiæ. 3. col. & tra-
dit Crot. in trac. de testi. in 4. parte. in 12 q. Et licet aliqui te-
nuerunt contrarium: tamē ista uidetur magis cōis opī. ut cō-
stat ex his, quæ scribit Fel. in c. testimonium. 4. & 5. col. de te
sti. uel saltem æquum est, ut totum iudicis arbitriu remitta-
tur, prout ibi post Abb. uidetur firmare Fely. Et non dubito,
q isto casu iudici uidebitur, fidem prædictis testibus adhibe-
32 re: cum sint personæ honestæ, & bonæ famæ. †Maximè: quia
ex cōsuetudine, præserti in ciuitate Venetiarum (ut audio)
testes ex prædicta causa non repelluntur a testimonio, & etiā
quia in eorum dicto non sunt soli, sed illud idem alii plures
33 dicunt, ut infra dicam. †Tertiò etiam dici pōt, q quando te-
stis uelut infamis repellēdus est, debet nedū infamis pbari,
sed etiam, q pro tali tenetur, et reputatur secundū prædictū
Albe. in d. trac. sub rub. quando testes repellontur rōne defe-
ctus personę. 3. col. in prin. ubi alle ita dixisse Bar. in l. 1. C. de
test. Secundò principaliter dico ad prædictam obiectionem,
q si quid aduersus illos duos testes, qui non seruarunt præce
ptum. d. c. oīs utriusq; sexus, dici posset, illud esse non simpli
citer ex eo; sed quia ab eorum peccatis non fuerunt emenda-
ti, sed uidentur in eis perseuerasse, quo stante dico, quòd fuis
set opus probare, quòd hoc alio anno seruarunt. d. c. oīs etc.
et cōmiserunt aliquod peccatū, propter qd̄ deberent a testi-
moniu repelli, quod factū non fuit, meritò &c. dicemus. n. q
ipsi nū sunt in aliquo peccato habili ad remouēdos eos a testi
monio, & confessionē & cōionē prætermiserunt ea probabili
aliqua causa puta quia animus eorū nō erat quietus, sed ma-
ximis anxietatibus perturbatus, quia forte non poterant ple-
no animo parcere his, qui eis iniuriam fecerant, uel quid simi
le, ut sæpe hominibus contingit. Tertiò princ. eidem obie-
ctioni respondetur, q illa procederet, quādo tantùm illi duo
testes prædicta deponerent, sed cū in præsenti casu multi alii
testes (qui sunt omni exceptione maiores) idem deponant
ex fide aliorum etiam illis fides est præstanda, seu illi unà cū
34 aliis plenè probare dicuntur. †Nam quando testes inhabiles
concurrunt cum habilibus plenè probant secundùm Bal. An
ge. & alios in l. si quis ex argētariis. §. 1. ff. de eden. cū concor.
ut per Alex. in cons. 24. aī aduersis. 5. col. uer. secundò respon.
& in consi. 56. uiso processu. col. pe. uer. secundò pōt respōde
ri. 2. uol. per Hippo. in consi. 113. illumina quæso. 4. column.
uersi. præterea dico, & in consil. 127. spiritus sancti gratia. 4.
colum. uersi. item circa dictos testes, & per Cor. in consil. 27.
in præsenti. 3. colu. post prin & in consil. 61. uisa cupia. 4. co-
lum. circa med. 3. uolu. cum multis aliis qui ad hoc allegari
35 possent. †& in specie in testibus, qui dicerentur infames, q ni
hil ex tali cā eorū fidei detrahitur, si habeāt contestes magnæ
fidei, tradit Cro. in dicto trac. in d. q. 12. in fi. prout ēt dixerat
Bal. in d. §. 1. per Crot. ibi unà cum quibusdā aliis alle. Quar-
tò, & ultimò respondetur, q etiā si prædicti duo testes ea cau
sa prædicta reiicerētur (quod tamē nullo modo fieri pōt) ad
huc remanent tot testes, qui sufficiūt ad pbandū illud, quod
p illos duos deponitur. nihil. n. ipsi dñt ex his, quæ supra cōsi
derata sunt, qd̄ per alios plures non deponatur saltē duos, ut
ex prædictis cōstat, & nō est dubiū, q quælibet probatio, re-
gulariter loquēdo, duorū testium numero contentatur. l. ubi
numerus ff. de testi. cum si. Hæc aūt dicta sint ex abundanti,
quia ueritas est, q prædicti duo testes nō sunt repellendi, ut
ex prædictis constat. Ex quibus omnibus concludo, testium

F 4 quem-

quemlibet iudicem induci debere ad credulitatem copulæ, de qua agitur, & per consequens debere separationem thori declarare, & consecutiuè etiam dotem restituendam esse magnificæ do. Claræ, prout ab ea, uel eius nomine petitum fuit.

Laus Deo.

Maria. Soci. iuriscon. patritius Senen. 1537. Paduæ,

S V M M AE.

In casu ualde dubio potest elegi media oia,

Potest iudex cogere partes ad concordiam, quando partes diu litigarunt, & causa est ualde dubia.

1 *Iudex in casu dubio valde apud Deum, & homines excusatur, qui eligit illam opi. quam secundùm suam bonam conscientiam credit esse ueram.*

2 *Iudex in re dubia, quando eius animus magis ad vnam partem, quàm ad aliam non inclinatur, debet vnicuique partem dimidiam assignare, vt in simili casu fecit Tiberius Imperator.*

3 *Viam mediam iudex debet eligere, quando iura non magis præponderant pro vna parte, quàm pro alia.*

4 *Iudex potest partes ad concordiam cogere, quando res est dubia, & valde intricata, & diu litigatam est.*

CONSILIVM XXXIII.

Dirigat Dominus verba mea in uiam veritatis & iustitiæ.



QVONIAM articulus, de quo agitur, utrũ stãtib.
præmissis legitimatio prædictorũ filiorũ de iure sit ualida in præiudicium iuris iam quæsiti agnatis, iã per aditionẽ hæreditatis, quã realẽ apprehẽ
sionẽ bonorũ hæreditariorũ, quam etiã uirtute sententiarũ,
per quas pronunciatum est, dictos filios esse spurios, in quarũ sententiarũ executionẽ agnati fuerũt missi in poss. bon. de
quibus agitur, & ea aliquo tempore possederunt, & de præsenti
possident, est multũ dubius adeo, ut pro utraq; parte sint rationes ualde efficaces, quas si referre uellemus, nimis in longũ nos protraherẽt. Considerantes ẽt, quod inter istas partes tractatur de lucro, decreuimus seq. illã opi. quã consulendo tradunt Ant. de But. & Pet. de Ancha. in consi. 210. nec contra-
1 ria. † ubi dicũt, quod in casu ualde dubio excusatur apud Deum,
& homines ille iudex, q in illa dubietate elegit illã opin. quã
secundũ bonam ejus conscientiam credit esse uerã, & in tali
casu concludunt, quod quũ rationes hincinde animum dubiũ faciũt, & magis ad unã partẽ, quã ad aliã iudicis animus nõ in
clinatur, debet iudex unicuiq; partẽ dimidiam assignare, ut
no. in c. licet causam. de proba. & in simili casu hoc fecit Tiberius Imperator in l. & hoc Tiberius. ff. de hær. inst. & traditur
in l. sed si lege. §. adeo. in fi. ff. de petit. hære. & in l. Titius. ff. ad
2 Treb. ubi Alex. in 3. not. † Idem dicit concludendo, quod si iura,
& rationes non magis præponderant pro una parte, quã pro
alia, media uia elegi debet, per illum tex. alle. ẽt Pet. de Anc.
in d. consi. 210. & Bal. qui idẽ dicit in 2. oo. in l. si paterfam.
ff. de hær. insti. Ad idẽ facit. l. filio ff. ut in pos. leg. & l. non fine. C. de bo. quæ libe. & in simili no. in l. si duo. in princ. ff. uti
posid & tradit Dec. in consil. 68. Pro resolutione, & plenius
in consi. 176. Viso themate. col. pen. & 435. in princ. & in c. 1.
col. 6. de consti. Sic etiam in simili in casu ualde dubio cũcordiam suaserunt Io. Bap. Caccialu. & Batt. Soci. mihi Mariano
patruus, & præceptor in quodam eorum consil. incip. super
præmissis quæstionibus, prope fin. impresso in lecturis Soci.
post titulum de excep. rei iudic. & reperio quod d. Ioan. Caccialup. de hoc plenè scribit suadẽdo cõcordiam, et diuisionem
in casu dubio, in suo tract. de transact. in 12. q. 2. et 3. col. ubi
ad uerbum refert consi. Ant. de But. et Pet. de Ancha. de quo
supra. Et ista conclusio uidetur maxime procedere in casu
isto, in quo lis longo tempore durauit, quo casu quando partes diu litigarunt, et res intricata est, et ualde dubia, put isto
casu contingit, potest partes ad concordiam compellere. c.
placuit. 90. dist. et per illum tex. hoc dicit Pan. in rub. de treu.
et pac. in c. fi. 4. not. de maio. et obed. et in c. cum pridem. ult.
no. de pac. et multa ad hoc congerit Fely. in d. rub. 2. col. uer.
fallit tertiò. qui etiã idem dixit in c. quæ in ecclesiarum. col.
19. uersi. sed in hoc possunt. de consti. et uoluit Roma. in consil. 126. Considerabo. in prin. et Steph. Aufr. in tract. de pote. ecclesi. in laicos, in casu 119. Accedat etiam, quòd causa ista agitur inter coniunctos, inter quos nobis uisum fuit suadere concordiam, iuxta l. congruentius. de patr. pot. quapropter nos Franc. Curt. iunior, etc.

Maria. Soc. iunior, I. V. D. etc. in præsenti casu mediam uiam eligentes iudicamus etc. Paduæ, 1532.

A D D I T I O.

In hac eadem causa consuluit ipsemet Soci. consil. 91. uolu. 5.

Hæc sunt quæ excellentissimus do. Franc. Curt. iunior. Et ego simul adduximus in quadam sententia per nos lata uigore commissionis in nos factæ per illustrem do. Lud. de Gonzaga, in qua dimidiam partem cuilibet parti assignauimus, ad quod tamen per prius ad nostram exonerationem habuimus partium consensum. Laus Deo.

S V M M AE.

De clerico in minoribus ordinibus constituto de delicto accusato, utrum pro se, et complicibus possit declinare iudicem secularem.

Quando quis in delictis per procuratorem debeat audiri.

Et quæ pœna imponatur marito uxorem, et adulterum simul repertos interficienti.

1 *Clericus coram seculari iudice citatus potest declinare forum, & petere remitti ad suum iudicem ecclesiasticum.*

Idem dicitur de socijs, qui de eodem crimine imputantur.

2 *Clericus vti dignior trahit socios criminis ad forum suum.*

3 *Reus per procuratorem non auditur, vbi sanguinis pœna venit imponenda.*

Quid si alia venit imponenda pœna.

4 *Homicida capitali pœna feriendus est.*

5 *Maritus, si vxorem in adulterio deprehensam interficiat, pœna capitali puniendus non est.*

6 *Maritus, si adulterum cum vxore repertum occidat, ratione iusti, & irrefrenabilis doloris pœnam capitalem non patietur.*

7 *Maritus quos adulteros impune occidere potest.*

8 *Adulteria de consuetudine per iudices non puniuntur, sed solent de talibus maritis truffari.*

9 *Maritus hodie reputatur vilissimus, qui proprijs manibus de adulterio vxoris se vindicare non curat.*

10 *Quando agitur de damno irreparabili, licitum est se, & honorem suum defendere.*

11 *Honor familiæ mariti per adulterium vxoris denigratur,*

12 *Quando aliquid alicui conceditur, potest ille ad illud faciendum conuocare amicos, qui eodẽ iure cum principali iudicari debẽt.*

13 *Auxilium præstantes eandem pœnam expectant, quàm ille, qui est principalis, & sæpe etiam minorem.*

14 *Notoria probatione non indigent.*

15 *Paria sunt duos repertos in lectu iacentes, & repertos in adulterio, seu adulterium probari, & simul in lecto iacentes probari.*

CONSILIVM XXXIIII.

Dirigat Dominus verba mea in uiam veritatis, & iustitiæ.



IN causa nobilis uiri d. Io. Bõromei, q̃ inqritur, et citatur, quod cõpareat corã Magnifico, et clarissimo Potestatu Paduæ, eo quod asseritur, quod cũ duob. socijs eius uxorẽ, et cum ea repertum adulterũ interfecit, et cum eo etiam citantur quidam, qui asserũtur se cum interuenisse. De duobus quæritur. Primò, utrum ipse do. Ioan. cum sit clericus, possit declinare forum, et cum eo etiam idem possint, qui asseruntur in eodem actu interuenisse, ita ut omnes ad iudicem ecclesiasticum dimittendi sint.

Secundò, ubi Magnificus do. Potestas nollet eos, uel eorũ aliquos dimittere, et pati declinationẽ fieri, quæritur, utrũ prædicti possint se defendere per procuratorem.

Circa

1 †Circa primum puto breuiter concludendum in primis, q ipse dominus Ioannes, cum sit clericus, absque aliqua dubitatione debet posse declinare forum, & omnino debet remitti ad iudicem ecclesiasticum, ut est tex. in c. si iudex laicus, de senten. excommu. lib. 6. Sed ulterius dico, quòd idem dicendum est, & de his, qui socii in negocio fuisse asseruntur, & sic de eodem delicto imputantur, & hoc ea ratione fieri debet: quia cum omnes habeant eandem causam, & pro eodem crimine requirantur, ne causæ continentia diuidatur, iuxta l. nulli. C. de iud. & ne sequatur absurdũ, q ferãtur contra eos a diuersis iudicibus diuersæ, & forte contrariæ sentẽtię, iuxta not. in l. prima. ff. de quib. reb. ad eundem iud. & debent omnes esse sub eodem iudice, et cum domi. Ioann. clericus non possit esse sub laico iudice. capitu. si diligenti. de fo. compet.
2 †& cum ratione clericatus sit dignior, trahit suos consocios criminis, ut sic omnes ad eundem iudicem ecclesiasticum debeant remitti. Ista est notabilis decisio domini Mariani Socini aui mei in c. fina. in 11. arti. in 8. fallen. de mutu. peti. ubi expressè dicit, q si plures sint de aliquo crimine inquisiti a iudice seculari, quorũ aliquis sit clericus, & alii omnes laici, sunt omnes remittendi ad iudicem ecclesiasticũ ratione illius clerici. Nam iudex eius, idest ecclesiasticus uelut maior, & dignior (ut not. in auten. quomodo oport. episcop. & facit. l. cum nouatione. C. de sacrosan. eccle. & c. solitæ. de maiori. & obe.) trahit ad se minus dignum, iuxta. l. p minorem. ff. de iudi. & c. quanto. de iudic. ad quod allegat etiam decisio. domini Anto. de Pratouete. in l. prima. in fin. ff. quæ sententiæ sine app. rescin. & alios plures doct. ut per eum. hanc eandem decisionem posuit idem auus meus in consil. 72. inci. Quoniam in præsentiarum. 6. col. idem tenuit patruus & domi. meus, dominus Bartho. Socin. in l. cum senatus. ff. de rebus dubiis, in fin. ubi dicit, fuisse ita iudicatum, & Felyn. in c. 1. in quarta colum. de præscrip. & Crot. in l. 1. in 5. colum. de uerb. oblig. Ex his ergo concluditur, omnes istos requisitos ad iudicem ecclesiasticum remittendos. Circa secundam quæstionem pro eius resolutione necesse est uidere, quæ pęna ueniret prę
3 dictis imponenda. † Nam si pœna sanguinis, & capitalis esset imponenda, certè non possent audiri per procuratorem, ut l. pen. §. ad crimẽ. ff. de pub. ind. & c. in criminalibus. 5. q. tertia si uerò alia pęna, non tamen maior relegatione, & tunc per procuratorem deberent audiri, ut plenè traditur in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procur. in glo. magna, ubi etiam Barto. & alii, & est gloss. in c. si quando. 2. q. 6. ut plenè etiam declarat Archi. in d. c. in criminalibus. Videamus igitur, qua pęna essent puniendi crimine probato. Et prima fronte uideretur, quod debeant pati pęnam capitalem, cum de duplici
4 homicidio requirantur. † Nemini enim dubium est, homicidas capitali pęna feriendos, ut ff. & C. ad l. Corne. de sicca. per totos. & cum tale homicidium. sit certum, non uidetur ulterius disputandum. Sed tamen hoc non obstante, & de plano dico, quòd nullo modo aliquis istorum uenit capitali pœna puniendus per infrascripta, & per consequens sequitur q per procuratorem audiri debeant. Et quòd ita sit, ut clarius omnia pateant, primò loquar de persona domini Ioannis. Secundò de persona aliorum, qui asserunt cum eo interuenisse. Igitur circa ipsum domi. Ioannem, q capitali pœna puniri
5 non debeat, sunt iura clara. † Nam respectu uxoris ab eo interfectæ est casus in l. si quis ingrau. §. si maritus. ff. de sena. consul. Sill. & l. 1. in fi. ff. ad l. Corne. de sicca. & l. si adulteriũ cũ incestu. §. Imperatores. ff. ad l. Iul. de adult. in quib. clarissimè dicitur, quòd si maritus uxorem in adulterio deprehensam interfecerit, non est capitali pœna puniendus, sed ei ignoscendum est, qui iustum dolorem temperare non potuit, & si persona nobilis sit, debet ad tempus relegari, & hoc idem uoluit gloss. in l. nec in ea. in fin. ff. ad l. Iuliam de adulte. cum multis similibus, & declarat domi. Alexander in consilio 66. incipien. Visa inquisitione. 2. colum. 1. uolum. cum infinitis concordan. super quibus non insisto, cum de hoc sunt iura clara, unde non est disputandum. l. ille, aut ille. §. cum in uer
6 bis. ff. de lega. tertio. † Respectu uerò adulteri cum ea deprehensi est text. in terminis in l. Gracchus in fine. C. ad l. Iul. de adulte. ubi similiter dicitur quòd ratione iusti, & irrefrenabilis doloris, si maritus deprehẽsum cum uxore in adulterio occiderit, non patietur pœnam capitalem; in eo enim sibi ratione prædicta ignoscitur, & debet in exilium mitti, qđ docto. ibi declarant, ut scilicet debeat ad tempus relegari, argumento. Imperatores. & d. l. 1. in fine. Cum igitur iste dominus Ioannes sit digna, & notabilis persona, & prædicta homicidia commiserit propter maximum, & iustum dolorem, quem refrenare non potuit, & ultra etiam concurrerit nox, prout uidetur secũdum aliquos requirere d. l. Gracchus, sequitur apertissimè, ipsum non posse pati maiorem pęnam relegatione per prædicto. Quinimmo uidetur dicendum, quod nullam pœnam pati debeat, quasi fecerit actum sibi liberè
7 permissum, † ad quod ostendendum præsuppono, quòd de iure scripto marito conceditur certos adulteros liberè occidere, & impune, ut l. marito. ff. de adulteriis, idest personas uiles, ut ibi dicitur. Alios uerò adulteros, & etiam ipsam uxorem, dicitur iure scripto eidẽ permitti, ut deprehensos in adulterio occidat quantum ad pœnam capitalem, tametsi aliter puniri debet per prædicta. Et cur non ita impune sit permissum, potest allegari illa ratio; quia scilicet ei datur ius accusandi, ut sic per eam uiam uindictam suam prosequatur, &
8 adulteria puniantur, † hoc ita posito, dico, q cum hodie adulteria ex consuetudine per iudices non puniantur, ut magistra rerum experientia docet, immo si quis maritus de adulterio uxorem, uel adulterum accusaret, faceret se cornutum, & magna infamia notatus omnibus fieret ludibrio, & iudices super tali negocio aditi solent truffari, cachinari, & ridere de ta
9 libus maritis, † quo factum est, ut uulgò reputetur uilissimus, & ridiculus, & infamis, qui non curat propriis manibus de adulterio se uindicare, sed iudicem adit. Ita singulariter dicit Paul. de Castr. in consi. 277. incip. In causa carce atorũ. tertia colum. uersicu. item q fecerunt. 2. uolum. Hinc usu euenit, quòd nullus, qui non sit uilissimus homo, quærat adulteros accusare, propter quod ueniunt (ut dixi) adulteria impunita, & sine aliquo timore pęnæ legalis adulteri quærunt adulteria committere, & solùm aliqualiter retinentur timore maritorum, propter quem refrenatur, & coercetur incontinentia luxuriantis animi, ut sic istis consideratis dici posit, quòd concessio iure scripto data maritis, de qua supra, ex quodam usu, ut castitas, quę perdita, est irreparabilis, conseruetur, & ne nobilitas tali nota deturpetur, recipiat istam extensionem ut scilicet sit libera hodie facultas occidendi adulteros in sta grauti crimine deprehensos, hoc etenim maritis impune concesso perterriti adulteri abstinebunt, & ita coercita continentia castitatis thesaurus conseruabitur, ita per has considerationes uidetur determinare insignis doc. dom. Ioan. Neuiza. in suo pulcherrimo trac. qui inscribitur silua nuptialis, in 9. co
10 lum. uersicu. confirmo attento &c. † Quod etiam ratione alia confirmat, quia quando agitur de damno irreparabili, licitum est se, & honorem suum defendere etiam cõtra iudicẽ. l. prohibitum. cum l. seq. C. de iur. fisc. li. 10. & tradunt docto. in l. ut uim. ff. de iusti. & iur. sed in proposito agebatur ipsi domino Ioann. de damno irreparabili, idest de dedecore eius im
11 mo, & totius familiæ suæ, † quę per adulterium diceretur denigrata, ut inquit Bald. in consilio 427. incip. Quædam mulier. 5. uolum. ergo uidetur, quòd ei impune fuerit licitũ ambos adulteros occidere, ita in adulterio deprehensos, sic etenim dicitur honori suo consuluisse, & adulterium punitum fuisse, ratione igitur prædictæ licentiæ ratione prædicta sibi concessæ nullam pęnam pati debet, ut est text. in auten. si quis ei quem. C. de adul. & ibi tradunt omnes docto. Potest etiam dici, quòd d. adulter sit uilis considerata persona do. Ioann. iuxta theo. Ange. Aratin. in tracta. malefic. in gloss. in uersicu. che hai adulterata la mia donna, & per consequẽs ex hoc etiam sequitur, quòd nullam pœnam pati debet, ut d. l. marito. ff. de adul. Quantum uerò pertinet ad personas eorum, qui simul cum domino Ioan. requiruntur, aduertendũ in primis est, quia audio, quòd uere tales personę non interuenerũt, prout probare possunt, & fiet, eum per suos procuratores legitimè defendentur. Posito tamen q aliquis cum do.

Ioan.

Ioann. fuerit, & ita probaretur, dico, quòd si non minorem, saltem non maiorem pœnam passuri essent, quàm de dicto do. Ioann. dictum fuerit, unde tenendo, quod modò dixi, cũ nullam pœnam pati debere, nec etiam qui cum eo probareẽ interuenisse aliqua pęna esset puniendus, si uerò tenemus, ꝙ do. Ioann. debeat puniri, non tamen maiori pœna relegationi secundùm prædicta, idem etiam de aliis dicendum est.

12 Probatur autem ista conclu.† quia quando aliquid alicui quo quomodo conceditur, etiam si ad uindictam sit, potest ille ad illud peragendum conuocare coniunctos, & amicos, & amici congregati debent eodem iure cum principali iudicari, iuxta reg. illam, ꝙ præstans opem, & auxilium, pari pœna debeat puniri, si non minori. l. si quemquam. C. de episc. & cler. & l. quisquis, prope fin. C. ad l. iuli. maiest. cum si. & traditur per Ang. Are. in tract. malefi. in gl. & Andream auxiliatorem, & hoc quasi in terminis nostris tradit Paulus de Castr. in l. refectionis. ff. com. pręd. ponderando ad hoc illum tex. in uer sic. ego, fabrique mei &c & idem uoluit in l. raptores. 2. colu. C. de epi. & cle. uer. sed quid si promittit &c. & in cons. prę al. 277. & fuit dictum Bal. in repe. l. 1. C. unde ui. columna 8. uersicu. sed quid dicamus &c. idem dixit Ias. in l. 2. 2. col. uersicu. secundò adde. ff. de iurisd. om. iud. cum multis concor. de quibus per Hippol. de Mar. in no. 175. quod incip. concesso uno &c. qui inter alios alle. Bartho. Veron. alias Cepol. in consilio quarto incip. Visa inquisitione, prope fin. ubi dicit, quòd liberauit aliquos congregatos per quendam ad occidẽdum adulterantem sororem suam, prout occidere illi permittebatur, uidit enim ille frater hominem illum cum sorore, & quia solus accedere timuit, conuocauit amicos, & ita illum inter fecerunt, & postea fuerunt omnes liberati. † Semper enim

13 eandem sententiam expectant præstantes auxilium, & opem quam ille, qui est principalis per prædictã. eandẽ dico, idest non maiorem, sæpe tamen minorem pœnam subeunt, iuxta doc. Soc. in l. 1. C. de rap. uir. & tradit Cepol. consi. 27. incip. Requisitus &c. colum. fina. Cum igitur in proposito dominus Ioannes maritus, & principalis in illo negotio, uel nullam pœnam sit passurus, uel saltẽ non maiorem relegatione secundùm præallegata, sequitur, ꝙ idẽ dicendum est de aliis qui cum eo probarentur interuenisse. Comprobatur ista conclu. quia, ut nemo negabit, si quis probabitur cum domi. Ioanne interuenisse, dicitur tanquam accessoria persona accessisse, quo stãte succedit regula, quod accessorium debet sequi naturam principalis. c. accessorium. de regu. iur. lib. 6. & l. tertia. ff. de pec. leg. & hanc rationem in proposito uidetur considerasse Bald. in d. l. 1. C. unde ui. et clarius idem dixit in l. ut uim. 3. col. uersi. sed an ubi est licita. ff. de iust. & iur.

Cum itaque, ut ex prædictis constat, isti requisiti non possint pati maiorem pœnam relegatione. Sequitur, quòd sicut & dominus Ioannes, ita & illi sunt audiendi per procurato. Nec dicatur, quòd non constat, prędictos interfectos fuisse

14 deprehensos in adulterio. Quoniam dico, † ꝙ immo clarè cõstat, & omnia necessaria notoria sunt, ideo aliqua probatione non egent, iuxta gl. in l. ciues. C. de appel. & tradit Barto. in l. emptorem in prin. ff. de act. empt. cũ simil. Constat enim in primis illam dominam Ludouicam fuisse matrimonio coniunctam cum domino Ioanne, & cum illo adultero fuisse interfectam, dum simul, & nudi in lecto iacerent, ꝙ sufficit ad probandum adulterium, cum enim illud per coniecturas pro

15 betur, inter cætera hęc coniectura sufficiẽs dicitur † & ideo dicimus, ꝙ paria sunt, duos repertos in lecto iacẽtes, & repertos in adulterio, seu adulterium probari, & probari simul in lecto iacuisse, ut inquit Bald. in c. 1. in prin. quarta col. quibus modis feudum amittatur. uersi. quæro, nunquid sit idem &c. & hoc dictum Bald. refert, & sequitur Alexan. in consilio. 77. incipien. In causa & lite. 1. colum. 8. uolum. Ex prædictis ergo sequitur, quòd isti, qui cum domino Ioanne inquirũtur possunt etiam ipsi per procuratorem comparere. Quod dico, non ꝙ ipsi unquam fuerunt in tali negocio, & (ut dixi) ita sũt parati probare, sed solùm, quia contra ueritatem eis imputatur, ꝙ fuerint cum domino Ioanne, nam cum uelint se defendentes ostendere innocentiam suam, petunt eorum procuratorem audiri, attento ꝙ delictum, de quo inquiritur, nõ est tale, propter quòd ueniat imponenda pœna maior relegatione, secundùm prædicta. Hæc pauca scripsisse uolui ad iustitiæ conseruationem, ea libenter subiiciens supplerio, & correc. magnificorum, & excellentissimorum Iudicum, quibus me plurimùm commendo. Laus Deo.

Maria. Soc. Senensis patritius, Paduæ legens 1526.

CASVS.

Titia Lucensis nupsit Caio, cui fratres Titiæ nomine dotis mille aureos tradi iterunt a die consumati inter Titiam, & Caium matrimonii, infra octo menses, seu octauo mense Titia epidimiæ morbo decessit, Caio marito eius eodem morbo, eademque die prædefuncto. Et cum illa esset prægnans exsecto uentre eius fuit extractus filius (ut asseritur) uiuus qui tamen nulla emissa uoce, quasi incontinenti (idest per spacium, quo bis dici posset, Credo in Deum &c.) apparuit mortuus, supersunt autem fratres Titiæ, & pater Caii, & sic auux paternus illius sic extracti, inter quos contentio est de dote seu hæreditate prædictæ Titiæ. Quæritur, quid iuris?

SVMMAE.

Partus octimestris an possit naturaliter uiuere, an satis sit, quem nasci uiuum, ut rumpat testamentum patris, & succedat.

Regula l. q. in utero, de statu hom. quomodo intelligatur.

Lex præsumit quid esse, secundùm quòd frequentius esse solet.

Pulchra declaratio circa l. iura constitui, & duas sequen. siue eius materiæ. ff. de legi.

Extractus ex uentre secto matris mortuæ, an & quando æquiparetur nato.

1 *Partus octimestris ex uentre matris extractus, & statim mortuus an hæreditatem ad auum transmittat.*

2 *Partus octimestris statim mortuus, & qui breuissimè uixit, an matri succedat.*

3 *Casus rari, & quasi miraculosi in iure considerantur, uide inf. num. 26.*

4 *Mulier quinquagenaria, & sexagenaria, licet rarò, & quasi per miraculum pariat, nubere potest, uide infra nu. 33.*

5 *Partus natus in quinto, & sexto mense, qui nullo modo uiuere potest, si illico decedat, an matri succedat.*

6 *Mulier potest portare ad plus per decem menses, & duos dies, & plus, quàm sex mensibus oportet, quòd portet.*

7 *Partus qui est in utero, an pro nato quò ad eius commodum habeatur, & infra nu. 18.*

8 *Partus octimestris secundùm medicos naturaliter uiuere non potest, & infra nu. 12.*

9 *Opinio inter doctores illa est tuenda, quæ a pluribus, & illustrioribus pro uera reputatur.*

10 *Auctoritas Hippocratis apud Iurisconsultos tanquàm iuridica recepta est.*

11 *Iudicio peritorum standum est.*

13 *Tempus legitimum pariendi est in 8. 9. & 10. mense, & nu. seq.*

15 *Partus non sufficit quòd uiuus nascatur, sed oportet quòd eo tempore nascatur, quo naturaliter uiuere possit, licet illico ex accidenti moriatur.*

16 *Partus natus debilis quò ad iuris effectus monstruoso æquatur.*

17 *Partus monstruosus, quia inter liberos non numeratur, non succedit.*

18 *Regula l. qui in utero. ff. de sta. hom. quomodo procedat.*

19 *Tutor datus posthumo, si interim administrauit, si nascitur posthumus, usque ab initio tenetur actione tutelæ.*

20 *Partus natus, quando naturaliter uiuere non potest, pro mortuo habetur.*

21 *Partus in utero existens non natus non succedit, nec testamentum rumpit.*

22 *Lex dicens, quòd natus uiuus rumpit testamentum, & succedit, quomodo intelligatur.*

23 *Iura adaptanda sunt ad ea, quæ facile, & frequenter accidunt.*

24 *Argumentum a solitis procedit.*

25 *Partus si dubitetur, quo mense natus sit, per locum à communiter accidentibus in nono mense natus præsumetur.*

27 *Filium ex quinquagenaria natum sicut alios lex recipit.*

28 *Similiter in nato in octauo mense, licet sit contra communiter accidentia, & ad eum iura adaptantur, & patris testamentum rumpit.*

29 *In disponendo lex respicit id, quod esse potest etiam de raro, si dubium est, an ita futurum sit.*

30 *Lex præsupponit, quòd in utero prægnantis possint esse septem, ideo disponit eligendo uiam mediam, quòd natus habeat quartã partem, ac si tres in utero essent, & nati fuissent.*

31 *Casus, quòd tres in uno partu nascantur, non est admodum rarus.*

32 *In l. conde̅ds quid agendum est, si uenit casus, circa quem ratione raræ contingentiæ dictetur unum, & ratione frequentis contingentiæ dictetur aliud.*

34 *Matrimonium nedum contrahitur propter sobolem, sed etiam propter seipsum, quia sacramentum est.*

Et ob fornicationem euitandam.

Et bona eius sunt tria, fides, proles, & sacramentum.

35 *Matrimonium contrahere possunt spadones, dummodo non sint castrati.*

Matrimonium contrahere non possunt castrati.

Nec mulier arctissima.

Quid autem in sene, qui coire non potest.

39 *Partus octimestris extractus in utero matris exsecto, & sic uiolenter absque eo quòd aliqua pariendi signa appareant, nullo modo uiuere posse dicitur, & ut abortiuus non succedit.*

37 *Partus dum est in uentre, portio uiscerum matris dicitur.*

38 *Partus octimestris quare nunquàm, uel rarissimè uiuat.*

39 *Partus octimestris ex uirtute sua naturaliter natus, non uiolenter, possibile est, quòd uiuat.*

40 *Partus abortiuus dicitur, qui non propria uirtute, sed uiolenter egreditur, quantocunque tempore in utero matris stetisset.*

41 *Partus abortiuus an succedat, & testamentum rumpat.*

L. quod dicitur. ff. de lib. & posth. quomodo intelligatur.

CONSILIVM XXXV.

Dirigat Dominus verba mea in viam ueritatis & iustitia.



Isa ac diligenter considerata contingentia facti. Conclusio p magnificum, & excellentissimũ Consultorẽ mihi maiorẽ honorandũ firmata, & per clarissimos subscribentes comprubata,
1 ta, uidetur primo aspectu dubitabilis. †Nam uidetur, ꝙ ille ita in octauo mense extractus successerit matri eius, & postea moriens in auum paternum hæreditatem trãsmiserit, quia cũ totus, & uiuus, ut p̃supponitur in lucẽ uenerit, ad nullum declinans monstrum, uel prodigium rupisset testamentum patris, ut est text. in alleg. l. pen. C. de posth. hæ
2 re. instit. †& licet statim decesserit: tamen uidetur satis esse, quòd aliquo tempore, quamuis breuissimè uixerit, per d. l. pen. ut uoluit Bald. propriè loquens de nato in octauo mense, in consil. 188. Ad intelligentiam quorum dubiorũ. j. uol. repetito in consil. 113. Proponitur, quòd quidam ser Simon. 5. uol. secundùm impressionem meam, licet secundũ aliam impressionem alio numero reperiatur secundum ꝙ Consultor allegat. Sicut ergo testamentum patris rupisset, ita uidetur, quòd debeat matri eius successisse, prout talẽ succedere, & conditionem implere uoluit Bald. in prædictis consilijs, & hoc maximè dicendum uidetur; quia licet nati in octauo mense rarissimè uiuant; tamen aliquando reperti sunt uiuere secundùm aliquos, ut etiam per Con-
3 sultorem adducebatur, †unde cum etiam casus rari, & quasi miraculosi in iure considerentur, ut l. si maior. C. de leg. hæred. cum similib. allegatis per gloss. in l. ex his. ff. de legi. uidetur, quòd etiam istius in octauo mense nati, seu extracti sit talis habenda consideratio, ut matri eius successer. attento quòd ut (dixi) aliquando tali tempore nati uiuere possunt, prout etiam clarissimus Consultor fateri uidetur, dum in articulo de nato in sexto mense respondendo ad tertium argumentum, vult tollere inductionem. d. l. si ma-
4 ior. †Sic in simili uidemus, quòd mulier quinquagenaria, immo, & sexagenaria, licet rarò & quasi per miraculum paritura nubere potest, ut l. sancimus la. 2. iuncta gloss. C. de nupt. & hoc attento eo, quod euenire potest, quamquam rarissimè, quod tamen nõ concederetur mulieri, quam exploratum est nullo modo naturaliter parere posse ex uitio naturæ, puta quia sit arctissima, iuxta prædicta per patrũ, & dominum meum Soc. in l j. a. not. ff. sol. matrimonio.

Et licet super rarò contingentibus iura poni non soleãt: quinimmo eos casus soleant contemnere legislatores. l. nã ad ea. ff. de leg. quia in his, quæ rarò fiunt, miraculum dicitur, in auct. de consul. 2. col. circa med. colat 4. & de miraculosis non soleat esse lex, ut inquit Bal. in l. iura constitui. ff. de legi. tamen etiam illi casus, si contingat, sunt aliquo modo, prout melius potest, per iuris regulas terminandi, ultra quod etiam super eis aliquando lex constituitur, iuxta not. in d. l. ex his. & l. seq. & j. dicetur. Et quòd iste ita in octauo mense natus dicatur successisse matri, & fortius uide-
5 tur dicendum, †quia etiam si in 5. uel 6. mense natus fuisset quo casu secundum oẽs concorditer nullo modo uiuere potuisset, matri diceretur successisse, licet illico decesserit, secundùm ꝙ uidetur uoluisse Ang. in l. quod dicitur. ff. de lib. & posth. per tex. in d. l. pen. C. de posth. hær. ubi etiam ita uoluit Cor. & supra per Consulentem tactum fuit. Vnde si ita est in nato in sexto mense, qui omnium consensu uiuere nõ põt, fortius dicendũ erit in nata in octauo mẽse, & sic in casu isto, quem possibile est secundùm aliquos uiuere licet difficile, auct. multo magis. C. de sacrosan. eccles.

Præterea pro ista opinione, & contra conclusionem clarissimi Consultoris uidetur uirtualiter gl. in l. septimo mẽse. ff. de statu homi. ibi ergo in sex mensibus, & uno die põe nasci. & usque ad decimum mensem finitum &c. uidetur n. uelle ista uerba, quòd toto illo medio tempore, & sic etiam in octauo mense poterit nasci perfectus partus, & uitalis.
6 †Et idẽ ẽt uidetur sentire glo. in uerbo perfecto, in §. fin. in auten. de resti. & ea quæ pa. &c. col. quarta, dum dicitur, quòd mulier potest portare ad plus per decem menses, & duos dies, & plus quàm sex mensibus opòrtet, quòd porte-
7 tur, Demum pro ista opinione facit † quia cum istum succedere matri sit sibi commodum, uidetur quòd eo respectu debuerit haberi pro nato etiam dum in utero erat, ut l. qui in utero. ff. de sta. ho. & consequenter, quòd ita habitus pro nato matri successerit, & sic etiam post natus, & moriens ius suum in auum paternum transmiserit. His tamen non obstantib. diligentius omnia pensitando uerissimam, & iuridicam arbitror in proposito casu conclusiõnẽ iam ab alijs firmatam in fauorem fratrum prædictæ Titiæ hoc. s. præsupposito, ut mihi in facto præsupponitur, quod ille extractus, ut in puncto dicitur, esset in octauo mense suæ conceptionis, & licet ista conclusio satis abunde probata sit per clarissimum Consul. Tamẽ ut clarius demonstretur, & iustitia apertius innotescat, dico, ꝙ ista conclusio tri-
8 plici uia, & earum qualibet de per se de iure procedit †Prima uia est, quia dico, ꝙ licet aliqui ex naturalib. aut philosophus senserint natum in octauo mense uiuere posse, quãtus rarissimè, ut Auerrois lib. 4. de gene. animalium, sanctus Thomas in opusculo de fato cap. 28. & alij allegati per Consultorem, & ultra eum ita uoluit frater Egidius Romanus in libro de formatione corporis humani ca. 26. Tamen in proposito tenenda uidetur opin. contraria, uidelicet, ꝙ immo partus octimestris non uiuat naturaliter loquendo. Tum quia uidetur apud illustres medicos, & philosophos pro ueriori recepta, ut attestatur Aulus Gellius in ca. 16. lib. 3. Dum dicit, hominem rarenter. 7. mense gi-

gni.

gni.8.n̄.nquam.9. sept &c. ut supra per Consultorem re-
9 tertu;c.†Nam sicut apud nostros docto.sti qua sit disputatio
& controuersia, illa opin. tenenda est, quæ a pluribus, & il-
lustrioribus pro uera est recepta, iuxta.c.j.& fin. & quæ ibi
doc. dicunt, extra de his quæ fiunt a maio. par. cap. & ca. in
canonicis.9.dist. cum sim. ut scribit Corn. in consi.185. quã-
quam præsens consultatio.i.col.3. uolum. ita etiam in hac
disputatione an octimestris partus naturaliter uiuere pos
sit, ista negatiua opinio tenenda est cum a pluribus, & illu
strioribus auctoribus pro uera uideatur recepta. Tum etiã
quia inter alios naturales, & grauissimos auctores hanc o-
pinionem firmauit summus ille medicorum Hippocrates,
10 ut per Consultorem deductum fuit. †Quoniam in hac ma
teria a nostris Iurisconsultis ipsius auctoritas, allegata &
recepta est tanquam iuridica, ut in d.l. septimo mense, & in
11 l. intestato.§.fi.ff. de suis & legitimis hæred. †Semper enim
in hac materia medicorum iudicio uelut in ea peritorum
standum est, ut dicta l. septimo mense, & ibi omnes notãt,
& per illum textum ita inquit Albericus de Rosat. in l. qui
in utero, tertia columna, eodem titulo, cum aliis adductis
supra per Consulorem. Et ultra etiam dico, quòd in specie
12 per nostros Iurisconsultos ista opi. uidetur recepta. †Nam
Bald. in prædictis consi.128.& 113. affirmat natum in octa-
uo mense uiuere non posse. Ita etiam uult Pau. de Cast. in l.
uxoris abortu. seu in l. seq. C. de posthu. hære. insti. Dum pri
mò dicit, quód paria sunt, quem non nasci uiuum, & nasci
uiuum eo tempore, quo certum est, uiuere non posse. puta
13 quia non sit natus legitimo tempore, †& statim. postea di-
cit, quod legitimum tempus pariendi, potest esse in se-
ptimo mense, in 9.& 10.& intelligit octauum mensem nõ
esse legitimum tempus pariendi, & per consequens eo tẽ-
pore natũ uiuere non posse. Et idẽ ẽt uult ibi Alex. per ea-
dem uerba, qui etiam idem sentit in l. cum qdam.§. summ.
ff. de acqui. hære. dum dicitur, ꝙ mulier potest parere in se
ptimo mense, in 9.& 10. Hoc etiã ante illos fuit de intentio
ne Alb. de Ros. in d.l. septimo mense, dũ dicit, posse edi par
tum.7.9.& 10. mense, & Bar. in l. Gallus. in princip. de lib.
14 & posth. ff. tertia colum. †ubi similiter dicit, ꝙ triplex est p
fectum tempus partus, uidelicet, 7.9. & 10. mensis, ut p eũ.
Et ex his patet, quòd gl. in d.l. septimo mense, & in d.§. fin.
in contrariũ allegatæ, si sentiunt in octauo mẽse posse par-
tum perfectè nasci, malè sentiunt. Sed ego credo, quòd nõ
ita uoluerint. d. gl. sed tantùm habuerunt respectũ, & uolue
runt demonstrare, quando breuiori tempore, & quãdo lõ-
giori quis nasci posiit perfectè. Sed ex eo non est inferen-
dũ, ꝙ quolibet medio tẽpore possit pfectè nasci, & detur
legitimum tempus pariendi, cum contrarium, & a natura
libus, & a doctoribus nostris magis communiter determi-
15 netur de nato in octauo mense, per prædicta. †Stante mõ
ista opi. pro uera, prout teneri debet, uidelicet ꝙ octime-
stris partus naturaliter uiuere non possit, sequitur, ꝙ nec
testamentum rumperet, nec succederet; nam (prout est com
munis opin. docto. in d.l. quod dicitur, & d.l. pen.) non suffi-
cit quam nasci uiuum, sed oportet, ꝙ eo tempore nascatur,
quod naturaliter uiuere possit, licet ex aliquo accidenti il
lico decedat, & ideo natus in 5. uel 6. mense nec rumperet
testamentum, nec succederet, quia naturaliter uiuere non
põt, quicquid Ang. in d.l. qđ dicitur, & Corne. in d.l. pen. in
contrarium dixerint, & malè, communiter enim omnes
alii ita determinant, ut per patruum, & dominũ meũ Soci.
in l. cum auus mihi colum.30.ff. de condit. & demon. Ias. in
d.l. quod dicitur, & Dec. in l. posthumo. in secundo no. C. de
bon. pos. contra tab. cum aliis adductis per clariss. Consulto
rem. Et ultra eos ita etiam tenuit Fulgo. in consi.69. Pun-
ctus talis est, Marianus, aut ea quoque ratione, unde p idẽ
titatẽ rationis idẽ dicendũ est de nato in octauo mense, cũ
nec ille (ut est dictum) naturaliter uiuere posset, & ex his
constat, quod malè loquitur Bal. in d. cons.128. dum dicit
octimestrem succedere, quem tamen fatetur secundũ phi-
16 sicos uiuere non posse. †Et ista opin. Bald. ultra adducta p
Consultorem probatur: quia, qui nascitur debilis, quoad
iuris effectus æquatur monstruoso. l. quæreret aliquis. ff. de
uerb sig. & intelligitur debilis, qui non debito tpe nascit,
puta in 5.6. uel 8. mense prout sic intelligit illum text. pa-
truus, & dominus meus Soc. in d.l. cum auus loco prælle.
dicens (prout rei ueritas est) ꝙ aliter melius ille tex. intel-
17 ligi non potest, †sed monstruosus non succederet: quia in-
ter liberos nõ posset numerari. l. nõ sũt liberi. ff. de stat. ho.
idem ergo dicẽdum est de debili, & sic in proposito, uel na
to in octauo mense, qui statim decessit (prout isto casu cõ
tigit) creditur. n. decessisse non ex aliquo accidenti, sed q̃a
naturaliter, ut est dictum, uiuere non poterat. Et ista sit pri
ma uia, seu primum fundamentum in fauorem fratrum p̄-
dictæ Titiæ, ꝙ solum, & de per se, absque his, quæ j. subiciã
18 sufficeret eis ad uictoriam. †Cui non obst. reg. d.l. qui in ute
ro. ff. de sta. ho. ultimo loco allegata in contrarium: quia re
spondetur, ꝙ regula illa procedit, ut. s. quis pro nato ha-
beatur tempore, quo est in utero, postea quam natus est, ut
sic postea natus perinde succedat, ac si natus fuisset dum
erat in utero, non autem procedit, quod tunc dum est in
utero simpliciter, habeatur pro nato, ita post Iacob. de A-
re. Albe. de Rosa in princip. & etiam in 2. col: in versi. oppo.
19 d.l. pen. infra unde agnati &c. † Et ista responsio probatur
in l. cum pater. ff. de neg. gest. ibi enim quando tutor datus
posthumo interim administrauit, si nascitur posthumus, us
que ab initio tenetur actione tutelæ: quia postquam natus
est habetur perinde, ac si natus fuisset ab initio, sed si non
nascatur, uel nascatur, sed nõ uiuus, quo casu hr̄ pro nõ na
to. l. qui mortui ff. de uer. sig. & uoluit gl. in d.l. cum pater,
non habebit locum actio tutelæ, sed negociorum gestorũ;
quia ex quo iuris consideratione non fuit natus, nunquam
dicitur habitus pro nato, & ita si rectè ponderetur, uoluit
20 ibi Bar. †Et si dicatur, ꝙ in casu isto fuit natus uiuus, ergo
&c. Respondetur, quod immo ex quo tempore illegitimo,
& sic debilis, & imperfectus extractus fuit, ita ꝙ naturali-
ter uiuere non poterat, nõ dicitur natus uiuus, sed potius
mortuus, ex quo certum erat eum de proximo moriturũ,
prout accidit, ut declarat Lancel. Dec. in d.l. quod dicitur,
& ille abortiuo similis dicitur, & sic patet, ꝙ isto casu non
põt considerari regula. d.l. qui in utero, & hoc in proposito
21 puto ĩdubitatũ, †alioqnin etiam si nec quis natus, nec etiã
secto uẽtre extractus fuerit matri morienti diceretur suã
cessisse, & testamentum patris rupisse ex eo tm̃, ꝙ in utero
fuit, qđ ridiculũ esset, & cõtra d.l. pen. C. de posth. hær. insti.
& l.3.§ ex his. ff. de iniust. rup. test. & hanc declarationẽ ad
d.l. qui in utero sentit do. Io. Maria Rimin. in l. posthumo.
2. no. C. de bono. pos. contra tab. Alia, quæ supra in contra-
riũ allegata, sunt uel iã sublata sunt, uel non respiciunt hãc
primã uiam. Secunda principalis uia, seu secundum funda
mentum fit in fauorem prędictorũ fratrũ Titiæ posito, abs
que ueritatis præiudicio, ꝙ natus in octauo mense uiuere
naturaliter possit, licet rarissimè, & quasi miraculosè, & sic
22 denegato fundamento omnium prædictorum; † quoniam
dico, ꝙ lex dicens, ꝙ natus uiuus, qui naturaliter viuere po
test; rumpit testamentum, & succedit, licet statim decedit,
intelligitur de his, qui a cõmuniter accidẽtibus, & ut in plu
ribus naturaliter viuere poterant; in eis. n. licet mors sup-
ueniat incontinenti, præsumitur ex aliquo accidenti conti
gisse, & non naturaliter, attento, ꝙ secundùm naturam ip-
si viuere poterant, vt in pluribus, puta si septimo, vel nono
mense nascantur. Non autem procedit, nec dẽt intelligi in
his, qui vt in paucioribus, q̃ rarissimè & quasi per miracu-
lum viuere possent, sed vt in pluribus naturaliter viuere
non possunt, puta in natis q̃nto, sexto, vel octauo mẽse, tũc
n. si contingat, aliquem viuum nasci, & statim decedere,
credendum est, ꝙ decesserit non ex aliquo accidenti, sed
naturaliter. & hoc quia naturaliter viuere non poterat in-
specto eo ꝙ in talibus frequentius, & quasi sẽper contingit
videlicet eum viuere non posse. Et ad hanc considerationẽ
bene adaptantur. l. iura constitui. l. ex his. & l. non ad ea. ff.
23 de legib. †vt sic dicamus, iura in sui præscriptione adaptã
da esse ad ea, quæ facile, & frequenter accidunt, non ad
ea

ea quæ raró accidunt,& ita uoluit Pau.de Ca in d.l.iura cõ
stitui,dum dicit,ꝙ illa præsumptio, ꝙ quis p̄sumatur uiue
re,nisi probetur mortuus,non procedit,supra centũ annos
quoniam raró post illam ætatẽ quis reperitur uiuus, ut ꝑ
eum,& sic in proposito nostro dicendũ est,ut iste ita ĩ octa
uo mense extractus,qui statim decessit,dicaẽ decessisse eo
ꝙ naturaliter uiuere nõ potuisset. Cum illud,ut plurimum
contingat,non autem ex aliquo accidenti tanquã naturali
ter uicturus,cum illud in talibus rarissimum esse possit.
24 †Et ꝙ ita sit dicendum,probatur etiam: quia ualet ar-
gumentũ a solitis & cõiter accidentib.in l.certi condictio.
§.si nummos.ff.si cer.pet.& ibi no.doc.in l.si prius.§.j.ff. de
aqua plu.arc.cum si. ita.n.quidem præsumitur contigisse,si
cut frequenter,& cõiter solet accidere,ut uoluit glo.& ibi
sequuntur doc.maximè Bal.in l.neque natales.C. de pro-
ba.& gl.in l.j.C.de arbi.cum si.ut per Cor.in cons.171.inci.
uidetur in hac consultatione,tertia co.j.uo. Vnde cum fre-
quentius,& magis cõiter contingat,natum in octauo men
se naturaliter non uiuere , ita de tali extracto in casu no-
stro præsumendum est,& consequenter sequitur,ꝙ non di
25 citur matri suæ successisse per prædicta.†Accedat prædi-
ctis elegans doc.Bal.in d.l.septimo mense,ubi si dubitetur
an quis in septimo,uel nono natus fuerit,dicit post Iac.de
Bel.ꝙ præsumeretur natus in nono per locum a cõiter ac-
cidentibus,& alle.l.neque natales.C.de proba.sic igitur in
proposito dicendum est ratione frequentioris usus , & per
locum a communiter accidentib.ꝙ iste sic in 8. mense ex-
tractus naturaliter uiuere non potuisset, & ideo licet ap-
paruerit per aliquod momentum tẽporis uiuus,tamẽ ꝑin
de est,ac si nunquam uiuus fuerit,loquor quò ad succeden
dum,& consequenter abortiuo similis est per prædicta.
26 †Nec prędictis,& huic secundæ uiæ ob.qđ s̄.dicebatur,
etiam casus raros, & quasi miraculosos considerari per d.
l.si maior.C.de legi.hære.Quoniam respondeo,& attenden
dum est.Nam aliquando,& primò quærit,utrum si contin-
gat casus aliquis,qui tam raró solet contingere, sit ad eũ
ius adaptandum,ita ut iure terminetur,& dico , ꝙ adapta
ri debet lex iã in aliis generaliter facta,non ꝙ noua fiat,&
ita loquitur,& ꝓcedit.d.l.si maior,& ita allegando.d.l. uo
luit Dec.in l.ea quæ raró.ff.de reg.iur.& sensit Bar.in d.l.iu
27 ra constitu.in uer.tu uerò plenius.†Nam licet rarissimum
sit,ꝙ quinquagenaria pariat,si tamen pari,& sic casus eue
nit,iura ad eũ adaptãtur,& sic lex ipsum ex quinquagena
ria natũ recipit,sicut alios filios recipeẽ solet,ut ibi, & hoc
summa rõne;quia postquã ille natus est,& uerè filius est,ini
quum esset eum a successione patris,uel aliorum excludi,
28 ut de se notum est,†& iõ dicerem,ꝙ si quis in octauo mẽ
se natus uiueret,licet hoc esset qd rarissimum,& cõtra cõ
muniter accidentia,tũ non esset respuendus , sed ad eum
iura adaptarẽtur,& patris testm̃ rumperet,& succederet,
argu.d.l.si maior,quæ solùm ad talem casum p̄stat argumẽ
tum,sed iste non est casus noster, cum iste extractus non ui
29 uat.†Aliquando,& secundò quæritur,utrum ius disponen
do respiciat id,quod esse potest etiam de raró,est tamẽ du
bium,an ita sit futurum,& tunc licet dici soleat,ꝙ non re-
gulariter,ut d.l.nam ad ea.& in auc.ut sine prohib. matrea
debitri.§.quia uerò,col.7.Aliquando tamen secus fit , ut di
xit glo.in d.l.ex his. Et tunc aliquando disponit lex quid fu
turum sit,si casus ille contingat,ut in §.insulam.insti.de re.
diui.Aliquando considerando,quòd quid esse posset , non
simpliciter,sed mediocritatem amplectendo,disponit in-
terim,dum in dubio res est,ac si illud esset. Sed nisi postea
contingat,ita dispositũ reuocat,& ad euenientẽ casũ ada-
ptat, ut l.antiqui.ff.si pars hær.pet.& l.sed & si restituatur.
30 §.si.ff.de ind.& utrobiq; traditur per gl.& doc. †Nam lex
considerando,ꝙ in utero p̄gnantis possunt esse usq; ad se-
ptem,licet a cõiter accidentib. unus esse soleat eligendo
mediocritatem,disponit,ꝙ iã natus filius pro quarta parte
interim admittatur,ac si tres ĩ utero essent,& nati fuissẽt,
sed si postea nõ tres nascãtur,sed pauciores , dispõ illa re-
uocatur,idẽ si plures nascerẽtur,qui primus erat natus ꝓ
uirili,cũ uno uel pluribus natis admittetur, ut d.l.antiqui
cũ l.seq.& illud statuit lex:qa nõ est magni p̄iudicii , immo
fere nullius,cũ cito ueritas expectei,scđm quã res ꝓcedet
sic & aliàs minus frequens p̄sumitur gratia uitãdæ sinistræ
31 suspicionis,ut per Pa.de Ca.in d.l.iura constitui.†Vltra ẽt;
ꝙ dici potest casum illum,ꝙ tres nascãtur , non esse admo
dum rarum,ut dicitur in d.l.antiqui,prope si. Sed nec iste
est casus noster,nã hic non sumus in dubio,an iste sit uictu
rus, cum iam decesserit,& quidem naturaliter iuris p̄sum-
ptione, ut supra dictum fuit. Et si dicas in dubio res fuit ,
tunc,& illo breui tempore,quo dicitur fuisse uiuum,igitur
debet dici,ꝙ lex disposuerit illum succedere, consideran-
do ꝙ uiuere poterat.Respõdetur , ꝙ si ita uelles arg. d. l.
antiqui.cum si.ex quo casus uitæ non euenit ; quia statim
decessit,talis dispositio esset reuocata,sicut reuocatur ĩ ca
su.d.l.antiqui,vt mõ dicebã.Veruntamen dico,ꝙ isto casu
lex non sic disposuit, sed præsumens talem extractum ui-
uere non posse,habens illum pro non uiuo,& abortiuo di
sposuit potius cõtrarium,uidelicet,ꝙ matri non successe-
rit,sed ꝙ ei, uelut sine filiis moriẽti successerit fratres eius
per prædicta.Nec arg.de d.l.antiqui,cum si.est ad proposi
tum,quoniã ibi illa dispõ fit quasi ex necessitate,ut.s.inte-
rim iã natus sciat pro qua parte hęres fiat,& ex ea,ut dixi,
nullum ferè generatur p̄iudicium , quòd in casu nostro nõ
potest considerari,cum incontinenti ille extractus deces-
serit,& si lex disponeret inspecto eo,qđ poterat uiuere,li-
cet raró,magnum inferretur p̄iudicium p̄dictis fratribus
Titię;quia essent priuati eius successione,qđ non est dicen
dum.Nec p̄terea isto casu illa dispõ posset dici facta ꝑpe-
uitandã sinistrã suspitionã,sicut in casu de quo per pau.de
Ca.in d.l.iura constitui, unde remanet in casu nostro regu
la,uidelicet,quòd lex p̄sumat id euenisse , quod frequẽtius
32 contingere solet,scđm quòd s̄.dictum est.†Aliquando, &
tertiò,& ulti.emergit aliquis casus, circa quem raræ con-
tingentię dictetur unum,frequenti autem contingentię di
ctetur aliud,& quęritur in l.condenda super tali casu,quid
sit attendendum,& certè dicendum est illud , quod dicta-
tur ex frequenti contingentia,ita inquit Iaco.de Are.in d.
l.iura constitui,dicens quòd in hoc stat proprius , & uerus
intellectus illius.l.& ita ibi eum refert & uidetur sequi Alb.
de Ros. Et intelligo hoc regulariter, & quando cõtrarium
in aliquo particulari casu aliqua particulari ratione nõ re
peritur statutum ,secundùm quòd ex prædictis colligi põt.
Et huic tertio casui ꝓpriè aptatur, & simis est casus no
ster,nã emersit casus natiuitatis, seu extractionis istius octi-
mestris circa quẽ inspecta frequentiori contingentia dicta
tur eum naturaliter uiuere nõ posse, sed inspecta rara con
tingẽtia dictaẽ cõtrarium. Vnde lex sup tali casu disponẽs
dr̄ attendere id,quod dictatur ex frequenti contingentia ,
& consequenter quòd uiuere nõ possit, merito seqtur, ꝙ
lex dicaẽ disposuisse, quòd matri nõ successerit,sicut ẽt nõ
rumpit testamẽtum patris,cum ad ista , ut s̄. dictum fuit ,
non sufficiat quẽ nasci uiuum,sed oportet , quòd ita uiuus
nascatur,ꝙ naturaliter in uita sit p̄seueraturus,ut s̄. circa
primã uiã conclusum fuit. Et hoc eo maximè in casu nr̄o
dicendum est,attento quòd uerè realiter,& statĩ decessit ,
& ita euenit illud , qđ ex frequenti contingentia dictaba-
33 tur , scđm ꝙ supra declaratum fuit. †Nec p̄dictis ob.qđ
supra in contrarium dicebatur , quod etiam sexagenaria
põt nubere inspecto eo,qđ possibile est illã parere,licet ra
rissimè,ut de Helisabeth matre Ioannis Bapti. sacra testa-
tur pagina.Quoniã respondetur , ꝙ illud spaliter statuitur
in matrimonio:tum qa ꝑ illud nulli nr̄ p̄iudicium, ut de se
notum est : tum etiã & maximè fauore ipsius matrimonij.
34 †Nam ut inquit Bal.in d.l.sancimus.la.2.C.de nupt. matri
monium nedum propter sobolem contrahitur , sed ẽt pro
pter seipsum;quia sacramentum est,adde quòd ẽt ad ui-
tandã fornicationem ĩr,ut in c.sicut,ꝓpe fi.& ĩ c.solet. 32.
q.2.cum si.& ideo matrimonii bonũ triplex consideratur ,
uidelicet sacramentum,fides,& proles,ut d.ca.sicut. unde
cum asserit alia duo,fides scilicet,& sacramentũ,circa pro

lem

lem sufficit, qualis qualis spes etiã ꝙ rarissimum sit habitu
35 ra effectum. †Et hinc est, ꝙ etiã spadones modò non sint
castrati matrimonium cõtrahunt. l. si serua. §. fi. de iur. dot.
Fateor tamen, quòd si constaret, exploratumq; eẽt, ꝙ a-
liquis, uel aliqua nullo mõ naturaliter generare posset, nõ
con traheret, matrimonium, ut est castratus, ut d. §. fi. & mu
lier artissima, ut per patruum, & dominum meũ Soc. in d.
l. j. solu. matr. uel etiã ita senex, ꝙ clarũ sit, eũ coire nõ pos-
se, secundùm quòd singulariter determinat dominus Chri
sto. Porc. insti. de nup. in fi. prin. de hoc tamen posset dubita
ri, iõ ꝓ nunc non disputo, nec affirmo. De casu igitur d. l. sã
cimus, & sim. non debet argui ad casum nostrũ, in quo nul-
la specialitas reperitur, & maximum inferret præiudiciũ,
ut est dictum. Ea diuersis. n. non fit illatio ꝑ iura uulgaria.
Et consequenter remanet, ꝙ secundùm regulam & per lo-
cum a cõiter accidentibus iste octimestris non debuit ꝓ-
sumi naturaliter in uita perseueraturus, & consequenter
non dicitur successisse matri, attento maximè ꝙ mortuus
fuit incontinenti per supra deducta. Et ista secunda uia, si
cut etiam prima per se sola ab aliis separata dicitur suffi-
ciens ad uictoriã prædictis fratribus Titiæ. Tertia ẽt uia
principalis est, seu tertium fundamẽtum fit in fauorem di
ctorum fratum, posito absq; præiudicio ueritatis, ꝙ nulla
ex prædictis uijs illis prodesset, & sic posito ꝙ natus ĩ octa
uo mense aliquando uiuere possit naturaliter contra ea, q̃
dicta sunt in prima uia. Item ẽt posito, ꝙ talis sit natus in
specto eo, quod esse poterat, licet rarò dicatur succedere,
cõtra secundã uiã. Quoniã licet hæc ꝓsupposita falsa arbi-
ter, per iam dicta, tñ adhuc dico, ꝙ ĩ casu nostro iste sic ex
tractus, & stati mortuus, secundùm ꝙ in puncto narratur,
non dicitur matri eius successisse, dico. n. quòd oĩa ista pre
supposita, ubi essent uera, procederent, & intelligi debent
solũ, & duntaxat, quando quis in octauo mense pro se, & ꝓ-
pria uirtute nasceretur, & sic quando mulier prægnans in
tali tempore a dolore partus pro se inducta pareret, & ita
puer ille, quasi proprijs uiribus matris uentrem exiret, nã
tunc admitti potest, quòd aliquando uiuere possit, licet ra
rissimè; quia etiam tunc, ut in pluribus nascerentur non ui
cturi. & in tali casu procedat, quod plerique sentiunt, otti-
36 mestrẽ, scilicet posse nasci uicturum, licet rarò, †nõ autem
procederent prædicta præsupposita, quando extractus eẽt
puer, ex secto uentre matris ex uulnere, puta uel ex aliquo
particulari morbo defunctæ, absq; eo ꝙ in ea apparuerint
aliqua signa pariendi; tunc. n. quia constat eũ non propria
uirtute in lucem uenisse, sed uiolenter, & sic non naturali-
ter absolutè dicendũ est, ꝙ nullo modo uiuere posset, & cõ
sequenter, ꝙ ita extractus tanquã abortiuus nullo mõ rum
peret testamentum patris, neque succederet per ea, quæ su
pra deducta sunt, unde cum in casu proposito nullis appa-
rentib. signis pariendi mulier ista epidimiæ morbo, & qui-
dẽ citissimè perierit, & exsecto uẽtre eius iã mortua puer
iste fuerit extractus, & ita nõ naturaliter, sed uiolenter ĩ lu
cẽ deductus fuerit, absq; dubio dicendũ est, ꝙ non erat na-
turaliter in uita ꝑseueraturus, sed oĩno moriturus, prout
ẽt re ipsa statim ostensum fuit: cum quasi incontinenti de-
cesserit, & consequenter dicendum est, ꝙ matri succedere
non potuit, per supra dicta. Et ista cõsideratio (ni fallor) est
uerissima, & iuridica, & cadere debet in quodlibet sensatũ
caput, & ita mihi a quibusdã excellẽtissimis artiũ, & medi
cinæ doctoribus, quos in re ista cõsului, datis (absque ueri
ꝓiudicio) ꝓ ueris p̄dictis ꝓsuppositis, responsũ fuit, & ꝓser-
tim in casu isto, in quo secundùm eos facile credi potest, ꝙ
uenter ipse. i. puer existens in uentre materni morbi quali-
37 tate eẽt effectus. † Cũ interĩ matris eius, uel ipsius uiscerũ
portio eẽt. l. j. §. ex hoc rescripto. ff. de uen. inspi. Probatur ẽt
38 p̄dicta consideratio, † nã cur natus in octauo mense nunq̃
uel rarissimè uiuat, rõ magis cõiter ꝑ naturales allegatur,
q2 ĩ eo mẽse nõ est illi uirtus, qua pasci possit, & nutriri, eo
ꝙ illo mense solet curari existens in utero a langore, & tur
batione sibi accidentib. & ad naturales uires restitui, quas
amisit, dum in 7. mense exire (prout uẽs faciunt) tentauit,
& ꝑꝑ uirtutis debilitatẽ egredi non potuit, ꝓut ex intẽtio
ne Hippocr. ĩ li. de defectus scribit Alyabbas. 7. theoricæ. c.
39 34. & s̄. per Clarissimum Consultorẽ refertur. †Mõ hoc po
sito dico, ꝙ licet difficillimum, & q̃ rarissimum sit, tñ possi
bile est, ꝙ aliqs fortior cæteris citius curetur, & uires acqui
rat, & ita iterum in octauo mense ꝓpria uirtute tentãs exi
tũ egrediatĩ in uita perseueraturus, & ita uerificari põt, ꝙ
quidã naturales sentiunt. s. octimestrẽ partum uiuere pos-
se, licet rarò, nõ autem potest illud uerificari, uel procede-
re in casu nostro, uel simili, quoniã non sua uirtute ueluti
curatus & refectus, sed uiolenter dr̃ in lucẽ uenisse, anteq̃
uires eius essent idoneæ, ut uicturus nasceretur. Cum ut in
pluribus, & a cõiter accidentibus totus ille 8. mensis sit ne
cessarius ad illã refectionẽ, & nulla uirtus eius in nascẽdo
appareat, ꝑꝑ q̃ contrarium ꝓsumi possit. Cum igitur possi
bilitas illa, ut. s. octimestris uicturus nascatur, uideatur fun
dari ĩ ꝓpria uirtute, q̃ ipse exitũ naturaliter faciẽs, ostẽdie
sequitur ꝙ ĩ casu isto nõ sumus ĩ tali possibilitate, & sic stan
do regulæ dicemus istũ sic ex uẽtre secto extractũ nõ fuis-
se naturaliter ĩ uita ꝑseueraturũ, & ꝑ cõsequens eũ matri
40 nõ successisse. † Cõprobatur ista cõclusio q2 qñ aliquis ꝓ-
ter naturæ ordinẽ d̉ uẽtre matris, exit hoc ẽ. ubi cõstat, ꝙ ñ
ꝓpria uirtute, sed uiolẽter egressus fuit, dẽ abortiuus. seu
mulier illa dicitur abortũ fecisse nulla habita distĩctione tẽ
porũ cõceptionis, & sic quãtuncunq; tẽpore stetisset ĩ utero
ut in c. Moyses. 32. q. 2. ubi, abortũ fecerat, & in c. sicut ex li
terarũ. de homi. ibi, abortiuit. Probatur ẽt ĩ l. diuus. ff. de ex
traor. cri. ibi abegerit, & in l. si mulierẽ. ff. ad l. cor. de sicca.
ibi abigeret, uerbis eorũ gl. dũ exponunt abortũ fecerit, uel
faceret, & sic seq̃t, ꝙ ĩ ꝓposito nr̃o, ex quo iste extractus nõ
ꝓpria uirtute, sed uiolenter ĩ lucẽ uenit, dicitur abortiuus
meritò seq̃tur, ꝙ non succedit, q2 nec testamẽtũ rũperet.
ut d. l. uxoris abortu. & ibi ꝑ doc. de post. hære. insti. Nec ob,
ꝙ uiuus extractus fuerit, q2 quo ad hoc ꝑide est, ac si mor
tuus fuisset extractus, cũ ĩcõtinẽti decesserit, & nãliter ui-
41 cturus ñ eẽt, ut s̄. dictum fuit. †Nec p̄dictis ob. ꝙ dici solet
ẽt exsecto uentre susceptũ rũpere testamentum, ut qd̉ dici
tur de li. & posth. & etiã succedere matri, ut l. j. §. & si matris
ff. ad tert. & l. posth. in fi. prin. ff. de inof. testa. & s̄. per Con-
sultorem conclusum fuit in prima difficultate: quia re-
spondetur, ꝙ illud ĩtelligitur, qñ uenit tp̃s pariẽdi, & signa
apparuerit, & mulier ĩ puerperio ante eiectionẽ filii dece-
dit, tunc. n. q2 cõiter in uita sunt ꝑseueraturi, & rumpunt te
stamentum, & succedunt ut s̄. Et idẽ ẽr dici ꝑt, si ĩ debito, et
legitimo tp̃e pariendo mulier casu aliquo decederet, & ex
secto eius uentre uiuus puer extrahat̃. Cum ẽt iste (ut ĩ plu
ribus) eẽt in uita perseueraturus, non autẽ ꝓcederet hoc,
si extraheretur ex legitimum tp̃s pariendi, & sic tempore,
quo nunquã, uel rarissimè qs uicturus est (ẽt ꝙ per se ex ui
ua matre nasceretur) ꝓut contigit in casu isto, in quo etiã
per hanc tertiã uiã, posito ꝙ aliæ non ꝓcederent, arbitror,
iustitiã esse in fauorem fratrum p̄dictæ Titiæ. Et ex istis oĩ-
bus concluditur, qualibet ex dictis tribus uiis de per se cõ
siderata, uel saltẽ ex oĩbus simul iunctis p̄dictum sic extra
ctum, & incontinenti mortuum Titiæ matri suæ ñ successis
se, sed ei uelut sine liberis mortuæ dicunt̃ frẽs eius successis
se; sic. n. de iure interp̄randum est per ea, q̃ supra dicta sunt
& ita ĩ sñiam magnifici, & clarissimi Consultoris, animoq;
promptissimo, & absque alia hæsitatione condescendo.
Soc. nepos, Paduæ legens. 1531.

Illud consilium subscribendo comꝓbauit Cur. Iunior.

C A S V S.

Ex ꝓcessu ad me transmisso cum infra scriptis litteris su-
mitur in effectu talis casus.

Quidam Paulinus cum esset, & loqueretur cum quodam
Francisco Nigi in strata publica, & lata, cepit ipsum Frãci
scum per cappam, & de strata publica, & lata, duxit illũ in
andronam, seu in stratam remotam, & strictam, & (ut ipse
Paulinus (ut quidam testes dicunt) aliquando cõfessus fuit)
dixerat ipsi Francisco, quòd uolebat ei fodere oculos. uel
quid similiter, & cum fuissent in Androna, seu in dicta

stratella

stratella fuerunt nisi lanceam strictis, & denudatis ensibus insultantes, & Franciscus primò fuit uulneratus in facie, cui de manu cecidit ensis, & tunc quodam domino Nicolao se interponente Paulinus stetit, & contra Franciscũ nõ procedebat ulterius, tenebat tamen adhuc manibus eius nudatũ ensem, tunc Franciscus qui uidebatur uelle fugere, & de eo signa fecerat, hoc uidens ensem suum collegit, & incepit admenare (ut sic dixerim) contra Paulinũ, qui ẽt admenando, & quasi se defendendo retrocedebat, & tandem cecidit in terrã, & illum tunc Franc. uulnerauit supra genu. Franciscus postea corã pretore Tridentino, & sic in loco delicti accusauit Paulinũ de insultu, & uulnere sibi illato in faciẽ, & in illo iudicio Paulinus fuit condemnatus, & sententia trãsiuit in rẽ iudicatam.

Nunc in p̃senti iudicio .i. corã uicario Archi, & sic in loco originis p̃dictorũ Paulinus accusat ipsum Frãciscũ de insultu, & uulnerib. sibi illatis, & maximè de uulnere supra genu, dicẽs, & ꝓponẽs Frãciscũ p̃dictũ ex mẽte, & appẽsatè insultũ cõtra se fecisse, & ꝙ cõtra eũ cũ ense admenauit dolosè, & animo eũ iterficiẽdi, & malè tractãdi, & sic eũ uulnerauit, & petit do Frãc. cõdẽnari secũdũ formã iuris, et statutorũ etc.

Et super ista accusatione formatus est ꝓcessus lõgissimus cartarum 300. in circa, et examinati fuerunt testes supra 60.

Dominus uicarius Archi decreuit causã istã cõsilio sapiẽtis terminãdã, ut in ꝓcessu apparet, unde Illus. Comes Alex. et do. Archi ad me has literas dedit trãsmittẽs totũ ꝓcessũ.

uer. rē iud. Cū igitur ipsemet petierint snīam declarari nullā
uel si qua est, aduersus eā in integ. restitui tum prętextu falso-
rum testium, tum etiam ptextu enormissimæ læsionis eis p
pdictam snīam illatæ, non uideo, cur non sint aodiendæ ad
impediendam prædictæ snīæ eaecutionem, prout petierunt.
23 †Puto tamen in proposito adoertendū: quoniā si talis snīa
lata fuit a delegato Illust. principis Mantuæ Ducis, pōt du-
bitari, coram quo sit petenda talis in integrū restitutio, noo
uidetor, ꝙ ab ipso Illust. Duce illod peti debeat. p tex. ubi ui
detur casus, in l. aduersus. C. si aduer. rem iu. & licet gl. ibi oi
deatur uelle, ꝙ hodie ēt ipse delegatus posset in integ. resti-
tuere, q snīam tulerit, qoicquid dicatur in d. l. aduersus, p l.
ulti. C. ubi & apud quē, quod etiā secotus fuit Pet. tamē Iac.
Bu. & alii communiter tenuerunt contrariū, ut refert, & seq
tur Sal. in d. l. aduersos. qui ad cōtraria plenè respōdet. Et p-
pterea sint d. minores cautæ, ut ab Illust Duce talem restitu.
fieri petant, si hucusque nō petierint, qoi postea poterit cau-

sam, cui placuerit, delegate. Et istud procedat, nisi quis uellet quòd d. l. aduersus, procedat solum in supremo principe, ut sunt Papa, & Imperator, de quo tamen ego nihil firmo, sed dubitans consulo prædictis minoribus, ut ab ipso principe petant, ut dictum est. Hæc dicta sint, tenendo, q sit necessaria in integrum restitutio. Verum si teneremus, sententiam dici posse ipso iure nullam, uelut prolatam ex falsis testibus contra minores, ut dictum est, hæc superflua sunt: quia nullitas pdicta per quemlibet declarari potest, sed quamcunque opi. amplectamur, uerissima est ista cõclusio, executionem s. prædictæ sententiæ impediri posse altero de prædictis modis, & ita concludendum puto. Laus Deo.

Soc. nr p. Paduæ legens, in prima sede uespertinæ lect. 1535.

S V M M AE.

Testium dicta in totum sunt reiicićda, quò ad effectum pbationis, si in aliquo capitulo reperiuntur dixisse falsum, licet p errorem, & siue falsa depositio præcedat, siue sequatur.

Pœna uerò falsi non imponitur, nisi doloso, & quando falsum alicui nocet.

1. *Testis si falsum erranter, aut ignoranter dixit, an pro falso habeatur, & infra nu. 6. & 8.*
2. *Testes si in aliquo falsum dixit, in aliquo eius dicto non est credendum, quomodo intelligatur hac regula, & infra nu. 13.*
3. *Testis sibi ipsi contrarius, an sit reiiciendus.*
4. *Instrumentum secundùm communem opi. in totum uitiatur, si in uno capitulo falsum ostenditur, licet in instrumento sint capitula separata.*

   Instrumentum a fide notarij auctoritatem recipit.
5. *Testis non debet deponere, nisi id, quod uerè nouit, & uidit.*
6. *Iuramentum testis est ueritatis.*

   Testis deponens aliter quàm iurauerit, est periurus.

   Iuramentum testis in quo differat a iuramento calumniæ.
7. *Credulitas in iuramento ueritatis non excusat.*
8. *Testis dolosè falsum dicens periurus est, & in pœnã falsi incidit.*
9. *Testis per errorem falsum dicens, licet pœna falsi non puniatur, tamen quò ad effectum probationis dicitur dixisse falsum, & uti falsum considerari debet.*
10. *Falsitas, quæ nemini nocet, non punitur.*
11. *Testis dicens falsum circa ea, quæ non respiciunt substantiam causæ, uel negocium principale, non debet repelli.*
12. *Doctoris dictum debet intelligi secundùm iura, quæ allegat.*
13. *Testis dictum, siue præcedat, siue sequatur aliud dictum, quod est apertè falsum, in totum uitiatur.*
14. *Testis dictum propter unum iuramentum dicitur unicum, ideo si in parte est falsum, in totum reprobari debet.*
15. *Testis in uno, & eodem iudicio, & sub eodem iuramento contraria deponens debet uti uarius reiici, & puniri.*
16. *Testis deponens contraria super duobus dictis separatim iuratis, an conuincatur de periurio.*
17. *Sententia, quæ est lata per probationes reprobatas, non meretur executionem.*
18. *Sententia lata prætextu p cti inualidi ualere non debet: quia uitium, quod est in pacto, perseuerat in sententia.*
19. *Sententia lata prætextu conuentionis a iure reprobata nõ ualet.*
20. *Minor læsus debet in integrum restitui.*

CONSILIVM XLI.

Dirigat Dominus verba mea in uiam veritatis, & iustitiæ.



Onsului superioribus mensibus, q sententiæ latæ contra Ludouicam, & Catherinam minores, & filias q. domini Hectoris Baroni executio possit, & debeat impediri, uel p uiam nullitatis ipsius sniæ, uel saltem per uiã restitutionis in integ. put in ipso consi. continetur, ad qđ me refero, idem et nunc firmando, & consulendo. Verũ qa sentio cõtra pdictã conclusionẽ aliqua motiua nouiter, & satis ingeniosè excitari, uidẽdũ est nunqd talia sint hæc motiua, ut prædictam conclusionẽ subuertant? An uerò talia, ut eis iuridicè responderi possit, sic ut eis remotis, conclusio in consil. meo firmata firma, & uera permaneant? Quapropter ut rem ipsam aggrediar. Præsuppono inter cætera me in d. consi. firmasse, ideo executionem prædictæ sniæ contra minores latæ impediri debere, quia talis snia fundabatur super dictis quorondã falsorũ testiũ; quia cum de pluribus fuerint examinati in certis eorum depositionib. falsum dixerunt, prout pro uero in facto tunc præsuppositũ fuit, & nunc iterum præsupponitur. Sed ista conclusio nunc

1 redditur dubia ex infrascriptis. † Et primo: quia uidetur, q dictum testis nõ dicatur falsum, neque falsitatis effectus e perretur, quando fuit dictum per errorem, iuxta tradita per Fel. in c. fraternitatis. col. fi. uer. sed primò fallit, extra de hæret. in quit enim ibi Fel. post sal. quem alle. in l. si ex falsis. C. de trãs. quòd si testis ignoranter falsum dicat, non habetur testis pro falso, cum in falso requiratur dolus. l. nec exemplum. C. ad l. Cor. de falsis, sed in proposito testes per errorem falsum dixerunt, ut ex sententia absolutoria cõstat, ergo uidetur, q non possint dici falsi testes, cũ in eis uideatur defuisse dolus. Secũdò, quia esto, q testes falsum dixerint, & falsi reputentur, ex eo tamen non uidetur, q debeat uitiari eorum, dictum, quod

2 in examine præcesserat: † nam regula illa, qua dicitur, testi, q in uno falsum dixerit, non esse in aliquo eius dicto credendũ fundatur ratione periurij ipsius testis, qđ commisit dicendo falsum, propter quod uidetur, q solùm illa regula procedat in his, quæ ipse testis deposuit, postquã falsum dixerat, & sic postquam fuit periurus, nõ autem in his, quæ prius deposuerat, illa enim dicta, cum non a periuro deposita fuerint, nõ uidentur reiicićda, ita uidetur determinare Alex. in consi. 88. qm omne datum. uer. 2. respondeo, per ea quæ dixit Bal. 5. uo. sed in proposito casu testes, de quibus agitur, prius deposuerunt circa pecudes, & uaccas, & alias bestias, quàm falsum dixissent, & sic priusquã fierẽt periuri, meritò uidetur eorũ dicta in prima testificatione non esse reiicienda, & sic uidetur, quòd in eis fundata sententia debeat executioni mandari.

3 † Tertiò etiam allegatur; quia stante depositione duplici eiusdem testis sibi inuicem contraria, ut in casu isto reperitur de Bernardino Cerigatto, si prima depositio ualet de se, & fuit utilis, secunda postea primæ contraria nõ ualet, prima ualida pdurãte, si uerò prima fuit inutilis, & inualida de se, ualet secunda, & sic nõ reiiciuntur dicta testis simpliciter, & indistinctè tanquam falsarii, licet uideatur necessariò in una depositione falsum dixisse; cum contrariæ depositiones simul ueræ esse non possint, ut est notum, ita declarat, & firmare uidetur Henr. boic. in c. ueniẽs. il. 2. uer. super eo. c. extra de testi. quo stante uidetur, q testificatio d. Bernardini nõ possit ut falsa reiici, sed q ualeat, uel prima testificatio, uel secunda sibi cõtraria, secundùm dist. prædictam, & consequenter uidetur, q depositio eius facta super pecudibus, & armentis non sit reiicienda tanquam per falsum testem facta, sed potius admittenda, ut sic sententia postea lata, & super d. depositione fundata non debeat sua executione carere, tanquam lata prætextu falsorum testium, cuius contrarium firmatum fuit in prædicto consilio. Istis tamen non obst. contrariam sententiam, & prout in prædicto consi. firmatum fuit, probabiliorem de iure arbitror per ea, quæ in ipso consi. deducta fuerunt, ad quæ breuitatis causa me refero, concludẽdo, q dictum testium, de quibus agitur, in totum redditur falsum seu saltem reiiciendum, sicut nulla fides ei sit adhibenda, etiam q falsitas appareat in uno capitulo ab alijs separato, ut dixi in consil. Et ibi dictis nunc addo, q ad no. per sal. in l. si ex falsis. 3. nu. quæ in contrarium allegabãtur. C. de transa. aliter & melius respõdetur, uidelicet negando eius doct. quia contra eũ tenet ibi Bart. & sequuntur alij magis communiter, ut ibi per Ias. colu. fi. & per insignem mod. d. Iac. de S. Georgio. col. penul. in fio.

4 † nam quicquid dixerit Bal. ueritas est secundùm communẽ opin. quòd instrumentum in totum uitiatur, si uno capitulo ostenditur esse falsum, licet in instrumento sint capitula inuicem separata, & ratio est: quia instrumentum recipit auctoritatẽ ex fide notarij. l. si quis ex argentarijs. §. j. ff. de edendo. cui sĩ ex falsitate unius capituli detractũ, dicitur etenim propter

pter illud se infidelem ostendi, quemadmodum ergo instru-
mētū in oībus suis partib.& capitulis uitiatur, licet capitula
sint separata, si in uno reperitur falsū, ita ēt & de testib. dicen
dū ē, ut.s.nō obstāre separatione capitulorū, seu depositionū
ipsorū testiū, tota depositio uitietur, si in uno capitulo testes
reperiātur falsū dixisse, prout isto casu cōtingit, ut in facto p-
supponitur. Non obst.mō tria fundamēta noniter cōtra præ
dicta conclusionē deducta, de quibus supra. nā ad primū re-
spōdetur, q immo dictū testis redditur falsū, seu indignū fi-
de in omnibus, si in aliquo falsū dixerit, ēt si per errorē illud
fecerit, & hoc ex eo; quia dicitur periurus, prout etiā dixi in
5 consi.& ratio est: quia testis nō debet deponere, nisi illud, qđ
uerè nouit, uel uidit, & in eo ignorātiā prætēdi nō pōt, iux. c.
hortamur. 3.q.9 & c. cū in iure. ff. de off. dele. secūdū Inn. in
c. fraternitatis, de hære. & ita in terminis refert, & sequitur
Alex. in cōsi 45. uisis attestationibus. 3. col. uer. mō si dictū te
6 stis. 2. uol. † Et pcedit hoc ex eo, q̄a cū iuramētū testis sit de
ueritate dicēda, & sic appellatur iuramētū ueritatis, ubi falsū
dicit, licet per errorē credens se dicere uerū, non pōt negari,
quin aliter deponat, q̄ iurauerit, & ideo dr̄ periurus, ut egre-
giè declarat Bal. in l.2. §. q obseruari. C. de iura. pp cal. dand.
in 3. no. ubi uult, q in hoc iuramētū testis differat a iuramēto
calūniæ, q nō ueritatis, sed credulitatis dicitur, & ppea qui
per errorē iurat, nō dicitur periurus; quia sic credebat, sed in
teste nō sic est, q̄a ille iurat dicere ueritatē, & ubi in illa uerè
nō nouit, non debet quicquā asserere, si ergo secus facit asse-
rendo, qđ ignorat, dr̄ assertio temeraria, & dr̄ piurus, & fal-
sum deposuisse, ēt q p errorē illud deposuerit, nā dēt id sibi
imputari, qui sciēs sibi non liquere, & de quo poterat habere
plenā informationē, noluit temerariè asserere, & istud in effe
ctu uoluit ēt Fel. in d.c. fraternitatis, in loco ī ēn cōtrariū all.
7 dū cōcordat opi. † ut p eū, quod ēt rectè intuēdo, uoluit Ias.
in l. si qs maior. in fi. in 2. no. C. de trā. dū ibi simpliciter refert,
& sequitur Bal. in d. §. q obseruari, & est de intētione Inn. in
c. fi. in prin. de iura. cal. dū dicit, q in iuramēto ueritatis cre-
dulitas nō excusat. Et maximè in casu nostro hoc pcedit: q̄a
ipsi testes falsum dixerunt sup. eo, in quo nō cadebat probabi
lis error, qđ in dubio credendum est, ut cōcludit Aret. in c. in
nostra, extra de test. & in l. 1 §. pen. 6. col. ff. de uet. ob. Nō ob.
q falsum nō cōmittitur sine dolo, & similiter piurium, q do
lus in testib. de q̄bus agitur, nō uidetur fuisse: cum falsum nō
dolosè, sed p errorē deposuerint, ut in contrariū allegabatur;
8 q̄a pro responsione aduertendum est. † Nā aliqñ q̄rritur, an te
stis falsum deponens, uel peierans possit tanq̄ falsarius, uel
piurus de crimine falsi, uel piurii condemnari, & tunc proce
dāt alleg. in cōtrariū, ut.s. puniri non possit, nisi in falsi depo
sitione, uel piurio interuenerit dolus, sed de hoc ad p̄sens nō
9 agitur. † Aliqñ uerò q̄ritur, utrum qs uerè falsum consideret
in se, ut sic quò ad effectū probationis dicatur testis dixisse fal
sum, uel etiā q̄s uerè dicatur peierasse, & tunc etiā q quis in
suo dicto errauerit, & oī dolo caruerit, dēt attendi ipsa ueri-
tas, ut. s. falsum uerè dixerit, & tanq̄ falsum dictum eius in p-
bātione debebit cōsiderari, & similiter ēt qs uerè dicetur pe-
ierasse, & pro piuro habebitur quò ad sui effectum, & ita pce
dāt, q̄ dicit Bal. in d. §. q obseruari, cum aliis supra pparte no
stra alle. & istā dist. posuit signanter Ias. ita cōtrarias opi. con-
cordādo in d. l. q iurasse. 2. col. uers. puto p cōcordia posse di-
ci. ff. de iu iur. qđ etiā uoluit in d. l. si qs maior. in loco p̄alleg.
dum in hoc artic. se remittit ad dicta p se in d. l. q iurasse. Di-
cemus ergo in proposito, testes p̄dictos uerè falsū dixisse, &
ppea in eorū dictis nullā fidē mereri, licet in pœnā falsi nō in
ciderint pp defectū doli, nō. n. dolosè, sed p errorē falsum di
10 xerunt. † Nec nouū est aliquē falsum dixisse, uel fecisse, non tñ
eum posse pœna falsi puniri, puta si illud tale falsum nemini
noceat; nā tunc licet qs pœna falsi nō puniatur, tñ falsum ue
rè dicitur cōmissum, ut tradunt gl. Bart. & alii in l. damus. C.
ad l. Cor. de fals. tradit Bal. in cons. 14. filiusfa. liberauit. 3. uol.
post prin. & in l. fi. ff. qđ fals. tut. auc. & pro regula, ita inquit
Io. de Ana. in c. 1. de cri. fal. refert, & sequitur Ias. in consi. 153.
in causa inquisitionis. 3. col. uer. 7. facit. 2. uol. & dixit Cor. in
consi. 182. uidetur prima facie, col. fi. uer. & maximè. 4. uol. &

Ang. Arc. in trac. malef. super uer. falsatio. 2. col. uersi. habeas
tamen p fundamento. & ita respectu sui falsum aliquod erit,
& ut falsum considerabitur, licet pœna falsi non imponatur,
sic igitur erit in casu nostro, ut. s. dipositio testium uiti falsa, p-
ut uerè est falsa, operetur, ut oīa eorum dicta reiiciantur, &
sententia in eis fundata dicatur fundata in dictis falsorum te
stiū, & ideo executionē nō mereatur, ut in cōsi. firmatur, esto
11 q tales testes nō inciderint in pœnā falsi. Nō ob. mō secū-
dū fundamentū ex dictis p Ale. in prælleg. consi. 38. quoniā
primo rñderi pōt, q illa decisio procedit, qñ testis dixerat fal
sū circa ea, q̄ nō respiciūt substantiā causæ, & factū principa
le, prout ipse Alex. satis apertè dicit, & ubi non diceret, illud
colligeretur ex doc. Bal. in rub. de cōtrouer. inuest. a. co. uersi.
10. no. & c. in usib. feu. quā doc. Alex. ibi pro suo fundamēto al
leg. & ponit exēplū Bal. si testis interrogetur super uestibus,
uel super nubibus cæli, uel similibus, ut p eū, falsitas. n. testis
super talibus nō facit eū repelli, uel dictū eius reiici, qđ antea
deposuerat super substantialibus, & super facto principali, ut
per eū. ita. n. & in his terminis debet intelligi doct. Alex. in d.
12 consi. 88. † quia semper dictum cuiusq; doctoris dēt intelli-
gi secundū ea, quæ alleg. & docet Bar. in l. non solū. §. si libera
tionis uerba. ff. de lib. leg. & in l. cum quidā. ff. de his quib. ut
indi. & Sal. in l. si ex cautione. C. de nō nu. pec. cum concor. ut
p Ias. in l. 1. col. mihi. 12. ff. de leg. 1. & p Dec. in c. 1. in 2. lec. ex
tra de cōstit. Sed in casu nostro nō sic est; q̄a isti testes depo-
suerūt falsū super facto principali, & in respicientibus substā
tiā cōem, ergo &c. Vel & secundò pōt respōderi, q in argu.
p̄supponitur unū, qđ forte nō est uerū, uidelicet q isti testes
prius deposuerint super armētis, & gregibus, q̄ falsū deposue
rint; nā ex literis ad me trāsmissis, & aliis scripturis uidetur,
q imo falsa depositio p̄cesserit, & si hoc est uerū, totum illud
arg. retorqueretur, & faceret p conclusione in cōsilio iā edi-
to firmata, super hoc tamē nō facio magnā uim; quia non sū
omno certus de ordine depositionū p̄dictorū testium, & ad ue
13 ritatē facti me remitto. † Secūdò, & tertiò respōdetur, q im-
mo quicquid dixerit Bal. & Alex. in locis prædictis uerior, &
magis cōis opi. est in contrariū, ut. s. siue pcedat, siue sequatur
dictū testis, de quo dubitatur, aliud dictū, qđ sit aperte falsū
in totū uitiatur depositio testis, p regulā, quā ī, & clarius in
d. cōsi. firmaui; nā cum in ueritate testis iurauerit dicere ueri-
tatē super tota cā, & in tali cā falsum dicat, iā demonstratur
periurus, & testis reprobus circa d. cām, etiam q in aliquo di
xisset ueritatem, ut sic ei in aliquo suo dicto etiā q uerū fuis-
set, nō debeat in d. cā præstari fides, nō q̄dē, ut dicamus uerā
depositionē uitiari p falsā, sed dicimus excludi oēm probatio
nē p testē falsum, & reprobatum factū, ut in simili de instru-
mēto in parte falso, dixit Bal. in consi. 405. q. est 4. uol. Et istā
opi. q nō adhibita dist. de qua in argu. sed simpliciter testis in
uno falsum deponens sit in totum reiiciendus, firmat Bal. sibi
cōtrarius in l. fi. 4. col. in 3. opp. uer. tñ in teste secus. C. de edi.
di. Adr. tol. inquit enim ibi Bal. q si testis in uno falsus est, in
tota causa dicitur falsus, uel saltē sic suspectus, ut nihil pbet,
quia periurus est, siue prius deponat falsum, postea uerum, si
ue primò uerum, & postea falsum sub eiusdē iuramēti uincu
lo, nā totū ut indiuisibile uitiatur, & dicit; q ita ēt tenuit Ol.
& ibi idē firmat Alex. in apost. dicēs, q aliter dixit idē Bal. sed
nō bene in d. rub. de cōtrouer. inuest. idē uoluit Sal. si rectè pō
deretur in l. si ex falsis. in fi. C. de transa. attento q multum ge-
neraliter firmat, testem in uno capitulo falsum deponentē, in
totum esse reiiciendū, & solùm excipit casum, quando falsum
deponitur super impertinentib. fidē testis non qualificantib.
primò ergo uult distinguere, an præcesserit, uel sequatur fal-
sa depositio, & maxime etiam attēto, q mouetur eo, q testis
qui est periurus in tota causa nullam meretur fidem, hoc idē
uoluit Alexand. in præalleg. consi. 45. secunda colum. secun-
14 do uolum. si bene mens eius consideretur, † nam inquit, q
quia dictum testis propter unum iuramētum dicitur unicū,
si in parte falsum est, in totum debet reprobari ratione prædi
ctæ unitatis, ex quo apertè colligitur nō esse differentiam, an
falsa depositio præcesserit, uel sequatur, quia utroq; casu ui-
ger p̄dicta ō unitatis, sed hoc expressè, & apertissimè dixit

in consil.44.uiso,& discusso. 3.colu.uer.nam ex quo iurauit
eodam.2.uol.ubi reprubat opi.Bal.in d.rub. de controuer,in
uesti.idem est ēt de intentione Ias.in d.l.si ex falsis.in fi.dum
circa hoc se remittit ad Bal.in d.l.fi.4.opp.C. de edi.di.Adr.
& ad Alex.in d.consi.44.& idem ēt audacter firmat insignis
mod.Ias.de S.Georgio.in l.testium fides.§. lege iulia.1.colu.
uer.sed iuxta prædicta quæro.ff.de test.ubi reprobat, & ipse
Bal.in d.rub.de contro.inuest.& etiam aliquos doc. hāc opi.
tenentes, alle.ut per eum,& eandē opi.sentit alius mod.f.d.
pertran.Gallus in consil.134.uiso processu.5.colum.in prin.
dū gñaliter,& simpliciter cōcludit,testē in uno capitulo fal
sum dicentē,in totū repellendū,& q̄ ita sentiat,ultra,id qd̄
generaliter,& indistinctè loquitur,constat tū ex eo:quia al-
le.multos ex supra alleg.maximè Bal.in l.fi.4.opp.C.de edi.
di.Adr.tol.& Alex.in consi.44,tum ēt ex ratione qua moue-
tur,inquit.n.eā esse rationē:quia dictū testis sem̄p est unicū,
ut pote fundatū super unico fundamēto.f.iuramēto,iuxta.l.
iurisiurandi.C.de testi.cum si.per cū adductis, quæ ratio ita
procedit,si falsum dictum sequatur,sicut si præcedat,ut de su
cōstat,& istam rationem ita oīno sentiens, adducit ēt Oldr,
(a quo ipse habuit)in consi.mihi.34.ad primam.q. qua quæ-
ritur in contrarium,licet Bertrā.in alio numero allegauerit.

Et ex his constat,hanc opi.& ueriorē, & magis cōem esse,
& iō ab ea recedendum nō est. Demum non ob.tertiū fun
damentum,q̄ fiebat de doc.Henr.Boic.in c.ueniens.de testi.
Qm̄ respondetur primò,q̄ imo si rectè ponderētur uerba ip
sius Henr.ipse tenet totum dictum testis, seu in omnib. eius
partibus esse reiiciēdum,prout tenuerat Spe.in loco per eum
alleg.& ēt quidam magister suus,ut ipse dicit,cuius fundamē
tū est:quia talis testis cū primum in aliquo falsum dixit, effi-
citur periurus,& ideo indignus fide,& istud eo maximè dicē
dum est in casu isto,in quo ille testis in secundo dicto,uel ali
ter nullā facit excusationē,q̄ aliud dixerit non bene informa
tus per ea,quæ dicit ibi prędic.Henric.post Hostien. & alios
15 per eum alleg. † Vel secundò respondetur,& clarius,quod
quicquid ibi sēserit Henr.præd.quādo ī eodē iudicio, & sub
eodē iuramento testis deponit contraria nullū eius dictū po-
test,aut dēt attēdi,sed ipse dēt ueluti uarius reiici,īmo ēt pu
niri posset.l.qui falsa.ff.de test.& ibi gl.clarè dicit, q̄ illi non
creditur,& licet in casu isto fuerit ille testis a pœna absolutus
rōne,de qua in absolutoria snia,tn̄ ea eo non est ei aut dictis
suis data fides.Remanet ergo,q̄ cū sub eodē iuramento pro
aliqua parte dixerit falsū,ī nullo ei tanq̄ periuro credi debet
per ea quæ supra dicta fuerūt,maximè attenta indiuiduitate
iuramenti,& istā opi.magis cōiter approbari ultra prædicta
reperio scriptū post trac.de test.do.Io.Cro.ī 9.q. ex his, quæ
prædicto trac.addit.fuerūt,inquit.n.auctor ibi,q̄ magis cōis
conclusio est,quod dictū testis uitietur in totū propter falsi-
tatē unius capituli,& hoc p̄p iuramentū,quod est indiuisibi
le.Stante igitur ista communi opi.non est curandum de opi-
nio.do.Henr.Boic.prædic.Esto quod contrarium ipse uolue
rit,cum a communi opinio,præsertim consulendo,& iudicā
do non sit recedendum per iura uulgaria, eius autem opinio
posset forte procedere respectu diuersorum iudiciorum, &
ubi sub diuersis iuramētis testis sic deponeret,prout ibi gl.su
per uer.pars,in fi.format quæstionē,licet ipsa teneat ēt eo ca
16 so dictū testis non ualere,† de quo tamen uideatur Abb.in c.
per tuas,prope fi.extra de prob.qui dicit,quod quando quod
libet dictum fuit separatim iuratum testis,ille necessariò con
uincitur de periurio,ponendo se inter duo iuramenta cōtra
ria,ut per eū,super quo non insisto, nec quicquā firmo;quia
nō est ad casum nostrū;loquimur.n.nos, quando sub eodē iu
ramento contraria deposita fuerunt,& in uno capitulo falsa
est depositio,& in aliis non constat,nam proculdubio tenen-
dū est,secundùm cōmunem opi.de qua supra,& etiā in cō si.
iam edito dictum taliū testium oīno,& in totū reiiciendū,ue
lut a falsis testibus emanatum,ita quidem,ut rectè diceremus
sententiam,de qua agitur,executionem non mereri tanquā la
tam prætextu falsorum testium,prout in dicto cons.firmaui.
17 † Ad cuius corroborationē facit pulchrū dictum Io.An.in c.
quoniam contra falsā,prope fi.de prob.dum dixi, q̄ snia nō
debet ualere aut executionem habere,quæ lata sit per proba-
tionem a iure improbatam , quod dictum refert , & sequitur
18 Bal.in l.libertorum.C.de test. † Et propterea Fulg.in cons.
73.paterfamilias habens filium. colum.4. in prin.concludit,
q̄ snia quædam lata prætextu pacti inualidi ualere nō debet,
quia uitium,quod erat in pacto perseuerat in sententia,& ita
Fulg.refert, & sequitur Dec. in consilio.475. in causa , quæ
19 Mantuæ.3.col.uersi.& breuiter considerādum, † ubi etiam
dicit in casu suo sententiā latā prætextu cuiusdā cōuentionis
a iure reprobatæ,nō debere sortiri effectum,licet de Io.And.
& Bal.in locis prædictis non meminerint,cum igitur in pro
posito nostro sentētia aduersus illas minores lata fuerit præ
textu probationis per prædictos testes factæ,quæ a iure dici
tur reprobata,sequitur,q̄ non debet habere aliquā executio-
nem,uel per uiā nullitatis eius,uel per uiam restit.in integ. pro
20 ut in primo consi.dictum fuit.† Et si super prædictis quis du
bitaret,p̄dictis minoribus non pōt denegari restit.ī integ.tanq̄
enormissimè læsis per l.1.& per to.C.si aduer.rem indi.,put
dixi in d.consi.super quo tamen nō insistam , tum quia clarū
est,cum & maximè,quia prædicta arbitror iuridica,& nemi-
nem rectis iudicii super eis hæsitaturum. Laus Deo.
Mat.Soc.Iunior,Iurisc.patritius Senen.Paduæ legens.

C A S V S.

Magnificus comes Io. Franc.Mapheus de Mantua de ann.
1478.uendidit nobili uiro Anto.de Crema quædam prædia
numero quatuor,exprimendo numerum bubulcarum,& ta-
bularum,& fines dictorum prædiorum,puta unā petiam ter-
ræ aratoriæ,uincatę &c bubulcarum 5.& tab.65.ad mēsurā
Mantuanam sitam in tali loco,& designantur confines,cum
clausula postea posita, uidelicet cū omnibus, & singulis,quæ
supra prædictos, cuiuslibet prædictorum prædiorū uendi-
torū cōtinentur confines uel alios,si qui forent ueriores &c.
in totum pro precio ducatorum 800. prout latius ex instru-
mento uenditionis constat,cuius copia transmittitur.

Fuerunt prædicta prędia emptori tradita iuxta fines desi-
gnatos absque aliqua mensuratione.

Decesserunt uenditor & emptor.

Nunc hæres creditoris iam decursis annis circa 48.uel su-
pra asserens prędia prędicta esse,supra mensuram in instru-
mēto designata,p̄ut uerè sunt,petit ab hęrede emptoris, qd̄
supra illa mensurā est,sibi reddi,tanquā non uēditū, eo q̄ p̄
dicta uēditio fuit per expressā mēsurā limitata,q̄ negat reus
cōuentus,dicens omnia intra designatos fines uendita fuisse.

Quæritur nūc quid iuris;Super quo puncto plura per uiā
allegationum scripsit excellentissimus doc.do. Nic.Alipran-
dos concludens in fauorem rei conuenti.

S V M M AE.

Venditio facta de prædio tot iugerum cum finium apposi-
tione,an & quādo dicatur facta ad mensuram, uel ad corpus
plenissimè.

Et si reperitur plusquàm mensura fuerit expressū, an dica
tur uenditum,& an pro eo emptor ad aliquid teneatur.

1 *Propositum in proposito idem operatur,quod oppositum in oppo-
sito,uide infra nu. 22.*
2 *Venditio si sit facta de fundo tot iugerū,si minus reperiatur,an
debeat per uenditorem refici,uide tamen infrà nu. 19.*
3 *Donatio si sit facta alicui unius fundi tot iugerum,& tot nō repe
riantur,an debeat suppleri,usq; ad summam donatam ex fun-
do donantis adhærenti,uide infrà.nu.20.21.& 23.*
4 *Quid si reperiatur plurium,ut infra nu.24.*
5 *Vēditio si sit facta de 10.iugeribus terræ,de existentibus in tali
fundo dicitur uenditio ad mensuram facta.*
6 *Quid si est facta uēditio prædii infra tales confines, quod est 10.
iugerum,tunc dicitur facta ad corpus.*
7 *Integritas rei uenditæ consistit in re ipsa,& non mensura.*
8 *Demonstratio,quæ per adiectionem mensuræ fit,licet falsa sit,
non alterat dispositionem.*

9 *Venditio petia terræ cum confinibus designata ex iugerum dicitur facta ad mensuram, & nil ultra x. iugera debetur.*
10 *Venditio petia terra si sit facta, expressa immediatè mensura, & successiuè finibus designatis, licet mensura exprimatur ante designationem confinium, dicitur uenditio facta ad corpus, & nõ ad mensuram.*
11 *Verba exemplificatiua non restringunt regulam.*
12 *Voluntas contrahentium ne dum uerbis, sed etiam ipsis factis demonstratur.*
13 *Mens, & intentio qualis fuerit à prin. declaratur ex iis, quæ paulo post sequantur.*
14 *Mentis declaratio dicitur fortior, quæ aliquo facto fit, quam quæ uerbo.*
15 *Contractus pacis, & contrahentium mens debet ex consuetudine interpretari.*
16 *Venditio ad corpus dicitur facta, quando alias pacta in ea apposita, & clausula essent inutiles.*
17 *Argumentum ab inconuenienti ualet.*
18 *Clausula illa posita, in uenditione uidelicet cum omnib. & singulis quæ infrà prædictos, & cuiuslibet rerum prædictarum &c. qui importet.*
22 *Regula. l. & si contrat ab. ff. de aul. & pup. subst. quõ intelligatur.*
23 *Doctor tunc dicitur tenere aliquam opinio. quando eam firmat.*
26 *Venditio quando facta ad corpus, id quod est supra mensurã per emptorem uenditori non debetur, quando eum precium simpliciter est constitutum, & infra nu. 28.*
27 *Secus si precium sit constitutum respecta mensura, puta decem pro quolibet iugere.*

CONSILIVM XLII.

Dirigat Dominus verba mea in uiam veritatis, & iustitia.



Bunde satis, & luculẽter circa præsentẽ dubitatione scripsit clarissimus aduocatus mihi uti maior
frater hon. & iuridicè q dẽ ita, ut mihi de subscriptione req sito satis esset simpliciter eius cõclusionem uti ueram approbare, ne tñ impręmeditatus id fecisse
uidear, & ut consultanti morẽ geram, aliqua quam breuissimè subdã, ꝓut tẽporis angustia patietur, ad instar recolligentis spicas post terga optimi messoris. Et substãtialia attingendo duo uidenda sunt. Primo, utrũ, quod supra mensurã est, dicatur fuisse uenditũ. Secundò posito ꝙ sic, utrũ pro eo ad alt. q d hæres emptoris teneatur habito respectu ad ꝑtiũ, & mensurã expressã Circa primũ uidebitur fortasse cupiã prima cõ
sideratione superfluũ nõ fuisse uenditũ, qđ ultra cõsiderata p
1 clarissimũ aduocatũ uidetur sic probari, nã idem operatur ꝓ
positũ in ꝓposito, qđ operaretur oppositum ĩ opposito. l. &
si contrat ab. ff. de uul. & pup. & ibi q Bart. oẽs, & l. fi. §. fi. ubi
ita sumat Bart. & sequuntur alii. ff. de leg. 3. facit. l. si ex toto,
de leg. 1. & l. si ut ꝓponis. C. de nup. & fuit dictum philosophi
2 in 4. topico. † sed si mensura reperta fuisset minor cederet ad
dãnũ uẽditoris, & teneret ipse, uel hæres eius usq; ad expressã mẽsurã reficere, prout uidetur casus in l. si seruum. §. si modus. ff. de ac. em. & licet gl. ibi intelligat id ꝓcedere, quũ ꝑtium
ꝓ singulis iugeribus fuerat statutũ, tñ hoc uidetur cõtra generalitatẽ illius tex. & sic eius gñalitate attẽta uidetur dicẽdũ illud ꝓcedere, ẽt si preciũ unũ pro oibus iugeribus fuisset sta-
3 tutũ. † immo, ꝙ est fortius, idẽ uidetur, si essemus in donatione, & sic in cã lucratiua, ẽt ꝙ fuerit inceptum ab expressione
corporis rei donatæ, ita in terminis concludit Ale. in consi. 7.
uidetur fortasse sup dubitatiõe. 4. uol. secũdũ librũ meũ. erat
enim in casu suo donatũ ꝑdiũ ĩ certos fines iugerum 250. &
cum ĩ dictos fines non reperirẽtur tot iugera, conclusit ipse
ꝙ de adherente alio fundo donatoris debet suppleri, usq; ad
sũmã iugrtũ 250. & ꝓ tali decisio. alle. c. p tuas, de dona. l. si
q s cũ fundũ. & l. si. ĩ qualitate. ff. de ac. emp. & alia plura, ut p
eum uideri potest. Si igitur expressio mensuræ, quando plus
capitur, quàm expressi fines cõprehendant, regulat contractum, & sic cedit ad damnũ uenditoris, ita & per cõtrariũ
dici debet in casu nostro, ut. s. expressio mensuræ in minus facta regulat contractum, & illud plus, quod intra fines reperi-
4 tur, cedat commodo uẽditoris. † Secundò confirmari potest
ista opi. quia esto ꝙ si dono tibi fundum certis finibus designatũ tot iugerũ, qui postea reperitur pluriũ iugerũ, totus debeatur, ut uoluit Old. in consi. 197. in cessione cuiusdã donationis &c. & alii, de quibus ĩ. p do. Consulentem, ut infra dicã, tñ vr̃, ꝙ illud ꝑcisè ꝓcedat in causa donationis, & titu. lucratiuo, prout propriè loq tur Old. in quo nõ habetur aliqua
consideratio precii, secus vr̃ in causa uenditionis, q̃ est onerosa, prout est casus noster, quia tunc censetur pretium cõstitutum habito respectu ad numerũ bubulcarum expressarũ, &
ꝓpterea videtur, ꝙ a tali numero debeat talis uenditio declarari, ita vr̃ de intentione Io. de Imo. in d. ca p tuas. 2. col. ꝓpe
fi. in uer. forte tñ posset dici &c. Sed hæc nõ ob. uerior oĩnu est.
ut arbitror, conclus. ĩ firmata p Consulentem, ut. s. non obst.
numero bulbucarum expresso, totum quicq d infra designatos confines reperitur, dicatur uenditum, & sic ꝙ uenditio,
de qua agimus, fuerit facta ad corpora ꝑdiorum, seu petiarũ
terræ, nõ autem ad mensuram p alle. p eum, & aliqua obiter
pro clara resolutione tangendo ex iã dictis, dico ꝙ conside-
5 randi sunt aliqui casus. † Aliquando. n. & primò uenduntur
x. iugera terræ de existentibus in tali fundo, & sine dubio uenditio dr̃ facta ad mensurã, & solùm 10. & ꝑcisè dñr uendita,
& iste non est casus noster, & ita loquitur d. c. per tuas, de do-
6 na. † Aliquando & secundò uenditur ꝑdium, seu petia terrę
infra tales fines, & dicitur ꝙ est x. iugerum & etiam iste casus
non habet dubitationem, omnes. n. cõcordant, ꝙ dicitur facta uenditio ad corpus, & sic quidquid intra fines cõtinetur,
dr̃ uenditum, & totum cedit cõmodo emptoris, & ꝙ de mensura dictum est, videtur dictum gratia demõstrationis, & sic
est de intentione Bart. in l. Iulian. §. si Titius. ff. de ac. emp. ubi
ita expressè dicit Alex. in apost. ad Bar. cum aliis ĩ p Consu-
7 lentem adductis, & ultra eum, † ita etiã uoluit Sal. in l. 1. C. de
contrahen. emp. dicens, ꝙ integritas rei uenditæ cõsistit in se
ipsa non in mensura, & de hoc est casus in l. si duorum. ff. de
ac. emp. in uer. an nõ faciat dolo, & ibi ĩ terminis declarat Pa. de Ca. ita etiã uoluit Fabianus de mõte in trac. de emp. & uen.
in 6. par. prin. 6. col. uer. circa quartum &c. And. Barb. in rub.
de emp. & uen. in d. c. p tuas. 5. col. uer. ꝙ si repetiat plua &c.
8 † & ratio p omnea alleg. q a demonstratio, q̃ p adiectionem
mensuræ dicitur fieri, licet falsa sit, nõ alterat dispositionem.
l. demonstratio falsa. ff. de cond. & demon. & ibi Bart. etiã hãc
rationem allegãdo, determinat Albe. de Ros. magnus practicus in l. cum cõprehensum. ff. de cõtrah. emp. & uen. cum cõcor. multis, quos ita tenendo alleg. Ial. in l. cunctos populos.
5. col. C. de sum. tri. & fid. cath. in uer. 5. limi. &c. & ultra eum
idem firmat Fel. in d. c. significante 9. col. uer. & dum Ale. &c.
de rescrip. Cor. in consi 59. licet uideatur in præsenti 1. & 2.
col. 4. uol. & excellentissimus ętate nostra do. Philip. Dec. uenerandus compater meus in consil. 347. prima facie in casu
proposito &c. in princ. & iste etiam non uidetur casus noster
quo ad uerborum corticem: quia mensura non ponitur post
confinium declarationem, ut hoc secundo casu fuit dictum.
9 † Aliquando, & tertiò uenditur pars prædii, seu petia terræ
certis finibus designatæ x. iugerum, & isto casu dicitur facta
uenditio ad mensurã, & nihil ultra 10. iugera debetur; uoluit
enim uenditor ex suo prædio partem uendere, & de qua parte senserit, declarauit per appositionem mensurę, & ita loquitur patruus, & dominus meus Soc. in consil. 32. placet conclusio 4. uol. ut per eum. Nec etiam iste est casus noster: quia
non pars petiæ terræ uendita fuit, sed certæ petiæ terræ designatæ finib. in isto enim tertio casu fines non sunt appositi rei
uenditæ, sed ei rei, cuius pars uenditur, quod non est in casu
10 nostro. † Aliquando, & quartò, & ult. uenditur certa petia
terræ, expressa immediatè mensura, & finibus successiuè designatis, puta prædium 10. iugerum, cui certi fines designantur, prout fuit factum in casu nostro. Et tunc licet mensura exprimatur ante designationem finium, propter quod
uideatur fortasse, quòd non fines, sed mensura deberet attendi, cum prius ad eam decursum sit, argu. l. si communis

ernus, in fi. ff. de stip. ser. & cõsequẽter ꝙ aliud sit in isto casu
q̃ in secũdo supra posito; tñ quãtũ pertinet ad ꝓpositũ oĩno
idẽ est dicẽdũ, quod supra dictũ est in secũdo casu, ut. s. uẽdi
tio dicatur facta ad corpus, & non ad mensurã, quo stante se-
quitur, ꝙ omnia etiã super expressã mẽsurã censẽtur uẽdita
q̃ intra designatos fines cõtinẽtur & iste est propriẽ casus no
ster, ita est de intentione i o. in add. Spe. in ti. de emp. & uẽd. §.
s. Old. in d. cõsi. 197. & aliorũ supra in d. secũdo casu allega-
torũ, nã cũ ipsi simpliciter dicant considerandũ esse, quo mõ
disponẽtes incipiãt mẽtis conceptũ exprimere, aut a noĩbus
designãtibus mensurã, & uenditio dicatur facta ad mẽsuram
ut in primo casu dictũ est, aut a nominibus designantibus cor
pus rei uenditæ, & uenditio tũc sit facta ad corpus, ut per eos
solùm igitur ipsi principiũ inspiciũt, ex quo dubia mẽs cõtra
hentiũ colligitur, pro quo optimè facit. d. l. si cõis seruus. §. fi.
unde cũ ẽt in isto casu inceperint contrahentes a nominibus
corpus designãtibus, dixerũt. n. unã peciã terræ aratiuæ, seq
tur ex mente oĩum doc. prææallegato. ꝙ uẽditio dicatur facta
ad corpus, nec facienda est differentia, an expressio mensuræ
fiat post fines designatos, an prius, sed satis est, ꝙ fiat post ex-
pressionẽ corporis seu nominis corpus designantis, cũ sit ea
dẽ ratio, f ꝙ licet doct. in locis prædictis ut plurimũ exẽplifi
cent, qñ de mensura fit mentio, in fine tamẽ cũ exẽplificati-
uè loquantur, nõ restringunt regulã per eos datã, cum exẽpla
regulã non arctent. l. regula. §. fi. ff. de iur. & fac. ign. l. damni
infecti. la 2. in fi. ff. de dã. infec. & c. 1. ne cl. uel mon. cum sim.

Quinimmo dico, ꝙ Bal. in rub. C. de contrahẽ. emp. in 22.
q. loquitur, quando mẽsura statim ponitur post expressionẽ
nominis designãtis corpus, ut puta, uẽdo prædiũ, qđ est 20. iu
gerũ, & cũ ipse in fi. illius quæstio. concludit, fines debere ap-
poni, demonstrat non esse curandũ, quãdo ponantur, an ante
expressionẽ mensuræ, uel post idẽ etiã, & clarius uoluit Imo.
post Pe. de Anc. in d. c. per tuas, de do. qui sic exemplicat, con
cedo tibi hanc rẽ tot modiorũ sub certis finibus &c. idem ẽt
uoluit patruus, & dominus meus Socin. in cõsi. ult. duo uide
bantur. 3. uol. loquitur enim, quando uenditur res tot torna
turarum infra certos fines &c. & Alexand. in consil. 133. uiso
processu causæ uertentis inter Marcũ &c. 5. col. 1. uol. ubi ꝓ
supponit in instrumento dici, uendidit unã petiã terræ torna
turarum 21. iuxta certos confines &c. & tamen si reperiãtur
30. tornaturæ, uult omnes esse uenditas; quia inceptum fuit
a nomine designante corpus, sic igitur patet ea prædicta nõ
differre, an de mensura fiat mentio ante designatos fines, uel
post, modo tñ sit inceptũ a noĩe corpus designante; sẽper. n.
tunc dicitur fieri uẽditio ad corpus, quicquid intra fines con
tinetur, dicitur uẽditũ per prædicta. Et ista conclusio absque
dubio uerissima est in casu nostro ultra prædicta (etiam, ubi
aliàs dubiũ fieret) sic. n. mens cõtrahẽtiũ interpretari dẽt mul
tiplici ratione, ut supra per cõsulentẽ attenditur, & præser-
tim illa, quã ipse quarto loco posuit, ut. s. sequẽs factũ decla
rauerit mentẽ uẽditoris; cum. n. post uenditionem, & preciũ
receptũ tradiderit emptori, quicquid infra designatos confi-
nes continetur, ostenditur, ꝙ id totũ uendere ipse uoluit, &
emptor emere, prout hanc rationẽ plenè deducit domi. Con
12 sulens loco prędicto, † Pro qua ultra cum facit regula. l.
Paulus respon. ff. rem ra. hab. & quod per illum text. ibi, & ali
bi dicunt doc. ut. s. mens, & uoluntas contrahẽtium uedũ uer
bis, sed ẽt ipsis factis, demõstratur scribit Alex. in consil. 99.
quoniam omne datum &c. 8. colum. & in consi. 235. post red
ditũ. 2. col. 6. uol. & maximè cum immediate traditio dictatum
13 petiarũ terrę sequuta fuerit. † Ex his enim, quæ paulopost se
quuntur, declaratur, quæ mens a principio fuerit, iuxta doc.
Bar. per illum tex. in l. si uentri. §. fi. ff. de priui. cred. cum si. ut
tradit Alexan. in consi. 184. uiso processu causæ. 5. colum. 7.
14 uol. † Et fortior dicitur declaratio mentis, quæ facto aliquo
fit, quàm quę uerbis, ut per do. meum Soc. in consi. 193. capto
difficultatem. 3. colu. & per Ias. in l. de quibus. col. 9. uersi. 4.
not. ff. de legi, Optimè etiã faciunt alię rationes supra per Cõ
sulentẽ alleg. Et pro illa, ꝙ ex consuetudine debeat talis con-
tractus interpretari, ultra cum facit elegãs decis. Cor. in cõsi.
40. in hac consultatione, 2. colu. 2. uolu, & in consi. 248. deci-
15 sionẽ quidem. 2. col. 4. uolu. † uult enim in utroque loco, ꝙ
pax, seu pacis contractus, & cõtrahentiũ mẽs ex cõsuetudine
debet interpretari. Item pro alia ratione, qua dicitur, uendi-
tionẽ ideo in casu nostro factam ad corpus; quia aliàs pacta
quædam & clausulę plenè in eiusmodi uenditione penitus fo
16 rẽt inutiles, ut per Consulentem, † facit ultra eũ, quod dicit
Soci. meus in d. consi. fi. tertii uolum. in 3. colu. uersi. & patet.
quia oĩs &c. ubi quasi in terminis nostris dicit, contractũ per
fectũ esse, & sic non simpliciter uenditionẽ, de qua ibi factã
ad mesuram, ne aliàs pactum in contractu appositum inutile
reddatur, ut per eum. Et ꝙ uenditio in casu nostro fuerit
facta ad corpus, & nõ ad mensuram, & sic ꝙ totum infra desi
gnatos fines comprehensum dicatur uenditum, cõprobatur
17 duplici ratione. † Primò per locum ab inconueniẽti, & abluc
do, iuxta. l. nam absurdum. ff. de bo. lib. l. in pecuniam. ff. de u-
su. & l. diuortio, in princip. ubi no. Ias. in 5. uol. ff. sol. ma. cum
si. dico. n. ꝙ absurdum, & inconueniens cuilibet uidebitur di
cere, contractũ hunc uenditionis esse adhuc imperfectũ, uel
fuisse usque ad mensurationẽ: cũ de certo precio fuisset con
uentum, & illud solutũ, & res tradita, & per tot annos liberè
ea cũ tali tenens, sed si ad mensurã contractus fuisset celebra
tus, hoc necessario sequeretur, cũ tũc fuisset conditionalis, ut
per Bar. in l. Iulianus. §. si Titius. ff. de ac. emp. & est commu-
nẽ dictũ, ut plenè prosequitur Alexan. in consi. 33. uiso pro-
cessu causæ uertẽtis inter Aromanicũ &c. 2. col. 6. uol. & est
tex. in l. ꝙ sæpe. § his. ff. de contrahen. emp. ubi per Bald. &
alios, ergo ne tale inconueniens inducamus, dicendum est, uẽ
18 ditionẽ fuisse ad corpus celebratam. Secũdo comprobatur
hec ex illa clausula posita in fine contractus, uidelicet, cũ om
nibus, & singulis, quæ infra prædictos, & cuiuslibet prædicta-
rũ rerũ uenditarũ cõtinentur cõfines &c. ex quibus uerbis ap
tissimè cõstat oĩa esse uendita, ẽt si quid supra expressã mẽsu
rã reperiatur, & cũ uerba clara sint, nõ est opus interpretatio
19 ne l. ille aut ille. §. cũ in uerbis. ff. de leg. 3. † Nec prædi-
ctis ob. qđ supra in contrariũ adducebã: quia respondetur, &
quidẽ clarissimè. Nã ad primũ primo respõdetur, retorquẽ
do arg. in contrariũ; quia dico, ꝙ immo si minus infra designa
tos cõfines reperiatur, ꝙ fuerit expressa mensura, cedit ad dã
nũ emptoris, quando res uidetur uendita ad corpus, ita est de
mente omniũ doc. quos supra in secũdo casu allegaui, loquũ
tur. n. uirtualiter tam quando reperitur minus, q̃ quãdo plus
ut p eos, & ità in specie multos per eũ alleg. determinat Cur
in d. consi. 59. 4. uolu & hoc propter identitatem rationis, &
20 cũ per eũ uideri possit, nõ referam gratia breuitatis. † Et hoc
stãte non ob. decis. Alex. in d. consi. 7. quia illa procedit spe-
cialiter in illo casu propter omnimodam mentem contrahẽ
tium, qui uoluerunt terram uenditam esse etiam uallium, ꝓ-
ut erat expressum, ꝙ non foret, si præcisè expressi fines atten
derẽtur, ut per eum, qui totam suam decis. fundat super hoc,
ex quo infertur ex mente Alex. ibi, ꝙ ubi iam urgens conie-
ctura nõ appareret, staretur finibus designatis, licet minus cõ
tinerent, prout tenet Corn. in loco prædicto, & est ex mente
omnium, & sic patet, ꝙ decis. Alex. ex mente eius & totũ arg.
21 detorquetur in contrarium, † Potest & secundo modo re
sponderi, si quis ex decis. Alexan. uellet facere regulam, pro-
ut dictat arg. potest itaque responderi, ꝙ non ualet tale argu,
& sic dici potest, ꝙ quando minus continetur infra fines, uen
ditor teneatur, non sic econtra, quando plus debet remanere
ipsi uẽditori, utrũq; ꝓbari uidetur, patet tex. fin. in l. si duorũ
ff. de ac. emp. nã licet in casu illius tex. æquitate com cesetur
plus in uno cum minori in altero, cuius cõtrariũ fuisset de ri
gore, ut ibi omnes dicunt, tamen uult ille text. ꝙ si casus illi
contigissent in diuersis personis, si quid minus esset, uẽditor
tenebatur, si quid uerò plus cedet commodo emptoris. Fa-
cit. l. si in qualitate, & d. l. si seruum. §. si modus. eod. tit. & ita
declarat Paul. de Cast. in d. l. si duorum, dicens, quod utrun-
que uerum est non solum de rigore, sed etiam de æquitate,
idem etiam uoluit Fabianus de Monte in d. tracta. de emp. &
uend. in 6. col. sextæ partis, uer. insuper attendas, cum seq. Et
potest hoc ratione iustificari; quia si continetur minus, nõ de
bet emptor pati tali damnũ, q forte rei ignarus per expres-
sam

ſam menſurã fuit ductus ad emẽdum, & precium conſtituẽ
dum;ſed ſi quid plus imputet ſibi uenditor,qui cum ſuę rei
ꝑſumatur habere notitiã minus expreſſit,quã eſſet. Et pro
22 hoc patet,†non ob.regulam.d.& ſi contra tab.cum ſi. quia
illa procedit quãdo reperitur identitas rationis per contra
riũ ut ibi per doc.& plenè traditur in rub.ff.de ac. poſ. ubi
23 plenisſimè dixi. † Non ob.modo, qđ ſecundo loco allega
batur;q̃a reſpondetur,ꝙ imo procedit regula doc.de q̃bus
ſ.2.ĩ caſu ,& in uẽditione,& ſic in cã onerosa,& uidetur,ꝙ
a fortiori hoc ſit;q̃m ſi illud eſt in donatione,in qua cõſide-
ratur q̃dã dilapidatio ſui,& in dubio non ꝑſumitur,iuxta l.
cũ de indeb.ff.de prob.& ꝑpea uidetur ſtrictè interpretan
da,ut.ſ.minus dicatur donatũ,arg.l.nũmis.ff.de le.3.cum ni
hil inde donator cõſequatur,fortius dicendũ in uendõne,ĩ
qua nulla dicit̃ iactatio patrimonii,cũ uẽditor ꝑciũ capiat,
igitur &c.auc.multo magis.C.đ ſac.ſanc.ec.cũ ſi.nec ẽ uerũ
in caſu noſtro, uel ſimili,ꝙ ꝑciũ maximè reſpectu cõmodi
uenditoris,dicatur oppoſitum reſpectu mẽſuræ expꝛ̃ſſę, ſed
ſimpliciter dicitur oppoſitum reſpectu corporis,in quo pri
cipaliter conſiſtit uenditio menſura autem dicitur in expſ-
24 ſã gratia demonſtrationis,ſcđm ꝙ ſ.dictum fuit. † Et licet
Old.loquatur ĩ conceſſione & dona.illud eſt; quia ſic ei ca
ſus cõtigerat:tamen alii doc.alle.ſupra in ſecundo, & quar
to caſu pro maiori parte loquuntur in uenditione,ut ꝑ eos
& ſi uerum amamus inſpiciẽdo rationẽ concludentẽ, upor
te: fateri,ꝙ non ſit rõ diuerſitatis cum ĩ utroq; caſu conue
nia: inſpicere qñ uendens, uel concedens incipiat mentis
ſuæ cõceptũ exprimere,ſcđm ꝑdicta.Et ꝙ idẽ ſit in utroq;
caſu ex mente aliorum,đclarat ĩ terris And.Barb.in d.rub.đ
emp.& uen.in ſi.per ration. ꝑdictã,licet ſentiat dubitatio-
nẽ Imo.in d.c.per tuas,& Fab.de Monte in d.6.co.in ſi.dicẽs
ita uoluiſſe Io.And.& Bal in locis per eum alleg.Nec quem
quã perterreat,& ꝙ ita dixerit Im.in d.c.per tuas.quia cum
dubitatiuè per uerbum forte loquatur, n̄ eſt ide eius aucto
25 ritas ſumenda†tunc.n.dici dẽt doctorem aliquem tenuiſſe
aliquã opi.quando examinando ita firmaret; ut uoluit Ab.
in c.bonæ,el 2.co.ſi.uer.ſed mihi plus & c.de poſtu.ꝑla.tra-
dit Ful.ĩ conſ.101.ꝑſuppoſito ſtatuto & c.3.col.Et poſito ẽt
ꝙ Imo.Ita firmiter tenuiſſet,contra eum eſt cõis opi.& ue-
ra,& optima ratione fundata,ut ex ꝑdictis conſtat , a qua n̄
eſt in iudicando, recedendum per iura uulgaria, ut ſcribit
Cor.plura congerens in conſiſ.186.quãquã ꝑſens conſulta-
tio.j.co.3.uo.Ex his itaq; concluditur,uenditionem de qua
agitur,factã fuiſſe ad corpus,& oĩa j. deſignatos fines cum
prehenſa uendita eſſe.Nec huic concluſio ob.plurima ꝑ par
tem aduerſã alleg.q̃a eis optimè ſ.per clariſſimum aduo-
catum reſponſum eſt, & ideo ſuper eis aliter non inſiſtam.
26 †Circa ſecundam dubitationem paucis inſtabo tanquã ſu
per re clara:dico.n.& concludo,ꝙ uenditori , uel eius hære
di nihil debetur ab emptore,uel eius hærede,propter illud
quod ſ.expreſſã menſurã reperiretur.Et ad huc demonſtrã
dum conſidero,ꝙ quando ꝑdium uenditur ad corpus reſpe
ctu uenditionis.i.ut totum quicquid eſt dicatur uenditum.
27 † Aliquando precium conſtituitur reſpectu menſuræ, con-
ſtituendo puta x. pro quolibet iugere , & tunc licet totum
ueniat , debet ꝑcium ſuppleri ſecundum iugera reperta ſ.
expreſſã menſurã,ut eſt caſus ĩ l.qui fundum.§. q agrum.ff.
28 de contrah.emp.cum ſi.& iſte non eſt caſus noſter. †Aliquã
do uerò conſtituitur ꝑcium ſimpliciter non reſpectu iuge-
rum,ſed ſimpliciter unum ꝑcium reſpectu fundi uenditi,ꝑ
ut fuit ĩ caſu noſtro :fuit.n.conſtitutum ꝑcium 800. duc.ꝑ
omnibus petiis terræ uenditis non habito reſpectu ad nu-
merum bubulcarũ,& iſto caſu licet plus reperiatur , nihil
ultra ꝑcium conſtitutum debet emptor; ut eſt text. in d.l.ſi
duorum.ff.de ac.emp.& ibi Pa.de Ca.& alii tradũt,hãc diſ.
ponunt doc.oẽs ſ.alle.ut per Barb.& Fab.in locis, de q̃bus
ſupra,eſt fundata in dictis iuribus , & ẽt in rõnibus,de qui-
bus per eos,maximè per Bal.in d.rub.de contrah.emp.per
Sal.in d.l.a.e.ti.& per Fel.in d.c.ſignificante.de reſc.& quia
ſuper hoc neminẽ puto hæſitare ulterius non inſiſtã. Sed ex
oĩbus ſupra dictis per me & clariſſimum aduocatum,con-
cludo unà cum eo uenditionem iſtam factam fuiſſe ad cor
pus,& ita omnia eſſe uendita , q̃ ſupra deſignatos fines cõ
tinentur, licet ſupra expreſſã menſurã aliq̃d reperiatur , &
ꝙ emptor , ſeu hæres eius ꝑpter illud ad aliquid non tene-
tur,& per conſequens concluditur,reum conuentum libe-
rè abſoluendum eſſe. Quã ẽt ultra ꝑdicta defenderet lon-
giſſima ꝑſcriptio,cum lapſi ſint nedum x.uel 20. anni, ſed
etiam 30.& 40.& prope.l.ꝙ aliter non proſequar. uelut non
neceſſarium; cum ex prædictis euidens iuſtitia in fauorem
rei conuenti appareat. Laus Deo.

Soc.nepos Paduæ legens 1527.

ADDITIO.

In hac eadem cauſa conſuluit etiam Rui.conſi.83. vol.1.& Parſ.conſi.
64.cum ſeq.vol.1.ſed contra conſuluit Dec.in conſi.500.& Cur.iun con-
ſi.181.quorum opi.ſequitur etiam Cagnol.in l.ſecunda,nu.182.C.de pac.
int.empt.& uend.

SVMMAE.

De materia præceden.conſ.& an & quando ex quantita
te precii declaretur uenditio, & quando ſubueniatur dece-
pto in quantitate rei uenditæ.

1 *Venditio an dicatur facta ad corpus,uel ad menſuram , quando in
ea eſt ĩceptũ a corpore certo,ſed a numero iugerũ,& inf.n.3.et 4.*
2 *Precij quantitas denotat quid ſit uenditum,& uide infrà nu. 8.9.
10.& 11.*
4 *Quando dua exprimuntur,quæ ſunt diuerſæ uirtutis , quod primo
loco exprimitur,attenditur.*
5 *Fundus tentum tamporum,qui eſt in tali loco,ſi ſit uenditus , et po
nuntur confines, dicitur uenditio facta ad corpus.*
6 *Etiam ſi non eſſet conſtitutum unum pretium, ſed pro numero iuge
rum,ſiue camporum .*
7 *Venditio ſi ſit facta unius petia tot tamporum poſita infrà tales
confines,dicitur inceptum à corpore determinato , ſaltem de men
te contrahentium ob confinium appoſitionem.*
11 *Deceptus ultra dimidiũ iuſti ꝑtij hẽt remediũ.l.ij.C.de reſciu.uẽd.*
12 *Deceptio in quantitate rei,infrà dimidiam,an ſit permiſſa.*
13 *Gl.in uerbo inuenerunt,in c.per tuas,de dona.an ſit uera.*

CONSILIVM XLIII.

*Dirigat Dominus verba mea in viam
ueritatis & iuſtitia.*

MEMINI elapſis diebus me conſuluiſſe,ꝙ uendi
tio,de qua agitur fuit facta ad corpus,& non ad
menſurã,& ꝑ cõſequens ꝙ in ea dicitur uenìſſe
omne,& totũ illud,qđ intra fines deſignatos cõ
prehenditur.Nunc ꝑ clariſſimũ,& integerrimũ iud. elegan
tiſ.& ſubtiliter aliquæ dubitationes in contrariũ excitan-
tur , ſcđm quas uidetur cõcludẽdũ,ꝙ immo d.uenditio di-
citur facta ad menſurã,circa quas pro ueritate,& quãmbre
uiſſimè dicam quid ſentiam, prout cum maxima modeſtia
se, uel quia sic partes cōcordauerūt, uel ꝓut forte uerius
est, uel saltē uerisimilius qa tāti fuit domus ęstimata p æsti-
matores ut supra ad id electos, nisi n. alterū duorū pręsup-
poneretur, partita illa nō procederet nec posset stare, un-
de cum procedat, & ei standū sit, ut prędixi, sequitur preciū
iam fuisse certificatum altero de duob. mod. cū quādo unū
dicitur, pręsupponatur omne eius antecedens necessarium.
l. illud ff. de acqui. hęre. & supra dixi respondendo ad secun
dum. Vel & tertiò respōndetur, esto ꝗ de precio certitudo
nō appareret, quoniā ex quo ipsi magistro Petro res tradit
fuit & bona fide recipiēti, nō pōt dici ius nō esse trāslatū, &
debet traditio conseruari, & si alicuius interesit, poterit age
re, actione in factum, ut sic sequatur, quatenus iudici ęquū
uideatur, prout dixi supra in secunda responsione ad primū
17 fundamentū. † Mitto, ꝗ posset quarto loco dici, ꝗ in propo
sito d. Marietta actrix nō possit opponere, seu allegare ius
competens d. Canonicæ, & sic ius tertii penitus extranei, cū
istud ius Canonicæ uolūti cōpetat, iuxta no. per Bar. in l. 2. ff.
de excep. rei iudi. & tradit D. meus Soc. in cōsi. 13. insignis
doc. 5. col. in prin. 4. uol. cum aliis multis, qui allegari posset
& maximè hoc casu, in quo præiudicaretur reis conuētis, &
eis auferretur domus per eos bona fide possessa, & ex iusto
tit. nā si quo casu toleretur, allegati ius tertii uidetur, illud
tolerandum fauore possidentis, & rei cōuēti ad exclusionē
18 actoris, † qui pro regula excluditur nisi suam intentionē ꝓ-
bauerit, ēt ꝗ reus nullum ius habeat. l. fi. C. de rei uen. cū cō
cor. ibi alleg. & in his terminis loquitur Bar. in d. l. 2. & alii
in diuersis locis cum sequētes, super hoc tamē nō istabo, qa
non est necessarium, cum ex ꝓdictis remota sit omnis diffi
cultas. sic ergo concludo non obstantibus alle. in contrariū
ꝗ possessio magistri Petri omnino debet iungi cum possessio
ne istorum reorum, ut ī dictum fuit. demum non obst. ult.
fundamentum, dum dicebatur non sufficere præscri. 20. nec
25. an. sed requiri cursu. 30. ann. quoniā pro resolutione ad-
uertēdum est, quia hoc fundamētum potest intelligi alteru
de tribus modis. † Primò, ꝗ non sit intentatū reale remediū
19 puta directę rei uēdicationis, uel utilis p publicianā, sed sit
intentata petitio hęreditatis quę solum tollitur spacio. 30.
an. n. l. hereditatis, & ibi no. C. de pet hær. cum si. interdictum
recuperandę seu integrandę possessionis, quod similiter
solum. 30. an. tollitur, ut per dominum, meum Soc. in l. rem
quę nobis. in S. q. ff. de acqui. poss. Secundò, quòd sit inten
tata realis actio directa, uel utilis, sed non sufficit præscri.
20. ann. allegādo. quod magister Petrus emerit a mala fide
uendēte, iuxta auc. malę fidei. C. de pręscr. lōg. tēp. Vel & ter
tiò, ꝗ illud expresso iure municipali caueať, qcqd aliter de iu

20 re communi disponatur. † Quare resoluendo, dico primũ
non posse dici quia uerũ est. in tẽtatam fuisse actionẽ realẽ
directam, vel publicianã, contra quas absque dubio sufficit
præscri. 10. ann. inter p̃sentes, & 20. inter absẽtes p ea, quæ
supra dicta sunt, & ꝙ ita sit, primò apparet ex cõclusione li-
belli, a qua colligitur, quæ actio ꝓponat. Secũdò: q̃a alia re
media pręallega. videlicet peti. hære. & interdictũ reintegrã
da do. Mariettæ de iure nõ cõpetũt, & quis in dubio præsu-
mitur illã actionẽ proposuisse, quæ sibi cõpetebat, & quã de
21 de iure poterat intẽtare. † Istud aũt probatur primò loquẽ
do de petitione hæredi. nã vt est clarissimũ, illa nõ datur cõ-
tra tit. posidẽtẽ, ut d. l. hęreditatis, & ibi doc. tradũt; solũ. n.
datur cõtra posidentẽ pro hærede, vel ꝓ possessore. l. regu-
lariter. cũ duabus seq. ff. de peti. hær. sed isti rei cõoẽti titu.
22 emptionis posident, ergo &c. † Et si aliquo casu in iure to-
leratur: ut detur contra tit. posidentẽ, tunc ẽt disponit, ut
10. vel 20. ann. tollatur; cũ. n. tũc illa excedat suos terminos,
exceditur ẽt a uon suis terminis, prout sing. uoluit gl. fi. in l.
fi. C. de edi. di. Adri. tol. & tradunt doc. ibi, & in d. l. hæredita
23 tis. † Præterea, ꝙ do. Marietta non potuerit intẽtare petitio.
hæreditat. manifestẽ ex alio probatur; nã illa non datur re-
spectu rei, quã hæres ut hæres post mortem defuncti aliquã
do possedit, vt post gl. ibi declarat Bar. in l. fi. ff. de fidcicom.
ter. per. Pau. de Ca. in consi. 96. uiso quodam processu. 1. col.
in fi Alex. in consi. 151. in causa, & lite. in prin, 6. uolu. Cor. in
consi. 254. principalis difficultas, col. fi. 4. uolum. & do. meua
Soc. in consi. 122. in causa dominæ Iacobæ. 2. colum. 4. uolu.
cum aliis multis, ut per Ial. in consi. 112. uiso longo, col. pen.
in fi. sed do. Marietta domũ, de qua agitur, post mortẽ filiæ
possedit, & vt hæres auctore prætore, vt ipsamet alleg. & sa
24 tis ex deductis in processu est probatum, ergo &c. † Simili-
ter ẽt secundo loco dico, ꝙ ei non cõperebat possessoriũ. c.
reioregranda. 3. q. 1. licet illud sit vtilius, & plenius remediũ
vt p do. meũ Soc. in d. l. rẽ quæ nobis. in priu. & istud probat
primò ex parte dominę Mariettę; quia cum illa ceciderit a
possessione. d. domus, saltẽ pro dimidia ex facto suo & ex iu
sta causa; quia. s. ipsa dedit in solutum, & tradidit, non dici-
tur posse vti remedio d. c. reintegranda, ut per Soc. in d. l. re
quæ nobis. in 5. q. 2. q. prin. & Alb. Bru. in consi. 21. circa mori
25 uum. j. co. uer. 3. ex qualitate amissionis. † Secundò hoc pro
batur ex parte istorum reorum conuentorũ, & hic loquor
respectu totius domus, nã cum ipsi bona fide, & iusto tit. pos
sideant, & habuerint causam in re non uitiosa ab auctore,
non nitioso contra eos tale remedium non potest intenta-
ri, ut voluit Bart. in d. l. rem quæ nobis, in 2. q. quam plurimi
sequuntur, vt per dominũ meũ Soc. ibi in 4. q. prin. & in 5. &
vlt. casu, vbi ipse hanc opinio. ueriorẽ sequitur, qui ẽt idem
firmat in cõns. 39 in q. quæ uertitur. 3. col. 3. uol. & in cõs. 107
in causa mota. in fi. eo. uol. dicens, ꝙ pro ea uidetur casus in
l. siue autem. §. si duobus de public. Et ultra eum in dictis lo
cis idẽ firmat Calc. in consi. 115. in causa domini Detsalui. 3.
col. & insignis moder. Alb. Bru. in consi. 19. in causa comita-
tus. eo. fi. & in d. consi. 21. co. uer. quarto ex persona magni
fici, qui dicit, ꝙ ista est verior opi. & plures alleg. eam tenen
tes, ur per eum. Et hæc dicta sunt, casu quo diceretur tale re
mediũ propositum, sed pro uero dña Marietta non dicitur
tale remediũ intentasse, sed solũm directã realem actio. uel
public. cũ in cõclusione petat declarari d. domum ad se per-
tinere iure dñi, uel quasi, & aliàs ex conclusione libelli co-
gnoscitur remediũ intẽtatũ, ut dixi, hæc quò ad primũ. Cir-
ca secdm similiter dico, illud nõ posse dici in casu nostro: pri-
mò q̃a Canonica, quę uendidit. nõ erat, neq; dici poterat in
mala fide, sed in bona, cũ domũ illã pro suo credito habuis-
set, & ab illis mulieribus, quas credebat dominas, & sibi ob
ligatas. Secũdò ẽt, quia do. Marietta sciuit, & cognouit trãs
ferri domũ in d. magistrũ Petrum, & postea in istos reos con
uentos, ut satis bene probatur per testes reorũ, & etiã suade
tur, q̃a illamet tradidit Canonicæ, & tanquam uicina, ut te-
stes dicunt, præsumitur nouisse, quid postea de d. domo secu
tum fuerit. illa autem auc. malę fidei, in cõtrariũ allega. non
procedit domino sciente, vt ibi dicitur, ergo &c. Circa ter-
tium verò nihil dicam, quia nullum uidi allegari statutum,
nec aliquod est productum, in quo cursus. 30. ann. requira-
tur contra directam, uel utilẽ realẽ actionẽ. Et si adesset ad
illud me remitterem, sed cũ non sit productum, neque alle-
26 gatum, ego non possum illud attendere, † cum scdm acta. &
probata sit iudicandum. l. illicitas. §. veritas omnibus de coc. ff
de offi. præsi. Concludo itaque ex prædictis ꝙ iquad partes
iudicis futuras esse, sicut etiã supra dixi in absoluẽdo istos
reos conuentos a petitis, & uictum uictori in expensis con-
demnãdo taxatiuẽ earum, cui competit reseruata, & hoc so-
lùm pro dimidia parte, pro alia uerò dimidia absoluendo
ex iustis causis animum meum mouentibus.

Soc. nepos Iurisconsul. Paduæ legens.

S V M M AE.

De remedio. c. reintegranda. 3. quæstio. 1. simul cum peti
torio intentato, quando non procedat.

1 *In petitorio non solùm possessio ex parte rei conuenti probanda est, sed etiam dominium ex parte agentis.*
2 *Remedium. c. reintegranda. iij. q. 1. est magis latum, & pinguius, quàm sint alia remedia.*
3 *Remedium. cap. reintegranda. solùm illis competit, qui aliquando possederunt, & ex iniusta causa à possessione ceciderunt, & infra nu. 6.*
4 *Testis dictum à ratione eius regulatur.*
5 *Testis dictum cum ratione mala, & non probabili nedum non probat, sed nec præsumptionem inducit.*
7 *Cadens à possessio. an præsumatur ex iniusta causa cecidisse.*
8 *Qui uult unum, uult eius antecedens.*
9 *Confirmatio, & ratificatio ex longo tempore præsumitur.*
10 *Ratificatio contractus inducitur per cursum longi temporis.*
11 *Argumentum procedit ab his, quæ communiter fiunt.*
12 *Illud, quod est uerisimile, in tantum præsumitur, quòd onus probandi in eos transfertur, qui contrarium asserunt.*
13 *Remedium. c. reintegranda. non datur, quando constat de iure possidentis, & si datur, remoueri debet.*

CONSILIVM XLVIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitiæ.


Isis & bene cõsideratis omnibus in facto contin
gentibus iuridicũ, ac summę æquitati consonũ
arbitror, reũ conuentum omnino esse absoluen
dũ a petitio. cõitatis Saxi, uel agentium pro ea,
prout per excellentissimum I. V. D. D. Marcellum Beringuc
cium uti fratrem hon. & olim acutissimum discipulum meũ
in suo elegantissimo consi. conclusum est, quo consi. diligen
ter animaduerso, ut uerum fatear, plurimũ lętatus sum, cũ
ex eo planẽ intellexerim, prædictũ Egr. consultorem, nedũ
expectationi, quam de se concitauerat, respõdisse, sed etiã
eam longẽ superasse, etenim omnia in præsenti consultatio
ne occurrenti adeo accuratẽ & diligenter per eum discussa
sunt, & ita euidens, & clarissima iustitia in fauorẽ rei conuẽ
ti demonstrata est, & quidẽ ex plurib. capitibus etiã separa-
tis, ut certẽ nihil amplius desiderandũ uideatur, & ideo mi-
hi de subscriptione requisito satis uiderer esse, si simpliciter
eius cõclusionẽ approbarẽ, quippe nihil, aut parũ addi põt.
Verũ ut rem ipsam degustasse uideat, & consultanti mo-
rem gerã, aliqua, licet breuia, pro tẽporis angustia subijciã.
Et in primis hęsitandũ non est, ꝙ prędicta communitas Sa
xi in petitorio, qđ cũ possessorio cumulauit, obtinere nõ po
1 test: quia licet probetur possessio ex parte rei conuenti: ta-
men non probatur dominium ex parte communitatis agẽ-
tis, quod in petitione dicitur necessarium, iuxta l. in rem. in
prin. ff de rei uen. traditur in l. j. ff. de alie. iud. mu. cau. fac. &
est glos. super uer. posideat, in §. 1. insti. de act. & ibi etiam
tradunt doct. unde ex regula, qua dr̃, actore non probante,
reus etiam si nihil probet absolui debet l. fi. C. de rei uen. l.
qui accusare. C. de edẽ. & l. actor. C. de prob. cũ si. sequitur, ꝙ
in ea-

in casu Io. Baptista de Placidis reus conuentus a petitorio oĩ
no absolui debet;& qa hoc est expeditũ non instabo ulterius
sed solum dicam, q̃ in terminis nostris ita determinant pa-
truus,& dom.meus Soc.in consi.39.in q.q̃ uertitur.in prin.
3.uol.& Lau.Calca.in consi.115 in cã do.Detsalui.in prin.Et
ex dictis p istos doc.in istis consi.apparebit,q̃ in casu nostro
nedum in rei uendi. sed nec etiã in public. põt p̃dicta cõitas
2 obtinere, ad quos me remitto. † Scd̃ò etiã dicendum est, q̃
nec in possessoriu obtinere potest etiã ex remedio canonis re
integrã.1a.3.q.1.licet illud uideatur magis latũ, & pinguius,
ut cõiter dicunt doct.in l.rem q̃ nobis. ff.de acq.poss. & alibi
sæpe,& tradit do.meus Soc.in d.consil.39.2.col. Et propter
banc cãm alia remedia pos. omittendo solum super hoc in-
stabo,si.n.ostenditur communitatem non posse uti ex reme-
dio d.c.reintegranda.quod facilius conceditur,minus pote-
rit uti aliis remediis , de quibus in ueritate in casu isto nulla
est dubitatio: certum.n.est ea dictæ communitati non com-
petere.Dico itaq; nec ex prædicto remedio cõitatem Saxi ob
tinere posse,primò ex non iure eius,secundò ex iure possidẽ.
rei conuenti. Circa primum q̃ desit ius agentis, & sic ipsius
cõitatis,pbatur primò: qa si processum,& dicta testium in p̃
senti cã rectè considetemus constabit non pbari concluden
ter,q̃ d.cõitas possederit unquã p̃dium,& terrena, de quib.
agitur,prout abunde,& diligentissimè deducit eximius con-
sultor dicta oĩum testium sigillatim ponderando, ad quẽ gra
3 tia breuitatis me remitto,†quo posito clariss.est,dictæ cõita-
ti remedium p̃dictum non competere; cum illud solum cõ-
petat eis,q̃ aliquando possidebant, & a possessione ex iniusta
cã ceciderunt: ut exprimitur in d.c.reintegranda, & ibi doc.
tradunt,& traditur etiã p doct.maximè Modern.in d.l.rem
q̃ nobis,& alibi sæpe.ff de acq.poss. Nec possessio.d.cõitatis
dicitur concludenter probari ex eo, q̃ aliqui forte dixerint
q̃ uiderunt eã possidere ante reum conuentum: quoniã nul
4 lam cãm scientiæ allegant,uel concludentem. † Est.n.regu-
la,q̃ dictum testis a causa,seu a ratione eius regulatur, ut in
§.& licet,& ibi per doct.in auc.de testib.col.7.post gl.in uer.
causam.in fi.& c.fi.uer.item solam. 4.q.3.& in l.solam.ubi p
doct.C.de testi.cum si.& magistraliter declarat Bal.in l.con-
uenticulam. 5.col.C.de episc.& cler.concludens,q̃ tota uir-
5 tus probationis stat in ratione. † Et hinc est, q̃ dictum testis
cum causa , seu ratione mala , & non probabili nedum non
probat,sed nec præsumptionem inducit,ut tradit Spec.in ti.
de teste §.1.uer.sed qd si cãm inseruit,& ad hoc multa conge
6 ri possent , quæ breuitatis gratia dimitto. † Secundò esto p
possess.d.cõitatis posset dici aliquo modo probata,adhuc ta-
men dicendum est,q̃ ius non habet utendi remedio d.c.rein
tegranda.eo quia, ut illud remedium alicui competat,nõ suf
ficit, q̃ aliquando possederit,sed requiritur etiã, q̃ a posses-
sione ceciderit,seu illam perdiderit ex iniusta causa, ut ibi p
batur in uer.p quascunq; iniustas causas,& declarat Abb. in
c.cum ad sedem.col.mihi.11.de resti.spo.uar.hoc etiã sentit
hic Cald.quod etiã ante eum ibi uoluit Io.An.& Ant.de Bu.
& Imo.in c.accedens.el 2.ut li.non contest.Lap.alle.52.læta-
tus sum.2.col.do.meus Soc.in d.cons.39.3.col.& in d.l.rem
quæ nobis.in 5.q.2.q.prin.ubi dicit,q̃ ita cõiter tenetur, qd̃
etiã firmat Alb.Bru.in consil.19.in causa comitatus.4.col.&
in consi.21.circa motiuum. 1.col.sed sic est, q̃ p̃dicta cõitas
Saxi,si unquã habuit poss.terrenorum,de quib.agitur, eã p-
7 didit non ex iniusta causa,immo ex iusta,ergo &c.†Et si dica
tur,q̃ immo p̃sumitur perdidisse ex cã iniusta;ut sæpe doct.
dicunt,& uidetur uelle Abb.in d.c.cum ad sedem. Responde
tur posito eo pro uero,q̃ illud procedit in dubio,uel ubi p̃-
sumptio aliqua non firm contrarium,sed isto casu nõ sumus
in dubio:qa satis clarè de iusta cã constat,cum respub.Senen
sis ex publica cã et pro publica utilitate tanquam superior,et
domina dictorum terrenorum ea alienauit excellentiss. q. d.
Anto.de Venafro, prout de alienatione constat ex contractu
uenditionis illi facto per spectabil.ciues ad illud,et similiter de
putatos a collegio Baliæ, et de causa iusta constat ex delibera
tione Baliæ super hoc,et simul ex commissione illis sex ciui-
bus facta,prout per Consultorem supra deductum fuit, sup
quo tanquã claro non est insistendum. Si igitur propter pu-
blicã utilitatem p̃dicta bona alienata fuerũt, et sic in dictum
do.Ant.translata tam respectu posses.q̃ dominii,sequitur,q̃
d.cõitas possess.d.terrenorum,si quã habebat, pdiderit non
ex iniusta cã,sed ex iusta,et iure approbata,ideo iure merito
sequitur , q̃ dictæ communitati non potest competere reme-
dium.d.c.reintegranda. et ni fallor istud fundamentũ est eui
dentissimum,et inconuincibile. Et multo magis hoc proce-
dit in casu nostro:q̃a d.communitas ex post consensit, et ra-
tificauit p̃dictã alienationem,quãquã istud non fuisset neces-
sarium.Decreuit.n.cõitas ipsa alienationẽ illã uirtualiter,et
in effectu comprobando,q̃ tres oratores,seu sindici, et pro-
curatores ab ea electi contractum p̃dictæ alienationis ratifi-
care debeant ipsius communitatis noĩe,atq; ẽt cedant dom.
Antonio p̃dicto oĩa ipsius communitatis iura , si q̃ habuisset
sup d.terrenis,ut constat ex deliberatione facta in consi.d.cõ
munitatis,et ex mandato p̃dictis trib.oratorib.dato.Et quã-
uis ratificatio p eos facta hodie in specie non reperiatur , tñ
dubitandum non est,qn interuenerit. Et p̃sumitur facta.Pri-
mò ex eo: qa illi met tres oratores noĩe communitatis eme-
runt a d.do.Ant.partẽ dictorum terrenorum, et in cõtractu
spãliter fuit reseruata pars,de qua hodie est q̃stio , q̃ tunc p
eundem do.Ant.uẽdita fuerat magnifico Pandulpho Petruc
cio,a quo,siue ab eius hæredibus emit postea Io. Baptista de
8 Placidis,ut p Consulentẽ s.ostensum est.†Et ultra eum p hoc
facit:q̃a qui uult unum, dicitur uelle eius antecedens.l.ad le
gatum.ff.de pe.l.si iter.ff.de serui.l.nec is.§.1.ff.de acq.hęre.
cum si.& traditur p doct.in l.2.ff.de iur.om.iud. unde si illi
oratores a dn.Ant.emerũt uelut a dño, q̃ non habebat aliud
ius,nisi uigore emptionis factæ ab illis sex ciuib.Baliç,sequi-
tur,q̃ illi oratores quãtum in eis erat, dicuntur confirmasse,
et approbasse p p̃dictã alienationẽ factã in do.Anto.cum de
9 oĩb. haberent notitiã.†Scd̃ò p̃dicta confirmatio, et ratifica-
tio præsumitur ex longo tpe,iuxta ea q̃ tradũtur in l.si filius.
C.de peti.hęr.cum si. put ẽt optimè deducitur per Consul-
torem,et ultra eum alleg.Saly.in l.sine possidetis. 5.col.uer.
item ex diuturnitate.C.de proba.atque meum do.Mar.Soc.
in consi.15.uisis prædictis.col.20. et patruum meum in con
10 sil.89 in cã agitata.col.4. †et in specie, q̃ ratificatio contra-
ctus inducatur per cursum longi tpis, dixit do.meus Soc.in
consi.46.in cã magnifici.col.fi.2.uol.et insignis doc.do.Iac.
de S.Georg.in l.si ea in seruum.ff.si cer.pet.alleg.uo.per Imo.
11 in c.peruenit. 3.col.de emp.et uend.†Tertiò ẽt potest dici,
q̃ ratificatio interuenerit arguẽdo ad his,q̃ cõiter fiunt,iux.
l.certi condictio.§.si nummos,et ibi tradunt Bart. et alii. ff.si
cer.pet.et tradit Bal.in l.neq; natales.C.de prob.et est tex.et
ibi no.Card.Imo.Abb.et alii in c.1.de cler.non resi.cum sim.
Item et arguendo a uerisimili,iux.l.non est uerosimile. ff.qd̃
me.cau.et c.solicite.de rest.spo.et est gl.et ibi doc. in l.tale pa
ctum.§.fin.ff.de pac. Illud.n.q̃ a uerosimili est remotum,dr̃
habere falsitatis imaginem,secundum Bal.in l.1. 3.col.C.de
ser.fug.et tradit Alex.in consil.27.in cã et lite.in fi.2.uolu.et
12 Ias.in l.si extraneus.col.2.ff.de cond.ob cau.cum sim.†Illud
ergo,qd̃ uerosimile est,et qd̃ cõiter contingit, præsumendũ
est p p̃dicta, et ita ut trãsferatur onus pbãdi in eus q̃ contra
rium asserunt ,ut tradũt Saly.et alii in d.l.neq; natales.C.de
pba.sed sic est,q̃ a cõiter accidentib. oratores communitatis
adimplent mãdatum eis factum,et uerisimile est,sic sp̃ fieri,
ne aliàs ab eorũ superiorib. reprehendi possint, ergo præsu-
mendũ est in casu isto,q̃ illi oratores mandatum de ratificã-
do expleuerint,donec pbetur contrariũ p prædicta,ad quo-
rum corroborationem plurima adducerem , nisi tpis angu-
stia me ab hoc abstraheret. Non tñ est de aliis curãdum:tum
qa hæc pauca sufficiunt, tum etiam quia arbitror prædictam
ratificationem , seu confirmationem non fuisse necessariam.

Concludatur itaq; ex prędictis remediũ d.c. reintegrãda.
cõitati non cõpetere isto 1.et solidissimo fundamento,uide-
licet ex non iure eius. Ad quod ẽt non parũ facit negligentia
eius iux.declarata p do.meum Soc.in d.l.rem q̃ nobis.in 5.q.
2 q.prin.et in d.consi.39.3.col.cũ si. prout per consulentem
sapientissime deducitur,sup quo tamẽ non insisto tanq̃ sup non

13 necessario. †Scdò principaliter, positn millies, q̃ cōitati tale
remediū simpliciter cōsiderādn cūpeteret, qđ iñ est nino fal
sū, dico q̃ ex iure possidētis oīno deberet excludi, nā Io. Ba-
ptista reus cōuētus possidet ex iusto ti.rē nō uitinsā, nec ha
bitā a uitiosn, sed a bonęfidei possessore, q'ēt similiter ab alio
bonęfidei possessore habuerat, quo stāte dico, q̃ uerior opi.
est, q̃ remediū p̄di.c. reintegrāda. cōtra eū nnn pōt exerceri,
uel saltē q̃ excep. p̄dictorū dēt remoueri, si ꝓpnnatur, ut fir
mat do. meus Soc. in d. l. rē q̄ nobis, in 4. q. prin. cū aliis con-
cor. egregiè addnctis p Consultorē, & ultra eū hāc opi. tenēt
And. de Baru. & Ioā. de Plat. in l. si coloni. C. de agri. & censi.
lib. 11. do. meus Soc. in d. consi. 39. 3. uol. Lan. Calc. in d. cōsi.
115. & Alber. Bru. in d. consi. 19. & pōt dici, q̃ ista opi. sit ne
dū uerior, ut quasi nēs dicunr, ēt q̄ tenent contrariū, sed etiā
magis cōis, maximè apud nostros legistas, ut ēt affirmat do.
meus Soc. in d. consi. 39. 3. col. & iō uī oīno seruanda. Maxi-
mè cum in casu isto unà cum p̄dicto remedio sit intentatum
ēt petitoriū iuxta doc. dom. Lanfran. de Oria. in rub. de cau.
pos. & ꝓpr. 4. col. in uer. 4. conclu. &c. cum aliis p Consulto
rem adductis, & consideratis ad hoc, ad quē me remitto, sup
eo non sit iusi qa nō est necessarium, cum ex aliis ā adductis
euidens iustitia appareat in fauorē rei conuenti. Et certè non
possum nisi ualde admirari, q̃ excellētia primi iudicis ita ani
mosè contra eum ꝓnunciauerit: cum ex p̄dictis manifestè
constet, contrarium oīno debuisse iudicari, & iō illa snīa per
excellentissimos, & integerrimos iudices Rotę & appellatiō
nis retractari dēt, & ita p̄uia iustitia sperandū est, & ita his
paucis contentus sum pp angustiā tpis: tum ēt quia multis
aliis impedior, unà cum eximio Consultore, & cum excellē-
tissimo subscribente do. Philip. Deci. compatre, & do. meo
obseruandiss. concludo in fauorem prædicti rei conuenti.

Laus Christo Redemptori nostro.

Soc. Nepos, Paduæ. 1543.

A D D I T I O.

In hac eadem causa consuluit Deci. ut hic in fi. unde in quo.

S V M M AE.

De quadam protestatione, ne quis audeat arbores incide
re, utrum s. per ea protestans dicatur contrauenisse pactis iu-
ratis, quibus cauebatur, aduersario licere ad eius placitum ar
bores incidere, & quòd uerbum, si obtinearur, positum in
conditione potest intelligi respectu iuris dispositio, & non
respectu declarationis iudicis.

1 *Protestatio fit gratia iuris sui conseruandi, & non causa contra*
ueniendi.
Et quid sit protestatio.
2 *Protestatio facta a non habente ius nil operatur.*
Nec in mala fide constituit.
3 *Protestatio sine causa inanis est.*
4 *Clausula, si senseris te grauatum, quid in protestatione operetur*
5 *Verba, ad eius placitum, important arbitrium boni viri.*
6 *Donatio potest fieri, ut si quid factum fuerit, resoluatur, & pro*
non facta habeatur, & uide inf. nu. 15.
7 *Protestatio prohibitoria facta per donatarium donanti, dicitur*
prouocatio protestati ad iudicium.
8 *Nunciatio noui operis dicitur protestatio prohibitiua.*
9 *Adimplere nollens, quod promisit, dicitur pactis contrauenire.*
10 *Protestationi facta iudicis auctoritate etiam si causa protesta-*
tionis non fuerit asserta, obediendum est.
11 *Per protestationem factam alicui existenti in possessione dicitur*
turbari, & quasi vim pati.
12 *Clausula, si senseris te grauatum, operatur, quòd præceptum iudi*
cis in citationem resoluitur.
13 *Per citationem dicitur quis pactis contrauenire.*
14 *Verbum, aliquas, dicitur uniuersale.*
Et facit ut terminus, cui adiicitur, de quolibet intelligatur.
15 *Verbum, quod importat arbitrium boni uiri ratione adiuncti, re*
ceditur ab eius significatione, & importat liberam uoluntatē.
16 *Ea quæ arbitrio boni uiri fiunt, sui natura sunt permissa, cum se*
cundùm iuris regulas concedantur.
17 *Interpretatio semper illa est capiēda, ut uerba aliquid operētur.*
18 *Dictio, nisi, ad futura relata conditionem importat.*
Maximè si sit postea post dictionem negatiuam.
19 *Donatio, seu dispositio sub conditione facta, ea deficiente nullum*
sortitur effectum.
20 *Traditio, seu trāslatio pos. per affectū ex donationis cā sufficit.*
21 *Possessio, & dominium transfertur, si donator nomine donatarij*
constituat se possidere.
Et maximè si donator sibi usumfructum reseruauit.
22 *Instrumenti pars una per aliam declaratur.*
23 *Instrumētū si recipit ab alio declarationē, multomagis a seipso.*
Et unū instrumentū magis dēt secū concordare, quàm cum alio.
24 *Sententia lata contra donantem donatariis ignorantibus, & nō*
citatis non præiudicat.
25 *Sententia lata contra uenditorem emptori litem ignoranti non*
præiudicat.
Idem in debitore, & creditore.
26 *Excep. rei iudic. ut obstet, personarum identitas requiritur.*
27 *Rem iudic. non obstare in re dubia pronunciandum est, cum hoc*
minus sit partibus præiudiciale.
28 *Appellatio in dubio admitti debet cum respectu ueritatis illud*
sit partibus minus onerosum.

CONSILIVM XLIX.

Dirigat Dominus verba mea in uiam
veritatis, & iustitia.

INspectis his, q̄ in puncto narrantur, uiso etiā ele
gantissimo consilio recolendæ memoriæ excel-
lētis. Rutni mihi uti patris semp hono. licet plu
rimū sup eius cōclusione dubitauerim, & hinc
inde animus uolueretur, tamen inspirante Deo, ac iustitia ip
sa, quam semper amplecti debemus, decidi tandem in eau-
dem sententiam cum Consultore, & ut oīs dubietas tolla-
tur, considerandum est, quòd in tribus principaliter consistit
difficultas præsentis consultationis. Primò, utrum prima do
natio facta Antonio, stantibus pactis, & promissionibus iu-
ratis, de quibus in ea, dicatur extincta, & annullata per prote
stationem ab ipso Antonio factam, quasi ipse dicatur contra-
uenisse. Secundò posito q̃ sic, utrum secūda donatio de iure
ualuerit ab initio, ita ut in donatarios fuerit ius translatum.
Tertiò posito q̃ sic, utrum istis secundis donatariis nunc
agentibus obstet exceptio rei iud. contra donatorem post fa-
ctam secundam donationem. Circa primum prima fronte ui
debatur non fuisse cōtrauentum, & ita primam donationem
1 non fuisse annullatam: nam † illa protestatio uidetur facta bo
na fide, & non animo contrauenie ndi, sed solùm gratia iuris
sui conseruandi, prout est de natura protestationis, ut decla-
rant Bar. & alii in l. non solum. §. morte. ff. de no. o per. nunc.
Hinc ꝓtestatio definitur, secundum Car. in cle. 1. 13. q. de ꝓ-
cu. ut sit denunciatio publicè facta cā iuris conseruandi, qđ
ꝓtestāti competit, aut competere pōt, aut igitur in casu no
stro ille Antonius ius habebat, quod sibi cōseruare studebat,
& non dēt ex illa ꝓtestatione damnum pati, cum ei sit a lege
2 permissa. l. Graccus. C. ad l. Iul. de adulte. † Aut non habebat
ius, & tunc uidetur, q̃ nihil potuerit operari, & q̃ potuerit
sperni, iux. l. tutor. in princ. cum ibi no. p Bart. ff. de mino. in-
q. t. u. ibi sal. q̃ ꝓtestatio facta a non habente ius nihil opera-
tur, et ibi ēt dicit Bar. q̃ non constituit in mala fide, et q̃ talis
ꝓtestatio nō ualeat, docet Bal. ī l. pacta nouissima. 3. col. uer.
itē non ualet ꝓtestatio eius, q̄ non habet ius. C. de pac. quod
etiam uoluit Alex. in l. item ueniunt. §. petitam. in apostil. ad
3 Bar. ff. de peti. hær. † Hinc dicitur, q̃ ꝓtestatio sine causa ina-
nis est, ut tradit Bal. in l. si. col. 6. uer. ergo oppono. C. de edic.
diui Adri. tol. cum concor. ut per Hipp. de Marsi. in l. 1. §. prę
terea. col. 13. uer. et ultra prędicta. ff. de quęstio. Sic ergo non
uidetur posse dici, q̃ per talem protestationem Antonius di-
catur contrauenisse suis promissionibus iuratis, sed tantùm
q̃ illam fecerit pro suo iure conseruando, si quod habebat.
4 † Quod ēt ostendi uidetur ex clausula in fi. protestationis
posita, uidelicet, si senserit se grauatū, cōpareat etc. ex q b. uer
bis satis colligitur, q̃ nō simpliciter uoluit ꝓhibere incisio-

nes

nes arborum,sed solú quatenus ius sibi permittebat,& satis
sibi permitti videbatur,quia cũ incisio arburũ esset donato
ri reseruata ad eius placitũ,nó potetat liberè,& ea sola uo-
5 lũtate incidere,sed sulũ arbitrio boni uiri,† ꝓut ĩportãt illa
uerba ad eius placitũ,vt tradit Abb.in c.verũ.in vlt.no.ḋ fo
ro comp.enm concor.vt ꝑ Ias.in l.si sic.2.col.ff.de leg.j.Et li
cet in protestatione fuerit dictum generaliter, ꝙ nõ audeat
aliquas arbores incidere,tñ videi,ꝙ illa generalitas debeat
intelligi,quatenua haberet ius prohibendi,tum ꝑꝑ naturã
protestationis,tum etiã ꝑꝑ illam clausula,si senserit s: gra
uatum &c.Et pro prædictis facit:qui a ille Franciscus dona-
tor nõ obstante protestatione uotum suum ĩpleuit, & arbo
res,quas uolebat,incidit,propter qḋ non uidetur posse dici
eum in aliquo fuisse turbatum,aut impeditũ, nec in aliquo
6 contrauentum promissionib.per d.Antonium, & consequẽ
ter videtut,ꝙ donatio ei facta in suo robore ꝑduret.†Sed p̃
dictia non obstãt.nnã cũ excellentiss.Cõsultore contrariam
opi.de iute vetiorẽ arbitror, & cũcludo primã illã donatio
nẽ de iure esse annullatã,& eatinctã, eo ꝙ Anto.donatarius
pacta,& conuentiones iuramento firmatas non seruauit ,
sed eis contrauenit per predictam protestationem,erat.n.il
la donatio sic facta,vt sub conditione ueniret resoluenda,vi
delicet si donatarius pacta non seruanerit,& eis contraue-
nerit,ut clarè constat ex instrõ ipsius donationis,ver.& ꝙ si
d.Anto.&c. & iure permissum est dõnem sic fieri, ut si quid
factum fuerit,resoluatur, & ꝓ non facta habeaẽ,ut l. j. & ibi
tradunt doc.ff.de dona.quemadmodũ etiam de venditione
diciẽ in l.2.ff.de in diẽ adiec Quod autem pacta,& conuen-
tiones non seruauerit.d.donatarius , & ꝙ eis cõtrauenerit
ostenditur hoc modo,nã conuentum erat, ꝙ licet prædia,&
alia bona,de qbus agiẽ,essent donata ipsi Anto.tñ Frã.dona
tori,qui sibi usumfructũ reseruanit,liceret serere.plantare,
ædificare suꝑ dictis terris,quicquid uoluerit,& plãtata, ędi
ficata,ac soli natura nata, & existentia suꝑ eis incidere,ex
canare,extirpare,demoliri,& fodere ad eius placitũ, & sine
aliqua licentia.d.Antonii donatarii ĩpune,& sine aliquo pe
riculo &c.& ꝙ si.d.Ant.donatarius ꝑdicta nõ seruauerit,im
mo in aliquo eorũ cõtrauenerit, ipsa donatio penitus eua-
nescat,& nullius sit roboris,uel momẽti. Cũ autẽ postea do
nator ꝑdictus vellet certas arbores incidere,Antonius pro
missioni suę ẽt iuratæ cõtraueniẽs uoluit eũ impedire,& ꝓ-
pterea protestatus fuit per uiã iudicii, & iudicis auctorita-
te,quatenus ipse Franciscus donator, nõ audeat,nec præsu
mat incidere,nec incidi facere aliquas arbores existẽtes su
per dictis ꝑdiis,aliàs eum accusabit de furto,& possessione
turbata &c.ut latius constat ex ipsa protestatione,q̃ d. Frã
ciscus in partib.pro se facientib.acceptauit,in aliis uerò cõ
7 tradixit,ut in actis curiæ apparet.†Et ꝙ per illã protestatio
nem dicatur pactis & promissionibus iuratis cõtrauẽtũ, ꝓ
batur primò,quia protestatio prohibitoria,prout illa fuit ,
dicitur prouocatio protestati ad iudicium,sicut dicimus ḋ
nunciatione noui operis,ut traditur ĩ l.de pupillo. §.si quis
ipsi ꝑtori.ff.de no.oper.nũc.& tradit Bal.in l. nõ cogẽdũ. §.
8 fi.ff.de procu.†nã & ipsa nũciatio diciẽ protestatio q̃dã ꝓhi
bitoria,ut ꝓbaẽ in l.j.ĩ prin.& ibi doc.tradũt.ff.de no.oper.
nũc.sed sic est,ꝙ ꝑ aditionẽ iudicis,& partis citationẽ,& sic
ad iudiciũ procurationẽ dicitur cõtraueniri, ut tradũt Bal.
& alii in l.si quis maior.C.de transac.ergo &c. Secundò pro
batur,quia cũ incisio arborum donatori esset ꝑmissa scḋm
9 formam pactorũ,† & donatarius per illam protestationem,
quantum in eo fuit,uoluit prohibere,ne talis incisio fieret ,
& ita qḋ promiserat,noluit implere,negari nõ põt,quin dica
tur pactis illis contrauenisse,iux.d.l.si quis maior.uer.nõ im
plendo promissa,& ibi doc.tradunt.Facit,quia protestãdo,
& prohibendo,prout fecit,diciẽ fecisse,qḋ facere non debe-
bat,meritò dẽ fecisse aduersus ea,quæ facere promisit,& ita
suis promissionib. contrauenisse iux.l.quod non facit,& ibi
10 per doc.ff.de reg.iur. †Tertiò probatur,quia licet prædicta
protestatio prohiberet id fieri,quod protestatio de iure es-
set permissum,tamẽ cum facta fuerit per iudicem, seu iudi-
cis auctoritate debuit illi obedire,ẽt ꝙ causa protestatiõis
non fuisse allegata,sine ostensa,iux.doc.Bar.& aliorũ in l.nõ
solũ.§.morte.dũ tractant de protestatione prohibitoria.ff.ḋ
noui oper.nunc.& tradit Alexan.in consi.78.uiso, & diligen
ter.2.col.ver.& ꝙ hoc sit verum.5.uol.si ergo Franciscus de
buit parere protestationi,uel coram iudice comparere ad
contradicendum,seqoitur,ꝙ ei non licebat,uti uolebat,ar-
bores incidere,& consequenter per talem protestationem
dicitur contrauentum pactis,& promissionibus iuratis.

Demum.hoc idem probatur,nam do.Fran.mediãtibus il
lis pactis & ꝓmissionib.& aliquo eius usu erat in quasi pos-
sessione incidendi arbores ad eius libitum, in qua possess.dẽ
11 per dictam protestationem turbari,& quasi uim pati,cum
per eam protestans non uelit sinere eũ uti liberè,quod pos-
sidebat,iuxta l.uim facit.ff.de ui,& ui arma.Et ꝙ per prote
stationem quis dicatur turbari,videtur probari in l.non co
gendum.§.fi.ff.de procu.dum ibi dicitur,dari interdictũ,ne
uis fiat ei,uel uti possidetis,secundũm uarium modũ intel-
ligendi,gl.ibi,& ita uoluit ibi Io.de Pra.& est de intentione
Bal.in l.si ergo Franc.fuit turbatus.sequitur ꝙ pacta,& ꝓmis
siones non fuerunt per d.Antonium donatarium seruatæ,&
ꝙ eis fuit per talẽ protestationẽ cõtrauentũ.Hoc ita stante
sequitur,donationem prædictam esse totaliter extinctã , &
Antonium ab oĩ suo iure cecidisse,tũ ex forma ipsius dona
tionis,vt dictum est,tum ẽt ubi non fuisset sic expressum ex
forma iuris cõis,atento ꝙ prædicta conuentio fuit partiũ
iuramento firmata,prout est casus in d.l.si quis maior & ibi
doc.C.de transa.Nec prædictis ob.alleg. in contrarium, nã
dum primò dicebatur,aut Antonius ius habuit protestan-
di,aut non &c.Respondetur.& dico,ꝙ nõ habebat ius aliqḋ
prohibendi incisionem arborum,prout prohibuit. Et licet
aliàs protestatio facta sine causa non habente ius,fit inuti-
lis,non tamen debet sperni,quando fit iudicis auctoritate,
ut dictum est.Nec ob.illa clausula,si senserit se grauatũ &c.
quia ex ea non impeditur,quin protestatus dicaẽ turbatus,
& ĩpeditus ,quousque cõpareat,& cõtradicat, ꝓut ꝓpriè cõ
12 tingit in casu nostro,vt ex prædictis constat.†Et ꝑterea illa
clausula hẽt uim citationis,seo operatur,ꝙ oẽ præceptũ iu-
dicis resoluitur in simplicem citationem,ut dixit Bal.in l.2.
3.col.uer.uenio ad citationem C de epis.and.& rectè intuẽ
ti uoluit Bar.in l.de pupillo.§.meminisse.in j.q.& in l.non so
lũ.§.sed ut probari.in fi.ff.de no.oper. nunci.& tradunt Imo.
& alii in d.§.meminisse.maximè.Ias.ibi.3.col.uer.quartò ha
13 bes ex ista gl.† & nõ est dubium,ꝙ ꝑ citationẽ quis dicitur
pactis contrauenire,ut d.l.si quis maior.& ibi Bal.C.ḋ tran
sa.& supra dictum fuit,ergo &c.Non ob.ꝙ incisio arborum
dicatur reseruata ad eius placitum.& sic uideatur solũ arbi
14 trium boni uiri importari† Quoniã respondetur primò,ꝙ
generalia uerba ꝓtestationis prohibẽt quascũque arbores
incidi,et sic ẽt illas,quæ boni uiri arbitrio incidi possent,di
citur.n.ĩ ea,ꝙ nõ audeat aliquas arbores incidere, et verbũ
illud aliquas,dicitur uniuersale,et facit,ut terminus arbo-
res,cui adiicitur,de qualibet intelligatur,vt ꝑ gl.in ver.aut
earũ parte,et ibi tradũt doc.ĩ cle.j.de sor.cõp.cũ si.adductis
supra ꝑ Cõsulẽtẽ,& tradit ẽt Bal.in l.j.col.pe.C.de inof.do-
15 ta.& Cor.in cons.41.uidetur in hac.2.col.j.uo.†Scḋò ẽt rñ-
deri põt,ꝙ immo uerba illa,ad eius placitum,nõ debent re
stringi ad arbitriũ boni uiri,sed vñt ĩportare liberũ placitũ
& prout ipse donator uoluerit, ꝓut ex uerbis illis, quicquid
uoluerit,paulò ante positis innui uidetur , vt sic rõe adiũcti
recedatur a propria eius importãtia,& vbi aliàs boni viri ar
bitriũ importare,iporter liberã uoluntatẽ,iux.not.ꝑ Ias.in
l.si sic.4.col.ff.de leg.j.Et maximè , quia non uidentur par-
tes cõsiderasse illam subtilem differentiã uerborũ quod re
ctè consideranti patebit ex illa inculcatio.uerborum inci-
dere,excauare,extirpare,demoliri, & fodere ad eius placi-
tum,& sine aliqua licẽtia &c.& hoc sine dubio credi debet ,
quoniam si ad arbitrium boni viri restringerẽtur uerba ad
eius bene placitum,certè superfluè,& inutiliter subdereẽ si-
ne aliqua licentia donatarij,impune,et sine aliquo periculo
16 etc.†Nam ea quæ arbitrio boni uiri fiunt, sui natura erant
ei permissa,cum sint ea,quæ secundũ iuris regulas, et eis ser

natis concedantur, ut uoluit Bar. in extrauag. ad reprimen.
in uersi. uidebitur. cum concor. ut per Alex. in consi. 33. niso
themate. 2. col. uer. & ubicunque aliquid &c. 1. uolum. & per
Ias. in d. l. si sic. 4. colum. in fi. in uer secūdò principaliter ad-
uerte, impune ergo sine periculo, & absque aliqua licentia
ea potuisset donator facere, et ꝙ nihil fuisset dictum, ne igi-
tur uerba illa, sine aliqua licētia &c. supflua sint, et ut aliqd
operentur, debet permissio prædicta intelligi ad liberã uo-
17 luntatē donatarij, † semper. n. capiēda est illa interpretatio,
ut uerba aliquid operantur. l. si quando. ff. de leg. 1. & c. si Pa
pa de priui. lib. 6. & tradit Bal. in rub. C. de contr. emp. in 9. q.
dicens, ꝙ quodlibet minimum uerbum censetur appositū,
ut aliquid operetur. Nec prædictis ob. ꝙ Fran. donator po-
stea inciderit eas arbores, quas uoluit; quoniam ex eo nō im
peditur, quin donatarius suis promissionibus iuratis, quãtū
in eo fuit contrauenerit, & donator satis pōt dici prohibi-
tus: quia aliquib. diebus abstinuit ab. incisione, maximè do-
nec protestationi respondisset. Et preterea, si postea incidit
id fecit tãquam in re propria; quia iã annullata donatione
per prædictã contrauentionē omne ius rerum donatarū ad
donatorem reuersum fuerat. Hæc quò ad primam. q. in qua
fit conclusio, ꝙ donatio prędicta extincta fuit, & euanuit ꝓ
pter d. protestationem. Circa secundum uidetur non me-
diocris dubitatio, nã primo aspectu uidetur, ꝙ secunda do-
natio nō fuerit sortita aliquem effectum: quoniã in ea dicit
quòd non debeat sortiri effectum, nisi obtineatur instrumē
tum primę donationis infringi posse in contradictorio iudi
cio, quæ uerba reddunt illam secūdam donationem cōditio
18 nalem: † quia dictio nisi, ad futura relata conditionē facit, se
cundū Bar. in l. 1. 3. co. ff. de condi. & dem. maximè cū sit po
sita post orationem negatiuam, iuxta l. quibus dieb. §. quidã
Titio. eo. tit. & tradita per Alb. de Ros. in dictionario, i uers.
nisi. † unde cum conditio illa non videatur impleta, sed po-
19 tius uideatur defecisse: quia iudicatū, & obtentū fuit in iudi
cio primã donationē ualidam permanere, & Anto. primus
donatarius ea de causa fuit absolutus, sequitur instrumētū
secundę donationis nō fuisse sortitū effectum eius cōditio-
ne deficiente. l. qui hæredi. §. Plautius. ubi Bar. & alij. ff. de cō
dit. & demon. l. Thais. §. stichus, & Damas. ff. de fideicom. lib.
& l. unica §. sinautem aliquid. C. de cad. tol. cum si. & tradit
Deci. in consil. 2. & pro tenui. 3. col. Si igitur secunda donatio
eius conditione deficiente non fuit sortita effectū, sequitur
quòd in secūdo donatarios nullum ius potest dici trãslatū.

His tamen non ob. mentem contrahentium, & uerba cō
tractus diligenter inspiciēdo contrariã opi. de iure ueriorē
puto, concludendo, quòd immo secunda donatio fuit sorti
ta effectū, & cōsequēter ꝙ ius in secundos donatarios fuit
translatum, ita ut dñi rerum donatarum fuerint effecti, pro
ut etiã uoluit primus Consulens, † nam ex causa dona. fuit
20 facta traditio, seu trãslatio possessionis per aspectum, ut pa
tet ex instrumento in uer. & ad firmiorem ualidi: atē, quod
sufficit, ut l. 1. §. si iusserim. & l. quod meo. §. si uenditorem. ff.
de acquir pos. † Et plus etiam, ubi illud nō fuisset, satis dona
21 tor constituit se possidere nomine donatariorum, propter
quod dicitur transferri possessio, & etiam dñium, ut tradit
Bar. i l. ab emptione. ff. de pac. & in d. l. quòd meo. i prin. ubi
etiam alij doct. dicunt. Et maximè hoc est uerum in casu no
stro propter reseruationem ususfructus, quã fecit donator,
iuxta. l. quisqs. C. de donati. & dixit Bar. & alij i d. l. qđ meo.
solùm ergo stat difficultas in respondendo ad contrariū, &
certè pro responsione videtur oīno dicendum. fm do. Con-
sulentem, ꝙ conditio secundę donationis nō fuerit, ꝙ in con
tradictorio iudicio obtineatur, ꝙ instrm primę donationis
possit infringi, ut sic de eo requiratur sententia iudicis, sed
quòd obtineatur. i. pręualeat, & de iure sic illud infringi pos
se in contradictorio iudicio: ut sic nulla requiratur iudicis
declaratio. sed sufficiat ita de iure esse, & istud solum dici-
tur esse positum in conditione, quod uerè interuenerat tē-
pore secūdę donationis, ut patet ex dictis supra i 1. q. & conse-
quenter conditio erat impleta, ergo &c. Et quòd verba præ
dicta ita sint intelligenda, optimè demonstrat dñs Consu-
lēs, arg. l. pe. in uer. obtinuit. ff. de leg. 1. & per doc. Ang. Imo.
& Alex. in l. ita stipulatus. la grande. ff. de verb. ob. quam po-
nunt ad declarationem illius. l. in uer. nec ante cōmittetur
stipulatio, quã fuerit declaratum reū promittendi sisti non
posse, & ibi ego dixi in 9. no. Probat ēt hoc idē dñs Consulēs
per alia plura, ut per eum. Et ultra eū cōprobatur ex uerosi
mili mente donãtis, nã inter cętera secundis donatariis ces-
sit, & cōcessit, & in illos transtulit iura, & actiones competē-
tia, & cōpetentes pro consecutione, & retentione rerum do
natariū, & agendi, & experiendi, & sese defendendi cōtra d.
Anto. primū donatariū, & intētãti spãliter remediū. l. si quis
maior. C. de transa. & vigore d. l. defendendi &c. ut in instro
legitur, quod certè inutiliter esset factū, si snīa iudicis fuis-
set necessaria. solū ergo donator cōsiderauit, seu uoluit qua
lificare, & cōditionare, ut ita dixerim, secundã donationem,
si ueritas sit, & de iure obtineat. i. præualeat instrm primæ
donationis in contradictorio iudicio infringi posse, & ꝓ fir
mo tenēs ita esse pp prędictam protestationem cessit, & trã
stulit, ut in instrumēto dicitur, & modò dixi, alioquin impli
caretur magna contradictio: nam si ante declarationem de
potētia infringendi ꝑ iudicē faciendã secunda donatio nul
lum posse sortiri effectum, quo possent secūdi donatarij uti
remedio d. l. si quis maior. cum tali remedio uti necessario ꝑ
supponat ius ut in utentē translatū, & donationē iã sortitã
effectum, vñ si donator uoluit donatarios tali remedio posse
uti, uoluit necessariò in eos ius esse trãlatū, licet nulla esset
facta declaratio a iudice de infringendo instrumēto primæ
donationis dūmodo de iure rerum sit, illud ĩfringi posse: q
.n. uult vnū dicitur uelle oē eius antecedēs necessarium. l. il-
lud ff. de acqui. hær. l. ad legatū. ff. de procu. & l. ueteres, & ibi
no. ff. pe iti. act. cum si. Facit ēt pro ꝑdicta declaratione, ꝙ ĩ
ꝑcedentibus uerbis continetur, incipiendo a uerbo illo præ
missa protestatione &c. nã ibi dicitur, ꝙ donator non inten
dit recedere a primo instrumento, nisi prout iuris fuerit, &
si & quatenus a iure permittatur, & quatenus. d. contractus
quocunq; modo, & quacunq; rōne, uel causa infringi possit,
ꝑ quæ uerba secunda donatio recipit conditionē, & non est
dubium ꝙ uerba illa, & sic conditio per ea importata refe-
runtur solùm ad iuris dispositionē, & non ad aliq̃ iudicis de
clarationē, unde idē debet dies dici de uerbis immediate se
quentibus, uidelicet, nolens hoc instrumētum nec effectum
sortiri, nisi obtineatur &c. exponēdo, ut supra. illa. n. uerba
nolens &c. dicuntur posita, ut magis mens donatoris osten-
datur, sed tñ a præcedentib. debent declarari: cum una pars
instrumenti ꝑ aliã declaretur, arg. l. si seruus plurium. §. fi. &
22 & l. qui filiabus. in prin. ff. de leg. i. & arg. † eius quod dicitur,
ꝙ una pars statuti per aliã declaratur, secundum Bar. in l.
prætor ait. §. erit. ff. ui bo. rap. concor. ut per Corn. in consi.
183. pręsupponitur statutum. 2. col. 2. uol. & per do. meum
23 Soc. in consil. 9. uiso statuto. 2. col. 3. uol. † Facit: quia si unum
instrumētum recipit declarationē ab alio, ut ꝑ eundē Soc.
consi. 27. uisis instrumentis. col. 4. uol. fortius debet recipere
declarationem a seipso. i. ab alia parte eiusdem instrumēti;
quia unum instrumentum magis debet secum concordare,
q̃ cum alio. ergo &c. auctěn. multo magis. C. de sac. san. eccl.

Ex his itaq;, & aliis pluribus adductis per Consulentem
cōcludendum est ĩ hac 2. q. secundã donationē fuisse sortitã
effectum, & ex ea fuisse translatum ius in secundos donata-
rios, secundùm ꝙ supra dictum fuit. Circa. 3. q. parum est in-
sistendum; quoniã res satis clara uidetur, ut. s. cōcludatur,
snīam illã cōtra Frãc. donatorē latã nullo modo præiudica
re istis secundis donatariis, & sic ꝙ eis nunc agentib. nō ob-
stet exceptio rei iudicatæ contra Frãc. donatorē, licet ab eo
cãm habuerint: † nã cum causam habuerint ab eo, & ita in
24 eos trãslatum fuerit, anteq̃ lis illa moueretur, in qua cōtra
Franc. fuit iudicatum, nō potuit ex snīa illa contra Frã. lata
aliquod illis præiudicium generari pręsertim ignorantibus
25 & nō citatis, tum ꝑ reg. tit. C. res int. ali. acta &c. † tum etiã ꝑ
tex. ubi uidetur casus quasi in terminis in l. sępe. ff. de re iud.
dum ibi dicitur, snīam latã cōtra uenditorē emptori litē il-
lã ignorãti nō pręiudicare, & ita in simili de debitore, & cre
ditore

diture cōcludit Bat.in l.si supatus.ff.đ pignor.,put ēt alleg.
26 do.Cōsulēs,†Facit regula. l. cum queritur . cum l.sequen.& seq.ff.de exceptio.rei iudic.quatenua inter cętera,ad hoc vt exceptio rei iudicatæ obest, requiritur idētitas parsonarū, prout ibi declarar gl. Et licet isti secundi donatarij dicātur singulares successores d.Francisci p.p quod debet uideri ea dem persona cum ipso,ut ibi per gl.& doct.tñ cum successe rint ante illā litem motam, & sic prius ius habuerint, quàm contra Franc.senrentia ferretur;non possunt dici eadē perso na cum ipso litigaute:cum ius super quo litigabat.i.prædia illa donata iam essent translata in istos donatarios,& illud quod dicit glo.prædicta procedit,qñ post rem iudicatā,sur,
27 motam litem quis in re,& iure succūbentis succederet.†Et demum pro ista opi.facit:quia si res esset dubia, debet pronuntiari rem iudicatam non obstare; quia hoc est minus p̄iudiciale partibus;enm de iure cuiusque rectè discutietur, arg.l.in fi..ff.si quis cau.ubi Pau.de Cast.per illum tex.in fi-
28 mi.determinat,† quòd in dubio appellsto debet admitti, cū respectu ueritatis sit illnd partib. minus onerosum:quia de es iterum,& pleniua discutietur,& ita in terminis nostris in excep.rei iudica.firmet Dec in consil. 445. in casu ad me transmisso,col.11. vers.& in dubio debet pronunciari &c.

Ex omuibus itaq; sopra dictus concluditur,istos secūdos donatarios agere posse,ut agunt,non ob.sententia lata cōtra Fran.donatorem,& eos its agenres debere obtinere.

Laus Deo, ac Matri eius pijssimæ, necnon bestæ Iustinæ, cuius sestiuitas hodie in ecclesia celebratur.

Soc.nepos,Paduæ legens 1536.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit Ruin.consi.18.uol.primo.

SVMMAE.

Transactio, iu qoa frater fratri legitimam suam renunciat: etiam patre uiuo,& consentiente ualet, & seruari debet, & quando.

Renunciatio per filium facta paternæ hæreditati, etiam ipso patre uiuente cum iuramento ualet,etiam si nihil filius receperit.

Reuunciatio generalis cum iuramēto includit ēt legitimā iure iure naturæ debitā, si in ea sit consensus generalis.

Iuramentum habet uim expressi,& specifici consensus.

Exceptio in unu firmat regulam generaliter in omnibus alijs.

1 *Frater expressè renuncians fratri legitimam sibi in bonis patris debitam,ad eam amplius regressum non habet.*
2 *Priuilegia pro se indulto quoque renunciare potest.*
3 *Renuntiatio legitimæ an ualeat ante mortem patris.*
Et an,& quando iuri de futuro renunciari possit.
4 *Pactum,& transactio de futura successione ualet, quando ille, de cuius successione agitur,consentit, & in tali consensu usque ad mortem perseuerat.*
5 *Transactio cum patre facta in legitima ipsi filio, quando non præiudicet.*
Et declaratur.§.illud.in l.si quando.C.de inoffi.test.
Et quomodo dicatur patrem consentire transactioni inter suos filios circa eorum legitimam.
6 *Filius consentiens exhæredari potest,& exhæredatio tenet.*
7 *Actus sæpe ualidatur,qui aliàs non ualeret,ob mutuam,& correspectiuam renunciationem.*
8 *Renunciatio hæreditatis patris uiuente iuramento firmatur.*
9 *Cap.quamuis.de pact.quomodo procedat.*
10 *Iuramenti obseruantia in anima detrimentum tendit.*
11 *Legitima nunquam dicitur renunciatum, nisi de ea expressa mentio fiat.*
12 *Excep.de uno facta in aliqua transactione firmat regulam in omnibus alijs.*
13 *Mandatum si datum sit procuratori ad agendum cum clausula, quòd posset facere omnia,quæ posset ipse constituēs,excepto quòd non possit iurare de calumnia,nec iuramentum deferre, hæc exceptio operatur,quòd potest expedire omnes casus,in quibus requiritur mandum speciale.*
14 *Iuramentum in renuntiatione legitimæ interpositum, supplet specialem mentionem de ea fiendam in renunciatione,& eius uim habet.*
Et quam aliam uim habeat iuramentum.
15 *Promittens generaliter cum iuramento non uenire contra contractum dicitur renunciare beneficio l.2.C.de rescin. uend.*
16 *Renunciatio generalis per filium facta cum iuramento includit etiam legitimam.*
17 *Renunciatio,& finis patri factus cum iuramento excludit filium a iure legitimæ.*
18 *Iuramentum non operatur,ubi deest consensus.*
19 *Iuramentum habet uim expressionis particularis, quando saltem in genere de eo est cogitatum.*
20 *Per renunciationem generalem iuramento firmatam censetur renunciatum etiam l.si unquam.C.de reuoc.don.*
21 *Renunciatio duplicata plus debet operari, quàm si una sola facta esset.*

CONSILIVM L.

Dirigat Dominus verba mea in viam ueritatis & iustitiæ.



Is o elegantissimo consi.do. Camilli Buzij, uti fratris maioris,& honoran. & præsuppositis in facto veris oībus,quæ in d.cōsilio p̄supponunt, iuridicam arbitror conclusionem in eo firmatā ut.s.do.Annibal nollū ius habere dicatur ad petendā legitimam de bonis patris,aut eius supplemētū,sed stare debeat contentus his,quæ iā habuit,& transactionem per ipsum factam omnino seruari debest,per ea quæ sapienter & copiosè deducta sunt per prædictum excellentiss.Consultorem, qui adeo diligenter omnia discussit,ut mihi de subscriptione requisito nullus addendi locus relictus uideatur.Quàbreuissimè igitur rem ipsam absoluam,& præsertim quia quotidianis lectionibus, & alijs qoibusdam negotiis mirum in modum sum impeditus.

1 †Et non instando,ubi non expedit,& concludēter loquēdo uidetur mihi,ꝙ res careat difficultate; nā cum d. Annibal prædictus expressè,& particulariter fratri suo renuncia uerit legitimam sibi debitam in bonis patris,non debet ad eam amplius habere regressum;ut est tex.apertus in l.quādo.§.& generaliter.C.de inoffic.test.ibi, nisi hoc specialiter &c.& notan.est,ꝙ ibi in indiuiduo dicitur,qñ quis in transactione legitimæ suæ renunciauit,prout fecit d.Annibal & đ uoluntate ipsius non est in proposito dubitandum,ꝙ uoluit carere legitima,& eam concedere fratri suo ex causis de qbus in d.transactione, cum illud expressis uerbis dixerit, & hoc solum sufficit, vt ad eam amplius non habeat regressū
2 ut declarant Pau.de Cast.& alii in d.§.& generaliter, &†rō notissima est,quia.s.quisque qñ vult,potest iuri, & priuilegio pro se inducto renunciare,vulg.l.si quis in conscribendo.C.de pac.cum simi.
3 †Et si dicatur,ꝙ prædicta,& d.§.& generaliter.uidentur procedere,quando talis renunciatio fieret post mortē patris,& sic de iure iam quæsito, sed in casu nostro ista renunciatio facta fuit uiuo patre, & sic de iure quærendo,& de futura successione,quo posito uidetur,ꝙ nō ualuerit,maximè quia talis transactio videtur facta etiam cum patre,quod videtur lege prohiberi,ut in d.l.si quando.§.illud,& etiam qoia iuri de futuro non fit renunciatio.l.si ita scriptum.§.si sob conditione.ff.de leg.2.cum si.Et præterea etiam generaliter dici solet, ꝙ pactum de hęreditate uiuentis,& sic de futura successione non ualet.l.pactū dotali.C.de coll.& l.pactum quod dotali.& l.fin.C.de pact.& per doct.traditur in dictis iuribus. Ad ista oīs respondetur,nā primò dico,quòd licet iuri de futuro non renuncietur per simplicem renunciationē:tamen si renunciatur per uiā pacti,& trāsactionis ualet renunciatio,ut l.1.& ibi p doc.maximè Mod.C.de pac.tradit Cor.in consi.5 .licet in hac cōsultatione.col.pen.2.uo.& in consi.249.uiso supra scripto.col.
4 4.3.uolum.†Et dum dicitur, quòd non debet talis transactio ualere;quia in futura successione,& de hæreditate uiuētis

tis.Respondetur istud verũ,quando non adesset uoluntas,&
consensus illius,de cuius hæreditate agitur,perdurans vsq;
ad mortẽ,sed si conuentioni,& pacto de bonis,& hæredita-
te alicuius ille cõsentiat,& in tali consensu,& uoluntate p̃se
ueret,usq; ad eius mortem,talis conuentio, transactio, uel
pactum de iure ualet,& seruari dẽt;ut est casus singularis,li
cet uulgatus in d.l.fin.C.de pact.& ibi plenè doct.declarãt,
sed in præsenti casu transactio,de qua agitur,& sic renũcia
tioni legitimæ debitæ Annibali de bonis patris eius ipse p̃
cõsensit,& in cõsensu tali sẽper p̃seuerauerit, ut in facto p̃-
5 supponitur,ergo &c.†Nec ob.d.§. illud. quatenus ibi filius
ex pacto cum patre inito non priuatur iure legitimæ,& nõ
impeditur, quin possit venire aduersus patris testamẽtũ;
quia respondetur,ꝙ illud procedit, q̃ cum solo patre,& p
simplicẽ viã pacti filius conueniret per rationẽ,de qua ibi in
text.sed in casu nostro neutrũ adest:quia non est transactũ
cum patre,sed cum fratre:ut in facto p̃supponitur,p̃pter
quod cum tali transactioni pater ipse consenserit perseue-
rando usque ad mortem debet seruari,ut d.l.fi. C.de pac.Et
quatenus patrem transactio respiceret, hoc est quatenus
pater ei consensit,non dicitur fuisse per viam simplicis pa-
cti initi cum filio,sed pater dicitur consentire per uiã codi
cillorũ,& sic vltimæ uoluntatis, in quo casu non procedit.
d.§.illud.alioquin non daretur ualida exhæredatio filii ipso
consentiente, eo ꝙ diceretur quoddam pactum cum patre
6 initum,quod tamen est falsum; †est.n. exploratissimũ in iu
re filium consentientem posse exhæredari, & exhæredatio
nẽ nõ iure ualere,iuxt.l.non putauit.§.si quis sua manu.cum
si.ff.de bo.poss.contra tab.tradunt doc.in auc. non licet.C.đ
lib.pręt.& in d.l.si quando.§.& generaliter.C.de inoffic.test.
& hanc declarationem ad d.§.illud,sentiunt Cy.Alb.& Sal.
ibi,seu in §.seq.& uoluit,si rectè ponderetur, Dec.in l. post-
humo.7.col.ver.quartò arguit.C.de bon.poss. contra tab. &
supra per clariss.Consultorem deductum fuit plenissimè.Cũ
igitur transactio prędicta, & sic expressa renunciatio facta
per dñm Annibalem fuerit facta cum do.Baptista eius fra-
tre.& ei præstiterit ipsorum pater consensum per uiam vlt.
uoluntatis perseuerando in eo,usque ad extremum uitæ e-
xitum,non uideo qua ratione possit nunc d. Annibal contra
d.transactionem ueniendo legitimam petere.Et maximè at
tento quòd d.transactio fuit multum correspectiua:quia ẽt
ex parte do.Baptistæ fuit renunciatum quibusdam suis iuri
bus,ut in facto præsupponitur,& supra per Consultorem ta
7 ctum fuit,†quando.n.fit mutua, & correspectiua renuncia-
tio,sæpissime actus ualidatur,licet aliàs non ualeret.l.de fi-
deicom.& ibi per doct.C.de transa.& propterea indubitatã
arbitror conclusionem per dom.Consultorem firmatam,vt
.s.do.Annibal prædictus omnino sit repellendus a petitione
legitimæ uigore prædictæ transactionis, cui omnino stare
debet.Et quia dom.Consultor plenissimè omnia discussit,
vt iam dixi, ulterius nõ instando super hoc ad eius dicta me
remitto.Placet tamen unum addere ꝙ conclusio prædicta
plurimum coadiuuatur ex quadam alia transactione inita
de ann.1529.đe mense Iunij,nam in ea do. Annibal prædi-
ctus cum fratribus, & pater eius transigendo renunciauit
omni,& cuilibet iuri sibi quomodolibet spectanti,& perti-
nenti in bonis,& hæreditate patris eius do.Francisci ita &
taliter,ꝙ ipse do.Franc.possit,& ualeat de omnibus eius bo
nis disponere ad libitum suæ uoluntatis,& prout sibi uide-
bitur,& placuerit absque eo,quòd ipse do.Annibal aliquid
petere possit ex quacunq; causa, & hoc ea ratione fecit:q̃a
ex aduerso eidem do.Annibali per patrem,& fratres fuit re
nunciatum iuri,quod habebat pater,& fratres habere pote
rant super usumfructu bonorum multorum ipsius do.Anni
balis,& etiam aliis iuribus eorum,ut in d.trãsactione appa-
8 ret.†Et licet ista renũciatio hæreditatis patris uiuentis per
se non subsisteret;tamen dicitur ualidata uigore iuramen-
ti,quod in ea præstitum fuit, prout de hoc est casus clarus
in c.quamuis.de pac.lib.6.& ibi doct.tradunt,& tradunt ẽt
in l.pactum quod dotali.C.de pac.& in l.pactũ dotali.C. đ
9 collat.†Et si dicatur,ꝙ illud.c.quamuis. loquitur in filia,q̃
dotem receperat,& secundum aliquos non procedit, si nihil
accepisset,ut ibi per Pet.de Anc.respondetur primò,ꝙ mul
ti alii tenent illum text.procedere,etiam ꝙ filia nihil acce-
pisset,& in quolibet sic renunciante,& iurante propter vin-
culum iuramenti,quod semper seruari debet,nisi uergat i
10 damnationem animæ,†cum inobseruantia iuramenti in ip
sius animæ dispendium tendat.c.cum contingat.de iureiu-
rã.cum sim.& per alias rõnes.ut per Imo. qui ita firmat in
d.c.quamuis.qui etiam idem tenuit in l.qui superstitis.ff.de
acquir.hær.& in l.stipulatio hoc modo concepta.ff. de uerb.
obl.ut ibi refert,& sequi uidetur Alex.in 3.co. & Clau.etiã
ibi uidetur ita firmare,& hoc idem sequitur Dom. de S.Ge-
mi.in d.c.quamuis.ubi etiam hoc uidetur sequi Phil.Fran.3.
col.in quarta limi.& idẽ uoluit Io.Crot.in d.l. stipulatio hoc
modo concepta.in quarta limi.saltem in casu quando renũ
cians scit uires hæreditatis,prout in casu isto sciebat do. An
nibal,& si rectè doct.ita tenentes considerentur compara-
tione ad tenentes contrarium, uidetur ꝙ ista sit cõis opi. q̃
etiam ante prædictos uoluit Bal.in d.l.si quando.§.1.in pri-
ma q.dum simpliciter dicit,quòd filius renuncians cum iu-
ramento non potest contra illud uenire per d.c. quamuis.
Secundò etiam respondetur,quòd in casu isto domi.Anni-
bal satis dicitur habuisse:cum ei maximus usustructus reli
ctus fuerit,& etiam alia quędam ut in instrumento transa-
ctionis apparet.Quo stante considerato etiam, ꝙ do.Anni-
bal erat maior 25.ann.& persona prudens & sagax,ac etiã
(vt dixi)habebat plenã notitiã bonorum paternorum. ces-
sat ratio tenentium,ꝙ d.c.quamuis.non procedat in filia ni
hil recipiente. dum dicunt id esse dicendũ: quia filia nihil
habens dolosè creditur decepta sexus imbecillitate,nõ be-
ne intelligens quid agat,paterna etiam reuerentia sic ĩpel-
lente,quæ plurimum in fęminis maximè iuuenib. potest,&
ne sic exclusa cogatur mendicare.Hæc n.oĩa cessant in per-
sona d.Annibalis,tũ ex qualitate suæ personæ, quam modò
dixi,tum etiam,quia ex tempore transactionis prædictæ iã
erat satis locuples,& ditior erat ipse tunc,quàm aliquis ex
suis fratribus sperare posset post mortem patris eorũ,etiã
stante ualida transactione,& renuntiatione prædicta.sic ita
que uidetur absq; aliqua dubitatione dicendũ,prædictã trã
sactionem,& renunciationem in ea factam ualere,& obser-
uandam esse,& ideo repellendum esse ipsum do.Annibalẽ a
petitione legitimę:quia oĩno per eius petitionem dicitur ve
11 nire contra transactionem prædictam,ut de se patet. †Et si
dicatur, ꝙ immo non dicitur uenire contra transactionẽ,
quia cum illa sit specialiter facta de hæreditate, & bonis
patris,non debet intelligi respectu legitimæ, cui nunquam
dicitur renunciatum nisi specificè, & expressè de legitima
sit facta mentio,iux.d.l.si quando.§.generaliter.C. de inoffi.
test.& ibi no.doc.ad hoc,ĩ quo uidetur stare omnis difficul
tas.Respondetur primò,ꝙ immo in casu isto non fuit simpli
citer renunciatũ hæreditati,sed generaliter, & per amplissi
ma verba omnibus,quibuscunque. iuribus sibi competenti
bus in bonis,& hereditate &c.in qua generalitate compre-
ditur etiam legitima,cum sit unum de dictis iurib.& qui oẽ
dicit,nihil excludit.l.Iulianus.in prin.ff.de lega.3.c.si Roma
norum.19.dist.cum si. & maximè quia ultra dictam renun-
ciationem dictum fuit,quòd ita illam fecit,ut patri liceat,
quomodo uoluerit disponere,nolens d.dom. Anniba.aliq̃d
petere posse ex quacunque causa, & occasione, nam ex his
verbis euidenter ostenditur, quòd noluit etiam occasione
legitimæ posse venire contra patris dispositionem.
†Quod etiam demonstratur,dum ab ista generalitate ex
12 excipitur causa dotis vxoris eius.ius.n.ad dotẽ p̃dictã đ bo
nis patris consequendã,sibi specialiter reseruauit,vt in trã
sactione legitur,dico.n.ꝙ ex hoc arguitur, ꝙ in omnib.aliis
& sic etiã in legitima nihil sibi reseruare uoluit, quia exce-
ptio facta in uno firmat regulam in oĩbus aliis.l.quęsitum.§.
denique Neratius.& ibi glo.& Bart.not ff. de fun.instr.& c.
dominus.& ibi gl.no.32.quæst.7.cum multis si.& tradit Dy.
13 in rub.de reg.iur.lib.6. †Facit, quod pulchrè propter hoc
dixit Gemi.post. Lap.in cap. qui ad agendum.§.fin.ad fi.de

procu.

procu.lib.6.dixit enim q si do procuratori mandatū ad agē-dum cum clausula, q possit omnia facere, quæ ego possem, excepto q non possit iurare de calumnia, nec iuramentum deferre, ista exceptio operatur, quòd potest expedire omnes alios casus etiam requirentes speciale mandatum, ut per eum quā refert, & sequitur Fel. io c.quoniam frequenter. in prin. ut lit.non contest. unde sic dicam in casu isto, quod exceptio ista de dote operatur omnia alia includi in renūciatione, etiā si requirerent specialem renunciationem, & sic etiam includi tur legitima. Et prædicta in casu nostro debent æquipara ri expressæ, & speciali renunciationi legitimæ, attēto quod si rectè uerba in renunciatione posita cōsiderētur, animus, seu intellectus noster non laborat in intelligendo, quod domi. Annibal uoluit omnibus suis iuribus, & quibuscunque care-re, & eis renunciare excepta causa dotis, & per cosequens ēt dicitur renunciasse etiam iure ad legitimam; quia illud dicit expressè dictum, quando ita de uoluntate constat, ut intelle ctus non laboret in eo intelligendo, ut signāter declarat Bal.

14 in auc.hoc inter liberos.in prin.C.de testa. † Secundo etiam respondetur, quod speciali renunciationi, quę solet requiri in legitima per d.§.& generaliter. dicitur esse satisfactum ex nir tute iuramenti in ampla forma præstiti per dom. Annibalem prædictum: nam iuramentū dicitur habere uim illius clausu læ, quod actus ualeat omni meliori modo &c.l.cum pater.§. filius matrem.ff.de leg.2.& ibi no.doc.tradit Bar.in l.si quis in prin.in antepe.q.ff.de le.tertio patronus meus Soc.in cōs. 53.mitor: quod in præsenti.2.col.3 uolu.& Cor.in cōsi.294 egregie, prope fi.quarto uolum.item etiam habet uim illius clausulæ, si quod ago non ualet, ut ago, ualeat, ut ualere potest per d.§.filius matrem, ut per Alexan.in consil.32.in causa.in fi.quarto.uolu.per Corn.in consi.192.licet uideatur.3. col.1.uolu.& in consi.2.in hac consultatione. col.fi.2.uol.& per Soc.meū in consi.100.super controuersia.tertia col.post prin.3.uol. Quarto interpretando istam renunciationem ualere omni meliori modo, etiam ultra modum expressum, dicēdum est, eam ualere, etiam quo ad legitimam perinde, ut si ei expressè fuisset renunciatum.

Quinimmo magis ad propositum dico, quod iuramentum prædictum post illam renunciationem sic amplissimis uerbis factam, dicitur habere uim specifici consensus, & specialis renunciationis, quatenus specialis renunciatio requirebatur, ut no.tradit Bal.in l.1.3.col.uer.secundo quæritur.C. commo.Ro.in l 1.§.si quis ita.ff.de uerb.ob.sentit Ange.in l. senium.C.qui testa.fa.poss.& colligitur hoc ex no.per gl.& Bar.in l.1.C.de rescin.uen.& per gl.& doct.in c. pe. de emp.

15 & uen.† dum uolunt, quod generaliter promittens nō uenire contra contractum cum iuramento dicitur renunciare beneficio.d.l.2. Et ita ponderat Alexand.in consilio 133.super quęsitis.3.col.5.uol.dicens expressè iuramentum habere uim specialis consensus, sic ēt firmat do.meus Socin.in consi.147 uisa facti contingentia.io fi.Cur.senior in consilio.44.super contingentia. quinta colum.& Deci. in consilio 404.uiso eleganti consi.53.colum.cum multis aliis, quæ ad hoc allegari possent. Quo stante dico, quod licet de legitima non sit facta expressa mentio in hac prima trāsactione, nec uideatur ei specialiter renunciatum: tamen generalis renunciatio prædicta cum iuramento habet uim specialis renunciationis respectu legitimæ, ut perinde sit, ac si ei nominatim, & specialiter

16 fuisset renunciatum, † & ita in terminis, quod generalis renūciatio per filium facta cum iuramento includat etiam legitimam, uoluit Roma.in d.§.si quis ita.prope.fi.& ita etiam uoluit Bal.in d.l.si quando.§.illud de inoff.test.dum dicit, quod filius cum iuramento renuncians nō potest uenire contra renunciationem, sic etiam uoluit Alexan.in consi.181.perspectis.1.col.uer.& per hoc est responsum.5.uol.Ias.in d.l.si qñ §.& generaliter. 2.col.uersic.limita prædicta.& dixit Dec.in consi.26.& diligenter.2.co.uer.præterea ēt renunciatio, ubi etiam pro hoc allegat Bal.in l.quamuis.in fi.C.de fideicom. & Pau.de Cas.in l.ratione.la seconda.in prin.uer.quid si iuui

17 ta.ff.ad l.fal.† qui dicūt, quod renūciatio, & finis patri factus cum iuramento excludit filium etiam a iure legitimæ, sic ēt & clarius dixit Deci. in consil.180.uisa renunciatione. col.1. uer.2.specialiter.& istam opi.reperio, q sequitur insignis doctor Io.Campeg.aliquādo præceptor meus in l. si quis maior. col.11.secundùm librum meum.C.de transact.in uer.quartò iuramentum habet uim &c.ibi.n.enumerat 40.uirtutes iuramenti, & istam ponit in quarto loco; & quia communiter nō habetur, ista sunt formalia uerba eius. Quartò iuramentum habet uim clausulæ specialis, secundùm Bal.in l.1.infra commo.& do.Anton.in c.j.extra eod.unde licet aliàs renunciatio generalis facta per filium in bonis patris non extendatur ad legitimam, nisi de ea sit facta mentio specialis. l.si quādo.§.& generaliter.supra de inoffi.testa.tamen fallit, si in d.renunciatione generali interuenerit iuramentum, quia tūc extēditur etiam ad legitimam &c. & sic ibi in terminis deciditur casus noster, & idem dixit Marcus Ant.nanc.in suo tract.de uirib.& uirtute iuramenti.3.col.uersi. secundò infertur decisi.

Et licet ibi uideatur dubitare, prout etiā facit Ias.in d.§.& generaliter. tamen dubitatio eorū non procedit in casu isto, ut modo dicam, & demum hanc opin. sequitur, & dicit esse communem excellentissimus moder. Franc. de Ripa in lib. suo de legib.in 6.responsio.quarta colum.& clarius in lib. de don.in 5.responso, in fin. Et licet quando fuisset simpliciter renunciatum hæreditati, aut bonis patris posset dubitari ex eo, quòd tunc non uidetur per filium renunciantem cogita-

18 tum de legitima aliquo modo, & aliàs iuramentum non operatur, ubi non sit consensus, ut uolunt Bar. & qui eum sequūtur in l.sed & si quis.§.quęsitum.ff.si quis cau.& post alios tradit ibi Iaso.& in hoc stat dubitatio eius, in d.§.& generaliter. & Bauer.in d.tracta.de uiribus iuramenti; tamen in casu isto cessat prædicta dubitatio; quia nō fuit renunciatum simpliciter hęreditati, siue bonis, sed omni, & cuilibet iuri quomodo libet spectanti &c.& ita quod liceat patri, quomodo uoluerit disponere, cum promissione expressa de non contrauenēdo, aut de aliquo petendo generaliter ex quacunque causa, excepta tamen causa dotis, ut iā dixi, ut in instrumento legi potest. Ex qbus uerbis ita ubertimis, & amplissimis apparet cogitatum fuisse etiam de legitima saltem in genere, ut sic etiā et sub illa generaliter uoluerit renunciare, & simul omnibus iuribus simul facientibus contra prædictam renunciationem maximè cum subdatur, quod renūciauit omnibus, & singulis iurib. multa exprimendo cum clausula postea, & omni alteri iuri, & legum auxilio facientibus contra d.renunciationem si

19 bi quomodolibet competenti. † Hoc ita stante indubitata est cclusio, quod iuramētum operatur uim expressionis particularis, quando.s.saltem in genere de eo est cogitatum, prout uoluit Alexan.in d.§.si quis ita 3. col. sic intelligent dictū Ro.ibi, ita uoluit Ias.in l.si conuenerit.3.colu.uers. ult.facit. ff.de iur.om.iud.& in l. sancimus.2.col.uer.pro habēda.C.de testa.& ita communiter solent dicere doct.ut per Alex.in cōsi.29.uisis, & accuratè.quarta colu.uersi.non obst. quod interuenerit.1.uol.in d.consi.133.loco præal.& in consi.15.uiso, & ut oportet.uer. pōt & tertiò responderi.2. uolu.& tradit Iac.de S.Geor.in d.§.quæ sitā.col.fi.insignis mod.do.Bartho.Cassen.io consi.3.stat statuipm.tertia col uer.& ad id qđ dictum est, & And Barba.in consi.25.scribitur sapientiæ.7. col.uer.p.terea adduco 1.uol.& alii multi, quos referre longum esset, & illud est in effectu, quod uoluit Bal.in d.l.1.cōmo.& alii omnes, quos supra deduxi, & ita etiā concludit Anto.Corse.in tub.de iu.iur.in 36.priuilegio. Licet ergo legitima requirat specialem, & expressam renunciationem, & non sufficiat generalis; tamen sufficit iuramentum, quod habet uim expressæ, & specificæ renunciationis per prædicta.

20 † Facit in simili pulchra decis. patrui mei Soc.in d.consil. 147.in fi.dum concludit, quod per generalem renunciationem iuramento firmatam censetur renunciatum etiam .l.si unquam. C.de reuo don.solum propter illam rationem: qa iuramentū habet uiam specificæ, & expressæ renunciationis, ut per eum. Et ex his omnibus cōstare satis uidetur, quod per hanc primam transactionem, & renunciationem in eo confectam dom. Annibal prædictus dicitur exclusus etiam a petitione legitimæ; quia creditur illi uoluisse omnino renūciare saltem

tem in genere, quod sufficit propter iuramenti uirtutē, secun
dùm ea quæ dicta sunt. Et quod ita uoluit, & in tali uo-
luntate perseuerauerit, suadetur ex alia transactione, in qua
expressè, & nominatim prædictę legitimæ renūciauit, ex quo
rectè consideranti apparebit, quod semper illam mentem ha
21 buit, † & ista duplicata, & iterata renūciatio debet plus ope-
rari, quam si una sola facta fuisset, iuxta singulariter tradita
per Ias. in l. 1. 5. colu. uersi. quartò considera &c. C. de pact.

Hęc autem omnia, quæ circa primam istam transact. dicta
sunt ex abundanti sint dicta; quia satis clarum arbitror, do.
Annibalem prędictum omnino exclusum esse ex secunda trā
sactione, ut supra dixi, & plenissimè per dom. Consultorem
deductum fuit. Laus Deo.

Mar. Soc. iunior iuriscon. Paduæ legens. 1533.

S V M M AE.

De iur. patro. ecclesiæ, quod non transeat per confisca. bo-
norum patroni, saltem quando non transibat ad hæredes ex-
traneos.

Et quando confiscatio in specie fit de bonis mobilibus, &
immobilibus.

Et si transeat pro quanto tem pore.

Et an præscribatur.

1 *Ius patronatus an in fiscum transeat per bonorum confiscationē.*
2 *Ius patronatus regulariter etiam ad hæredes extraneos transit.*
3 *In fiscum non transeunt ea, quæ ad extraneos hæredes non tran-
seunt.*
4 *Appellatione bonorum mobilium, & immobilium non ueniūt iu
ra, actiones, quia sunt tertia species separata.*
5 *Bona mobilia, & immobilia delinquētis, si ex forma statuti sunt
publicanda, iura, & actiones delinquentis non publicabuntur.*
6 *Ius patronatus, quod in fiscum transit, apud eum debet durare ui
ta condemnati durante.*
7 *Fiscus quando est actor, non potest allegare ius tertii.*
8 *Ius patronatus secundùm communem opin. aduersus patronum
præscribitur.*

CONSILIVM LI.

*Dirigat Dominus verba mea in viam
veritatis: & iustitia.*

REQVISITVS a magnifico, & clarissimo do. Ni-
co. Mocenico Potestate Paduæ dignissimo, & do
mino meo honorā. nomine Illustrissimi dominii
Venetiarū, ut stāte cōtingentia facti mihi exhibi
ta de iure respondeam, utrum per confiscationem omnium
bonorum mobilium, & immobilium Enselmini ob delictum
qualificatum rebellionis erga Illust. dominium ius patrona-
tus transiuerit in fiscum Illustriss. domini, ita ut hodie tali iu
re patronatus uti possit, uisis confiscatione prædicta, cæte-
risq; in facto contingentibus bene consideratis omni, qua
decet reuerētia, ut infra subiiciam, de iure esse arbitror, & ita
1 suæ magnificentiæ responsum duxi. † Licet magna sit dubi
tatio, quando fit confiscatio bonorum omnium eius, qui ius
patronatus habet, utrum. s. trāseat ī fiscum cum uniuersitate
bonorum, quando simpliciter loqueremur, & uariæ sint doc.
opi. ut per glo. & doct. in cle. pastoralis. de re iud. & in c. quan
to. de iud. & alibi sæpe, ut per Rochū de Cur. in tract. de iure
patro. in uer. ipse, uel is a quo. in 29. q. Tamen in præsenti
contingentia facti arbitror Illust. dominium occasione præ-
dictæ confiscationis nullum ius habere. Et ad hoc demon-
strandum in primis considero: quia potest, dici quod nec ab
initio in fiscum transierit, etiam posita uera opi. illorum, qui
2 simpliciter loquendo contrarium tenuerunt: † nam illorum
opi. inter cętera fundatur; quia ius patronatus regulariter trā
sit etiam in extraneos hæredes, ut per Dec. in d. c. quanto. 5.
col. de iud. quod in casu isto non reperitur, quia ex ordine suę
fundationis sic fuit qualificatum, ut ad extraneos hęredes nō
3 transiret, sed solum ad descendentes fundatoris, † & aliàs re-
gula est, quod in fiscum uigore confiscationis non transeunt
ea, quæ ad hæredes extraneos non sunt transmissibilia, cum il
le pro extraneo hærede habeatur, iux. tradita per Bar. bald. &
alios in l. 1. C. de bo. lib. & maximè quia in proposito nostro
istud ius patronatus ꝑuenerat illi Enselmino a genere, & in
genus erat transiturum, iux. dicta per Saly in d. l. 1. Præte-
rea. & secundo illa opi. quod ius patronatus ueniat in cōfisca
tionem, debet intelligi, quādo in uerbis potest comprehendī
puta quando simpliciter omnia bona cōfiscarentur, sed si uer
ba aliud uellent, aliud dicendum uidetur, quod uidetur in ca
4 su isto considerari; † nam confiscata fuerunt non simpliciter
omnia bona, sed in specie omnia bona mobilia, & immobilia
quorum appellatione non ueniūt iura, & actiones; quia sunt
tertia species separata a bonis mobilibus, & immobilibus, ut
probatur in l. quam Tuberonis. §. in peculio. ff. de pec. & in l.
a diuo Pio. §. in uēditione. ff. de re iud. & utrobique tradūt do
cto. no. bar. post Iac. de Are. in l. mouentium. ff. de uerb. signi.
bar. in l. prę. ff. de auct. tut. & in l. 1. C si aduer. trans. ubi etiam
Fulg. Car. in consi. 75. Titius nunc sunt. 3. colum. patruus, &
do. meus Soc. in consi. 101. uiso testamento. col. fi. cum cōcor.
ut per Corn. in consil. 104. Circa primum. 3. col. 2. uolu. & in
5 consi. 173 Circa primum. in fi. tertio uolum. † & in specie re
perio, quod Fulg. in d. § in peculio. dicit ex hoc determinari,
quod si ex forma statuti sint publicanda bona mobilia, & im-
mobilia delinquentis, non publicabuntur iura, & actiones de
linquentis sic ergo in proposito dicēdum est, quod ius patro
natus in dicta confiscatione non comprehendatur: quia non
potest dici mobile nec immobile, sed tertia quædam species
bonorum. Secundò principaliter considero, quod posito
quod ab initio in prædicta confiscatione ius patronatus de
quo agitur fuisset comprehensum: nūc tamen ea de causa Il-
lustrissimum dominium super eo nullum ius habet.
6 † Primo: quia illa opinio, quod in fiscum transeat, uidetur in
telligenda, ut apud eū perduret durante uita cōdemnati, ut
uoluit d. Rochus in d. 29. q. in fi. & Dec. in d. c. quanto. de iu-
di. sed ille Enselminus condemnatus iam per annos 70. & ul
tra decessit, ergo &c. Et si dicatur, quod secundùm opi. prę-
dictorum ius patronatus mortuo condemnato debuisset ex-
tingui, ecclesia libera remanere, ut per eos, respondetur, quòd
de hoc aliàs fuit quæstio, & iudicatum fuit contra ecclesiam.

Et præterea possunt dicere illi, qui ex successione ꝑ patro
nis se gerunt, quod ad fiscum nō pertinet quærere de iure ec
clesiæ, & quò ad ipsum fiscū optimum, & liberū ius habent,
arg. l. loci corpus. §. comperit. in fi. ff. si ser. uendi.
7 † Nec fiscus de iure tertii in proposito potest allegare, qualo
cunque sit, cum fiscus in proposito uideatur actor propter lō
gæuā quasi possessionem iuris patronatus, quam habent isti
patroni, iux. tradita per patruum, & dom. meum Soc. in l. 2. 2.
col. uersi. notabis tamen, quod actor. ff. de exce. rei iud. Se-
cundò: quia isti patroni, uel iuris patronatus possessores lōga
ipsius quasi possessione tale ius (si eorum fuisset) quasi præ-
scripsisse dicuntur, ita ut ab eis auferri non possit, nam a die
confiscationis prædictæ, quæ fuit de anno 1440. cucurrerunt
anni 96. & semper quando hospitale, de quo agitur, uacauit,
descendentes dicti Enselmini præsentauerunt, & præsenta-
tio eorum sortita fuit effectum, & sic ipso iure patronatus
usi fuerunt, & illud quasi possederunt ex qua tam longa pos-
sessione dicuntur præscripsisse; cum constet ecclesiam esse pa
tronatam, & agatur de præscriptione contra patronum.

Nam licet aliqui uoluerint ius patronatus ecclesiæ non
posse præscribi, quidam quod requiratur tempus, cuius initii
8 memoria non existat, † tamen communis opi. est in contra-
rium, quod immo præscribi potest aduersus patronum, ut tra
dit Fed. de Sen. in consi. 234. Super primo. in 2. dubio. Ioan.
An. in c. querelam. in uersi. populus. de elect. & in c. quod a-
licui. de reg. iu. lib. 6. in mercu. cum multis concord. de quib.
per dom. Roch. prædictum in d. uer. in q. 36. per Paul. de Cit-
tadinis in tract. de iure patro. in 3. parte. in 5. causa acquiren
di ius patronatus, in 1. q. & per insignem moder. Io. Fran. Bal
bum in tract. præscriptionum, in 9. q. 1. par. 5. par. princ. maxi
mè in 2. conclusi quod omnes post plurimos ab eis relatos

con-

concluduut, ius pattonatus præscribi, ut dixi, contra patronum, & quòd ista opi. est uerior & communior, & quòd talis præscriptio saltem cursu 40. annorum perficitur, ut p eos quorum iura, & rationes breuitatis causa dimitto, cũ p omnes uideri possint. Ex prædictis ergo concludendum uidetur, Illust. dominium saltem de præsenti nullum ius habere super iure patronatus de quo agitur. Nec est opus intrare arduam illam, & difficillimam q. utrum. s. simpliciter loquẽdo, & in terminis simplicibus per confisc. omnium bonorũ etiam ius patronatus ecclesiæ dicatur cõfiscatum, de qua p doct. in locis prædictis, licet etiam tunc æquior sit opi. negatiua secundum Roch. in d. 29. q. non. n. ea est opus discussione, quoniam, etiam tenendo partem affirmatiuam, vel non habuit locum in casu isto, vt fuit dictum in prima considera tione, vel saltem si locum habuit, euanuit illud ius apud Il lustr. Dominium, vt in secũda consideratione dictum fuit.

Laus Christo Redemptori nostro.

Soc. nepos, Paduæ legens iura ciuilia in prima sede lectionis vespertinæ.

S V M M AE.

1 *Officium iud. implorari potest, ut contractus nullus declaretur, & omnia secuta rescindatur, quando contractus est nullus ob defectum formæ non seruatæ.*

2 *Officium iud. potest implorari, ut nullitas sententiæ declaretur.*

3 *Officium ind. in æquitate fundatur, & est ius mater.*

4 *Officium iud. est in rem scriptum, quatenus illa æquitas reperitur. Et datur contra tertium bonæfidei possessorem, si sit eadem æquitas, quæ est contra principalem.*

5 *Officium iud. datur contra singularem successorem ob nullitatem contractus cum minore celebrati, vt res restituatur, contractu de clarato nullo.*

6 *Offic. iudicis aduersus possessionem illi, qui à possessione rei sua cecidit culpa, uel negligentia sua.*

7 *Officium iudi. quod datur ratione rei, debet exerceri in eo loco, vbi est res, & in quo res uendicari potest.*

8 *Argumentum de personis ad locum, & econtra ualet.*

9 *Officium iudicis sicut sapit naturam actionis in hoc, ut in eo in litẽ iuretur, ita contra singularem successorem debet dari.*

10 *Nil æquius est, quàm rem domino suo restitui.*

11 *Appellatione pendente quando aliquid attentatur, debet retractari per offi. iudicis.*

12 *Offi. iud. seu remedium attentatorum, an detur contra eum, qui non attentauerit, uel non spoliauerit, & nu. seq.*

14 *Dominium ex contractu nullo forma statuti non seruata non transfertur.*

15 *Dominium in rei uendicatione probari debet, quod aliquando diffi cile est.*

In afficio aũt iudicis sufficit possedisse, & inutili cõtractu tradidisse

16 *Offi. indi. pro restitutione in integrum, an detur contra singularem successorem.*

CONSILIVM LII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis: & iustitiæ.



IN præsenti dubitatione, vtrum. s. officium indicis, quo potest peti nullitas contractus celebra ti non seruata forma in eo requisita, possit implorari aduersus singularem successorem, & bonæ fidei habẽtem tamen titulum, & causam ab eo, qui nulliter cõtraxit, nidi elegãtissimas allegationes hincinde factas a præstantissimis iurisconsultis, & requisitus quid mihi de iure videatur, licet articulus ualde dubius sit, & plura ad verã que partẽ adduci possint, tandẽ inclinaui in partẽ affirmatiuã, prout pro ea elegantissimẽ, & cum summa doctrina seri psit excellentiss. dom. Ant. Queta mihi vt frater honoran.

1 † Et insistendo tantùm in necessarijs, in primis nõ est du bium, quòd qñ contractus est nullus ex defectu formæ per statutum requisitæ, prout isto casu cõting t, potest implorati iudicis officium, ut contractus nullus declaretur, & omnia, quæ ex eo secuta sunt, rescindatur, & in pristinum repo nantur, ut determinat Bar. in l. quæ sub conditionc. ff. de cond. inst. Raph. Fulg. in cõs. 80. Quidam ser Ventuta. col. fi. versi. vel simulauerit ipse curator &c. & Cur. iunior in consi.

2 51. Post expeditum. prope fi. æquemadmodum etiam dicimus, quòd talis iudicis officium potest implorari, ut nullitas sentẽtiæ declaretur, ut tradit Spec. in tit. de offi. om. iud. §. j. ver. item eum petitur sententia & c. Inn. in c. n. de offi. iud. quẽ refert, & sequitur Bar. in l. si expressim. col. pe. ver. quin

3 tò, quo iure agitur. ff. de app. & est cõe dictum, ut per Cardi. in c. 2. in 10. q. ad fi. de offi. iud. † Et istud iudicis officium totum fundatur in æquitate, quam iudex præ oculis semper ha bere debet. l. quod si Ephesi, cum si. ff. de eo quod cer. lo. & ideo dici solet, q officium iudicis matrẽ habet ipsam æquitatem, ut inquit Signoro. in consil. 100. Primò dubitabilis. quarta colu. & q ex mera æquitate competit, vbi nulla sit obligatio dixi Bal. in l. fi. §. sed cum in secunda post princ. C.

4 de fur. per iura ibi per eum allegata. † Et istud officium iudi cis sic ab æquitate descendens, & in ea fundatum debet dici in rem scriptum, quatenus. s. æquitas illa reperitur; ut sic ẽe contra tertium possessorem, licet bonæfidei possit exerceri, si sit eadem æquitas, quæ esset contra principalem. prout determinat Bart. quem doct. communiter sequuntur in l. si tertius. §. si quis prius. 2. col. vers. sed qualiter poteris cogno

5 scere. ff. de aqua plu. arc. † Tota ergo ius cõsistere vt, utrum in præsenti casu æquitas patiatur. ut contra istum emptorẽ etiam si sit bonæfidei istud iudicis officium exerceri possit, ut sic declarato illo contractu nullo domus, de qua agitur huic minori tanquam proprio domino restituatur.

Et certè concludendum videtur, omnino equitatẽ talem subesse: nam cum domus ista repetatur extra manus, & pos sessionem proprij domini absque aliqua iusta causa, ex quo contractus per eum celebratus fuit nullus; conuenit, æquũque est, illam sibi restituia quocunque possessore, & q in hoc implorari possit iudicis offic. arg. notatorum in c. cum ad se

6 dem. de rest. spol. † Pro quo facit, quod uoluit Host. in c. accedens. primo, ut lit. non contest. & in c. dilecti. de maio. & obe. & alibi etiam, prout refert, & sequitur Alex. in consi. 102. Su per eo dubio. post prin. 7. uo. dum cõcludit. dari officium iudicis aduersus possessorem illi, qui a possessione rei suæ cecidit culpa, uel negligentia sua, ita. n. & de huiusmodi nuno re dicẽdum est, qui ex nullo contractu domum tradidit, nã & in eo culpa. uel negligẽtia cõsideratur. Et licet Alex. paulò infra io d. consilio restringat illud dictum ad ecclesiã, ab sentem, uel minorẽ, vt per eũ: tamẽ adhuc procedit in casu, cum ista mulier fuerit, & sit minor, ut in facto præsupponitur. Præterea pro ista opin. facit; nam habemus, q officium iudicis, quod datur ratione rei, debet exerceri in eo loco, vbi res est, & in quo res potest vendicari; ut videt tex. in l. sed & si susceperit. §. fi. ff. de iud. & tradũt Bar. Bal. & alij, & maxi mẽ insignis Moder. Iaco. de S. Geor. qui hoc in terminis notat ex illo tex. sic igitur uidetur dicendũ respectu personæ, vt scilicet officium iudicis, quod datur pro re recuperanda ratione nullitatis contractus, possit contra illam personã exerceri, apud q̃ res sit, & cõtra quã daretur rei vẽdicatio,

8 † cum ualeat argum tum de personis ad locũ, vel econtra, vt rectẽ intenti probatur in l. j. §. fi. cũ l. seq. ff. ne quis eum, qui in ius uoca. est ui exim & in c. peruenit. de immu. eccle. iuncto c. cum ecclesia. in fi. eo. tit. seu innõtis, quæ post alios dicit ibi Abb. in 3. nota. ubi in fi. utitur hoc argumento.

9 Facit etiã: quia sicut officium iudicis sapit naturã actionis in hoc, ut in eo in litem iuretur, quando iurateur, si age retur, vt tradit Card. in cap. 2. q. 25. de offic. ind. dicens. q ita communiter tenetur, sic etiam dicendum uidetur, q detur contra singularem successorem: cum etiã realis actio, quæ proposito casu potuisset intentari contra singularẽ successo rem competeret, vt est notum, et sic istud officiũ iudicis æquitate sic exposcente dicatur in rem scriptum, vt s. dictũ fuit

10 fuit,† nihil.n. æqulus est,quàm rem suã proprio domino re
stitui,ad quod pro regula posset officiũ iudicis implorari ta
li æquitate considerata,firmat Guido Pap.in q. 362. Vtrum
officium iudicis, dicens ꝙ ita fuit iudicatum in parlamẽto
11 Delphinali. † Facit etiam:quia quando pendente appella
tione aliquid attentatur,quòd uelut nulliter factũ debet re
poni in pristinum statum ad illud officium iudicis imploran
do,iuxta tradita per glo.magnam doct. maximè Franciscum
in c.non solùm.de appell.li 6.& per Bar. in l.chirograhis.§.
j.ff.de admi.tut.si cõtingat attẽtata esse apud singularẽ suc
cessorem,etiam cõtra eum dabitur tale officium iudicis,ue
lut in rem scriptum sic exigẽte æquitate, secundum qu od
uoluit Imo.in c.ex parte Adæ.in 3.col. uer. item not.q᷑ re-
medium attentati.extra de resti.& voluit Old.in cons.199.
Pro fundamento.post prin.dum dicit,dari remedium atten
tatorum,& sic officium iudicis,etiam ꝙ aduersarius,cõtra
quẽ proponitur,non attentauerit,seu spoliauerit,puta, di-
cẽs ergo;quia alteri successit in attẽtatis, & clarè hoc dixit
Dec.in c.bonæ memoriæ.in 6.nota.de appel.ubi alle.Old.in
12 d.cons.& alios,ut per eum.†Sic igitur dicendũ est in propo
sito;ut.s.aduersus istum singularẽ successorem,& possessorẽ
dicens,detur istud officium iudicis pp nullitatem contra-
ctus gesti per minorẽ:ut sic contractu nullo declarato, do-
mus isti minori uti proprio domino restituatur per possesso
rem,etiam ꝙ ille contractum illum nullum non fecerit, sic
13 æquitate dictante. † Et si dicatur,ꝙ ea quæ dicta sunt de at
tentatis,& alia supra dicta solùm procedunt,quãdo succes-
sor singularis & possessor,contra quem proponitur officium
iudicis,habuit causam,& titulũ ab actore uitioso: ut aliqui
uolunt in d.c.bonæ.& in d.c.non solùm,ad quod bene facit
doct.Bart.in l.rem quæ nobis.ff.de acquir.poss. Dicam. non
disputando nunc, utrum illud sit uerum, ꝗ & iste est casus
14 noster:†nam iste possessor emit ab illo, qui nulliter cum mi
nore contraxit,& qui potest dici auctor uitiosus;nam cũ sci
ret formã statuti non seruari,sciebat,uel scire debebat con
tractum nullius esse momenti,& consequenter in eũ domũ
non fuisse iure dominii translatã,iux.l.si prædium.cum sim.
C.de præd.mino.& ita illam domum cum uitio malæfidei a
minore acceperat.Et istud,ut saltem d.successor singularis
ita teneatur, sicut ipse auctor uitiosus summa cum ratione,
& magna æquitate procedit;quia si aliàs diceremus,auctor
ille uitiosus subito rem uenderet,& successor ille singularis
non posset molestari per huiusmodi officiũ iudicis,& ita da-
retur uitiuso auctori occasio,& facultas malignandi & frau
dãdi,quòd non est concedendum,per iura uulgaria.
15 † Et si dicatur,ꝙ ex hoc nõ posset tolli, quin dominus uti
posit rei uendicatione.Respondetur.ꝙ ex eo nõ releuatur
nam in rei uendicatione oportet probare dominium,cuius
probatiu sæpe est difficillima, sed in isto officio iudicis sa-
tis est probare se possedisse,& ex inutili contractu rem tra-
didisse;annullato.n.cõtractu,seu declarato nullo,oĩa debẽt
per iudicis officium in integrum restitui. Et istud officium
iudicis in hoc dicitur esse utile & necessarium;quia non ualẽ
ti de dominio ducere per illud succurretur.Et(ut dixi satis
erit probare possessionem,prout declarat Bart.in l. de usu.
in uer.tertius casus.ibi,uel dic,ꝙ istud officium.ff.de uari.&
extraord.cogn.refert, & sequit Guido Pap. in d.q.362.uer.
& sequitur unus talis effectus, & in hoc consistit maxima
æquitas,quæ est fundamentum officii iudicis,ut supra dictũ
16 fuit.† Nec prædictis ob.quod dicitur de officio iudicis pro
restitutione in integrum,ut.s.non detur contra singularem
successorem bonæfidei,nisi auctor suus, & qui cum minore
contraxit,non sit soluendo,ut est tex.in l.in causæ.la prima.
§.fi.cum l.seq.ff.de mino.Quoniam posito ꝙ reus conuentus
in casu nostro sit bonæfidei(sine tamen ꝑiudicio ueritatis)
respondetur,ꝙ nos sumus in casu ualde diuerso. & diuersa
ratione determinãdo,& ideo de eo ad casum istum nõ de
bet argui;cum ex diuersis minimè arguatur.l.fi.ff.de calum.
& l.in ter stipulantem.§.sacram.uer. sed hæc dissimilia.ff.de
uerb.obl.cum si.nam ibi contractus ualuit,& dominiũ tran
slatum fuit,& sic rei uendicatio nõ cõpetebat,nec uigebat
æquitas,ut domino res sua restituatur,sed solùm minor,qui
contraxit,ueluti deceptus uolebat in integrum restitui, ꝙ
solum contrahentem secum respiciebat,& ideo cõtra singu
larem successorem bonæfidei non datur,nisi in subsidiũ Sed
in casu nostro contractus ab initio fuit nullus,traditio inuti
lis,& sic dominium non fuit translatum,& ideo rei uendica
tio competebat,& uiget æquitas rei proprio domino resti-
tuendæ,meritò officium iudicis,de quo agitur, prout con-
tra istum possessorem habentem causam, & titulum ab eo,
qui nulliter contraxit,proponi per prædicta.

Ex quibus,& aliis multis deductis per excellentissimum Aduocatum ita concludendum puto. Laus Deo.

Mar.Soc.iunior,Paduæ 1537.

C A S V S.

Michael Rochetta diocesis Tridentinę ex causa plurium beneficiorum receptorum titulo donationis inter uiuos,dedit,& donauit quædam bona Marco de Salauorna recipienti,& acceptanti pro se,& suis filiis masculis tantùm,& non fœminis,cum multis pactis & conditionibus,& cum plurib. clausulis,ut latius constat ex ipso donationis instrumento, cuius copia transmittitur.

Marcus prædictus cum diu res donatas tenuisset decessit superstite sibi quodam filio masculo,ac etiam alia fœmina.

Qui masculus cum & ipse pluribus annis ipsas res donatas habuisset,& possedisset,sine liberis decessit,& de rebus, ut supra donatis in filium sororis suæ disposuit.

Veniunt nunc hæredes, aut hęredum hæredes dicti Michaelis donatoris asserentes bona per eum olim donata eis esse restituenda resoluta.& decætero inualidata dicta donatione per defectũ lineæ masculinæ ꝓdicti Marci donatarii.

Quæritur,quid iuris.

S V M M AE.

Donatio facta alicui pro se & filiis masculis tãtùm, & nõ fœminis resoluitur,quandocunque fecerit linea masculina.

1 *Rex si dedit militi castrum,ita quòd illud ipse et sui hæredes ex suo corpore descendentes habeant,si miles decessit cum filijs,fas est & ipsi habebunt & eorum hæredes,uide inf.nu.14.*

2 *Filiorum appellatione propriè nepotes non ueniunt.*

3 *Donatio si facta sit alicui pro se,& eius filijs masculis tantùm,illa uerba important,ut solùm ipse,& post eum filij masculi habeant, & non alia persona.*

4 *Quod uni aut pluribus certis personis tantùm tribuitur, omnibus alijs censetur denegatum.*

5 *Dictio tantùm,& similes taxatiuæ quando affirmatiuè ponuntur omnes aliàs personas excludunt.*

6 *Dictio taxatiua non excludit casus similes.*

7 *Filiorum appellatione largo modo ueniunt nepotes, & infra numero 18.*

8 *Donatio facta alicui,& filijs masculis uidetur facta causa conseruandi agnationem donatarij.*

9 *Statutum fœminas ob masculos excludens factum uidetur causa conseruandæ agnationis.*

10 *Omnis dispositio a mente disponentis regulatur.*

11 *Disppositio uel statutum excludens matrem propter masculos intelligi debet,dummodo sint agnati.*

12 *Statutum excludens matrem propter patruum debet intelligi de patruo,qui sit agnatus.*

13 *Verba illa,& hæredes eius de suo corpore descendentes, debent intelligitur uniuersaliter de omnibus descendentibus.*

15 *Verba illa instrumentalia,& suis,hæredibus masculis placuerit faciendum in casu, de quo hic,quid importent.*

16 *Hæredum appellatione nedum primi,sed alij comprehenduntur.*

17 *Verba illa, si non remaneret hæres de quodam &c. quid importent.*

CON-

CONSILIVM LIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam ueritatis & iustitiæ.

VIDERITVR fortasse alicui in præsenti consulta-
tione dicendum, donationem non posse dici re-
solutam: q̃a satis uī pro eius perpetua validita-
te, q̄ ex p̄dicto Marco donatario superfuerit fi-
1 lius masculus, in quem transiuerint bona donata, † p quo ui
detur pulchra decisi. Cy. & Bal. in auct. sed & si quis. C. de se-
cun. nup. ubi concludunt, q̄ si Rex dedit militi castrū ita, q̄
illud habeat ipse, & hæredes eius de suo corpore descēdētes,
si miles decessit cum filiis, satis est; nam & ipsi habebunt, & q̄
cunq; eorum hæredes, etiam si fuerint extranei, puta q̃a ipsi
sine liberis decessent uīt: quoniam satis est, q̄ primi hæredes
fuerint descēdentes de corpore donatarii, q̄cq̄d de eis postea
contigerit. Sic igitur uidetur dicendum in casu nostro, q̄ suf
ficiat Marcū decessisse superstite sibi filio masculo, q̄cquid
post eum postea contingat. Et præcipuè: quia illa uerba, p se
& suis filiis masculis, non uidantur respicere alios descendē-
2 tes, q̄ filios in primo gradu: † quia filiorum appellatione nō
ueniunt nepotes propriè loquendo, & minus alii descendē-
tes. l. quod si nepotes. ff. de test. tute. cum si. licet ergo nō sint
alii descendentes masculi: tamen uī sufficere, q̄ iam fuerit
unus, p cuius defectum ēt sine prole non uidetur resolut p̄-
dicta donatio, & cōsequenter uidetur, q̄ hæredes donatoris
nullū ius habeant in p̄dicta bona donatis. Et in eo maximè
hoc uidetur dicēdum: q̃a in ipsa donatione agnati & cogna-
ti donatoris ex cā p eum uidentur excludi; q̃a s. nullus eorū
erga ipsum donatorem fuit operatus in eius necessitate, & p
cōsequens uidetur, q̄ eos ueluti impios dixerit indignos suo
rum bonorum, & cum cā illa etiam hodie sit ita uera, sicut
erat tunc, sicut tunc fuerunt exclusi, eadē rōne subsistente ui
detur, q̄ etiam nunc admitti non debeant p locum ab identi
tate rōnis, iux. l. a Titio. ff. de uerb. obl. & l. fi. C. ad l. falc. cū si.

His tamen non obstantib. contrarium de iure uerius eē ar
bitror, ut s. hæredes p̄dicti donat. iustè bona prędicta petant
3 eo q̄ prædicta donatio resoluta fuerit. † Et ista conclusio aper
tissimè probatur ex uerbis ipsius donationis: fuit. n. facta p̄ p̄
dicto Marco pro se, & eius filiis masculis tantùm &c. q̄ uer-
ba important, ut solùm ipse, & post eum eius filii masculi ha
beant, & non aliæ personæ. est. n. illa dictio tantùm taxatiua,
& excludit omnes alias personas, arg. l. ob æs. C. de præd. mi.
& l. a. in fi. C. de iurisd. om. iud. cum si. alle. per Bal. in l. cū mu
4 lier. col. 16. ff. sol. mat. † Vnde dicimus, q̄ illud, quod uni, aut
pluribus certis p̄sonis tantùm tribuitur, omnibus aliis cense
tur denegatum; ut inquit Bar. in l. 1. in prin. ff. si q̄s ius dicen.
non obtem. & in l. cum ita legatum. ff. de cond. & dem. & ple-
5 nè tradit Ias. in d. l. 1. ubi in 2. col. in fi. ponit regulam, † q̄ ista
dictio, tantùm, & similes taxatiuę quando ponuntur affirma
tiuè excludunt omnes alias personas, & omnes alios casus, ut
per eum, meritò ergo in proposito ab ista donatione dicun-
tur excludi oēs excepto ipso Marco donatario, & suis filiis
6 masculis, cum quib. ipsa donatio dicitur extincta. † Nec ob. q̄
dici solat, dictionem taxatiuam non excludere casus similes,
& habentes eandem rōnem, ius. uo. in d. l. ob ęs. & tradit Ias.
in d. l. 1. q̄s ex hoc in p̄posito nostro non potest dici, q̄ inclu
datur fœmina, aut descendens ex ea: quia non sunt p̄sonę si-
miles expressis, nec in eis est eadem ratio; ut est plus q̄ notū,
sed bene posset ex p̄dicto dicto inferri, q̄ dicantur inclusi ne
potes, & alii descendentes masculi per lineam masculinam
ipsius donatarii; q̃a in eis esset eadē rō, & essent similes p̄so-
nę ut de se patet. Et p̄terea p p̄dictæ conclusionis ueritate cla
rissimè demonstranda, considerandum est; q̃a aut uolumus
uerba illa, & suis filiis &c. strictè intelligere pro filiis p̄priè,
& strictè sumptis, ita ut alii descendentes non comprehendā
tur appellatione filiorū, p̄ut sonare uidentur uerba maximè
attenta illa dictione taxatiua, tantùm, & tunc res clarissima
est, q̄ cū filio masculo dicti donatarii finita, & resoluta fuit
7 donatio per p̄dicta. † Aut uolumus, q̄ illa uerba latius capiā-
tur, ita ut appellatione filiorum ueniāt nepotes, & alii, iux. l.
iusta interpretatione. & l. filii appellatione. ff. de uerb. sig. ut
credo uerius per ea, q̄ in simili firmat Bal. in c. quæ in eccle-
siarum. col. pe. uer. sed pone concessum est. de cōst. cum mul-
tis si. q̄ cumulari possent, & tunc oportet, q̄ sint masculi; cū
talis qualitas fuerit exp̄ssa in tali donatione, cum dicatur, &
8 suis filiis masculis &c. † Et si quis dicat. q̄ iste, apud quem re-
periētur bona donata, de quib. agitur, est masculus, & nepos
d. Marci donatarii, & ita dicatur, q̄ uidetur comprehensus
in uerbis donationis, dicendo, q̄ in ea appellatione filiorum
ueniunt nepotes, & alii. Respōdetur, & aduertendum est: q̃a
cū donatio facta fuerit ipsi Marco, & filiis eius masculis tātū
apparet satis clarè, q̄ in ea fuit habitus respectus ad cōseruā
9 dā agnationē d. Marci, † sicut in simili dr̄ de statutis excludē
tib. fœminas pp masculos; ut s. dicantur facta fauore conser-
uandæ agnationis, secūdùm Io. An. in addi. Spec. in tit. de suc
cess. ab intest. super rub. Cy. in l. 1. C. ad l. Iul. de adult. et Bal.
in l. maximum uitium. C. de libe. pręte. tradit Pau. de Cast. in
l. si uero. §. de uiro. ff. solu. mat. & in consi. 336. Præsens casus.
auus meus do. Mar. Soc. in consi. 31. Prosequendo ordinem.
3. col. et filius eius in consi. 28. Circa primum. 2. et 3. colum.
4. uolu. Corna. in consi. 82. Licet in hac, 2. et 3. colum. 4. uo-
lumi. cum infinitis quotis, quę ad hoc cumulari possent. Hoc
ita stante sequitur, q̄ debent illa uerba, et filiis masculis etc.
intelligi de talibus masculis, qui sint agnati ipsius Marci, ut
10 sic per eos dicti Marci agnatio conseruetur; † cum uerum sit
omnem dispositionem regulari et restringi a ratione eius, et
mente disponentis. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. et
l. credendum. in prin. ff. qui pet. tut. uel cura. dixit Bal. in l. oēs
populi. 8. col. uer. dico ergo etc. ff. de iust. et iu. sequitur Barb.
in l. si cui bonis. col. 35. ff de uerb. oblig. et in consi. 19. Altis-
simi optimi Dei. 2. col. 2. uolu. Sed iste nepos d. Marci non est
talis; quia est nepos ex filia, et sic est alterius agnationis. l. fa-
11 miliæ. in fi. ff. de uerb. signifi. cum sim. ergo etc. † Facit ad hoc
no dictum Bal. in c. 1. quemad. feud. ad fil. pertin. dum uult,
q̄ dispositio excludens matrem propter parentes masculos
debet intelligi, dummodo sint agnati, et ita refert, et sequitur
recolendæ memoriæ auus meus dom. Mar. Soc. in consi. 31.
12 Prosequendo ordinem. 3. col. uer. 11. facit. † Sic etiā si statu-
tum excludat matrem p̄pter patruum, debet intelligi de pa-
truo, qui sit agnatus, ut determinat Bal. in consil. 218. Statu-
to ciuitatis. 2. uolu. Et in simili etiam si propter fratres mater
excludatur, intelligitur de fratrib. qui sint agnati, ut cōcludit
Bal. in consil. 59. de iure communi. in fi. 4. uolu. Idem firmat
Ang. in consi. 119. Statuto Tedertinę. circa med. Pau. de Cas.
in consi. 348. In puncto q̄ritur. post prin. et refert et notanda
sequitur Alex. in l. ex facto. in prin. 12. col. ff. de uulg. et pu-
pil. uer. ex his quæ hic dixit Bart. Et præterea, quòd iste, qui
nunc possidet, non sit talis, de quo senserit donator; pater, q̃a
natus est ex fœmina, et sic ex persona exclusa; unde tanquam
prouenieus a radice infecta, nec ipse debet admitti. Sic itaq;
concludendum est, donatoris hæredes admittendos esse ad
res donatas, de quibus agitur, eo quòd ipsa donatio dicitur
nunc resoluta per defectum lineæ masculinæ dicti Marci do
natarii per prædicta. Ex quib. rectè intuenti apparebunt sub-
lata quæ in cōtrarium deducta fuerunt, sed ut ueritas magis
appareat, particulariter ad illa respondetur, ut infra.

Nam primò ad decisionem Cyn. et sequacium in d. auct.
post prin. Et ultra deducta per eum idẽ firmat Alex. in cons.
36. uiso themate. 2. col. 3. uol. cum multis aliis, qui ad hoc al-
legati possent, sed gratia breuitatis dimitto, cũ istud apud
8 nostros doc. sit plusquã clarissimũ. †Hinc uidemus, ꝙ siqs sti
puletur emphyteusim a priuato pro se, & hæredibus, intelli
gitur ẽt de heredib. extraneis: ut tradit Imo. in l. qđ dr. ff. de
uerb. ob. & ibi ẽt Ale. col. 24. & 25. in uer. tangit ẽt Imo. asse
rens ita cõiter teneri ea ratione; quia tunc talis emphyteu
sis sui natura transitoria est ad extraneos hæredes, unde cũ
in proposito bona donata, de quibus agitur unà cum ipso
tit. donatio. sint indifferentia, & transitoria etiam ad extra-
neos hæredes, absque aliqua dubitatione concludendum est
quòd uerba illa, & pro hæredibus &c. non sunt restringenda
ad filios, & descẽdentes, & istud puto indubitatum. Hoc ita
posito dico, ꝙ licet donatio ista transiuerit ad filios. d. Lau-
rentii si sint eius hæredes, non tñ transit ut ad alios, ꝙ eis di
catur particulariter facta post Lauren. sed solùm transit ut
ad alios quoslibet hæredes transiret iure hæreditario, sicut
& alia quælibet bona ipsius Laurentii, transeunt tamen oĩa
9 cum onere suo, & sicut erant apud ipsum Laurentium: †qa
hæredes ipsius personam repræsentant pro rata hæredita-
ria, ut in auctén. de iureiuran. a mor. præsti. in princip. collat.
5. & l. cum a matre. C. de rei uend. cum sim. meritò ergo seq
tur, & ita concludendum puto, quòd isti filiĩ, & hæredes Lau
rentii non possunt aliquo modo impedire creditores, ne ius
suũ prosequantur aduersus bona prædicto, & multo minus
possunt, si non sunt hæredes: quoniam tunc ad eos prædicta
10 bona non transeunt per prædicta, †sicut etiam contingit in
emphyteusi accepta pro se, & hæredibus; quia non trãsit ad
filios, nisi sint hæredes, ut declarat Bal. in l. filiusfam. §. cum
quis. ff. de leg. 1. cum concor. ut per Alex. in consi. 124. consi
deratis his. 1. col. in fi. 5. uol. Immo idem dicitur, etiam si fue
rit accepta pro se filiis, & hæredibus, ut plenè scribit Alex.
in consi. 8. uisis. d. themate. tertia & quarta columna in 2.
uolum. minus ergo in casu isto, cum de filiis non fiat mẽtio.
11 † Nec obst. prædictis, quòd aliquando uerbum, hæredes, ꝓ
filiis ponatur: quoniã illud procedit specialiter in casu d. l.
ex facto. §. fin. ff. ad treb. ea ratione; quia aliàs illa conditio, si
sine hæredibus decesserit, nunquam impleri posset, ex quo
quilibet communiter loquendo hæredẽ aliquem habet tal
tem fiscum, ut ibi dicunt docto. de mente autem testatoris
apponentis illam conditionem fuit ponere conditionem, ꝗ
haberet se ad esse, & non esse, & propterea creditur uoluisse
loqui de descendentibus, & ita lex interpretatur, ut d. §. fin.

Quæ consideratio cessat in casu isto: cum illa uerba pro
hæredibus &c. non sint prolata conditionaliter. Item etiã
tale uerbum capitur pro descendentibus in materia sui na
tura non transitoria ad extraneos: ut si feudum concedatur
ꝓ se, & heredibus &c. & in simílib. casib. ut per Imol. & Alex.
in d. l. quòd dicitur, cum concor. ut per Alex. in consi. 107. in
causa Niculai, prope fi. quarto uol. quod non est in præsenti
casu, ut ex prædictis constat. Nec ob. quòd donatio fuerit fa
cta illi Laurentio a matre eius, & pro causa pręcipua allege
tur; qa ipse matrimonio ligabatur ad instantiã matris &c.
ut in contrarium arguebatur: quoniã ex istis nihil aliud po
test inferri contra prædicta. Ego enim fateor, matrem motã
fuisse: quia filius fuerat illi obediens, & specialiter in contra
hendo matrimonium, & quòd propterea plurimum ipsum
filium diligebat ratione maternæ affectionis in eum, ac etiã
in recompensatione obsequii sibi præstiti donationẽ fecit,
ut in instrumento donationis dicitur, tamen ex hoc non se
quitur, ꝙ ipsa uoluerit post Lauren. donare filiis eius nisi quã
tenus essent hæredes; quia si ita noluisset, facile ei erat dice-
12 re pro se, & filiis, & descendentibus, †unde cum dictũ fuerit
pro hæredibus &c. stabimus uerborum proprietati; cum de
alia mente non appareat, arg. l. non aliter, in prin. ff. de leg.
3. facit l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercito. cũ cõcor. ibi p gl.
alle. & certè si uolumus rectè considerare, dicemus illa uer-
ba prolata & consuetudine quadã notariorum, qui semper
in quolibet instrumento cuiuscunq; cõtractus ita dicere so
lẽt, puta ementi, stipulanti, & recipienti pro se, & hæredibus
& successoribus suis &c. ut experientia docet, quæ est effica x
13 rerum magistra. c. quã sit, de elec. lib. 6. † Et ponit illa clau-
sula ex quadam exuberãtia, & ad abundantẽ cautelam, ita q
dem etiam si posita non fuerit, debet tamen subaudiri ex le
gali interpretatione, ut est tex. & ibi tradunt doc. in l. uete-
ris. C. de contrahen. & cõmit. stip. facit ẽt l. si pactũ. ff. de ꝓb.
& l. sicut. §. pen. ff. quib. mod. pig. uel hypo. sol. & l. si necessa-
14 rias. § pe. ff. de pig. ac. & † quãdo talis clausula apponitur, ut
in casu isto censetur posita, ut tollatur prorsus omnis dubi-
tatio, de qua in d. l. ueteris. & in l. sutilgent. §. pactorũ. ff. de
pac. non tamen debet quicquam operari ultra propriã uer
borũ significationem, illud tamen (ut dixi) etiam breue ea lo
15 cum habuisset, †& ideo dici solet, quòd in cõtractibus illa
uerba, & hæredibus, nihil operantur in his, q sui natura sunt
transmissibilia etiam ad extraneos heredes secundùm Bar.
in l. stipulatio ista. §. si quis ita, q. fi. ff. de uer. obl. & tradit Bo-
log. in cõsi. 64. quidam Io. quondam Ray. &c. prope fi. & Af.
flic. in c. 1. col. pe. in fi. de duob. fratrib. a capi. inuest. Et pro-
pterea ex prædictis omnibus concludendum puto, & absq;
aliqua dubitatione, quòd isti filiĩ Laurentii non possunt ipe
dire creditores, secundùm quòd supra dictum est, siue sint
hæredes, siue ẽ esse nolint, nã altero casu ad eos pdicta bo-
na non transirent, primo autem casu trãsirent cũ onere suo.

Et idem debẽt posse creditores aduersus ipsos filios Lau
rentii eius hæredes, quòd possent aduersus eum, si uiueret,
16 ut ex prædictis constat. †Et pro ista cõclusione alleg. in ter
minis multum fortioribus pulchrã decisio. Curtii Iunioris
in cõs. 155. pulchra, & subtilis oblata est dubitatio. p. to. ma

ximè

xime in secunda col.ner.præmissis tñ nô obst. nâ concludit ibi, q filii emphyteutæ, qui pro se, & hæredib. suscepe at em phyteusim ab ecclesia non possunt illâ habere separara ab aliis bonis hæreditariis eorû patris, qnin ët de ea tenea tur, nô obstante, q de natura emphyteusis ecclesiæ sit, ut nô trã seat ad extraneos hære des, & mouetur sola illa rône; quia cû talis emphyteusis sit hereditaria, nô dêt, nec pôr puenire ad filius, nisi sint hæredes, & nô côuenit postea, q hæreditas diuidat, ut p eû. Fortius ergo in casu nostro, si illi filii uolût esse hæredes, & sic habere bona Laurêtio eorû patri douata nô possunt ea ab aliis bonis hæreditariis separare, & de eia sicut de aliis dênt creditorib. satisfacere, seu pati, ue aduer sus dicta bona p creditores pcedat, secûdum q ê côclusû fuit, & dico fortius; qa donatio pdicta sui natura est trâsito ria et ad extraneos hæredes, ut s fuit ostêsum. Laus Deo.

Mar. Soc. Iunior Iurisc. Paduæ legens.

SVMMAE.

De iuramento calumniæ, utrum s. & quando eius omissio uitiet processum, & sententiam.

Et quòd consuetudine, nel statuto remitti non posit.

1 *Iuram. ntum calumnia licet tacitè remitti possit; tamen si petatur a patre, & non præstetur totus processus, & sententia inde secu ta annullantur.*

2 *Quis non creditur, quòd aliquid uelit, nisi dicat.*

3 *Consuetudo, nec statutum non possunt tollere, quòd iuramentum calumnia non præstetur.*

4 *Princeps supremus per suum rescriptum potest tollere iuramentum calumnia, si in eo dicatur, non obstante l. 2. in §. quia. C. de iureiur. per cal. dan.*

CONSILIVM LIX.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis: & iustitia.



Viso processu agitato inter Iacobum, & fratrem q.dom. Christophori de Patella agentes, & do. Franciscum de Venetii conuentum ex altera. & oîbus in d. processu actis, & actitatis diligenter consideratis, præsertim petitione, & libello actorum princi paliter porrectis exceptionibus rei côncurri, replicationib. actorum, & triplicationibus rei cum protestatione de nulli rate, & oîbus aliis hincinde per dictas partes actitatis, deductis, & alleg. Viso etiam cousi. eccel. do. Marci de Mantua primi consultoris, mihi nti fratris hono. ac etiam uisa senrentia desuper lata per Magnificum Potestatem Rhodigii. Visa insuper reclamatione prædicti do. Francisci ab illa sententia in qua reclamatione dicit, sententiam pdictã fuis se, & esse nullam, & ita petit debere dici nullam, & nullius ua loris, & inquantum sit aliqua, q non credit, ab ea prouocat & appellat, & dicit ram fuisse, & esse iniquam, & hoc ex cau sis, & rônibus, de qbus in scriptura, & reclamatione pdicta. Visa demum electione de nobis facta ad consulendum de iure, que partes debeant esse magnifici potestatis Rhodigii circa prædictam causam. Christi nomine innoca o, a quo cû cta recta prodeunt iudicia, ego Maria. Soc. Senen. I.V.D. ele ctus ne supra omnibus prædictis, & similiter forma iuris, & statutorum. d. terre maturè, ac diligenter consideratis, Deû solum, ac iuris regulas præ ocolis habens, dico, & refero par tes magnifici, & clarissimi domini Hieronymi Zeno dignissimi Potestatis, & Capitanei Rhodigii esse io pronunciando, & declarando sententiam per eius magnificum præcessorem latam fuisse, & esse nullam propter nullitatê processus, super quo lata fuit, & in absoluendo partes ab obseruatione præsentis iudicii, reseruato tamen cuique litigantiû suo iure, ac etiam in absoluendo ipsas partes ab expensis ex iustis causis animum meum mouentibus, & ex benignitate sui officii. Et licet de iure non teneat causas allegare, qui bus ad ita dicendum, & referendum moucar, iuxta tradita per doct.o. in c. sicut, extra de iudi. tamen ut consuetudini sa tisfaciâ oîbus aliis posthabitis principalê causam suppo nam. Dico igitur processum, & consequenter sententiam su per eo latam fuisse, & esse nullins ualoris ex eo; quia ex par te actoris non fuit præstitum iuramentum calumniæ, qd' ex
1 parte rei fuit manifestè, & expressè petitû, †nâ licet tale iu ramentum partibus tacentibus possit omitti, nec ex eo pro cessu innalidetur, ut est tex. & ibi glos. & doct. declarant in c. 1. de iura. calum. li. 6. tñ si pars illud petierit prestari, & nô præstetur in aliqua parte iudicii, processus totus, & senten tia inde secuta annullatur: quia tûc dicitur omissum unum de sententialibus iudicii, prout signanter determinat Bar. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. no. nun. ubi êt dicût idê Alex. & alii, & fuit solenne dictum Iaco. But. in l. 2. §. sed quia ueremur. C. de iureiur. propter calum. dan. ubi est apertus rex. quod iuramentum remitti non potest: quia pp publicam utilitatem præstari debet, q tamen, ut dixi, intelligitur per doc. magis communiter, quando per partê fuerit petitum, tametsi aliqui uolneriut, nec êt tacitè remitti posset per il lum tex. generaliter loquentem, sed (ut dixi) cômunis opi. est in contrarium: q. s. tacitè remittitur, & per eius omis sionê pcessus non uitiatur, nisi per partem petitum fuerit ut dictum est. Et qñ fuerit petitum, si non fuerit præstitum, processus & sententia sint nullius naloris, tenenr Ioan. de Imo. & Alex. in l qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infec. Pau. de Cast. & Are. in d. §. sed quia ueremur, & pro singulari tradit Mathesil. in sing. 63. secundùm ordinem meum, no. aliâ cau telam, & ideo caut i procuratores, & aduocati solent in s. ex ceptionis petere per actorem præstari iuramentum calum niæ, nam postea eius omissio uitiat totû processum: ut egre giè ita firmans dicit Ias. in l. iurisiurandum & ad pecunias. §. q iurisiurandû post prin. ff. de iureiu. & fuit dictum Iac. But. in loco palleg. & hanc opi. pro uera, & indubitata præsuppo nit ex ea sumêdo cautelâ, ad irritandû processum, insignis doc. do. Tho. Ferratius in sua cautela. 12. ubi omnes prædi ctos, & quosdâ alios alle. Et ultra per eum, ita uoluit Cor. in consi. 16. contra conclusionem. 2. & 3. col. 2. uol. Phil. Franc. in d. c. 1. prope fi. de iu amento calû. lib 6. Io. Matia. Riminal dus in apostil. ad Saly. in d. § sed qa uetemur, & Dec. si rectè ponderetur in l. edita. in 7. col. uer. successiuê. Bar. prosequi tur. C. de eden. & est de hoc decisio Rotæ in antiquissima de cisio. 660. ubi dicitur, q ita seruat sacrum palacium, & cum ista opi. non habeat contradictorem, debet absq; dubio set uari. Nec ob. si forte dicatur, quòd per statuta Rhodigii ui deatur iuramentum calumniæ remissum, attento quòd de eo in eis nulla fit mentio, nisi quando pars petit sibi proro gari termioum ad probandum, quasi dicat, si statutû uellet pstari iuramento calumniç generaliter sup tota causa, ita
2 expressisset, sicut fecit, qñ petitur. d. prorogatio, †uude cum non dixerit, non credit uoluisse, arg. l. unica. §. finaurem ad deficientis. C. de cad. tollen. & c. ad audientiam. in fin. de de cimis, cum si. Et forte etiam dicatur, q de consuetudine ta le iuramentum non præstatur, quæ potest rollere legê scri ptâ. l. de quibus. cum si. ff. de legi. Quoniâ respondetur, & in primis dico, q de hac consuetudine nihil constat, & ego cã nô credo; cum esset expressè contra iura, de quibus supra. Et similiter dico, q statutum non uidetur uelle; qa ideo ni hil de tali iuramento dicitur in statuto; quia illud satis ex iu re cô i habetur, & non est dubium, q statuta recipiunt inter pretationem a iure communi, & sunt intelligenda, ut ius cô mune minus lædant, quâm fieri potest, arg. l. si serui uestri, & ibi dicunt doc. C. de noxa. et l. fi. §. in computatione. ubi etiâ doc. tradunt. C. de in deli. tradit Bar. in l. omnes populi. in 6. q. prin. ff. de iust & iu. Bal. in l. si defunctus. C. de su. et leg. Cor. in consi. 1. pro decisione. col. fi. 1. uol. et consil. 37. circa prin. col. pe. 3. uol. et patruus, et d. meus Soc. in consi. 10. conside ratis. 2. col. 3. uol. cum multis concor. qui all. possent. Loqui tur aût statutum de iuramento calum. quando petitur pro gatio termini ad probandum: qa in eo casu uoluit parricu lariter interponi, ubi forte aliâs de iure cômuni sufficeisset generale iuramentum, ex eo tamen nô debet argui, q statu

rum

tum noloerit in ipsa lite tale iuramentum præstari; cũ illud inre commnni sit clarè statutum, unde cũ de iure cõi præstari debeat, si sit petitum, ut dictum est, & per statutũ non immutetur, dicendum est in eo ins cõe seruãdum iuxta illud, qđ nõ mutatur, cur stare prohibeatur. l. sancimus. C. de
3 test. & l. ꝑcipimus. in fi. C. de ap. †Secundò ad hanc obiectionẽ responderi potest, posito ꝙ consuetndo probaretur, & statutum ẽt ita sentiret, ut arguebatnr, nã dico, ꝙ neutrum ualeret, nec seruari deberet, eo quia essent contra publicã utilitatem, & irrationabilia; cum. n. tale iuramentum sit inductum fauore ueritaris, & ad excludendã calumniam hominum, contra talẽ dispositionẽ cõsuetudo non ualeret: ut est tex. in term inis, & ibi doc. dicũt in c. cęterũ. de iura. calũ. & in c. cõstitutus. de fideiuss. & tradit Io. Petr. de Ferra. in sua solenni pratica Papiensi in libello, seu eius forma, in actione reali, in uer. p sacramentum calumniæ, prope fi. ubi etiã plures alleg. & Lud. de Ro. in sing. 426. tu babes in l. rem nõ nouam. Et ꝙ in locis prædictis dicitur de consuetudine, etiam de statuto dicendum est, ut dicit Matthesil. in sing. 64. no. ꝙ statutum. uolens, ꝙ etiam si exprimeretur illud in statuto eo non obstante processus esset nullus, si iuramentũ tale fuetit petitum, & non præstitom, ut in casu isto, idẽ uoluit Ias. in d. §. qni iusiurandum, & prædictus Thom. Ferra. in d. cantela 12. Et si ita est, quando statutnm expressè ita disponeret, multo magis ita dicendum est in casu isto, ubi nedũ statutũ hoc nõ exprimit, sed forte etiã noluit, ut supra dictũ
4 fuit. † Facit, quia licet princeps supremus ex suo rescripto tollere possit istud iuramentum, tamen illud solũ procedit, quando in tali rescripto eapressè dr̃, nõ obstãte. d. l. 2. §. sed qa ueremur, ut ibi dixit gl. & sequontur Sal. & alij, & tradit Abb. in d. c. cæterũ, in fi de iura. cal. dico enim, ꝙ multo minus p eiusmodi statutũ, aut consuetudinem potest dici tale iuramentum sublatum, cum non reperiatur derogatum expressè. d. l. s. §. sed quia ueremur. Laus Deo.

Socinus nepos Paduæ iura ciuilia legens, in prima sede uespertinæ lectionis.

C A S V S.

Magnificus, & nobilis Ioan. Antonius Saracenus de Bonooia petiit a nobili oiro Camillo Pannilino einsdẽ ciuitatis se conseruari indemnẽ a quadam promissione, quam fecit ad dicti Camilli instantiam pro Baptista Criuello, qua mediãte fuit coactus soluere marcas 162. auri. & istud petiit quia ipse Camillus simul eum Alexãdro Oratij, & quilibet eorum insolidum prædictam indemnitatẽ promisit, ut constat ex quodam scripto mann d. Alexandri facto, & subscripto manu dicti Camilli.

Plura opponontur p d. Camillũ, & inter cætera, ꝙ d. scriptum fuit p d. Io. Antonium alteratum, & fuit mutatũ unũ uerbũ, nã cũ diceretur in eo, p la fiera di Pasqua presente, reperitur nũc dicere, per la fiera di Pasqua proxima, & propterea dicitur, ꝙ Io. Ant. debet puniri de falso, & ita in suis exceptionibus petiit Camillus.

Negat illud totaliter Io. Ant. actor affirmans cassationẽ, & mutatiooem illius uerbi factã fuisse ab eodem Alexãdro Oratij immediate, ut intentio contrahentiũ melius appareret, & ita esse ueritatẽ, & se immunẽ ab obiecta falsitate offert se paratum probare, & quia inter cætera dicit se babere testes pro sua intentione extra iurisdictionem ciuitatis Bononiæ, ut Venetijs, & Mediolani, Vincentiæ, & in aliis, locis petit literas remissorias ad iudices dictorum locorum pro examinandis testibus prædictis.

Quæritur, nunquid tales literæ concedi debeant.

S V M M AE.

De literis remissoriis ad examinandos testes, utrum & quando in causis criminalibus, seu quando de crimine agitur sint concedendæ.

Et de cõsuetudine, utrũ. s. probetur p doctores famosos asserentes in suis lecturis sic de cõsuetudine seruari.

1 *Testes debent coram iudice comparere, & ab eo examinari, ut uideat, an uacillent &c. uide infra in discursu.*
2 *Testium examinatio in casib. ciuilib. licet per literas remissorias alij committi possit, in criminalibus tamen secus est.*
3 *Veritas non debet destrui per probationum subtractionem.*
Et ubi ueritas impeditur, ibi etiam Christus, qui est ueritas, impeditur.
4 *Veritas semper adiuuanda est, & probationib. restringi nõ debet.*
5 *Probatio quando est difficilis, tunc licitum est recedere a regulis iuris, & rigoribus, & sufficit probare eo modo, quo potest.*
6 *Probationes per coniecturas debent admitti, quando sumus in his, quæ sunt difficilis probationis.*
7 *Testium examinatio per literas potest alij committi, quando agitur de purganda innocentia alicuius, de aliqua crimine impetiti.*
Item quando de crimine ciuiliter agitur.
Item si consuetudo ita disponat, etiam in causa criminali.
8 *Consuetudo non est minoris auctoritatis, quàm sit lex scripta.*
9 *Doctoribus attestantibus de consuetudine esse, quòd pro examinandis testibus literæ dimissoriæ concedantur, etiam in criminali causa, an sit standum.*
10 *Doctori in lecturis affirmanti aliquid esse de consuetudine, an standum sit, saltem præsumptiuè, ut onus probandi in contrarium dicenti incumbat.*
11 *Testium examinatio quando sunt extra prouinciam, & in criminalibus potest committi alteri iudici, qui rescribet uacillationes testium.*
12 *Prouincia quomodo capiatur.*
13 *Testium examinatio alteri committi potest, quando de crimine per uiam exceptionis agitur.*

C O N S I L I V M LX.

Dirigat Dominus verba mea in viam ueritatis & iustitiæ.



Idebitur fortasse cuipiam prima facie, quòd nõ sint literæ prædictæ concedendæ: quia cum uideatur agi de causa criminali, utrũ scilicet Io. Anton falsauerit dictum scriptum, & ita an ue-
1 niat pœna falsi puniendus, †uidetur, ꝙ testes debeãt psonaliter coram iudice iudicatoro cõparere, & ab eo examinari, ut sic ipse cognoscat, & uideat, an uacillent, & possit eos torturæ, si res exigat, subiicere, ut dicitur in auctent. apud eloquentissimum, in l. fin. C. de fide instrum. & in corpo. unde sumitur, & ita ut a testibus errore imminente ueritas melius habeatur, iuxta. §. illud. in aucten. ut defunct. seu fun. eorum &c. & ita iudex possit dare fidem, & uti testibus, & non testimoniis, ut dicitur in l. tertia. §. idem diuus. ff. de te-
2 stib. † & per ista iura solet dici, quòd licet in causis ciuilib. testium examinatio per literas remissorias alteri committi possit, ut l. iudices. C. de fide instrumen. cum simil. tamen non sic est in causis criminalibns; quia in eis talia commissio fieri non debet, sed testes debent in præsentia iudicis examinari, ita inquit gloss. penult. in dicto §. idem diuus, & idem dixit gloss 1. in cap. constitutus. de fideiuss. & ibi Cano. eam sequuntur, ita etiam firmat Specu. in tit. de teste. § qualiter. uersicu. sunt autem testes producendi. & Hostiens. in sum. tit. de testib. uersicu. quando sunt producendi, & hanc opin. uidentur tenere docto. maximè Salyc. in dicta aucten. apud eloquentissimum. His tamen non obstantib. contrarium in præsenti casu intrepidè tenendum arbitror, & sic concludendum puto per iudices Bononien. omnino concedendas esse literas remissorias ad iudices locorum non subiectorum Bononien. iurisdictioni, prout egregiè, & sapienter, ut puto, concludit excellentiss. Consultor mihi uti frater maior, & honorand. in suo elegantissimo consilio in tertio articu. super quo tantùm pro nunc, ut celerius me

expediam

expediram, ego sum consultus, ut quid de iure sentiam scribere uelim, & ita faciam super cæteris postea responsurus, uti requiror. Quare omnibus in facto contingentibus, & simul etiam prædicto consi. iu d. tertio articu. mature, & diligenter consideratis, ut tamen temporis angustia, & multitudo occupationum ultra continuas lectiones passæ sunt, arbitror concludendũ, ut dictum est, per ea quæ abunde, & iuridicè fuerũt alleg. per dominum Consultorem.

3 † Et ultra dicta per eum uidetur mihi ista conclusio in proposito cõcludẽtissimè probari fauore inueniẽdæ ueritatis, & ne ipsa subtractis probationibus celetur, & obruatur, quod esset contra c. error. 83. distinct. & contra cap. quisquis, cum sequen. 11. q. tertia, cum similibus. Immo etiam contra Iesum Christum Saluatorem nostrum, nam cum ipse sit ipsa ueritas. ut legitur Ioann. 14. ubi ueritas impediretur, & ex defectu probationum celaretur, ipse dom. noster Iesus Christus celaretur, & impediretur.

4 † Hinc dicimus, quod ueritas semper est iuuanda, & probationib. non debet restringi ut inquit Innoce. in c. quod ad consultationem. secunda colum. de re iudic. refert, & sequitur Bald. in sua marga. in uer. ueritas. Dico ergo, quod cum asseratur in casu isto ueritatẽ esse, quod Ioan. Anton. Saracenus non falsificauerit aliquo modo dictum scriptum, sed quod illa mutatio uerbi de presente, in proxima, cum sua interlineatura facta fuerit per Alexan. Oratii, a quo totum illud scriptum factum fuit, & quidem immediate eo tempore, quo fecit illud scriptum. & cum ista ueritas quantum pertinet ad probationem per testes faciendam non possit haberi nisi mediantibus quibusdã testibus, qui reperiuntur Mediolani, Venetiis, aut in aliis locis nõ subiectis iurisdictioni Bonon. nec sedi Apostolicæ, æquũ, iustũ, ac omni rationi congruum arbitror, ut ueritas ipsa in lucem ueniat, & non celetur, petitas literas remissorias cõcedi debere, esto quod de crimine falsi aliqualiter agatur. Alioquin si tales literæ denegarentur in effectu prædictorum testium examinatio, & sic ueritas diceretur realiter impediri. & ita sublatis probationibus celari contra prædicta. Et ista cõclusio admittẽda est quam facillime in casu isto, & in quo libet simili, quando scilicet ageretur de probanda innocẽtia eius, qui de aliquo crimine impeteretur, prout hic contingit in persona dom. Antonii Saraceni uiri profecto integerrimi fidissimi, ac legalissimi mercatoris, ut notissimum est, nam si uolenti innocẽtiam suã probare, & se ab iniecta nota purgare literæ prædictæ denegarentur, nihil aliud esset, quam uelle ueritatẽ opprimere, & eũ, qui (ut ait) innocẽtissimus est uelle posse cõdẽnari, ubi cõtrarium potius fieri deberet, cum sanctius sit nocente, quod absoluere, quàm innocentẽ condemnare, uulgo l. absentem. in fi. ff. de pen. Et ita per hãc uiã ultra deducta per dom. Consulto. potest uno uerbo respõderi ad allegata in cõtrariũ, nã posito quod regulariter uera sint, absque tamen præiudicio ueritatis, nõ tamen debent procedere, quando aliter ueritas haberi non potest, prout contingit in casu nostro. ut supra dictum fuit. Et considerandum etiam est, quod scriptum illud, de quo agitur, non fuit factũ palam, & in plateis coram populo, sed in locis remotis, & coram certis, & particularib. personis, ex quo sequitur, quod ueritas illius facti nõ potest aliter haberi, quàm per personas, quæ tunc erat præsentes & sic attẽto quod tales personæ sunt in diuersis locis diuersis iurisdictionibus, & cõsequẽter põt dici, quod sumus in casu, in quo probatio eius, quod asserit

5 potest dici ualde difficilis, † quo posito dicendum est, quod procedi probãdo recedi possit aliqualiter a iuris regulis ordinariis & rigorosis, & sufficit probationẽ fieri eo mõ, quo põt secundum Barto. Imo. in l. in illa. in fin. ff. de uerbo. obl. Sic ergo potest conuenienter dici, literas prædictas concedendas, etiam quod aliqualiter recederetur a rigorosis iuris re

6 gula, licet ego istud admitterem. † Et plus etiam dici potest quod ratione difficilis probationis iudex debet admittere probationes per coniecturas, & præsumptiones, ut per Bar. & Imo. in loco præalleg. tradit Aoron. de Butr. in c. ueniens. el primo, in fi. de test. Ange. in consil. 218. uisa narratione, quarta columna, uersicu ex his ergo coniecturis. Alexan. in consi. 24. animaduersis. secunda col. 5. vol. & patruus, ac dominus Soci. in consi. 95. considerata. 2. col. 4. vol. cum concordantibus. ut per Dec. in consi. 579. viso copiosè 3. col. versi. & prædicta, & per Guido Pap. in q. 357. quomodo. post p. inc. Sed quia hoc non pertinet ad præsentem speculationem, super eo pro nunc ulterius non insisto, erit enim hoc considerandum post finitum processum, ut scilicet probationes etiam præsumptinæ, & per coniecturas debeant admitti, ut forte aliàs dicam.

7 † Non displicent præterea tres responsiones ad alleg. in contrarium traditæ per D. Consultorem, ut scilicet nõ procedant, quãdo sunt examinandi testes ad purgandam innocentiã impetiti de aliquo crimine, prout isto casu agitur, ut in secunda responsione, prout in terminis concludit Saly. in auc. apud eloquentissimũ, prope fi. C. de fi. instr. Item quod nõ procedant, quãdo de crimine ciuiliter dicitur agi, iuxta tradita per Io. And. in c. Romana. prope fi. de fo. cõpet. in 6. uti contingit in casu isto, ut in tertia responsione per ea, quæ per ipsum Consultorem deducuntur. Item, & tertiò, quicquid sit alio respectu; quia etiam simpliciter loquendo de causa criminali de consuetudine seruatur; ut literæ remissoriæ cõcedantur, ita dicunt, & attestantur Ioan. And. Ant. de Butri. Petr. de Anch. & alii plerique in c. constitutus. de fideiuss. & Bald. & quidam alii in d. auctu. apud eloquentissimum, ut plenè per Do. Consultorem deducitur in prima responsio-

8 ne, † vnde stante tali consuetudine non video, cur etiã hoc casu tales literæ concedendæ nõ sint pro obseruantia. d. cõsuetudinis, quæ non minoris auctoritas est, quàm sit lex scripta. l. de quib. ff. de legib. l. 1. C. quæ sit lõg. consuetud. & §. ex non scripto. insti. de iure natu. gen. & ciui. & c. cum dilectus & c. cum tanto. de consuetud. cum simil. minimè enim mutanda sunt, quæ certam obseruantiam semper habuerunt. l. minimè. ff. de legib. Et maximè in casu isto debet consuetudo prædicta seruari, in quo non de probãdo crimine agimus, sed de probanda innocentia ab iniecto crimine. Eo et attẽto, quod de tali crimine non criminaliter, sed ciuiliter agitur, ut sic cõiungamus simul omnes tres solutiones ad cõtraria tradita supra per D. Cõsultorem, & de quib. supra, & ita etiam temporibus nostris uidetur mihi, quod obseruetur saltẽ in term nis prædictis, ut sic dicamus ex hac cõsuetudine sumi interpretationem illius regulæ, si uera est, ut scilicet in causis criminalib. nõ concedantur literæ remissoriæ pro testium examinatione, ut in cõtrarium allegabatur. Dicimus enim, talem regulam solùm procedere, quãdo criminaliter de crimine agitur, & testes sunt examinandi ad probationẽ delicti cõmissi, secus si ad probandam innocentiam, & si de crimine criminaliter nõ agatur, & ita dicimus interpretatã fuisse cõsuetudinem, quod seruanda omnino est, ueluti optima. l. interpres. d. c. cũ dilectus. & l. si de interpretatione. ff. de legi. Et hoc sit dictũ, ubi quis pertinaciter consuetudinem pdictam nolit generaliter admittere, tametsi doct. pall. illã

9 generaliter asserant etiam in causis capitalibus. † Et si dicatur, quod ista consuetudo, cum sit facti, probari debet, iuxta do ctr. Barto. in l. Labeo. ff. de supel. leg. & in d. l. de quibus. de ll. nec uidetur standum docto. præall. attestantibus de consuetudine has literas remissorias concedi etiam in causis criminalibus, quia eis non uidetur credendum, ut egregiè firmat Alex. in l. post dotem 13. col. uersicu. & iuxta hoc quæri posset. ff. solu. mat. cum concordantib. de quibus supra per

10 Do. Consultorem, † concludit enim ibi Alexan. quod etiam si plures, & plures doct. in lec. affirmant aliquid de consuetudine seruari, eis credi non debet, per rationes de quibus ibi per eum, & per Aret. in consi. 133. in causa. quæ uertitur. mihi in 3. colum. uersi. sed tamen his non obstantibus Respondetur in primis, quod ut credo consuetudine, de qua agitur, & in terminis nostris de facto legitimè probaretur, si testes ad hoc idonei examinentur, & processus in similibus casibus facti inspicerentur, de quo tamen ad ueritatem me remitto. Et posito, quod non ita probetur forte; quia super en nulla fiet inquisitio. Secundo dico, quod immo prædicta consuetudo satis dicitur probata per assertionem tot, &

tam

tam excellentissimorũ doctor. dico enim, ꝙ imò (quicquid dixerint Alex. & qui cum eo sunt) doctoribus excellentissimis aliquid de consuetudine seruari attestantibus credi debet saltem præsumptiuè, ita ut onus probandi contrarium incumbat talem consuetudinẽ neganti, prout egregiè determinat iuris illuminator, & auriga oĩum Bar. in d. l. de quibus. col. mihi 11. ver. quartò principaliter queritur, & cum ista opi. Bar. transeunt quamplures doct. relati supra per. D. Consulto. adeo vt dixerit Dec. in l. 2. §. mutui datio. ꝓpe fin. ꝙ opin. Bar. uidetur magis communis, & allegat ferè omnes doct. qui supra per Consulto. allegantur. Et quia si ista opi. Bar. est uera, seu (omissa disputatione de veritate) est cõmunis, absq; dubio conclusio prædicta debet attendi, cũ in dubio communi opinioni sit inhærendũ ꝑ iura vulgaria, placuit diligenter perquirere, vtrum per doctores nostros recipiatur vltra allegatos supra per Consulentẽ, & reperio, ꝙ ita voluit Bal. in c. cum dilectus. circa 1. & 2. col. versi. ibi probata &c. de consuet. inquit enim, ꝙ allegans consuetudinem probare debet, subdens tamen, ꝙ eam probare potest auctoritate solius glo. ordinariæ, allegans nota. in l. dos a patre. C. sol. matr. Idem firmat Christopho. Por. inst. de his qui sunt sui uel alie. iur. 2. col. siue sit Ias. in additionib. inquit. n. ibi, ꝙ ex eo erit probata consuetudo, si unus doctor attestatur ita seruari de consuetudine. Idem voluit Guid. Pap. in consi. 12. Ex facti narratione. col. fi. dicens, ꝙ consuetudo, de qua ipse loquitur, est ueluti notoria obseruanda, attento ꝙ quidam doctores famosi in iure scribentes de ea attestãtur, qui etiam idem dixit in quæst. sua 139. secundùm communẽ 1. col. concludens consuetudinem quãdam pro probata haberi debere, quia Archid. doctor famosus de ea attestatur. Sequitur hoc Præposi. in c. 1. §. præterea ducatus. 1. col. de prohib. alie. feud. per Feder. versi. & nota. nam dicit, ꝙ doctori allegante consuetudinem damus fidem, & cum eo acquiescimus, vt per eum.

Hoc idem firmat Ludo. Bologn. in sua repet. auten. habita. C. ne fil. pro patre, col. xj. versi. superest autem. dicit. n. ꝙ vbi doctor excellens dicit aliud esse de consuetudine, ei statur, & ita inquit se tenere. Et istud pro claro hẽt Andr. Barb. inter consilia Cur. sen. nu. 66. sapienter optimus. col. 12. ver. pro qua consuetudine. dicens clarum esse, ꝙ statur dicto doctoris excellen. dicentis ita de consuetudine seruari, donec probetur contrarium.

Idem firmauit Dec. ultra locum præallega. in consi. 559. in casu venerabilis, vbi etiam dicit, ꝙ non est recedendũ a dicto Barto. in d. l. de quibus, quod est cõiter approbatum. Et idem nouissime firmant duo insignes modern. nationis Gallicæ, videlicet Bartholomæus Cassan. in consi. 64. viso ꝓcessu. num. 8. & Bertran. in consil. 362. nihil opponitur. nu. 5. 1. vol. cum itaque tot & tam excellen. docto. sic unanimiter concludant, nephas esse putarem, recedere a prædicta opi. quæ absque dubio est cõis. Et licet pleriq; non leuis auctoritatis uiri contrarium voluerint, tamen tenentes cum Bar. sunt num. plures & in magno excessu. Et ideo puto concludendum, iuxta communem consuetudinem, concedendas esse literas remissorias sæpe petitas in præsenti casu. Et prædicta communis opi. quòd creditur doctoribus de consuetudine attestantibus; loquor præsumptiuè, ut scilicet transferatur onus probandi in asserentem cõtrarium, multùm bene iustificatur. Et ad rationes contrarias respondetur per Dec. in d. consil. 559. & in d. §. mutui datio. ad quem. quia per omnes uideri potest, me remitto.

Addendo, ꝙ cum doct. de consuetudine attestantes pro ipsa sola ueritate ostendenda moueantur & nõ ut testes ab aliquo in iudiciũ producti, ut si dicãtur pro interesse amici producẽtis testificari, quo casu procedit id, qđ dicitur testi absque iuramento non est credendum, & etiam quædã alia requiri in eius examinatione, vt fidem faciat, de quibus per Alex. in d. l. post dotem. sol. mat. inspecta magna auctoritate & legalitate talium excel. doctorũ, in quibus nulla cadit suspitio, cõuenit eis in hoc saltẽ credi, ut præsumptionem inducãt, donec contrariũ probetur, vt supra dictum fuit, &

ita etiam per hanc uiam tolluntur fundamenta Alex. in d. l.
11 post dotem. † Et principalis conclusio nostra uidelicet,
ꝙ prædictæ literæ omnino concedi debeant, ultra iam dicta
egregiè firmatur de iure etiã posthabita consuetudine, de
qua supra per uberrimum doct. ac sua tempestate primariũ
inter cano. Fel. Sande. in c. cum causam. col. mihi 15. & 16. de
testib. in uer. fallit quintò, inquit enim, ꝙ regula & cõclusio
ꝙ in criminalibus examinatio testium alteri non est cõmittenda,
fallit quãdo testes essent extra prouinciam: quia tunc
potest talis examinatio committi. Nec ob. ꝙ iudex debet
uidere, an uacillent, & si opus fuerit torquererur supra in cõtrarium
allegabatur. Quoniam omnia hæc fieri potuerũt ꝑ
iudicem, cui committitur examinatio mediantibus literis
eũ sic requirentibus, utendo tñ sua iurisdictione. Et ipse postea
poterit rescribere examinatorum testium uacillationẽ
& uultus eorum qualitatem, & dicit Fely. ibi, ꝙ ita tenuerũt
Iac. Bu. Bal. & Imo. in d. auc. apud eloquẽtissimũ Io. de Ana.
in c. in tãtum. x. col. extra de collu. detег. Io. An. post Io. mo
na. c. romana. §. contrahentes. de for. compe. lib. 6. & Bal. in c.
si quis testium. in prin. de test. & licet plerique tenuerint cõ
trarium, quos ibi Fel. refert, ipse tamen asserit prædictã opi.
sibi placere, subdẽs, ꝙ tunc non dicitur officium committi,
sed exigi potius, ut per eum. Cum igitur in casu nostro testes
pleriq; examinãdi sint extra prouinciã, sequitur tales
12 literas cõcedẽdas fore. † Capitur enim prouincia in propo
sito nostro, quatenus subest iurisdictioni eiusdẽ Principis,
seu reperitur sub eodẽ regimine; ut uolunt do. post gl. ibi in
uer. j. in una prouincia. in l. fi. C. de prescr. lon. tem. 10. uel 20.
ann. & tradit Bar. in extrauag. quoniã nuper. in uer. lombardiæ.
Mediolanum autem, aut Venetiarum ciuitas nõ subest
iurisdictioni Pontificis, cui ciuitas Bononiensis subest, & sub
13 eodem regimine non reperitur ergo &c. † Præterea inquit
Fel. paulò ante locũ præallega. in uer. fallit secundò, ꝙ regula
& conclusio, de qua supra, fallit ẽt, quando ageret de crimine
per uiam exceptionis; nam tunc examinatio testiũ cõ
mitti põt, & sic ueniunt concedendæ literæ remissoriæ, & dicit,
ꝙ ita etiam tenuit Pet. de Anc. in c. x. §. testes. in prin. de
testi. lib. 6. ut per eum. ad quẽ te remitto, sed in casu nostro
de crimine falsi agitur per uiã exceptionis, ut in themate
cõstat, ergo &c. Ex prædictis itaq;, & aliis adductis per do.
Consultorẽ saltem omnibus simul iunctis intrepidè & absque
aliqua dubitatione cõcludendum puto, literas remissorias,
prout pretium fuit omnino concedendas esse.

Mar. Soc. iun. Iurisconsf. Paduæ legens in primo loco uespertinæ lectionis. 1539.

C A S V S.

Reperitur quædã scriptura priuata stilo mercantili sub præscriptis uerbis, die 15. Ianuarii 1535.

Noi Camillo Pannolini & Alexandro di Oratio promettemo a uoi Gioã Antonio Saraceni, che tutto quello che fa rette dare a cambio per la fiera di pasqua presente, questa parola presente fu cassa, & scritto proxima, a Battista Critello sopra di noi siamo contenti esserui tenuti & obligati di conseruarui senza danno; perche di nostra commissione, & ad instantia nostra lo fate & vogliamo esserui obligati in solido, & per nostra chiarezza si è fatta questa polizza di mano di me Alessandro di Oratio, quale sarà sottoscritta di mano del detto Camillo Pannolini.

Et ita prędictus Camillus subscripsit manu propria.

Et post infra paucos dies diuersis uicibus & dieb. & a diuersis mercatoribus ordine & mandato dicti do. Io. Antonii Saraceni Baptista prędictus accepit ad cambiũ Venetiis, vbi scripturas prædicta facta fuerat, marcas 16x. auri soluẽdas siue restituendas Lugduni in nũdinis pascatis prędicti anni 1535. Et pro eo dixerit literas cambii Baptistę Pannilino & fratribus mercatoribus Lugduni commorantibus, quas literas subscriptas manu dicti domini Io. Antonii uti principalis dedit illis mercatorib. a quibus prędictas marcas ad cambium acceperat.

Deinde

Deinde antequam nundinæ paschatis uenitent Baptista Triuellus ex aduersa eius fortuna in parrib.orientalibus ui sus est bona diminuere,& quasi ꝓ fallito (ut sic dixerim) habebatur, & idem dici cæperat de Alexandeo Oratii mercatore in ciuitate Venetiarum, similiter ex mala eius fortuna.

Peopter quod Baptista Partolinus & socii Lugduni noluerunt in prędictis nundinis paschatis literas sibi directas, de quibus supra, acceptare.

Et sic reuersæ fuerunt cum solitis protestationibus &c. Adeo ut Io. Anton. Saracenus peo suo honore conseruando fuerit coactus soluere prædictis mercatoribus illas marcas 162.auei.

Nunc autem prædictus Io.Anto.petit a prædicto Camillo de Pannolinis uigore prædictæ scripturæ sua manu subscriptæ se conseruari indemnem, producens ad hoc libros suos regulatos in ciuitate Bononiæ.

Plura ex aduerso opponuntur, & inter cętera, quod d. scripturæ priuatæ nulla est adhibẽda fides peopter illam cassationem & interlineatuream, dum peimò loquebatur, ꝑ la fiora di pasqua presente, & nunc legitur di pasqua proxima, maximè stante quodam statuto Bon. in curia mercatorum. sub rub.de li notarii.in uer.& detti notarii non possano &c.

Opponitur etiam, quòd cassatio & interlineatura ꝑdicta non caret suspicione falsitatis: quia pręsumitur facta per domi.Io.Ant.penes quem fuit d.scriptura,& cuius interest, ut legatur proxima,& non presente,& ita do.Io.Ant. imputatur de falsitate,& ut falsarius petitur puniri.

Qui de consensu rei conuenti,& communi uoto utriusq; partis prædictam priuatam scripturam ex processu extraxit confidens satis superque sufficere prædictos libros regulatos, nõ tamen d.scripturę renunciauit, sed uoluerunt ambæ partes perinde haberi, ac si non fuisset producta.

Sed ex aduerso quantùm ad libros prædictos opponitur, quod etiam eo prætextu Io Antonius potest dici falsarius, cum in eis nulla fiat mentio ꝑdictæ scripturæ priuatæ, & ad hoc allegat quoddam aliud statutum in eadem curia in additionibus sub rubri.de le letere di cambio, quod incipit. E perche alcuna uolta occorre. cuius statuti & etiam ulterius, de quo supra, copia transmittitur.

Ipse autem Ioan. Antonius prædicta negando asserit in primis, quòd cassatio illa & interlineatura, quę in scriptura priuata reperitur facta fuit per Alexandrum Oratii, qui totam scripturam fecit,& quidem statim,& incõtinenti uidẽs se errasse in illo uerbo præsente, seu potius nõ clarè expressisse mentem contrahentium,& asserit Ioan.Ant.se hoc legitimè ostensurum.

Et quantùm ad suos libros regulatos replicat, quòd non est in terminis statuti sibi oppositi,& ultra etiam, quod statutũ illud non est in usu,& uiridi obseruantia, præsertim in terminis, in quib.reperiuntur scripti sui libri regulati in partita, quæ in præsenti casu producitur.

Quibus sic stantibus de pluribus contingit dubitari.

Et primò, utrum do.Io.Ant.debeat admitti ad probationem suæ innocentiæ,& illius, quod asserit super illa cassatione, siue emendatione prædictæ scripturæ.

Secundò, utrum peo d.probatione faciẽda, & pro testib. examinandis, qui sunt extra iurisdictionem Bononiensem, debeant ipsi concedi literæ remissoriæ ad alienos iudices.

Tertiò, utrum Alexander Oratii, & Baptista Criuellus circa prædicta examinari possint, ut fidem faciant.

Quartò, utrum stantibus narratis in puncto etiam ubi testium probatio nulla haberi posset, præsumatur emendationem prædictam factam fuisse, ut Io.Anto.asserit, an uerò quod ipse sic emendauerit,& sic, ut ita dicam, falsificauerit dictã scripturam.

Quintò & ultimò, utrum Io.Anto. attenta partitã suorũ librorum regulatorum, de qua agitur, possit dici falsarius, ita dicta partita reddatur nulla pręte×tu statuti in curia mercatorum ultimo loco supra allegati.

SVMMAE.

De imputato de falsificatione scripturæ, utrum sit audiẽdus, si de sua innocentia docere uelit.
Et utrum ex suspicione falsitatis quis possit damnari, an uerò requiratur plena probatio.
Et plura pro executione imputari de falso.
Nũdinæ apud mercatores quæ sint, & quo noĩe uocẽtur.

1 *Probatio in crimine falsitatis contra imputatum de falso debet de necessitate concludere,& inf.nu. 8.*
2 *Instrumentum aut scriptura debet quocunque modo interpretari, si fieri potest, ut falsitate careat.*
3 *Suspicio falsitatis an pro falsitate habeatur, ita ut condemnari possit.& inf.nu.8.*
4 *Scriptura falsa apud aliquẽ reperta præsumitur per eũ falsificata.*
5 *Scripturam aliquam in iudicio producens, si postquam ei oppositũ quod sit falsa eam extrahit de processu, quasi nollens ea uti, an uideatur confiteri eam esse falsam,& inf.nu. 13.*
6 *Confitenti falsitatem non est danda dilatio innocentiam probandi. Et in confessum nullæ sunt partes iudicis, nisi in exequendo.*
7 *Iudex ex officio potest recipere defensiones ad probationem innocentia reorum.*
9 *Quando aliquid potest haberi pro falso, & non falso, pro non falso debet accipi.*
10 *Falsarius perdit honorem,& amplius homo non dicitur.*
11 L.iubemus.C.de prob.*quomodo procedat.*
12 *Falsitatis suspicio pro falsitate habetur, nisi ueritas probetur.*
13 *Scriptura, seu instrumentum, si dicatur, quòd sit suspectum de falso ob interlineaturam, uel cassationem aliquam, non potest ille de falso puniri, sed scriptura carebit uiribus, nisi de eius ueritate ostendatur.*
14 *Fallitus in ciuilibus in testem admittitur, sed non in criminalibus contra aliquem accusatum.*
15 *Falliti admittuntur ad probandam innocentiam inculpati. i.ad probandum factum, ex quo innocentia resultat. Et similiter domestici & familiares.*
16 *Falliti & infames possunt in testes recipi super his, quæ ab ipsis gesta sunt, licet aliàs repellantur.*
17 *Testes aliàs inhabiles admittuntur in subsidium, quando res gesta aliter probari non potest.*
18 *Infamis, infamia facti in subsidium in testem admittitur etiam ubi aliàs non admitteretur.*
19 *Dictum unius testis non omni exceptione maioris sustinetur per aliud dictum alterius testis fidei integræ. Idem si concurrant alia probabiles coniecturæ.*
20 *Lex non præsumit aliquem deierare uelle aduersus fratrem, multo minus aduersus seipsum,& ad eius damnum.*
21 *Cassatio, seu interlineatura aliqua si reperitur in aliqua scriptura existente penes aliquem, præsumitur per eum facta.*
22 *Dispositio pro certo tempore facta in alio tempore non procedit.*
23 *Nundinæ quot celebrentur inter mercatores quò ad pecunias permutandas, seu de loco ad locum transferendas.*
24 *Dispositio quando in uno tantum uerificari potest, ualet in eo dispositio, ac si de eo nominatim mentio facta fuisset, etiam quod essemus in odiosis.*
25 *Epiphaniæ festum non dicitur pascha, sed simpliciter epiphania, seu dies epiphaniæ. Sed pascha appellatur resurrectionis dies.*
26 *Communis usus loquendi, & quòd appellatione paschatis ueniat epiph. probari debet.*
27 *Communis usus loquendi mercatorum debet attendi in gestis inter mercatores.*
28 *Factum gratia declarationis sensum non alterat, nec aliquid nouum inducit.*
29 *Viginti milliaria dantur pro qualibet die de iure ad aliquod iter faciendum.*
30 *Contrahentes non censentur uelle aliquid, quod uerisimile non est.*
31 *Actus suos ualidos & nõ frustratorios quis præsumitũ facere uelle.*

32 *Stipulatio est inutilis, si quis stipuletur Romæ aliquid sibi hodie Carthagini dari.*
33 *Et stipulationi, si non est expressum tempus, censetur id tacitè adiectum, quo promissum commodè expleri possit.*
34 *Argumentum ualet ab eo, quod est solitum fieri; ut sic id factum credatur.*
35 *Factum esse præsumitur id, quod fieri consuetum est.*
36 *Quod uerosimile est, pro uero haberi debet.*
Et quod uerosimile non est, credendum non est.
37 *Intentio contrahentium declaratur ex his, quæ post contractum sequuntur.*
Et uoluntas etiam facto declaratur.
Et posterior euentus à tituli primordio formatur.
38 *Actus secutus declarat intentionem actus præcedentis.*
39 *Interlineatura, seu cassatio facta in aliqua scriptura præsumitur quòd incõtinenti fuerit facta; cũ sit scriptura unita, & connexa.*
40 *Falsitas dici non potest, in qua ueritas non mutatur.*
41 *Fama bona alicuius in genere legitimè probat omnem suspicionem, & etiam omne indicium criminis & malæ famæ purgat.*
42 *Fama bona innocentiæ præsumptionem inducit.*
Et interpretatio illa capi debet etiam in crimine falsi, quæ excuset à delicto.
43 *Rationem naturalem allegare sufficit.*
44 *Dictum naturale ita debet iudicem mouere. sicut.*
45 *Intellectus infirmitas est quærere legem, ubi aliquid naturaliter sentimus.*
46 *Præsumptio maior aliam minorem excludit.*
47 *Probationes omnes arbitrariæ sunt, & iudicis arbitrio relinquũtur.*
48 *Allegare sufficit. quòd iudicem ad credendum inducat talem suo iudici esse ueritatem.*
49 *Debitor bis cogi non debet soluere.*
50 *Scriptura dicitur sub conditione facta, quando habet dilationem, uel relationem in futurum euentum, maximè incertum.*
51 *Verba enunciatiua in actu obligatorio per se non disponunt.*
52 *Statutum quod non est in usu, per desuetudinem dicitur abrogatũ.*

CONSILIVM LXI.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis: & iustitiæ.

INspectis & diligenter consideratis his, q̃ in themate narrantur, utcnon ẽt inspecto elegantissimo consi. excel. Consultoris mihi uti fratris honorando. qui tñ non oẽs prædictasq. tetigit, uisa est p̃
sens consultatio primo aspectu aliqualiter dubia cõtra prædictũ Io. Ant. tametsi postea maturius cogitãdo senserim,
ipsum Io. Ant. plenissimã iustitiã fouere, ut ex ĩ dicendis in
qualibet quæstione ex themate accepta apertissimè osten
detur. Capiendo itaq; primã q. pro eius resolutione aduer-
tendũ est; qa uĩ indubitanter cõcludendum do. Io. Anto. ad-
mittendum ad probationẽ suæ innocentiæ, si ipse uelit in se
tale onus suscipere. Quinimò uidetur, ꝙ innocentia eius di
catur probata eo ipso ꝙ contrarium nõ ꝓbatur, & sic p so-
1 lã negationẽ falsitatis. † nã in crimine falsitatis cõtra impu-
tatum de falso probatio de necessitate cõcludere debet, ut
2 declarat Bal. in l. iurisgẽtium. § qd ferè. ff. de pac. † subdens
ꝙ quocũq; & quacũq; interpretatione instrumẽtũ, aut scri-
ptura possit tolerari & adiuuari, ut careat falsitate, id fieri
dẽt, & istud ꝓcedit ẽt ex regula generali, qua dĩ, ꝙ in crimi
nalib. probationes ad cõdẽnandũ debent esse luce meridia
na clariores. l. fi. & ibi tradunt oẽs. C. de prob. Et certè aliqd
maioris claritatis uidetur in crimine falsi requiri ex inten-
tione Bal. in d. §. ꝙ ferè, cũ uideatur aliquã specialitatẽ pone
re in crimine falsi, & ita mentẽ Bal. uĩ declarare Dec. in con
si. 175. In cã falsitatis. 4. col. uer. quib. tñ nõ obstã. & in consi.
615. Visa inquisitione. j. col. quæ etiam cõcludit, ꝙ in crimi-
ne falsi probationes cõcludere debent de necessitate, aliàs
reus, & q de falso imputaẽ, uenit absoluẽdus, & ad hoc plu-
res doc. concordes allegat, ut p eũ. Et ad hoc facit regula. l.
q accusare. cum sua materia. C. de eden. l. q sniam. C. de pœ.
& l. fi. C. de prob. cũ si. Et ubi sola negatio non sufficeret, at-
tẽto ꝙ Magnif. uir Io. Antonius Saraceno de p̃tenso crimi
ne falsitatis nõ põt conuinci, saltẽ posset admitti ad purgã
dũ se canonicè, iux. c. 1. & p totũ, extra de purga. cano. & ita
sua innocentia demõstrata ueniret a quacunq; nota, & im-
putatione falsitaria absoluendus, ut p totũ illũ titulũ, si igiẽ
sola negatione saltẽ cũ canonica purgatione ueniret absol-
uendus fortius ei concedendum est, ut etiã aliis probationi
bus de sua innocẽtia doceat, si tale onus in se assumere uelit.
3 † Sed aduertendum est: qa duo uidentur dubiam facere p̃-
dictam conclusi. Primũ: quia in crimine falsitatis dici solet
ꝙ suspicio falsitatis pro falsitate habetur, ita ut condemna-
ri posit, ꝓut uoluit Arch. in c. in memoriã. 19. dist. alle. l. iube
mus. C. de prob. ibi, quasi falsarios, ad qđ ẽt uidetur tex. in
c. porrecta, ibi, tanquam falsitatis actores, & ibi no. Abb. de
confir. uti. uel inut. & dictum Arch. refert, & sequitur Alex.
consi. 77 In causa accusationis. col. fi. uer. corroborãtur præ-
dicta. lib. 1. cũ concor. ut per Dec. in consi. 615. Visa inquisi-
tione. in prin & per Cur. iunior. in consil 64. Præsupponitur
in facto. 3. col. sed isto casu adest falsitatis suspitio, p p d. cas-
sationẽ & interlineaturã, iux. tradita p Bal. in l. si unus, post
4 medium. uer. non tamen nego. C. de testa. ergo &c. † Maximè
attento ꝙ d. scriptura sic cassata & interlineata reperieba-
tur apud d. do. Io. Ant. per ea quæ ibidẽ Bal. subdit in uersi.
5 quærit hic Pet. † Secundum, quod contra prædicta uidetur
facere, est: quia prædictus do. Io. Ant. scripturam illã priua-
tam per se productam, postquam ei de suspicione falsitatis
fuerat oppositum, extraxit ex processu & secũ portauit, ex
quo uidetur, ꝙ noluerit amplius ea uti, & quasi fassus fuerit
illã falsitatis notã pati, seu taliam ẽt, prout ei oppositũ fue
rat, prout uidetur ꝓbare in l. si aduersarius. C. de fi. instr. &
ibi ita tradunt post gl. Cy. Bal. Sal. Pau. de Ca. & alii, & ita ẽt
uĩ firmare Aug. in l. si falsos. post glo. in uer. astrinxerit. C. ad
6 l. cor. de fals. † Si igitur suspicio falsitatis præallegata debet
haberi pro legitima probatione falsitatis, & plus etiam ip-
se do. Io. Ant. uisus est talem falsitatem fateri, nõ uidetur cõ
ueniẽs dare ipsi facultatem probandi suam innocentiam,
cuius contrariũ dicitur constare per suã confessionẽ. in con
fessum. n. nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando, seu
in exequendo. l. 1. & ibi tradũt Pau. de Cast. & alii. ff. de con
fess. & habetur in l. proinde. in fi. ff. ad l. aqui. cum si. ut p Hip.
in consi. 12. Cor mundum crea. nu. 52. & in cõsi. 94. Auxilium
domini. nu. 6. Prædictis tamen non obstantib. uerum, & pro-
cul ab omni dubitatione arbitror conclusionem supra posi
tã, ut. s. omnino sit admittendus prædictus Io. Ant. ad proba
7 tionem suæ innocentiæ per prædicta. † Et plus ẽt dico, ꝙ ibi
Io. Ant. si id non peteret, deberet tamẽ iudex ex suo officio
recipere probationes pro innocẽtia & defensione ipsius sic
de falso imputari, sicut illud est generale fauore cuiuslibet
rei accusati uel inquisiti, ut l. si nõ defendaẽ. in fi ff. de pœn.
& per illum tex. tradit Bar. in l. 1. §. si quis ultro. in uer. nota
tria mirabilia. ff. de quæst. in l. 4. §. hoc autem iudicium. in 4.
q. ff. de dam. infec. & in consi. 100. A domino Cyno. col. fi. uer.
ad idem ubicunq; 1. uol. cũ multis concor. allegatis p Hip.
in d. §. si quis ultro. in 8. col. in prin. & in consi. 81. Salua om-
nium in te confidentium. col. 8. sub nu. 54. Si ergo absq; par-
tis petitione potest, & debet iudex ex officio suo perquire-
re, & recipere defensiones & probationem innocentiæ reo-
rũ, multo magis in casu nostro debet admittere ipsum do.
Io. Ant. ad docendum de sua innocentia, si tale onus in se su
scipere uelit, & ita aliàs arguit Bar in cõs. 107. Visis omnib.
8 statutis. post princ. 1. uol. † Nec huic conclusioni obstant duo
in contrarium allegata, nam ad primum responderi potest
primò, ꝙ immo sola suspicio falsitatis non sufficit, sed requi
ritur, ꝙ probatio de necessitate concludat secundũ Bal. in
d. l. iurisgentiũ. §. quod ferè. supra, de pac. & Dec. in d. consil.
615. ut supra dictũ fuit, quicquid dixerint Arch. & alii in con
trariũ allegati, & istã opinionem uirtualiter sensit gl. fi. in d.
§. quod ferè, ut ibi uoluit Bal. & clarius Ias. ibi, qui ẽt hoc se-
quitur.

quient.2.col.uer.& hoc hẽs.5.notare,dicens,ꝙ hoc tenet ẽt
Ang.ibi;& Sal.in l. de tutela.C.de in intc.rest.min. Hoc idẽ
rectè intuenti uoluit Pet.de Anch.in cons.24.Visa inquisitio
ne,per totũ,loquitur.n.in eo cõsilio in rã falsitatis, & uult de
cric esse concludenter probandũ, ut accusatus cõdemnari
possit,ut per eũ,hoc idẽ sæpe firmauit Alex.in consiliis suis
maximè in cõs.70.Viso processu inquisitionis.2.col. uer.ac-
cedit;quia ubi uerba,& in cons.74.Viso testõ Ioannis.4.col.
uers.nec ẽt uſ.ꝙ reneatur,lib.j & in cõs.190.Visis attestatiõ
nib.j col.uers.pro hor facit.lib.7.etenim in omnibus his lo-
cis inquit Alex. ꝙ ꝓbatio falsi dẽt esse concludens & necef
9 saria, † & ideo qđ aliquid pôt se habere ad falsum,& nõ fal-
sum,accipi dẽt ꝓ non falso,ut per eũ, qui semper alleg.glo.
Bal.& alios in d.§.qđ ferè.istud idẽ determinat d.Barth.Cæ
poll.Veron.io cõs.suo 21. Ego Barthnlomæus Cepolla mihĩ
col.8.uers.& ideo in cãsu nostro,& col.9. uers.circa secundã
falsitatem.ibi,& maximè in crimine falsi,mouetur auctori-
tate glo.& Bald.in d.§.qđ ferè;ut per eum. firmat hor idem
Dec.in d.cons.175.in loco præall.in cons.189.Lætatus sum.
2.col. uers.& hoc saltem nõ habere locum in isto crimine fal
si &c.& in d.cons.615.secũdũ ꝙ supra dedux i, idem dixit in
cons.10 r. Et pro tenui facultate.j.col. uers.non obst.ergo ꝙ
duo.& clarius,ac plenius hoc posuit ĩ d.c.porrecta.in 3.no.
de confit.uti.uel inutil.qui ẽt idem dixit in l.singularia.col.
pen.uersic.& adde,ꝙ probatio falsitatis.ff.si cert.pet.ubi ẽt
idem dixit insignis mod. d.Franc.Purpuratus.col.15. & idẽ
dixit ẽt alius egregius mod.uidelicet d.Franc.de Ripa in c.
cum ecclesia furtina. col.18.uers.sed aduerte;qa contrariũ,
de caus.poss.& propriet.& demũ idem uoluit Matth.de Af-
flict.in constit.Regni in const.ꝙ literas.lib.3.sub 4.not.post
And.de Iser.ibi.secundũ ꝙ ipse refert. Et sic ex his auctori-
tatibus constat magis cõem opin. esse, ut probatione in cã
falsitatis ad condemnandũ debeant de necessitate conclu-
10 dere,& non sufficere solã suspitionem, † esset enim satis du
rum & iniquũ,quẽ de falso damnari ex sola suspitione, attẽ
to maximè grauissimo ꝑiudicio,qđ ea tali condemnatione
homini infertur,perdit enim honorem,efficitur infamis, &
amplius homo non uř esse,cum sit sine fide,prout hęc & alia
plura ad propositũ tradit Io.de Ana.in rub.extra de cri.fal.
in uers.est ẽt sciendum, ꝙ crimen falsi est adeo abominabi
le &c.Matth.de Afflict.in decis.Regni Neap.decisi.404.fuit
per illustrem.prope fin.sub num.23.& sicut ista opi.uidetur
magis communis, ita etiam uidetur de iure uerior ratione
11 prædicta. † Non ob.d.l.iubemus.C.de probat.quia loqui-
tur quoad retẽtionem personæ,ut patet ibi, quasi falsarios
esse detinendos, & de simili detentione loquitur etiam tex.
in c.in memoriam. 19.dist. ut declarat Dec.in d.c.porrecta.
Nec ob.ꝙ in d.c.porrecta.dicatur, puniās tanquam falsi-
tatis actores, quia illud intelligi debet, si legitimè probař;
quia intelligitur pręhabita causę cognitione,ut egregiè ibi
dem declarat Dec. Secundò ẽt ad argumentum respon-
deri potest,ꝙ d.Archid.& sociorum fit uerum,si procedit,ni
si contrarium probaretur,& sic de falso imputatus se a tali
crimine immunem esse ostenderet, & contra suspitionẽ ue
ritas demonstretur,ut declarat Host.in sum.de crim.fals.in
uers.qualis probatio in ea requiratur. Immo ipsemet Ar-
chid. ita dixit in d.c.in memoriam, i.a etiam dixit Ioan.de
12 Anan.in rub.de crim.fals. prope fin. † Et similiter ita tradit
Alex.in d.cons.77.in contrarium allegato,& ferè omnes ubi
que,qui dicunt falsitatis suspitionẽ pro falsitate haberi, im
mediate dicunt, nisi ueritas in contrarium ostendatur , uel
similia uerba,ex quo manifestè colligitur,imputatũ de fal-
so omnino admittendum ad probandum de sua innocẽtia,
ut sic ueritatẽ cõtra suspitionem ostendere possit,& ita pro
priè dicendum est in casu nostro de Magnifico Io.Ant. Sara
13 ceno. † Non ob.modò secundum contrarium:quia respon
detur, ꝙ rectè intelligendo nihil facit, & in primis dico, ꝙ
illud procedit tãtùm,quando tractaretur,an possit quis uti
illa scriptura,quam ea processu extraxit, & concluditur ꝙ
non , loquendo tamen in terminis. l.& doctrinæ in contra-
rium allegatæ, non autem procedit, si quæratur, utrum de
falso sit puniẽdus, & pro falsario habendus:illud.n.dici non
pôt,ut per glo.& doct determinatur in d.l.si aduersarius.C.
de fid.instr.in proposita aũt q.pro nũc solũ disputatur,utrũ
d.d Io.Ant. admittatur ad docendũ de innocẽtia sua respe
ctu criminis falsitatis eidẽ obiecti;si.n.talis exactio nõ suffi-
čit,ad cõdemnandũ,ut ibi tradiř,nõ uideo si de tali delicto
tractetur,cur nõ debeat admitti ad probandũ se ab ipso de
licto innocentissimũ esse . Præterea & melius secundo loco
rñdetur,ꝙ allegata in contrariũ procedunt solũ,qñ qui ex-
traxit,id fecit expressè dicendo,se amplius nolle uti instřo,
aut scriptura extracta,sed ei renunciauerit,ut apertè pro-
batur in d.l.si aduersus, & ita docto.ibi intelliguntur loqui,
hoc aũt nõ contingit in casu nostro:qa do.Io.Ant.nec dictæ
scripturæ renunciauit, nec ẽt dixit, aut protestatus fuit, se
amplius nolle ea uti ueluti non uera , sed falsa, illud.n.nun-
quam confessus est,sed(ut in puncto dř)cum aduersario suo
cõuenit, ut extraheretur d.scriptura,& perinde haberet, ac
si producta nõ fuisset.Ex hoc tñ non debet inferri,ꝙ non pos
sit d.Io.Ant.de nouo eã producere,& illa uti,quatenus iusti
tia patiatur,si sibi uisum fuerit,modo de ueritate scripturę
doceatur. Et hoc eo maximè dicendum est.qa in proposito
non obiiciebatur de falsitate illius scripturæ in se:quia ue-
rã eam esse, & ab Alexãdro Oratii scriptã,& per Camillum
Pannolinũ,& Baptistam Criuellũ subscriptam fuisse aduer-
sarii confessi sunt,sed tantũ dixerunt,eã suspectam de falsifi
catione in illa interlineatura & cassatione.Dico.n.ꝙ in eius
modi rasu non pôt de falso dãnari,sed scriptura careret ui-
rib.nisi de eius ueritate doceatur per ea,quę egregiè tradit
Alb.Gand.in suo tract.de malefic.in tit.de falsa.j.col.prope
fi.in uers.sed pone instřm simpliciter productum,nam cum
loquatur,qñ super euidenti suspitione falsitatis sit lata sen-
tentiã,ut per eũ.fortius idẽ dicẽdum est in casu isto,ubi so-
lũ illa scriptura fuit de cõsensu partiũ extracta,ut supra, &
istud fundař in eo,ꝙ scriptura nõ probatur falsa, sed tãtùm
de falso suspecta,sicut in casu Gãdini cõtingebat de instřo,
& eius doctrinã in hoc uř approbare Fel.in c.præsentium.4.
col.in 2.concl.in fi.ubi in uers.& adde qđ not.Gãd.extra de
test.Et qa de his plenè scripsit excellentissimus Consultor,
ulterius non insistã,sed cõcludo absq; aliqua hæsitatione d.
Io.Ant.oĩno admittendũ esse ad ꝓbationem suæ innocen-
tiæ,& sic ꝙ cassatio & interlineatura,de quib.agiř, nõ ab eo
factæ fuerunt, sed ab Alexandro Oratii, qui scripturam illã
fecit,& immediate postq̃ illam fecerat.Hæc de j.q. Circa se
cundã q.concludendum puto unà cum excellentissimo Cõ
sultore literas remissorias oĩno esse concedendas prædicto
d.Io.Ant.prout aliàs iam mensis est,uel circa super isto par
ticulari articulo plenè scripsi,& ita consului,consilium meũ
signatum partib.tradidi , iõ ad ibi dicta me refero. Capio
mõ tertiã q.in qua breuiter & cõclusiuè loquendo arbitror,
ꝙ ꝑdicti Alexãder Oratii & Baptista Criuellus possit circa
ꝑdicta perhibere testimonium, ita ut fidem faciat non ob-
stante,ꝙ reputentur fallit,prout plenè & iuridicè, ut puto,
14 per d.Consultorem ostensum fuit, † nam licet ea eo, ꝙ pro
fallitis habeantur,uideantur apud graues hoĩes aliqua infa
mia laborare, seu dicantur notati infamia facti, & ꝑꝑ illud
forte repellantur a testificando in rã criminali aduersus ac-
cusatos,ut per Bart.& alios in l j.C.de summ.tri.& fi.cath. &
tradit Io.Crot in tract.de test.in 3.char.uers.circa infamiã
facti &c. tñ non repelluntur in causis ciuilibus,prout est cã,
de qua agimus,licet aliquid de fide diminuatur, ut uult gl.
in l.2.§.duæ causæ.de carb.edict. & traditur per Bart.in l.2.
ff.de senat.per Ias.in l.j.col.fi.uers.primus est. C.de sum.tri.
& fid.cath.in j.lect.& ẽt in 2.col. 11.uersi.circa secundum, &
per cano.in c.testimoniũ.de test.& pro regula tradit Cro.in
d.tract.de testi.chart.9 in uers. 12.quæritur,& Stepha.Aufr.
15 in decis.capellæ Tolosanæ,in q.173. † Et licet uideatur ali-
quo modo agi in casu isto de crimine falsi.s.per uiam exce-
ptionis.tñ ex quo prædicti testes producuntur non ad pro-
bandum crimen contra imputatũ de tali crimine, sed e a ad
uerso ad probandã innocentiam inculpati.i.ad probandũ fa
ctum,ex quo talis innocentia resultat,debent oĩno admitti,

cum ad talem finem etiã testes aliàs inhabiles admittantur,
ueluti domestici, seu familiares & cõcubicularii, iuxta doc.
Spec. in ti. de inquisi. §. 1. uer. sed nunquid reus, & tradit Alc.
in consi. 24. Animaduersis his. col. pe. uer. & fortius dicit Spe
cu. lib. 2. cũ concor. alle. p dñm Consultorẽ. Et ultra cum ita
16 firmat Cro. in d. trac. de test. char. 3. col. 4 uer. 4. fallit. † Et ma
ximè hoc dicendũ est in casu isto: quia pdictis Alex. & Bapti
sta examinãdi sunt sup his, q̃ ab eis gesta sunt, eo. n. casu ẽt
infamis infamia iuris, qui oino a testimonio solet repelli, est
admittendus, & fidẽ facit, ut egregiè firmat Pau. de Ca. in l.
2. §. si absens. ff. si ex noxa. cau. aga. & in hoc casu cũ Pau. tran
sit ibi Alex. & seqtur Iasan l. 1. col. pe. uer. 2. fallit. C. de sum.
tri. & fi. catho. in 1. lec. & supra per Consultorem dictũ fuit.

Et licet hoc in infame infamia iuris apud aliquos habeat
dubitationẽ. Tamen si sit infamia facti tantũ, ut in casu no-
stro, de plano pcedere debet, cũ oiuo aliàs admittaẽ, & hoc
q de suo facto deponat, faciet, ut nihil de fide eius diminua-
tur, ut aliquid plus fidei i se habeat, put cõuenit, iux. tradi-
ta p Pau. de Ca. in l. quicunq;, in fi. C. de ser. fug. cum concor.
ut p patruũ, & do. meũ Soc. in cõsi. 28. Visis testib. 2. col. uer.
3 qa illi sacerdotes. 3. uol. & p Dec. in cõsi. 342. In cã partus.
2. col. uer. & altercatio dictarum mulierum. Præterea ẽt q p̃
dicti testes debeant admitti, & fidem habere suadetur; quia
sunt examinandi super eo, quod ferè nullus aliis põt esse no
tum, & quod ex sui natura habitu & actu plures testes habe
re non poterant, uidelicet, utrũ cassatio & interlineatura de
qua agitur, fuerit facta stati, & incõtinẽti fcã ipsa scriptura,
& p eum, q eã scripsit. Ad id. n. testes non fuerunt aliqui uo-
cati, nec uerosimiliter solent uocari, cum talis scripturæ fi-
des, & probatio cõsistat in subscriptionib. ppria manu illo
17 rum q obligabantur factis. † Dico. n. q. ẽt aliàs inhabiles in
simili casu admittũtur; qa dicuntur in subsidiũ admitti, ita
uoluit Bar. & sequuntur alii in d. l. 1. C. de sum. tri. & fi. cath.
ut ibi p Ias. in 2. lec. col. 11. uer. itẽ no. qđ dicit Bar. & in spe
cie loquuntur ibi doc. de infamib. ut p eos, idẽ firmat in si-
mili & alios allegat, & p Dec. in d. cõsi. 362. 2. col. uer. ad hoc
18 respondetur, dicens q de hoc est communis regula, † Et q
infamis infamia facti in subsidium admittatur in testẽ etiã
ubi aliàs nõ admitteretur, firmat etiã Cro. in d. trac. de test.
char. 3. 2. col. uer. 2. fallit in subsidium. Et cũclusio p̃dicta eo
magis pcedit in proposito: qa (ut speratur) testes prædicti
deponent id, qđ est uerosimile, & plurib. coniecturis, & q dẽ
urgentissimis cõprobatur, ut patebit ex dicendis infra seq.
quæstione, uidelicet, q cancellatio & interlineatura, de qua
agitur, fuerit facta per Alexandrum Oratii, qui totam scri-
pturã illã ppria manu fecit, ita ut cesset omnis suscriptio
adversus d. Io. Antonium, † nam quãdo cum teste, q aliàs nõ
19 est oĩ exceptione maior, seu de cuius fide aliquid diminuiẽ
concurrit alia probatio digna oĩ fide, puta alius testis notæ
& spectatæ fidei, auferiur ab eo omnis dubitatio, & eius di-
ctũ seu fides suppletur p superabũdãtiã fidei alterius testis
ut est do. Bal. in l. si qs ex argentariis. §. cogentur. ff. de eden,
cũ concor. ut per Ias. in d. l. 1. 2. lect. col. 12. uer. item inquan-
tũ dicunt doc. C. de sum. tri. & fi. cath. & p Cro. in d. trac. de
testi. char. 2. col. 4. uol. uer. 3. limita. & char. 9. col. 4. uer. no. ta
men, q si testis infamis. Et quod dicitur de conteste summę
ac spectatæ fidei, dicendũ est ẽt de coniecturis plurib. pro-
babilib. & maximè urgentib. per locum ab idẽtitate rõnis,
iux. l. illud. ff. ad l. aqui. l. fi. C. ad l. fal. & c. constitutionẽ. de re
gula. lib. 6. cum si. Ex his itaq; & aliis deductis per do. Con-
sultorem unà cum eo concludo, q Alexãder, & Baptista præ
fati poterũt in p̃senti causa examinari, & eis erit adhibenda
fides. Quod etiam uel ex eo suadetur, quia deponẽdo (ut spe
ratur) secũdum quòd supradixi, dicẽtur deponere cõtra se
ipsos maximè Alexãder, nam si vnquam uenerit ad meliorẽ
fortunã tenebitur, & ipse uigore suæ promissionis inquãtũ
facere poterit, arg. l. 4. in prin. ff. de cess. bon. & eorum q̃ tra-
dunt doc. in l. j. C. qui bo. ced. poss. propter quod uerosimile
cuilibet fieri dẽt, q ita deponẽdo solum pro ipsa ueritate,
20 quæ oia uincere debet, deponet, † nemo. n. delectabit & fal-
sum deponere ad damnum ipsius uerosimiliter loquendo, nã

si hoc lex non præsumit aduersus fratres; ut in c. literas. cir-
ca med. ibi, p̃sertim in fratres, de præsump. & tradit Dec. in
d. consi. 342. uer. secunda rõne &c. minus aduersus seipsum,
arg. notatorum per gl. & doc. in l. præses. C. de serui. & aqua.

Capio modò quartam q. in qua uidetur prima fronte di-
cendum, p̃dictam cassationem & interlineaturam, q̃ nunc
in scriptura, de qua agitur, reperitur facta fuisse p prædictũ
dom. Ioann. Antonium, ex eo quia apud eum reperitur, & p
21 mansit a tempore, quo facta fuit, † nam semper si qua cassa-
tio reperitur in aliqua scriptura, præsumitur facta per eum,
apud quem erat talis scriptura: ut uoluit Bal. in l. si unus. in
uer. quærit hic Pet. quid si nescitur. C. de testa. cũ concor. ut
ibi tradit Ias. col. fi. uer. limita doc. Bar. Et maximè hoc uide
tur dicendum; qa prædicta cassatio cum sua interlineatura,
uidetur ualde utilis prædicto Io. Antonio, nã si legeretur di
pasqua presente, ut prius erat scriptum, & sic intelligeretur
de nundis paschatis epiphaniæ, quæ tunc instabant, nullum
ius haberet aduersus ipsos Camillũ, & Alexandrũ pro pecu
niis de qb. agitur, cũ sint datæ pro nundinis resurrectionis,
22 † nã dispositio p certo tpe facta non procedit in alio tpe. l.
imperator. ff. de postu. & l. si qs substituerit, cũ cõcor. de qb.
ibi per Iasan 2. no. ff. de uul. & pu. subst. Verùm cum mõ ui-
gore cassationis & interlineaturæ legitur, di pasqua proxi-
ma, & ita uerba sonent de nundinis resurrectionis absq; du
bio prædicti Camillus, & Alexander essent obligati, si scri-
ptura talis esset attendenda pro dictis pecuniis sic pro nun-
dinis resurrectionis receptis attẽto ergo interesse prædicti
Io. Antonii unà cũ eo, q talis scriptura fuit apud ipsum, sem
per uidetur dici posse præsumptionẽ esse, q ipse fecerit talẽ
cassationẽ cum sua interlineatura ad sui utilitatẽ, & ad dam
nũ prædictorũ Camilli & Alexandri. Et istud uidetur forsas-
se præsumere statutũ, de quo in puncto, sub rub. delli notarii
in illu uer. & detti notari non possano &c. nã cum prohibeat
notarios recipere scripturas cancellatas, aut interlineatas,
in quib. cadere posit suspitio fraudis, aut falsitatis uidetur
p̃supponere cancellationẽ, uel interlineaturã factã fuisse p
partẽ producentem: qa aliàs de falsitate & fraude nõ conue
nienter suspicaretur, ita ergo uidetur in pposito dicendũ,
q cassatio & interlineatura prædicta uideaẽ, seu præsumaẽ
facta per ipsum Ioan. Antonium, q scripturã illam pduxit.
His tn non obstantibus contrarium absque dubitatione de
iure uerius esse arbitror, & ita conclusio stantib. his, quæ in
facto narrantur, cassationem & interlineaturã factã fuisse p
Alexandrum Oratii, put ipse totam scripturam sua manu
fecit, & ita oino præsumendũ esse, ut sic omnis tollatur suspi
cio aduersus prædictum Io. Ant. Et hoc ex plurib. euidenter
23 ostendi potest. † Et in primis præsupponendum est in facto
quæ inter mercatores celebrantur quò ad pecunias pmu-
tandas, seu transferẽdas de loco ad locũ, hoc est dicere quo
ad cãbia, put uulgò dicitur quolibet anno quatuor nũdinæ.
Primæ de mense Inuarii post festũ epiphaniæ, quæ cõiter
appellãtur nundinæ apparitionis, qa, s. tunc apparuit stella
magis illis ab oriente uenientib. &c. ut legitur Mathei. 2. Se
cundæ post festũ resurrectionis do. nostri Iesu Christi, & istę
appellantur nundinæ resurrectionis, seu planiori uocabulo
paschatis, cum secundùm ortodoxam ecclesiã in toto chri-
stiano orbe festum tale cõiter pascha uocetur. Tertiæ uerò
celebrantur de mense Augusti circa festum Ascensionis Ma
riæ Virginis, & ab illo mense nocantur nundinæ mensis Au-
gusti. Quartæ & ultimæ post festum oĩum Sanctorum, & a ta
li die appellantur nundinæ oĩum Sanctorum, & sic uulgari
sermone, si dimandãdo la fiera di apparitione, fiera di pas-
qua, fiera di Agosto, & fiera di tutti i Santi. Et iste mos cum
ubiq; reperiatur, p̃cipuè seruatur in ciuitate Lugduni, & ĩ ci
citate Venetiarũ. Et sciendũ est ẽt, q nundinæ apparitionis
incipiunt Lugduni celebrari statim post festum epiphaniæ,
& sic die 7. Inuarii, & durant 15. dies continuos, & non ultra
prout hæc mihi in facto præsupponunẽ. His ita positis dico,
q cum in scriptura illa per manũ Alexandri Oratii scripta
diceretur prius, per la fiera di pasqua presente, ni fallor, cla
rũ erat, q intelligebant partes loqui de nundinis pascatis,
quia

qa sic verba illa, la fiera di Pasqua sonāt, qñ.n.uerba p se cla
ra sunt, non cadit qõ uoluntatis.l.ille aut ille. §.cū in uerbis.
ff de leg.3.cū cõcor.de quib.ibi p gl. Si igitur de nūdinis pa
schatis intellexerūt, ergo seqtur, q de nundinis resurrectio
nis; cū nullæ aliæ nundinę sint, quę sub noīe pascatis demō-
24 stranī, ut dictū est, † qñ.n.dispō.seu eius uerba in uno tantū
uerificari possunt, ualet in eo dispō perinde, ac si de eo no-
minatim facta fuisset, ēt q essemus ī odiosis.l.2.& ibi tradūt
doct.ff.de lib.& posth. Et dicere, q immo et nundlæ appa-
ritionis uulgariter appellanī, la fiera di Pasqua, intelligen-
do della Pasqua di Epifania, put in alleg.ī in cōtrarium nī
psupponi, mihi uī, q sit somniū uigilantium, quoniā nullibi
reperiī, q festū Epiphaniæ dicatur, aut aliquo mō appelleī
Pasqua, sed simpliciter dī Epiphania, siue dies Epiphania-
25 rū, ut est rex.& ibi gl.in l.oēs. C.de fer. † Et notandū est, q
in ea l. sit ēt mentio de paschate pro die resurrectionis, ex
quo colligi pōt, q Epiphania non appellatur Pascha, nam si
id esset, sicut ibi Imperator appellauit Pasca diem resurre-
ctionis, ita pfecto fecisset de die Epiphaniæ, non fecit, ergo
intendit illā diem nō dici Pascha, arg.l.unicę.§.sinaūt ad de-
ficientis. C.de cad.toll.& c.ad euidentiā, extra de decimis,
26 cum si.& istud, ni fallor, in iure est plusq̄ clarū. † Et si dicaī,
si nō de iure, saltem de facto, & ex cōi usu loquendi dī & ap-
pellatur Pascha. Respōdetur, q q istud asserit, cū sit facti, de
bet probare, ut noluit Bar.in l.Labeo.ff.de supell.leg.dū ibi
dat modum, quo cōis usus loquendi probari debeat, & tra-
dit Alex.in cōs.37.Viso themate.5.col.uer.12.non ob.lib.6.
& Curt.sen.in cons.9.Ticinensi statuto.8.col.in fi.uers ad a-
liud, q usus loquendi cū multis cōcor. qui allegari possent,
sed iste cōis usus loquēdi, ut credo, nec articulatus, nec pro
batus est, nec ēt (ut arbitror) pbari posset, ergo &c. Et plus
dico, q nō sufficeret pbare apud uulgares Epiphaniā appel
lari Pascha, sed oporteret pbare apud mercatores in dan-
dis, & recipiendis pecuniis ad cābia esse cōem usum loquē
di, q nūdinę apparitionis appellentur, la fiera di Pasqua, qđ
ni fallor, nusquā fiet; cum cōis usus apud oēs mercatores sit
27 contrariū, ut ī dictū est, † & in gestis per mercatores cōis
usus loquendi mercatorum attendi debet, ut tradit Dec.in
cōs.7.Et pro tenui.3.col.in uer.modò ponderanda sunt uer
ba. Sit itaq; firma concl. q uerba illa, per la fiera di Pasqua;
nundinas resurrectionis importabant, & nō alias. Quo stan
te dico, q ex sequēti illo uerbo pñte, prout primò erat scri
ptū non alterabatur rectè intuentib. sensus pdictus, nā uer-
bum pñte, debet intelligi rōne propinquitatis, nec est ser-
mo reprehēsibilis, nec insolitus, nā si tunc de mense Iunii di
xero, farā hoc questo Luglio presente, nō arbitror sermonē
reprehensibilē, & credo q oēs intelligent de proximo: quia
mensis pñs non Iulius, sed Iunius appellatur, & uerbū illud
pñte, tolerabitur rōne instantię: qa instat, & erit primus mē
sis post istū, & ēt ad dfiam aliorū mensium Iulii, q in futuris
annis uenient. Sic igitur in pposito, cū aliæ non sint nundi-
næ Paschatis, quā illæ resurrectionis, oportet, ut uerbū illud
pñte, intelligatur scriptū rōne instantiæ nundinarū pascha
tis qa instabant, & erant primæ nūdinæ post illas apparitio
nis, quarum tpe fuit facta pdicta scriptura, & sic mihi uī, q
si adhuc legeretur, presente, nō fuisset illa scriptura aliter in
tellecta, q̄ pro nundinis paschatis resurrectionis tunc instā-
tib.& quodāmō psentib.rōne ppinquitatis, & ita arbitror,
q apud mercatores talis scriptura oīno intelligeretur, si su
per hoc examinarentur. Vnde fateor, q non sonabat uerbū
illud, pñte, expressè & clarè mentē ipsorū contrahentiū. Vn
de uidēs hoc Alexander, q scripturā fecit, uolens magis pro
prijs uerbis rem clarā facere, fecit illam cassationem & in-
terlineaturā, ut sic legatur, per la fiera di Pasqua prossima,
28 † quę cū sit facta gratia declarationis, & clarioris intelligē-
tiæ non dēt alterare sensum, nec nouū quid inducere, arg.l.
heredes palā.§.sed si notā, & eorū quę ibi dñt doct.ff.de test.
Et mihi fit uerosimile, q cassatio & interlineatura fuit facta
de contrahentium oium consensu & uoluntate, si nouerunt
prius aliter fuisse scriptum, uel si non nouerunt, dicam, q il
lam fecit ipse Alexander, ut clarius & expressius uoluntas
contrahentiū reperiretur scripta, ut dictū est. Et ex his seq-
tur, q idem importarent & eundem sensum haberent illa
uerba originalia, si nō fuisset facta cassatio & interlineatu-
ra, dū legebatur, per la fiera di Pasqua presente, qđ impor-
tant, & quē sensum hñt nunc cū cassatione & interlineatu-
ra, dū legitur, per la fiera di Pasqua prossima. Præterea & se
cundò, q partes oīno intellexerint de nundinis resurrectio
nis uulgariter nuncupatis, la fiera di Pasqua, & non de illis,
quę dñr, la fiera di apparitione, ostenditur multum clarè ex
eo, q scriptura facta fuit Veneriis 25. Ianuarii, quo tpe de
nundinis apparitionis secundū consuetudinem mercatorū
Lugduni cōmorantiū, ut mihi narratur, supererāt tantū 6.
aut 7.dies, infr.quos esset impossibile accedere de Venetiis
Lugdunū ad suscipienda, siue exigenda cābia, seu pecunias
ad cambiū daras pp maximam locorū pdictorum distantiā,
ut est motū, nisi more auiū qs volare uoluisset, uel (ut aiunt)
mutatis equis iter facere procurasset, & ad huc nescio, an tē
29 pus suffecisset. † Sed posito q ita fieri potuisset, tñ non sic
dicēdū est, sed dēt intelligi tempus habile ad iter pdictum
secūdū, q a lege declaratur.i pro quibuslibet 20.milliarib.
debet una dies cōputari, iux.l.j.ff.si qs cau.l.lcitē oportet.§.
aliud, ff.de excus.tut.& §.q.n.inst.eo. & tradūt can.in c.non
nulli.in prin.de rescr.& in c.statutū.§.cū aūt.eo.tit.lib.6. Vel
forte dēt tps habile reputari secundū cōsuetudinē regionis
& ipsorū mercatorū, ut per gl.& doct.in d.c.nōnulli. & in d.
§.cū aūt. Sed neuter ex modis pdictis accipiendo illis paucis
simis dieb.potuisset qs ire Lugdunū pro dictis cābiis exigē
dis, ut dictū est. Et maximè, qa tunc tpe factæ scripturę nō
fuerūt datæ tales pecuniæ ipsi Baptistę Criuello, sed solùm
fuit pmissum de indēnitate Io.Anto.p illis pecuniis, quas
ipse faciet ī se dari ad cābium pdicto Baptistę. Ex quo con-
stant, q post dictā scripturā erant dandæ pecunię. put ueri
tas fuit: qa postea diuersis dieb.fuerūt datę diuersæ summæ
pecuniarū ad pdicta cābia uigore d.scripturę, & sic ex clara
intentione cōtrahentiū, ēt pauciores dies q̄ sint 6.aut 7.re-
30 mansuri erant de nundinis apparitionis, & forte nulli. † Et
cōsequenter sequitur, nisi qs uelit seipsum admodū decipe
re, q pdicti contrahentes nō potuerunt intelligere de ipsis
nundinis apparitionis: qa tunc dicerētur uoluisse quasi im
possibile, q nō est dicendū, iux.l.Lucius.§.pen. ff.ad munic.
cum si. Et plus ēt dico, q si eo mō intellexissent, uiderentur
uoluisse gerere actū inutilem & nullius momenti: qa si Ca-
millus, & Alexander nō fuissent obligandi, nisi p pecuniis,
q ad cābia darentur recipiendę, seu exigendæ in nūdinis ap
paritionis in ciuitate Lugduni, & illud tam breui tpe fieri
non poterat, ut dixi, sequitur, q nullo modo potuissent obli
gari, & ita dicerentur, actū nullum fecisse, q non cōuenit di
31 cere: † qa semper qlibet in suis actib.creduntur eos uoluis
se gerere ualidos & nō frustratorios per reg.l.quoties in sti
pulationib.ff.de uer.ob.& l.quoties.ff.de reb.dub. facit l 3.
in prin.ff.de mil.test.& c.cum olim, prope si.ibi, inclusionem
32 ipsius donationis &c.de sent.& re iudi. † Et ad hoc q si de
tali tpe intellexissent pp impossibilitatē diceretur eorum
actus & obligatio nullius momenti, facit l.3.§.si qs ita.ff de
eo qđ cet.loc.dum ibi dī, q si Romæ existens stipuletur ho-
die dari Carthagini, inutiliter stipulatur pp impossibilita-
tem. Hinc est, q si in tali stipulatione nō esset expressum tps
cēseret taciè adiectum illud tps, quo cōmode pmissum ex
pleri posset, ut d.§.si qs ita.& l.interdū.in prin.& l.cōtinuus.
§.cū ita.ff.de uer.ob.& hoc ne aliàs si pñs tps intelligeretur
per regulā.l.in omnib.obligationib.ff.de reg.iur.& l.cū q.§.
quoties.ff.de uer.obl. stipulatio redderetur inutilis contra
uerosimilem mentem contrahentiū, sic itaq; seqtur ex istis
in pposito nostro, q ubi alia nō urgerent, partes nō possent
dici intellexisse de nundinis apparitionis, q̄ tunc currebant,
meritò ergo concludi dēt, q oīno intellexerunt de nūdinis
resurrectionis tunc proximè futuris. Tertiò istud idem de-
mōstratur ex consuetudine cābiandi, ut sic dixerim, nam in
ter mercatores stilus est & consuetudo, q pecunię ad cābia
recipiātur, de nundinis in nundinas, uerbi gratia, accipiam
decē marcas auri in nundinis Augusti restituēdas in nundi-

nia oĩum sanctorũ, uel qd simile, nõ aũt est de more, ꝙ in nũ
dinis Augusti accipiã eisdem nundinis restituturus. Et ista
cousuetudo hẽt secum naturalem rõnem, si quidem ista cã
bia fieri solent pro usu, & cõmoditare recipientiũ, nam inte
rim pecuniis receptis utuntur pro suis necessitatib. & nego
tiis opportunis. Er licet fortasse aliqñ fuerit uisum contra-
rium, tũ illud procedere potuit aliqua particulari rõne, &
espresse apparere debuit ex uerbis, ex quib. apparebat re
33 cessum a cõi consuetudine cãbiandi. † At ubi ita expresse
non appareat, contrarium ualere dẽt argumentũ a tali cõsue
tudine, ut sic id factũ credatꝛ, qd fieri solitũ est. l. certi condi
ctio. §. si nũmos, & ibi tradunt Bart. & alij maximè Ias. in 3.
not. ff. si cer. pet. not. gl. & ibi tradunt doct. in l. j. C. de arb. &
in l. neq; natales, ubi Bal. C. de prob. cũ si. de quib. per Hipp.
de Marsi. in sing. suo j. arg. a cõiter accidentib. & p Ias. in d. §.
si nũmos. Vnde cũ in ꝓposito reuocatur in dubiũ, ꝓ quib.
nundinis essent accipiendæ pecuniæ, de quib. indẽnitas pro
mittebatur p̃dicto Io. Ant. Saraceno, ex quo accipiebantur
tpe nundinũ apparitionis, credendum est, si ex alio res esset
dubia, ꝙ ueniebant accipiendæ pro futuris nundinis, ut s. ꝓ
futuris nundinis uenirent restituendæ, & consequenter pro
nundinis Paschatis resurrectionis: quia sic cõiter inter mer
catores fieri soler, & ita hoc mõ arguendi in simili utitꝛ Bal.
in l. cum in te. C. de don. ante nup. in uer. modò hic occurrit
34 alia dubitatio, ibi, tu dic &c. † Illud. n. qd est consuetum fie
ri, p̃sumitur esse factũ, ut inquit Bal. in l. neq; la j. C. de nupt.
ubi ẽt in simili ita arguit, & istud argumentũ in ꝓposito no-
stro, ubi rectè consideretur. ni fallor, concludentissimum ui
debitur. Attento maximè, ꝙ Baptista Criuellus erat mer-
cator de lapidib. preciosis, & carens hic pecunia eam quære
bat, ut circa prædictos lapides se exerceret, prout mihi asse
ritur, esse notissimum omnib. eum cognoscẽtib. quod certè
facere minimè potuisset, si in nũdinis apparitionis pecuniæ
per eũ recipiendę fuissent restituendæ, quoniã quasi incon-
tinenti fuissent restituendæ, ita ut nec ei datæ uiderentur,
arg. l. qui sic. ff. de sol. Quartò ueritas prædictorum probatꝛ
ex eo, ꝙ post dictam scripturã secutum fuit, nã dieb. imme-
diate sequentib. accepit p̃dictus Baptista plures marcas au-
ri ad cãbium expresse ꝓ nundinis Paschatis resurrectionis,
hoc est dicere, da restituirli per la fiera di Pasqua in Leone.
& ita de hoc factæ fuerunt literæ solitæ mercatorib. Lugdu
ni cõmorantib. directẽ, ꝙ soluerent in p̃dictis nundinis Pa-
scatis &c. Et totum id fiebat p̃dicto Io. Ant. sic ordinante &
se obligante, qui id faciebat cõfisus in promissa eidẽ sua in-
demnitate per p̃dictos Camillũ & Alexandrum. Et plus ẽt
(ut mihi asseritur) in libris Venetæ rõnis & societatis p̃di-
ctorũ Camilli, Alexandri, & sociorũ reperiũtur scriptæ & di
stinctæ partitæ de qualibet quantitate, quã d. Camillus ac-
cipiebat ad cambiũ per Leone, & per la detta fiera di Pas-
qua. † Et ita de istis in talib. libris fit expressa mentio, tanq̃
ꝙ p̃dicti Camillus, Alexãder, & socii super tali re prætende
rent interesse, ꝙ ex eo solum erat: quia de indẽnitate ꝓmi
serant p̃dicto Io. Ant. & ita sciebãt se teneri, ꝙ certè nõ fuis
set, si noluissent obligari in talẽ casum, sed solũ qñ pecuniæ
reciperentꝛ ꝓ nundinis apparitionis, nã tũc ad eos nihil p-
tinuisset de receptis per la fiera di Pasqua, & ita uerosimili-
ter de eis nõ fecissent aliq̃ mentionẽ in eorũ libris. Vnde cũ
expresse sic senserit, cuilibet sanæ mẽti uerosimile fiet, eos
sciuisse se teneri, & cõsequenter ꝙ scriptura, de qua agitꝛ, lo
quebatur de pecuniis, per la detta fiera di Pasqua recipien.
35 † Et qđ uerosimile est, dicendũ & concludendum est, & ꝓ
uero haberi debet. l. cum res. in prin. ff. de leg. j. l. Iulianus. §.
p̃terea. ff. de act. empt. & c. solicitæ, de test. spo. sicut per con
trariũ, qđ nõ est uerosimile, non est credendũ, aut recipien-
dũ. l. nõ est uerosimile. ff. qđ met. caus. cum si. immo qđ est re
motum a uerosimili, dꝛ habere imaginẽ falsitatis, ut inquit
Bal. in l. j. 3. col. C. de ser. fug. Alex. in cons. 97. In cã & lite. in
fi. 2. uol. Ias. in l. si extraneus. ff. col. ff. de cond. ob caus. & Dec.
in cons. 644. Viso & perfecto. 2. col. Et non est dubium, libris
p̃dictis fidem esse dandam contra ipsum Camillũ & socios,
prout tradunt Bar. & alii in l. admonẽdi. ff. de iureiur. & eau.

in c. j. de fi. inst. & fuit dictũ glo. l. quidã. §. nummularios. ff. de
eden. in uers. decurritur, & Bar. in l. nuda. 2. col. uers. circa se
36 cundum. ff. de dona. † Ex his ergo, quæ secuta sunt ipsam
scripturam, declaratur qualis fuerit in ipsa intentio contra
hentiũ, cum uoluntas & intentio ẽt facto declaretur. l. Pau-
lus. ff. rem rat. hab. & l. reprehendenda, ubi gl. & doc. tradũt.
C. de inst. & subs. sub cond. fac. cum si. & talis præsumitur ori
go causæ, qualis sequitur effectus secundũ Bal. in l. certis an
nis. 3. col. C. de pact. qui ẽt paulò post dicit, ꝙ posterior euen
tus forn atur a primordio tituli, iux. l. j. C. de imponen. luer.
descr. lib. 10. Et sic in proposito nostro inspectis his quæ se-
cuta sunt, de quib. supra apertè arguitur, & concludendum
est, ꝙ in illa scriptura cõtrahentes oĩno intellexerunt de nũ
37 dinis resurrectionis. † actus enim q sequitur, declarat inten
tionẽ in actu præcedenti, ut inquit Bart. in l. cætera. §. fi. ff. de
leg. j. & tradit Dec. in cõs. 189 Lætatus sum. 3. col. in cõs. 421.
Plenè & subtiliter. 3. col. uer. non ob. si dicatur, & in cõs. 476.
Conclusionem, post princ. qđ est subscriptio ad unũ consi-
lium meum. Et dꝛ istud argumentum a posteriori, ut in simi
li declarat Bal. in l. multum interest. j. col. uers. uenio ad se-
cundam partem. C. si quis alte. uel sibi. hoc est dicere, poste
riora declarant præcedentia. Si igitur prædicti contrahen
tes uoluerunt loqui de nundinis resurrectionis. Et ideo di-
xerunt, per la fiera di Pasqua, ut iam dixi, sequitur, ꝙ in ali-
quo illa scriptura non dꝛ alterata, ex eo ꝙ nunc legitur, di
Pasqua proxima, sed potius magis declarata mens contra-
hentium, q̃ prius esset, dum legebatur, di Pasqua presente,
tametsi arbitror, ꝙ etiam si eo modo legeretur, eũdem sen-
sum haberent illa uerba, secundùm ꝙ supra deductum fuit.

Et ex istis oĩb. inferendũ est, ꝙ cassatio & interlineatura
p̃dicta præsumitꝛ facta nõ animo falsificandi, aut fraudandi
quempiã, sed animo magis declarandi, & clarius exprimẽdi
38 contrahentiũ intẽtione a quocunq; facta fuerit, † sed ut su
pra dictum est, credendũ est, ꝙ facta fuerit per illũ Alexan-
drũ Oratii, qui totã scripturam illam propria manu fecit, &
præsumendũ est, ꝙ incontinenti facta fuerit, cũ sit cõnexa,
seu unita cum ipsa scriptura, sive pars eius tantum, ꝙ in si-
mili concludit Bald. in l. j. in fi. ff. de his quæ in testam. delen.

Et stantibus prædictis, prout de iure procedere uñr, &
ego uerissima arbitror, infertur, cessare oẽm suspitionẽ ali-
cuius falsitatis contra p̃dictum D. Io. Anto. Saracenum, ẽt si
ipse talem cassationem fecisset, quod tñ absolute est falsum.
39 † Nam falsitas dici non põt, in qua ueritas substãtialiter lo
quendo nõ immutatur. l. quid sit falsum. ff. ad l. Corn. de fal.
& in auc. de instr. cau. & fi. in princ. In qua dolus nõ est. l. nec
exemplo. C. ad l. Corn. de fal. cum concord. ut per Hipp. in
cons. 111. Clementissimi Dei. 3. col. uers. ad cõfirmationem.
Et quæ nulli nocere põt, nec facienti prodest. l. damus, & ibi
glo. & doct. dicũt. C. ad l. Corn. de fal. & declarat Bal. in rub.
C. de fid. instr. 5. col. uer. & confirmatur: quia cũ non dicatur
falsa, & tradit Alex. in cons. 53. In cã & lite. 3. col. uers. prete
rea falsum non cõmittitur. 7. uol. & plenè prosequitur Hipp.
de Marsil. in cons. 77. Dñs labia mea aperiat. 2. col. uers. 2. cõ
currit alia coniectura. Ex iam dictis. n. apparet in casu isto
ueritatem nõ fuisse mutatam per illã cassationem & inter-
lineaturã respectu substantię ipsius scripturę, sed potius de
claratam, item dolũ nullũ interuenisse eius, qui cassauit, nul
lũ inde emolumentũ ad eũ peruenire posse, nec alteri dãnum
inferri ex tali cassatione & interlineatura, ergo in ꝓposito
nulla põt falsitas per quemq̃ cõmissa considerari. & præcipuè
p d. d. Io. Ant. p quẽ ẽt, ut credo, nõ fuit facta d. cassatio & in
terlineatura, ut iã dictũ est. Et ꝙ p eũ nõ sit facta aliqua falsi
tas, manifestè suadetꝛ ex legalitate & bona fama ipsius legalitẽ,
40 ut mihi asseritꝛ, ꝓbata, † nã bona fama alicuius ẽt in gñe legalitẽ
ꝓbata purgat oẽm suspitionẽ, si qua esset, imo ẽt purgaret
oẽ iudiciũ eris & malę famę, si qđ eẽt cõtra d. Io. Ant. ut uo-
luit Gãd. in suo ope malefi. secũdũ ꝙ refert & seqꝛ Bal. in l.
ea qdẽ. col. pe. uer. itẽ quęro, an infamatus. C. de acc. & ita ẽt
p̃dictos referẽdo, uult d. Bar. Veron in cons. 40. Lucius ciuis
consiliarius, mihi. 19. col. uers. sed unum aliud est, qđ p osset
nisi tñ mala fama in specię aliquib. exteriorib. circũstantiis

esset

esset iustificata, prout ēt & pallegati dixerūt, certè nō repe
ritur in casu nostro: qa nihil est, q contra ipsum Ioā. Anto-
nium urgeat, sed potius oīa suadent. cassationē cum sua in-
terlineatura factam fuisse p Alexādrum pdictum solùm ea
ratione, ut sic clarius uoluntas contrahentium exprimeref,
41 ut s deductum fuit. † Et q bona fama ipsius inducat psum-
ptionem suæ innocentiæ, ēt q aliqua contra eum facere ui-
detentur, faciunt plura cumulata per Hip. in consi. 34. Sum
mi numinis. 4. col. uer. operatur etiam. Et maximè hoc dicē
dum est: qa ēt si qua esset dubitatio, in dubio semp capi de
bet interpretatio, q facit quē immunem a delicto, & in spē
circa crimen falsitatis, de quo nunc agitur. ut uoluit Bal. in
l. iuris gentium. §. q fere. ff. de pac. Ale. in consi. 70. uiso pces-
su. 2. col. uer. accedit qa. 1. uol. cum cōcor. plenè cumulatis p
Hip. in consi. 21. Vocē meā exaudi. 2. col. & de his plura dicta
sunt s p do. Consultorem, ideo ulterius non insisto, sed ad
eum me remitto. Hoc demū addito, q prudenti, ac sensato
uiro nunq̄ fiet uerisimile, q Io. Ant. pdictu uir pfecto pru-
dentissimus, & in mercatura optimi iudicii, si falsitatem ali
quā cōmisisset, uel cōmittere decreuisset sub clipeo tm̄ d.
falsitatis suo piculo fieri fecisset exbursationē tā magnæ qti
tatis, attento maxiè q si falsitas illa fuisset euidens & oīb.
appareret, uel saltē cito fuisset detegēda, put plurimū in fal
sitatib. cōtingit, ut experientia efficax rerū magistra demō
strat. c. q̄ sit. de ele. li. 6. nō. n. tūc prudēs, ac sagax mercator
debuisse dici, sed potius fatuus, & sui patrimonii iactator
cōtra psumptionē iuris, iux. l. cū de indebito. ff. de pb. & ita
naturaliter cōsiderādo arbitror quēlibet uirū bonū, ac iudi
cē circūspectū estimaturū nullā falsitatē cōmissam fuisse p
42 pdictū Io. Aut. † etenim satis est allegare naturalē rōne, ut
uř tex. in l. scire oportet. §. sufficit. prout eū ibi pōderat Bal.
43 ff. de excut. tut. † Hinc dixit egregiè Iser. in pœmio feud. co
lu. pen. q naturale ac rōnabile aliquid dictū debet ita mo-
44 uere iudicē sicut ipsa l. † Et aliàs dicebat Arist. q infirmitas
intellectus est qrere legē, ubi aliquid naturaliter sentimus,
proue eū refert, & seqtur Ang. in consi. 174. Thema sup quo,
prope fi. uer. & eodē mō rūdetur, & alibi ēt, ut tradit Ias. in
auc. si qua mulier. in 3. col. uer. & per Bal. facit. C. de sac. san.
ecc. Ex prædictis ergo, multis aliis prætermissis gratia bre
uitatis, concludendū est, nullā falsitatē cōmissam esse p do.
Io. Ant. ēt si p eū fuisset facta cassatio pdicta cū sua interli-
neatura, q tn̄ absolutè negaf & concluditur, q saltē psum-
ptiuè fuerunt p pdicta facta p Alexandrū Oratii clarioris
itellectus, & maioris expressionis, secundū q s deductū fuit
Non ob. mō allegata s incōtrariū; quoniā ex pdictis ubi re-
ctè oīa cōsiderenf, clara resolutio ferè oīum contrariorū p-
cipief. Nā dn̄ primò dicebaf, q cassatio psumitur facta per
eū, penes quē scriptura reperitur? Rūdetur illud procedere
psumptiuè, & sic ubi contrariū non appareat, sed in pposi-
to nostro contrariū satis probabiliter apparet, ut s est dictū
ergo &c. Et si dicatur, q etiā cōtrariū solum psumptiuè est
ostensum, rūdetur primò, q immo (ut mihi asseritur) cōclu-
denter probatur p dispositionē testiū, & psertim ipsius Ale
xandri Oratii, qui (ut audio) asserit se talē cassationem, & in
45 terlineaturā fecisse. † Secundò etiā respondetur, posito q so
lum psumptiuè probaretur, dico, q talis psumptio uti ma-
ior & potentior tollit & extinguit aliā psumptionem in con
trarium allegatā. l. diuus. & ibi gl. in uer. æstimari. ff. de in in
teg. rest. & ibi ēt doc. tradunt, facit. l. cū de indebito. ff. de p-
ba. & c. tua de sponsa. tradit Alex. in consi. 124. Quoniā abū-
de. 2. col. lib. 6. Ias. in l. si extraneus. 2. col. in 4. no. ff. de cond.
ob. cau. & Hip. in sua pratica criminali. in §. diligenter, sub.
nu. 191. & fuit dictū Azo. in sum. C. de pba 2. col. Et ultra etiā
posito. non tn̄ cōcesso: qa est oīno falsum, q Io. Antonius ta-
lem cassationē fecisset, dico q ex eo nō dř crimen falsi cōmi
sisset, nec ex eo scriptura diceretur falsificata, sed potius de
clarata. ut ex prædictis constat. Et quod dicebatur, q cassa-
tio & interlocutoria in scriptura reperta uidebaf ualde uti
lis d. Io. Ant. nihil obstat, qa iā ex pdictis cōstat, illud nō esse
uerū, cum importaret scriptura, ēt si permāsissent uerba il-
la, di pasqua presente, ut supra est demōstratū. Nō ob. statu
tū in cōtrariū allegatū; in uer. & detti notari &c. quoniā rū
def primò, q illud statutū, si bene pōderef, loqtur solū de
scripturis iudicialib. ut est petitio, exceptio, replicatio, posi
tio, & protestatio, vel qlibet alia similis scriptura iudicialis,
ut ibi clarè, & exp. esse dř, sed scriptura, de qua agitur, nō ē
talis, ut ē notū, ergo &c. Secūdò ēt rūdef, q statutum loqtur
qn̄ ex cācelatione, aut interlineatura uerosimiliter insurgit
suspicio fraudis, ut ibi expressè dř in fi. sed in casu nostro ex
cassatione, & iterlineatura pdicta nulla fraudis suspicio ori
ri pōt, sed bene clarius ex ea exprimitur itētio cōtrahētiū,
ut s ostēsū fuit, ergo &c. Sec. n. idē uirtualiter iportabat pdi-
cta scriptura sine aliqua cassatione, & iterlineatura, q hodie
importat cū illis, ut plenè s deductū fuit, seqtur, q cassatio
pdicta cū sua interlineatura nō pōt dici habere suspitionē
fraudis, cū nulli partiū obsit, aut noceat, & cōsequēter seqf
q nō sumus in casu pdicti statuti, sic itaq; ex uibus s dedu-
ctis indubitāter cōcludēdū puto pdictā scripturā, D. Io. An
to. de falso redargui nullo mō posse. Et vt uerū fatear, cū in
pn̄ i cōsultatione intellexeri, sic de falsitate opponi, non pa-
rū sū admiratus, qn̄quidē, si rectè recolo, iā bienniū est, & ul-
tra, & sic (vt credo) ante motā litē, q reqsitus fui p pte d. Ca
milli Pānolini ď subscriptionē ad qďdā consiliū cuiusdā ex
cel. doc. factū i eius fauorē, quo tpe de falsitate nulla fiebat
qō, sed exhibebatur copia pdictę scripturæ, in qua de plano
legebatur, p la fiera di Pasqua psima, uerū cōtra eā ille ex
cel. cōsules defendebat Camillū pdictū, qa nō erat in ea ex
pressa certa qtitas, & qa uidebatur qdā promissio sine cā,
ac ēt tertiò, quia nō uerosimile, q Camillus uoluisset ad tā
magnā quātitatē obligari, q rōnes mihi tūc uisæ sunt ualde
dubiæ, & cōtra eas uidebatur tex. in l. si ita stipulatus a Seio
ff. de fideius. & ppea recusaui pdictū cōsiliū subscribere, ad
rōnes pdictas in scriptis rūdēdo, & cōsultāti tradēdo. Et cū
ista mea admiratione elicio optimū arg. q Camillus sēp, &
usq; ab initio nouit scripturā pdictā cōtinere illa uerba, p
la fiera di Pasqua psima, & q i cassatione & interlineatura
nō faciebat fundamētū, et (vt mihi fit uerosimile) apud eū, &
societatē illā Venetā sp fuit copia d. scripturę, attēto q erat
tā magnę ipurtātię put ē de more prudētū mercatorū i si-
milib. casib. vt arbitror, & pdicta copia erat verosimiliter cū
illis verbis, di Pasqua psima. secundū q i originali scriptu-
ra fuerat vsq; ab initio emēdatū. Et licet i hoc solo nō faciā
magnū fundā. tn̄ placuit ita referre, nā ex eo una cū aliis s ď
ductis nō dubito prudētissimos iudicare debētes iduci & de
clinari ad credēdū, ex pte Io. Ant. nullā fraudē aut falsitatē
46 interuenisse. Et hoc sufficit, ut ita iudicare debeāt, † cū pba
tiones oēs dicātur arbitrarię seu dicātur arbitrio iudicis cō
missę, vt uoluit Bar. i l. Lucius. ff. de his qui uo. insa. cū cōcor.
ut p Dec i cons. 448. Vis tota. 3. col. uer. mō his omnib. & in
47 cōsi. 463. In cā quæ uoiē. 4 col. uer. cogitabā, † satis ergo est
quid deduci et allegari, quod inducat iudicē ad credēdum
talē esse ueritatē suo iudiciu, arg. l. 34. eiusdē. ff. de testi. & de
clarat egregiè Cor. in col. 61. Visa, copia. 6. col. 3. uo. patronus
et do. meus. Soc. in cōs. 11. In cā dn̄ę Catherinę. 5. col. uer. illa
aūt. 3. uol. & Dec. in consi. 510. In casu, de quo agitur. 2. col.
uer. & sufficiens dř illa probatio &c. Sed q s deducta fuerūt
sunt talia, quæ sicuti me inducūt ad ita oīno credendū, sic ēt
arbitror, q inducent circūspectas, prudētissimos, ac ēt excel
lentissimos iudicare debentes, ergo &c. Superest quinta, &
ult. qō, circa quā breuiter & cōclusiuè pcedā: qa arbitror
rē clarissimā esse, & ipsius resolutionē facillimā. Dico itaq;
& ita cōcludendū oīno puto, q Io. Antonius ex partita suo-
rum librorum regulatorum, de qua agif, nō debet qūo dici
falsarius, nec partita ipsa pōt dici nulla, sed indubitatā fidē
facit, prout de talib. libris regulatis cōiter obseruatur in ci-
uitate Bononiæ, nō obstāte q in dicta partita nō fiat mētio
illius scripturæ priuatæ, de qua s locuti sumus, nequaquam
obstāte statuto, de quo ultimo loco in puncto fit mētio sub
allegata rubrica, delle lettere di cābio, nā ad illud rūdetur
primò, q statutū loqtur de lřis cābii & priuatis scripturis i
qb. qs clarè appareret debitor certę sūmę, uel rei, ita ut so-
lu pp tales lřas, uel priuatas scripturas nihilo ex trisecus cō

ſiderato poſſit ille debitor cõueniri & cogi ad ſoluendum,
& hoc oſtẽditur ex illis uerbis ſtatuti dũ dr̃, de qualche be-
ni, o quãtità di danari, che lui ha dato al tale, che le ha fato
il ſcritto &c. & tunc rõ ſtatuti uĩ eſſe, ne ſi in libro crearetur
iterũ debitor, nõ facta mentione primæ ſcripturæ, debitor
cogi poſſet bis idẽ ſoluere cõtra oẽ debitũ iuris & naturalẽ
48 rõnẽ: † cũ. n. uerè una ſit obligatio, ex prima ſolutione eſſet
ſublata, ut inſt. q̃b. mod. tol. obl. in prin. unde nõ cõueniret,
ꝙ iterũ ſoluere cogeret, facit l. ꝙ bis idem, cũ ſua materia.
ff. de uer. ob. Hæc aũt nõ cõtingunt in caſu noſtro, cũ ex illa
ſcriptura priuata nõ appareant Camillus & alii debitores
alicuius certę rei uel quãtitatis, ſed ſolũ promittunt cõſer-
uare indemnẽ Io. Antoniũ de oĩ eo, qđ ipſe faciet dari ad cã
biũ Baptiſtę Criuello &c. nec ex illa ſola, nihilo extrinſecus
cõſiderato, poſſent Camillus & ſocij ad aliq̃d cõueniri, aut
cogi ad ſoluendũ, meritò ergo ſeq̃tur ꝙ nõ fuit neceſſariũ,
ꝙ in libris Io. Antonij fieret mẽtio talis ſcripturæ, cum. n.
ceſſet in caſu iſto rõ d. ſtatuti ceſſare debet ẽt eius diſpõ. q̃. l.
adigere. § q̃uis. ff. de iure pat. l. per retentionem. C. de u u. &
49 c. cũ ceſſante. de appell. cũ ſi. † Secundò ẽt rñdetur, ꝙ ſta-
tutum loq̃tur de ſcripturis. in quib. de præſenti, hoc eſt tpe,
quo confectæ ſunt, appareat aliq̃s debitor, & non q̃ñ habe-
rent dilationẽ, & relationem in futurũ euentum maximè in
certum; q̃a tunc dicerentur illæ ſcripturę ſub cõdõne factę,
iux. l. dies incertus. ff. de cond. & dem. & tradita per Bart. in
l. j. eod. tit. & iſtud patet p illa uerba ſtatuti, che lui ha dato,
&c. nam important illa uerba, ꝙ cã obligationis iã pceſſit,
& ſic obligatio cõſtituitur de pſenti ſed in caſu noſtro non
ſic eſt; q̃a ſcriptura, de qua agitur, tpe quo facta fuit, nõ cõ
tinebat obligationẽ niſi per relationem, & dilationẽ in fu-
turum euentũ, & quidem incertũ, uidelicet, ſi Io. Anto. face
ret dari ad cambiũ Baptiſtæ Criuello, ut in ea dr̃, & ſi nihil
dari feciſſet, & ita condõ obligationis ceſſaſſet ex dicta ſcri
ptura, nullus ſecutus fuiſſet effectus, meritò ſequitur, ꝙ nõ
ſumus in terminis d. ſtatuti. Tertiò ẽt dici põt, ꝙ ſtatutũ
loq̃tur, q̃ñ in libris regularis creatur debitor idem homo, q
per ſcripturam priuatã debitor apparebat & ex eadem cã,
aliàs tale ſtatutum non haberet rõnem, contra c. erit aũt.
64. diſt. ſed in caſu iſto in libris regularis Io. Antonij creatur
debitor principaliter Baptiſta Criuellus. ubi in illa priuata
ſcriptura fiebant debitores, licet ad incertũ, & ſub cõditio
50 ne, Camillus & Alex. pdicti, ergo &c. † Et licet in partit. li-
brorum, ubi Baptiſta creatur debitor, dicatur, ſopra di Ca-
millo Pannolini, & Aleſſandro di Oratio, tñ illa uerba ſunt
enunciatiua. & ppea per ſe nõ diſponerent, cũ ſimus in actu
obligatorio, iux. doc. Bar. cõiter approbatã, in l. ex hac ſcri-
ptura, in 3. q. ubi aliquando dixi. ff. de do. & fuerunt talia ver
ba ſcripta, ut ueritati ſatisfieret, etenim ex cõmiſſione pdi
ctorum Camilli & Alexãdri Io. Ant. fecit dari ad cambium
ſummus pecuniarũ, de quib. in dictis libris pdicto Baptiſtę.
Quartò ẽt reſponderi põt, ꝙ (ut audio) ſtatutum pdictum
non eſt in uſu, & uiridi obſeruãtia ſaltẽ in terminis noſtris,
quando enim pcedit ſcriptura, ut ita dixerim, conditionata
cũ dilatione, & dependentia a futuro aliquo euentu, & quæ
uidet̃ in effectu q̃dam commiſſio, prout accidit in caſu iſto
ſi poſtea caſus eueniat, & per mercatores in libris regularis
fiat aliquis debitor ſecundũ, ꝙ caſus euenit, non eſt neceſſa
riũ facere in ei. mentionẽ primæ ſcripturæ. Et ſi nulla men-
tio eius fiat unquam, fuit uiſum, aut obſeruatũ, ꝙ cõtra ta-
les mercatores pcedatur ueluti cõtra falſarios, uel ꝙ cadãt
in aliquã pęnã, & iſtud puenit, ut credo, q̃a pro uero nõ eſt
intentio, ſtatuentiũ loqui in ſimilib. caſib. ut ex aliis reſpon
ſionib. ſup. datis conſtare põt. Et arbitror, ꝙ ſi de hoc mer-
catores examinarentur, ita profecto intelligerent pdictum
ſtatutum, ut ſcilicet caſum noſtrum & ſimiles nõ reſpiciat.
51 † Sed poſito, ꝙ intentio ſtatuti, aut ẽt uerba eius ẽt caſum
iſtũ & ſimiles cõprehenderent, dico, ꝙ ex quo amplius non
eſt in uſu, dicitur in hoc ſtatutum illud abrogatum per de-
ſuetudinem, iuxta l. de quibus. in ſi & ibi plenè tradũt Bar.
& alij. ff. de lega. Et cum ſcimus in iure municipali, non eſt
dubium, ꝙ potuit per deſuetudinem, & ſic tacito conſenſu
populi tolli & abrogari. §. ſed naturalia, in fi. inſt. de iur. nat.
gen. & ciui. cum ſi. Sit itaque ex pdictis in hac ultima q̃ſtio-
ne concludo, ꝙ Io. Anton. Saracenus pp partitam in eius li-
bris contentam, de qua agitur, non poteſt dici falſarius, nec
in aliquo uenit puniẽdus. Sed partita talis ita facit fidem &
probat, ſicut alia q̃libet in prędictis contenta. Laus Deo.
Mar. Soc. iun. Senen. Patritius, Paduæ legens. 1539

S V M M AE.

De conſuetudine unius familiæ, ꝙ maſculi excludant fę-
minas, an ualeat.
De cõtractu meticuloſo, an ſ. impediatur reſcindi ex eo,
ꝙ in eo dicatur, liberè, & ſponte, nõ ui, dolo, metu &c. & an
per renunciationem exceptionis, quod metus cauſa.
1 *Conſuetudo unius familia, quòd certumodo ſuccedant, ualet.*
2 *Conſuetudo, quòd fœmina in certis bonis non ſuccedat, ualet.*
3 *Tranſactio iuſtu & probabils metu facta non ualet.*
Et ſi in tranſactione ſit dictum, ſponte & motu proprio, non ui,
nec dolo: quia talia uerba non tollunt metum.
4 *Metu ſicut quis ad contrahendum inducitur, ita inducitur ad ea*
uerba proferenda.
5 *Renunciatio exceptionis, uel actionis quod metus cauſa metum fa-*
cit multiplicare.
6 *Contractus ſi quis dicitur ſimulatus, ſimulata etiam dicetur ſi-*
mulationis renunciatio.

CONSILIVM LXII.

Dirigat Dominus verba mea in viam
ueritatis & iuſtitia.

Diligenter profecto, abunde, & quam doctiſſimè
abſoluta eſt præſens conſultatio per præſtantiſ
ſimum iuriſconſ. dom. Nicolaum Guicciardinũ
mihi uti fratrem hon. & ita quidem, ut mihi de
ſubſcriptione requiſito locus addendi maximè reſtrictus ui-
deatur, & ob eam cauſam pauciſſimis agam. Eo etiam ad-
dito, quòd ſi uellẽ multa dicere, nec multitudo occupatio-
num: nec anguſtia temporis paterentur. Etenim breuiſſi-
mum tempus unius diei mihi conceſſum eſt. Breuiter ita-
que & concluſiuè loquendo, placet mihi concluſio per do.
Conſulentem firmata in fauorem nobilis, ac magnifici do.
Vbertini, ut ſcilicet ius habeat, & de iure eſſe debeat domi
nus totius caſtri Dritignani, de quo agitur cum omnib. con
nexis, ut in conſilio dicitur, ueluti ſolus maſculus ſuperexi-
ſtens ex deſcendentibus per lineam maſculinam ex do. An-
tonio de Vbertinis patre illorũ Nicolai antiquioris, & Leo
nardi, quorum nomine caſtrum prædictum fuit recommẽ
datũ Illuſtriſſimo dominio Florentino excluſis prorſus do.
Maria Antonia, & quibuslibet deſcendentib. ex ea. Et hoc
per tria illa fundamenta, de quibus ſupra in cõſilio. & quia
primum fundum. de capitulis factis in recommendatione
d. caſtri, & ſecundum de compromiſſo & laudo inde ſecuto
ſatis ſuperque iuſtificantur, & ab obiectis defenduntur per
excellentiſſimum Conſultorem nihil dicam ſuper eis.
Circa tertiũ uerò de conſuetudine iſtius nobilis familię
de Vbertinis, qđ plurimum mihi urgere uidetur, & propter
quod pcipue motus ſum ad ita tenendum, ultra deducta p
Do. Conſultorem dico, ꝙ pro iſto fundamento habemus in
terminis deciſionẽ Io. And poſt Vber. de Bob. in add. Spec.
in tit. de inſtr. edi. §. cõpendioſe. verſi. ſed nunquid, in parua
1 add. incip. interpoſuit Vbertus, ubi cõcludit† cõſuetudinẽ
unius familiæ, ꝙ certo modo ſuccedatur, puta ꝙ agnati ex
cludant fœminas. prout eſt cõſuetudo, de qua agitur, ſeruã
dam eſſe, & ita illum referunt & ſequuntur Ang. & Imo. in l.
3. ff. de teſt. & plenè tradit Iaſ. in l. omnes populi. col. 10. uer.
an aũt uns progenies. ff. de inſt. & iur. & in l ſi q̃s a filio. §. fi. j.
co. uer. adde forcius ff. de leg. j. & Guid. Pa. in cõſ. 131. Circa
proceſſum. co. 8. in prin. Et maximè hoc dicendũ eſt, ſi iſta
nobilis familia de Vbertinis habeat in d. loco iuriſdictionẽ
ſtatuen-

statuendi secundùm Alex.in l.si nõ speciali.2.col.C. de test.
sed & si talem iurisdictionem non habeat,idem tamen dicẽ
2 dum est,ut expresse tenet Ias.in d.l.omnes populi.†Facie ẽt
qđ dicit Cy.in l.2.C.de legi. hęre.& Bal.in auc.cessante.n.ti.
dicunt n.ꝙ ualet consuetudo , ꝙ fœminas non succedat in
certis bonis ꝙ ẽt uoluit Alex.p̃dictos referendo in consilio
75.Vilis & diligenter.5.col.1.uol.Nec ob.prædictæ conclu-
sioni q̃dam transactio in contrarium allegata facta per quõ
dam Bernardinum de Vbertinis, qui tunc erat dominus di
cti castri,in qua transactione(ut audio)fit præcipuum funda
mentum per partem aduersam.Quoniam per d. Consulen-
tẽ duob. modis optimè, & concludenter respondetur p eũ.
3 †Et dum primò dicit, trãsactionem prædictã nõ ualuisse,
nec debere sortiri effectũ,eo ꝙ fuit iusto,& probabili metu
facta p l.interpositã.C.qđ met.cau.& l. 1.ff.eo. & p totos il-
los tit.cum aliis per Consulentẽ deductis addo,ꝙ huic pri
mæ solutioni non obst.si in instrumento transactionis esset
scriptum,ꝙ d.Bernardinus sponte & proprio motu & libe-
rè nõ ui,dolo,uel metu,uel similia & ampliora uerba, ut so
lent poni in instrumentis.Quoniam respondet,ꝙ istis simili
bus uerbis metus non dicit cessare,qñ ex aliis est probatus
sed potius augetur,seu geminatur, ut notanter inquit Bal.
in trac. scismatis , qui imprimitur in eius lec.post. tit.C.si
quis aliquẽ test.prohi.in 6.col.uer.& si dicatur. alle. in arg.
4 l.doli.§.diuersum.ff.de noua.†Et hoc dictum Bal.refert & se
quitur Alex.in consi.156.Viso processu.1.col.lib.5.& proba
tur istud ratione;quia quemadmodum quis metu inducitur
ad contrahendum,ita etiam inducitur ad uerba p̃dicta pro
ferenda,quæ ad instantiam inferentis metum censetur pro
5 lata.†Et similiter etiam & per eandem rõnem dico, ꝙ non
obstaret,si in dicto instrumento fuisset renunciatũ exceptio
ni,uel actioni qđ metus causa:quia cum illa renunciatio fue
rit facta ꝑ metum,& causa metus perdurante, talis renun
ciatio ipsum metum dicitur multiplicare,& apertius demõ
6 strare secundum Bal.& Alex in locis prædictis.†Et ad præ-
dicta bene facit doct.Bar.in l.nemo potest.col.2. in uersicu.
quæro,an renunciatio.ff.de leg.dum concludit , ꝙ si probatũ
contractus aliquis simulatus, diceretur simulata etiam re-
nunciatio simulationis,quod ẽt firmauit in cons.61. Petrus
Nico. in fi.& tradit do.Barth.Veronẽ.in tra.de simula. con-
trac.in 26. præsum.2. col.uer. sed circa prædictas præsum-
ptiones.Et his ergo & aliis adductis per d.Cõsulentem re-
manet firma conclusio supra relata.Ad cuius corroboratio
nem alia plura adducere potuissem,& fortasse aliqua obstã
tia remouissem,nisi temporis angustia simul & maxima cõ-
sultantis instantia ab eo me retraxisset,itaque pro nunc his
paucis ero contentus. Laus Deo.

Soc.nepos iurisconsultus Paduæ legens.

C A S V S.

Magnificus Comes dominus Marcus de Thienis nobilis Vincentius de anno 1445.inuestiuit quendam Io. Vincẽtii de Bertapaga, & Bartholomæũ,& Ioannem Paulum fratres quondam Rigi de quadam petia terræ usque ad ann. 12.tantùm & ultra ad beneplacitum conductorum , ut latius patet publico instrumento,cuius copia transmittitur.

Decesserunt omnes prædicti conductores,& eorum hæredes per aliqua tempora continuarũt dictam terrã tenere & possidere, ut faciebãt eorũ auctores usque ad annum 1480. Quo tempore d.Ludouicus filius , & hæres prædicti domini Marci mouit litem contra d.hæredes conductorum, & cum esset diu litigatum cum uno ex hæredibus conductorum ꝓ sua tercia parte fuit facta quædam transactio, una alia tertia super qua nihil fuit transactum,iure hæreditario peruenit ad moniales omnium sanctorum, quæ soluerunt annuã pensionem usque ad annum 150.9 Magnifico do.Io. Galeatio filio,& hæredi prędicti d.Lud.

Sed post illud tempus,& ipse,& post eum eius filii,& hæredes recusarunt d.pensionem recipere, q tamẽ plenã notitiam prædictorum omnium non habebant.

Nunc autem uenerunt in lucem scripturæ de prædictis,& uellent isti filii d.Ioan.Gale.recuperare prædictam petiam terræ pro d.3.parte a prædictis monialibus.

Et omissis multis,de quibus posset dubitari,de his tribus ad præsens quæritur.

Primo,utrum uigore illius primæ inuestituræ petia terrę potuerit transferri in hæredes conductorum.

Secundò posito quòd nõ utrum prædictas moniales tueatur exceptio præscrip.

Tertia,utrum agere uolentibus aliquo modo obstent bulletæ quædam de receptione pensionis aliquorum annorum fac.per domi.Io.Galeatium.

S V M M Æ.

De locatione ad certum tempus , & ultra ad beneplacitum conductorum,quomodo intelligatur.

Et an beneplacitum transeat in hæredes.

Et an si longo tempore tenuerint soluendo pensionem , aliquid præscripserint.

Et an tacita relocatio,de qua in l.item quæritur.§.qui impleto.ff.lo.dicatur fieri per hæredes mortuo locatore.

1 *Inuestituræ tenor attendendus est.*
2 *Per locationem temporalem nullum ius in hæredes conductoris transfertur,sed ea finita omne ius extinguitur.*
3 *Verba ista,& ultra ad beneplacitum conductorum,in locutione posita,an ad hæredes transeat,sicut cætera iura hæreditaria,& infrà num.10.*
4 *Verba ista,ad beneplacitum,non liberam uoluntatem,sed arbitriũ boni uiri important.*
Idem de uerbo,placuerit.
5 *Qualitas in præcedentibus posita in sequentibus repetita censetur.*
6 *Temporis prorogati mensura non debet esse maior,quàm mensura temporis principalis.*
7 *Potestas data prorogandi compromissum pro eodem tempore intelligitur,pro quo primò factum erat.*
Et talis prorogatio semel tantùm fieri potest, nisi semel,& pluries dictum fuerit.
8 *Officium,uel beneficium aliquod,si alicui sit concessum per certum tempus,& deinde ad beneplacitum , tale beneplacitum ad tempus,quod in principio expressum erat,restringitur.*
9 *Prorogatio quando pluries fieri potest ,bis,aut ter solum fieri põt.*
Et quod ab initio tẽporaliter disponitur,in infinitũ deduci nõ debet.
11 *Voluntas,& beneplacitum morte finitur.*
Locatio facta,quoad locator uellet,morte finitur.
12 *Beneplacitum quando ponitur ad demonstrandum perseuerantiã antiquæ uoluntatis,morte eius ,ad quem refertur,finitur.*
13 *Argu.à sufficienti partium enumeratione in iure ualidissimũ est.*
14 *Possidens rem alterius scienter uti malæfidei possessor non præscribit.*
15 *Præscriptio tempore etiam longissimo , ubi est mala fides , non currit*
16 *Dominium utile conductoribus ad longum tẽpus acquiritur, quod finitur locatione finita.*
17 *Leges quilibet scire præsumitur.*
18 *Conductor sicut rem conductum, nec ius retinendi præscribere non potest,nec etiam eius hæredes,nec hæredes hæredum.*
19 *Oblatio solu pensionis ad euitandam caducitatis pœnam sufficit secundùm opinionem communem.*
20 *Conductor,uel eius hæres finito anno remanens in possessione per annum conducta tacitè uidetur de anno in annum reconduxisse.*
21 *Hæres locatoris si patitur cõductorem in fundo remanere, ex eius tacita consensu relocatio fieri censetur.*
Et quæ ex tacito consensu procedunt in persona hæredis tacitè consentientis,tacitè etiam procedunt.
22 *Factum ad unum finem eius contrarium operari non debet.*

CONSI-

CONSILIVM LXIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis: & iustitia.


Iso puncto,& eo unà cum oĩbus, quæ ad causam
faciunt,maturè consideratu,pro resolutione p̃-
sentis consultationis sequendo ordinẽ proposi-
tarum q̃stionum capio primã.Et circa eam bre
uiter instando:quia mihi uidetur res satis clara in iure, con
cludo,ꝙ prædicta petia terrę de iure non potuit,nec debuit
transferri in hæredes illorum conductorum,attẽto tenore
1 locationis,& inuestituræ,de qua in puncto,†qui tenor,ut oĩ
bus est notum,ante oĩa inspiciendus,& attendendus est, ut
tradit per illum tex.Bal.in c.j.in fi.de duob.frat. a ca. inue-
sti.Ro.in consi.33.uiso.in fi.& Dec.consi.435. in causa mibi
commissa.2.col.cum infinitis cócor. qui allegari possent, ut
2 per Ias.in consi 114.ad obiecta.col.3.prope fi.1.uol.† Primò
ergo dico, ꝙ in d.inuestitura, seu in instrumento locatio-
nis dicitur,ꝙ fiebat locatio temporalis per ann.12.tantùm
& illi fuerunt decursi in uita tempore ipsorum conductorũ
maritò nullum ius dicitur ex eo translatum in eorum hære
des,sed cursu anuo.12.fuit extinctum,quãtum ad ipsam pri
cipalem locationem,ut l.fi.ff.si ager uectig. uel emphy. pet.
cum si.Attento maximè ꝙ pósita est illa dictio taxatiua tan
tùm, q̃ uidetur omne aliud tempus excludere,iuxta doct.
Bar.in l.1.post pri.n.ff.si quis ius dicen.non obtempe.†Secun
3 dò dico,ꝙ nõ ob.si dicatur,ꝙ uerba p̃dicti instrumenti con
tinent,ꝙ locatio duret etiam post prædictos 12.annos,dum
in eo dicitur,& ultra ad beneplacitum suprascriptorum cõ
ductorum &c.ut sic dicamus,ꝙ beneplacitum illud,& ius ꝓ
rogandi locationem conductoribus quæsitum transierit in
hæredes,sicut & cętera iura transeunt;cum hęreditas sit suc
cessio in uniuersum ius,quod defunctus habuit l.hæreditas.
ff.de regul.iur.& l.nihil aliud.ff.de uerbo.significatio. Quo-
niam responderi potest,primò, quòd illa uerba non debẽt
sic intelligi,ut ipsam locationem possint facere perpetuã
quia istud repugnaret ipsi locationi,quæ in principio sui ba
ptizatur,ut ita dicam,temporalis:ut patet in instrumento
eius,dum in prin.dicitur,iure locationis tẽporalis &c. Alio
quin instrumentum prædictum uideretur sibi ipsi contradi
cere,& quasi incontinenti,se corrigere,qđ non est tolerãdũ
arg. l. ubi repugnantia.ff.de reg.iu.l.1.C.de fur.& l.non ad
ea.ff.de cond.& demon.Vt ergo talia uerba perpetuitatem
locationis non dicantur importare,uidentur sano modo in
telligenda,ut scilicet dicamus,& ultra &c.uidelicet ꝓ alijs
12.annis & ad tale tempus uidetur,ꝙ debeat extẽdi bene-
4 placitum conductorũ.†Maximè attento ꝙ uerba ista ad be
neplacitum &c.non liberam uoluntatem, sed arbitriũ boni
uiri uidentur importare,sicut de uerbo placuerit, tradit Bar.
in l.si sic.in princi.ff.de leg.1.& uidetur tex.quẽ Bar.ibi alle.
in l.Thais.§.sorore.ff. de fideic.lib.& ĩ terminis nostris tradit
Cor.in consi.92. placet mihi.2.col.2. uol. nulli autem dubiũ
arbitror,ꝙ bonus uir nunquam arbitraretur, quòd locatio
q̃ in eius prin.uocatur temporalis,debeat ex uoluntate con
5 ductorum,uel hæredum fieri perpetua,ergo &c.† Deũ ergo
dicitur,& ultra ad beneplacitum &c.debet intelligi,dũmo-
do sit tẽporalis,secundùm quòd principaliter,de directo fa
cta erat,quasi qualitas illa temporalitatis,& ann.12.censea
tur repetita,arg.l.Sęię.§.Caio.ff.de fun.instr.& quod ibi tra
dit Bar.cõsiderãdo,ꝙ per illa uerba copulatiua,& ultra &c.
nòn adiicitur oratio perfecta,ut de se notum est secundùm
ꝙ Bar.ibi declarat in secundo casu in uer.sed hoc uerũ,quã
6 do &c. † Facit: quia mensura temporis prorogati non de
bet esse maior,regulariter loquendo,quàm mẽsura tempo-
ris principalis,ut signãter declarat Bal.in consi.101.nobiles
7 uiri.col.fi.uer.uenio ad quintum.in 3.uolu.†ubi per hoc cõ.
cludit,ꝙ potestas data prorogandi compromissum,intelli-
gitur pro eo tẽpore,pro quo primò erat factum , ut per eũ
& talis prorogatio si nõ sit dictũ semel , & pluries,semel tã
tum fieri posset,ut per eundem Bal.in consi. 104.dilatio pro
rogatoria,in prin.eo.uol.unde cũ in casu isto locatio fuisset
facta pro 12.annis,& per illa uerba,& ultra ad beneplacitũ
conductorum &c.esset in effectu data facultas prorogandi
d.locationem,certè non uidetur, ꝙ potuerit porogari ui-
8 gore illorum uerborum,ultra alios 12.annos. † Et quasi in
terminis ita firmat Matth.de Afli.in c.j.col.fi. quibus mod.
feu.constit.pot.dicens,ꝙ si in cõcessione alicuius officii,uel
beneficii fuerit expressum certum tempus,puta per unũ an
num,& deinde ad beneplacitũ &c tale beneplacitũ restrin
gitur ad tẽpus,quod in princ.erat expressum,& sic ad alium
annum,sic ergo & in proposito nostro ad alios 12.ann.
9 † Et si quis uellet,ꝙ etiã ultra unam uicem posset fieri ꝓ
rogatio,puta quia fuisset dictum semel,& pluries , aut ẽtiã
simpliciter uellet id fieri posset;tamẽ solùm bis, aut ter pos
set fieri prorogatio ,ut per Bald.in d.cons.104.non enim cõ
ueniret deduci ad infinitatẽ,quod ab initio disponitur tem
poraliter,ut uoluit in fi.Bald.in l.j.uer. & hic est argumentũ
ad quæstionẽ.C.ut in pos.lega. & tradit Alex.in l.qui bona.
§.fi.2.col.uer.facit etiã ad id,quod sing.ff. de da.infec.Cum
itaque in proposito.12.anni , post primam locationẽ nedũ
semel,bis,& ter decurrerint,sed etiam quinquies,& septies
& ultra,sequitur,ꝙ beneplacitum prædictum fuit finitũ,&
10 extinctum iam per multos,& multos annos. † Secundò ẽt
respondetur,ꝙ illud beneplacitum erat personale in ꝑsona
ipsorum conductorum,& si non transitoriũ ad hæredes,iux
ta.l.quia tale.cũ si.ff.so.mat.sed dicitur expirasse per mor-
11 tem ipsorum conductorum,†nam uoluntas & beneplacitũ
cuiusque eo mortuo finitur.c.si graciosè,de rescri. li.6.& in
materia locationis est tex.ĩl.4.ff.loca ubi locatio facta quò
ad locator uellet,eo mortuo dicitur finita,sola illa ratione
quia uoluntas eius morte finitur,& per eandem rationẽ idẽ
dicendum est in casu nostro de beneplacito prædictorũ con
ductorum,ut.s.eorum morte dicatur finitum, & per conse-
quens locatio,quę in eorum beneplacito uidebatur posita,
12 †Et ꝙ beneplacitum finitur morte eius,ad quem refertur
quãdo.s.ponitur ad demonstrandam perseuerantiam anti-
quæ uoluntatis,declarat patruus, & do.meus Soci.in consi.
77.super prædicta difficultate. 1.col.uer. aliquando appo-
nitur clausula.3.uol. uoluit etiam Cor.consi. 92.j.colu.& in
consi.235.de pluribus.3.col.2.uol.& Iac.de S.Geor.in l.mo
re maiorum.2.col.in j.lect.ff.de iuris.omn. iud. idem tradit
Fely.in c.ex literis.4.col.uer.secundus casus. de constit. idẽ
etiam dixit Deci.in consi.108. ista uidetur quædam socie-
tas.j.& 2.col.per totũ.Et not.est, quòd Dec.ibi loquitur de
beneplacito conductoris,prout est casus noster. Et licet ip-
se in d.consi.uideatur in casu suo firmare non esse finitã lo-
cationem, tamẽ id facit propter alias rationes,maximèq; a
beneplacitum non fuerat simpliciter considerãdum, sed cũ
qualitate , ꝓ deberet cõtradici,ut per eũ . Sed si simpliciter
fuisse dictũ ad beneplacitum conductorũ,uult omnino De-
ci.ꝙ eorum morte esset finita locatio,& ita puto concluden
dum in casu nostro,& per consequens remanet conclusio,ꝙ
in hæredes conductorum petia terræ,de qua agitur non po
tuit dici translata uigore primæ locationis, seu inuestituræ
quæ exhibetur,hęc quò ad primam quæstionem. Circa secũ
dam similiter breuiter instando,& conclusiuè loquendo, di
co,& concludo , quòd prædictæ moniales non possunt ali-
13 qua præscriptione se tueri,† & istud,ni fallor,concludenter
& clarè ostenditur,arguendo a sufficienti partium enume-
ratione,ꝙ arg.in iure ualidissimũ est,iuxta l.patre furioso,
& ibi no.per Bar.& alios.ff.de his qui sunt sui,uel alie.iur.&
c.cum dilectus,ubi no.Abb.de iu.pat. cum si.& dicit Augel.
Are.insti.de oblig.quę ex quasi male.nasc.per illum tex.iun
cta gl.ꝙ argumentatio a partiũ enumeratione est optima
in iure.Dico itaque,ꝙ aut uolumus,ꝙ istę moniales præscri
pserint per se,uel suos auctores dominiũ directũ,& hoc cer
tè dici non potest propter eorum malam fidem , cũ omnes
tenuerint non ut domini, sed ut cõductores,& annuam mer
14 cedem soluẽtes,et sic pro alio,†qui enim eo modo,uel alio
possident scientes rem alterius esse,ueluti malæfidei posses
sores non possunt pręscribere. §.furtiuæ.insti. de usucap.ca.

malæ

malæfidei de reg.iur.lib.6 & c.vigilanti, & c. si diligenti. de
pscr cum si.nec ipsæ moniales istud dicũt,& de hoc est text.
& ibi oẽs doc.tradũt in l.malè agitur.C.de præsc.30. an.tra
dit ẽt Ias.in l.2.C.de iu.emphy.col.mihi.58.versic.3. quæro.
cum concor.ut per Balb.in tract.de præscri.in 4.par. 4.par.
princ.q.xj.in prin. Aut & secundò uolumus, q̃ pscripserint
fictum,seu annualem recognitioné,hoc est,q̃ decętero non
teneantur soluere mercedem, & similiter istud dici non po
test,nec ipsę hoc asserunt,cum semper fuerint,& sint paratę
soluere p̃ pteritis annis,& pro futuris,& sic ipsæ fateri vidẽ
tur, se non dominas directas, & ẽt se obligatas ad annuam
mercedem, & quando ẽt istud secundũ dicere vellent, non
essent audiendæ pp suã.& suorum auctorum malã fidem,ẽt
si vltra.30. an. non soluissent, & hoc inspecto iure canonico
15 in hac materia attendendo pp peccatum, † nullo.n. tpe ẽt
longissimo præscriptio currit,vbi sit mala fides, d.cap.ma-
læfidei.de reg.iur.& c. si.vbi oẽs no. de pscri.quicquid aliàs
de iu.ciui.dici posset,ut declarat Balb.in d. q.11. post prin.
16 †Aut & tertiò volumus,q̃ dicatur pscr.vtile dominiũ, p̃ut
acquiritur conductorib.ad longum tps,iuxta l.j. §. fi.cũ dua
bus seq.ff.si ager vect.vel emphy.pet.iuncta gl.ibi in l. fin. &
prout videtur velle gl.mag.in fi.in l.2.C.de iur.emphy.cum
qua transeunt ibi doc.magis cõiter,vt ibi p Ias.col.57.con-
cluditur.u.:bi,per longam solutionem pensionis dicitur ac-
quisitum ius emphyteuticum iuris præsumptione.Et simi-
liter hoc dici non potest,cũ ti.locationis, seu conductionis
fuerit finitum,ex quo erat lapsum tps locationis,& illud vti-
le dominium, qd ex locatione ad longum tps transfertur,
durat durante tpe,ut d.l fin.Et post tempus in casu nostro
præscriptio nõ põt dici aliquo modo decurrisse pp malam
fidem possessorum,quę in eis fuit a lapsu temporis citra,cũ
scirent,aut scire deberent, ius amplius nõ durare. Nec ob-
star et si diceretur,q̃ istud ipsi ignorabant, & sic non viden-
17 tur fuisse in mala fide.†Quoniã respondetur primò, q̃ imò
lex psumit,q̃ scierint,enim quilibet præsumatur scire leges
l.leges sacratissimæ.C.de legib.& l.pen.C.de iu.& fac. igno.
cũ sim.Et si adhuc præsupponatur, q̃ ignorauerint, dico q̃
talis ignorãtia cum sit iuris, non proderit quò ad assertam
præscriptionem;ut est tex.in terminis,& ibi glo.& doc.tra-
18 dunt in l.iuris ignorantia.ff.de iu.& fac.igno. † Et q̃ dictum
est de ipsis conductoribus,procedit etiam in eorum hære-
dibus,& hæredum hæredibus, ita ut ẽt istæ moniales cõpre
hendantur per l.neq; C.de usu,& habi. & ea q̃ ibi no. tradit
Pau.de Cast.ut refert,& sequitur Balb.in d.xj.q. Nec obst.
longa solutio pensionis:quia respondetur, q̃ non fuit facta
eo prætextu,sed alio,ut infra dicam in seq.casu. Et præte-
rea mala fides tollit omnem difficultatem,hæc.n.gl.in con-
trarium alle. procedit cum bona fide, aliàs pręscriptio ad-
mittitur,vt supra dixi, & præscriptio, de qua p illam glo.in
casu nostro non procedit, tũ propter malam fidem, tum ẽt
quia non eo prætextu soluerunt, ut statim dicam. Aut &
quartò, & vlt.volumus, q̃ pręscripserint facultatẽ retinen-
di iure conductionis ad ipsarum beneplacitum, prout ha-
buerunt primi conductores, & prout eorum successores, &
auctores istarum monialiũ videntur tenuisse,attento maxi
mè,q̃ per multos annos auctores monialium, & ipsę mo-
niales etiã soluerunt annuam mercedem, seu pensionem p̃
petia terræ,de qua agitur. Et licet a nonnullis annis citra
non soluerint,tamen non stetit per eas,ut asseritur, semper
fuerunt, & nunc etiam sunt paratę soluere, & sic non potest
dici,q̃ propter non solutionem ceciderint a iure suo, iuxta
19 l.2.cum sua materia.C.de iu.emphy.†Et,n.quò ad euadẽdã
pęnã caducitatis uidetur sufficere sola oblatio pensionis se
cundũ magis cõem opi.ut tradit Ias.in d.l,2.in gl,fi. in prin.
mihi.col.65.& 66. & licet ibi Ias. dicat in puncto iuris cõtra
riũ posse teneri,tamen asserit prędictã esse cõem opi,& te-
nendam, ut per eum,& respectu istius vlti. casus videbatur
maior dubitatio.Sed tamen nec isto respectu arbitror pos-
se dici pręscriptionem aliquam decurrisse. Et primò expe-
ditum est,locationẽ primã fuisse temporalem,& finitam,ut
supra fuit ostensum. Et similiter expeditũ est, q̃ beneplaci-
tum illud conductorum,de quo in instrumento locationis,
non transiuit in hæredes,ut fuit cõclusum in pcedenti q̃stio
ne.His ita positis,dico, q̃ mala fides auctorum ipsarum mo
nialiũ nedũ sibiipsis,sed ẽt.d.monialibus dicitur esse impe-
dimento,ne quicquã pscripserint,ut ex pdictis cõstat. Et si
dicatur,q̃ uidentur fuisse in bona fide,credentes illud bene
placitũ transiuisse in hærede, Rñdetur, q̃ istud est allegare
ignorantiam iuris, q̃(ut dictum est) in præscriptione non p̃
dest.Nec quicquam ob. q̃ longo tpe post mortem condu-
ctorum hæredes tenuerint petiã terræ,de qua agitur,& pro
ea per quamplures annos soluerint annuam pensionem, in
quo uidet̃ fieri omnis difficultas;quoniã responderi põt pri
mò,q̃ mala fides impedit pscriptionem,ẽt q̃ longo tempo
20 re res possideatur, ut in iuribus s̃ allegatis.Secundò etiam
rñdetur,& satis clarè,q̃ illud fecerunt non ut ex p̃prio be-
neplacito continuarent in conditione,sed ex tacita quadã
reconductione, & eis facta relocatione de anno in annũ p
primum locatorẽ,& successiuè p hæredes eius,iuxta l.item
q̃ritur.§.q impleto.ff loca.nã cum hæredes conductorũ con
tinuarent tenere iure cõductionis d.pretium terrę,& ita sol
uerent annuã pensionẽ,& locator & ẽt post eũ hæredes eius
ita patienter perciperent pdictã pensionẽ,& oriebatur in-
ter partes tacita q̃dã locatio,& conductio de anno in annũ,
21 ut dicit̃ in d.§.q impleto,†Et si dicatur, q̃ hoc nõ uidet̃ pro
cedere mortuo locatore, ut ibi probatur in l. seq. quæ inci.
qui ad certũ,& uidetur ẽt idẽ uelle gl.pen.in l.legẽ.C.e.tit.
Rñdetur.q̃ illud procedit nisi hæres mortui locatoris pate-
retur scienter cõductorẽ in fundo uti prius permanere, nã
tunc ex tacito consensu hæredis censetur fieri relocatio de
anno in annũ,nã q̃ procedunt ex tacito consensu,ẽt in pso-
na hæredis tacitè consentientis p̃cedunt,ut l. plenè.ff. pro
soc.& ita in terminis nostris,arg.d.l.plenè. firmant expres-
sè Bar.Bal.& Pau.de Cast.in d.l.q ad certũ, & ideo dicit ibi
Pau.de Cast.q̃ dũ in tex.illo dicit̃, uel decesserit &c. debet
addi,& nullus hæres appareat,alioq̃n si appareret,& patiet̃
colonũ remanere in fundo,idẽ esset in hærede,qd̃ in defun-
cto,& alleg.d.l.planè,ut p eũ,unde cum in casu nostro hære
des locatoris nedũ paterentur cõductores, & eorũ hæredes
esse in fundo,sed ẽt annuã mercedẽ reciperent, seq̃tur,q̃ di
cebãtur tacitè de anno in annũ relocare,& similiter ẽt hęre
des conductoris in fundo permanentes dñr tacitè de anno
in annũ reconduxisse.Et isto mõ,seu respectu tenentes d.pe
tiũ terrę nõ possunt dici præscripsisse:ut decætero inuitis do
minis,& sic hæredib.locatoris possit fundum illum iure con
ductionis tenere.Sic itaq; ex oĩbus prædictis seq̃tur per ar
gumentum a partibus sufficienter enumeratis, istas monia
les non posse uti aliqua exceptione pscriptionis,hæc de se-
cunda quæstione sufficiant.Capio modò tertiã & ult.q.quæ
si rectè aduertat̃,ex iã dictis remanet resoluta.Dico.n.bre-
uiter,& conclusiuè loquendo, q̃ receptio affictus, seu annuę
pensionis facta per magnificum quondam D.Io.Galeatium
p aliquot annos,uel ẽt per alium ex successoribus primi lo-
catoris non inducit aliquod præiudicium pro futuris tẽpo
ribus,nedum quò ad eius successores, sed nec quò ad se ip-
sum si uiueret.Fuit.n.facta non ut ex ea induceretur,q̃ loca
tio debeat durare ad beneplacitum hæredum,& successorũ
eorum,qui primi conduxerunt,& hodie istarum monialiũ;
quoniã hoc absolutè negatur, sed fuit facta respectu illius
tacitę relocationis,quę de anno in annum censetur facta.se
cundùm quòd supra deductum fuit. Et sic receptio prædi-
cta solùm probat,q̃ pro illis annis per ipsos recipientes fuit
consensum tacitæ relocationi,de qua in præcedenti.q.dictũ
22 fuit,†& cum fuerit facta in beneficium, & fauorẽ recipien-
tium,non debet eis,aut eorũ successoribus præiudicare:q̃a
quæ fiunt ad unum finem.eius contrarium non debent ope
rari l.legata inutiliter.ff.de leg. 1.& de admi.lega.facit opti
mè regula.l.quod fauore.C.de legi.& c. quod gratiã. de re-
gu.iu.lib.6.cum his,quæ per doc.traduntur in dictis locis.

Laus Deo.

Mar.Soc.iunior iurisconsul.Paduæ legens in
prima sede uespertinę lectionis 1539.

CA-

C A S V S.

Io.Francis.Zaccarotus duobus fratribus hæredibus institutis,nidelicet Iacobo, & Petroantonio omnium bonorum suorum usufructum reliquit dominæ Margaritæ matri suæ, & fratribus inuicē substitutis,si fine liberis decederent,sub stituit d.Io.Ant.Zaccarotum.ut in instrumento constat.

Mortuo testatore fratres eius instituti hæredes simul cū matre uixerunt,uti prius omnes faciebant,nec matre actū unquam fecit,propter quem constet,ꝙ illa acceptauerit dictum usumfructum,aut bonis d.Francisci uti eorum usufructuaria usa fuerit,immo filii eius,& fratres,& hæredes testatoris omnia gubernabant,ut moris est.

Decessit postea Petrus Antonius unus ex hæredibus, & fratrib. testatoris sine liberis,& ita oīa bona remanserūt Iacobo aitero fratri.deinde decessit domina Margarita mater ipso Iacobo filio instituto hærede in testamento in dote, & aliis oīb. suis bonis iurib.& actionibus, ut ex testō constat.

Demum decessit Iacobus sine liberis instituta quadā filia sororis uniuersali hærede in eius ultimo testamento, ut in ipso constat, & ita factus est locus fideicommiss. relicto per Franciscum testatorem d.Io.Anto.Zaccaroto.

Queritor modò,nunquid hæres Iacobi,& sic per mediam personā eius hæres do.Margaritæ ex persona eius possit detrahere legitimam de bonis d.Francisci testatoris tāquam debitum matri iure naturæ.

S V M M AE.

De legitima debita matri in bonis filii,utrum alter filius eius hæres possit eam detrahere.

Et an impediatur ex eo, ꝙ matri per filium relictus erat usufructus bonorum.

Vel ex aliquo cursu temporis præscribatur.

1 *Legitima ita debetur parentibus in bonis filiorum,sicut econtra. Et dēt relinqui iu.institutionis,secundùm cōem opin. contra Bart.*

2 *Legitima debetur parentibus de substantia,& bonis hæreditarijs. Nec fructus eam diminuunt. Idem in filio infrà.nu. 5.*

3 *Mater,cui legatus est usufruc.per filium legitimam petere non impeditur, quia talis usufructus debet intelligi deducto prius ære alieno,prout est legitima debita.*

4 *Mater,cui debetur legitima in bonis filij, si instituatur in sola omnium bonorum proprietate, potest pro legitima bona cum usufructu petere,& proprietas nuda in legitimam non imputatur.*

5 *Filius institutus hæres in usufructu non impeditur de bonis patris petere pro legitima etiam quò ad proprietatem.*

6 *Legitima sine onere,& dilatione debetur.*

7 *L.Papinianus in § unde si quis.ff. de inofficio. testamen. quomodo procedat,& loquatur.*

8 *Filius,uel alia persona,cui legitima debetur, hæres institutus, & grauatus,si sine liberis decesserit,si ueniat dies fideicommissi,hæres eius ex illis persona potuerit legitimam detrahere.*

9 *Legatum factum illi,cui legitima debetur,quando censeatur factū animo compensandi cum legitima.*

10 *Per aditionem hæreditatis factam per creditorem confusio non fit quando ex ea aliquod damnum adeunti orietur.*

11 *Mater in legitima sibi non præiudicat, licet instrumentum filij, in quo legatum ei factum fuerit,approbauerit.*

12 *L.si quis filiū C.de inoffi.testa.quomodo intelligatur, & procedat.*

13 *Petitioni legitimæ per 30.annos præscribitur. Idem in petitione eius supplementi.*

14 *Ius petendi legitimam ad suos hæredes transmittitur.*

15 *Præscriptio non est,ubi non est petitio,nec negligentia.*

CONSILIVM LXIIII.

Dirigat Dominus verba mea in uiam veritatis & iustitiæ.

RESolutio propositæ quæstionis facilis est, & absque dubio respondendum est,quòd possit, † nā
1 nō est dubium,ꝙ ita legitima debeť parētib. in bonis filiorum, sicut econtra,iuxta.§.j.insti. de inoffi.testa. & §.1.in auc.trien. & semis.col.3. cum ibi not.
& traditur in l.nā & si parentib.ff.de inoffic.test. Et adeo uerum est hoc,ꝙ debet relinqui iure institutionis,quemadmodum & filiis,iuxta.§.aliud quoque capitulum.iūcto §. & hæc quidem,& §.causas.in auc.ut cum de.app. cogn. col.8.& ita se habet cōis opi.licet aliud senserit Bar.in auc.nouissima. C.de inoffi.test.ubi plenè per do.maximè p Ias. col.x.& xj. qui dicit,ꝙ Bar.in sua opi.solus erat, & ꝙ omnes alij tenēt, legitimam relinquendam esse iure institutionis etiam parentib.Et licet ipse Ias.disputando conetur defensare op. Bar.tamen a communi opin.non est recedendum, quam ultra alleg.ibi p Ias.sequitur Alex.in consi.50.in cā,& lite.post princ.7.uol.& cū in proposito matri prędictæ ltīa relicta nō fuit,nedū iure, seu tit.instōnis,sed nec alio tit. non uř dubitandum,quin ei suisq; successoribus pro tali ltīa ius competat aduersus bona prædicti Francisci eius filij,& testatoris, ut supra. Nec conclusioni prædictę primò obst.si dicatur,ꝙ illa satis dř habere,seu habuisse legitimam:quia ei fuit a filio relictus usufructus omnium bonorum,qui apud eum p multos annos perdurauit,uidelicet donec uixerit,unde uř, ꝙ fructus sic per eam percepti debeant in d. legitimam cōputari,per l.Papinianus.§.unde si quis. ff.de inoff.testam.
2 Quoniam respondetur primò,ꝙ non probatur, ꝙ unquam. d. D.Margarita acceperit dictum usumfructum. Secundò etiam respondetur,ꝙ esto,ꝙ fructus accepisset, non debet eius legitimam minuere cum legitima debeatur de substātia,& rebus hæreditariis.l.scimus.§.repletionem C.de inoffic.test.& tradunt Bar.& alij in l.in quartam.ff.ad l.fal.& in l.
3 filium quem habentem.C.fam.ercis.& est cōe dictum. †Fructus autem,si quos illa percepisset non dicuntur de reb.hæreditariis,ut est notū,& probatur in l. iubemus. C. ad treb. ergo &c. Et pro ista opi.ꝙ per legatum usufructus omniū bonorum mater non impediatur petere legitimā, facit. na talis usufructus debet intelligi omnium bonorum.s.deducto per prius ære alieno,ut plenè per Barb.in consi.63.illud referam in medium.s.col.3 vol. ergo sequitur, ꝙ intelligitur aliorum bonorum super extantiū detracta ex eis prius legitima,cum sit,ꝙ illa tanquā æs alienum detrahitur,ut p doc.in d.l.in quartam. Et pro hoc facit, quod dicit Dec.in consi.485.casus,super quo,repetito nu.537.& 620.prope fi. in uer.sed tamen ex abundanti, si igitur prius debet legitima detrahi, antequam sciamus quorum bonorum sit usufructus relictus,sequitur,ꝙ talis usufructus nullo modo legitimam minuere potest,quæ usque ab initio mortis Dom. Francisci fuit debita matri,& ab initio detrahenda fuit de
4 rebus,ut supra.†Facit etiam quoniam si persona,cui legitima debetur sit honorata,puta per institutionem in sola proprietate omnium bonorum, talis persona non impeditur, quin debeat habere pro legitima sua bona cum usufructu, & reliquorum bonorum proprietas nuda in legitimam non imputatur,ut per Ro.in consi.318.circa propositam.2.col. in 4.q.& ita per contrarium dicendū uidetur,ꝙ solus usufructus omnium bonorum, non debet huic matri in legitimam imputari, quin ipsa usque ab initio potuerit de bonis ipsis pleno iure sumendis percipere legitimam suam,& ita etiam debent posse facere hodie eius hæredes ex ipsius per
5 sona.†Et pro ista opin.allegatur Dec.Pet.de Anch. in consi. 228.si huic Francisco.ubi vult,ꝙ si filius instituatur hæres in usufructu,ex tali relicto non impeditur pro legitima petere de bonis patris,etiam quò ad proprietatem, & sic pleno iure ea ratione,quia legitima debet dari de rebus.& substātia bonorum defuncti,ut per eum,& istam deci.refert.& sequitur And.Barb.in d.consi.63.col.3. volum.3. Et uidetur hoc idem uelle Cor.in consi.265.circa primum.2. col.versi. cum itaque.1.vol. Sicut ergo prædicti ita concludunt in filio, uel.relictum usufructus non impediat quin legitimam
6 habere possit,ita in casu isto dicendum est de matre. †Et decisio huius clara ratio est: quia cum legitima debeat haberi de substantia,& bonis defuncti,ut d. §. repletionem, & sine onere, uel dilatione, ut l. quoniam in prioribus, C. de inoffi.testa.ab initio mater ista nihil dicitur habuisse, cum usufructus erat in spe, & non poterat dici de bonis de-

functi

functi filii, nec poterat considerari, q per multos annos po
terat ipsa pcipere, qa tũc diceretur mater in legitima habe
re dilationem, ultra q nõ diceretur habere de substãtia, &
bonis filii, & istam rationem alle. Cor. in d. consi. 265. loco
7 præallegat. † Non ob. d. l. Papini. §. unde si quis, quia potest
respõderi secũdũ aliquos, q loqtur de iure antiquo quo nõ
erat cautũ legitimam deberi de bonis ipsius, prout fuit ex
post inductum per d. §. repletionem, prout ibi doc. uidentur
communiter tenere, & ẽt in l. iubemus. C. ad treb. prout tra
dit Cor. in d. consi. 265. j. col. ubi etiam alios alleg. Vel etiã
dici potest, q ille tex. loquitur, quãdo usufructus erat reli-
ctus per certum tpˢ. i. hæres erat grauatus post certum tem
pus, puta. 15. an. restituere, nam tunc cum per tale tempus
certum sit, illum percepturũ fructus, & sic rectè computan-
do fructus illius tẽporis certi, usque ab initio apparere põt
q habebit legitimam, & fructus eius de dictis fructib. lex
tolerabat fructus illos imputare in legitimam, hoc autẽ nõ
potest considerari in casu isto; cum usufructus uita matre
tantùm duraturus erat, & incertũ erat quanto tempore ui
uere debebat. l. j. ff. de condi. demon. & istam solutio. uolue-
runt gloss. in d. §. unde si quis, & d. §. repletionem, & multi se-
cuti sunt. & eam etiam ponit Corn. in d. consil. 265. colu. 2.
8 † Et propterea concluditur per omnes in d. locis, quod per
sona, cui legitima debetur, puta filia utiliter istituta, & gra
uata, si sine liberis decesserit, si ueniat dies fideicõmissi, hæ
res eius (licet multo tempore uixerit) poterit ex persona il
lius detrahere legitimam nõ obstante, q plurimos in uita p
cepisset fructus, attento q ab initio erat incertum, quãto tẽ
pore erat perceptura. Si igitur mater ista fuisset uere hæres
filii, & post eius mortẽ grauata p multos annos percepisset
fructus, illi non diminuerẽt legitimam, quæ ex eius persona
detrahi posset, idem & fortius dicendum est isto casu, ubi so
lus usufructus fuit relictus, cum fuerit relictum incertum.
Et licet magis communis opi. teneat primam solutionem, &
uelit fructus non imputare, etiã q persona esset post certũ
tempus grauata, tamen pro nũc super eo non aliter disputã
do satis pro nobis est, q nõ sumus in casu, in quo fructus sint
per tempus certum percipiendi, quo stante omnes consen-
9 tiunt, eos non imputari aliquo modo in legitimam. † Secun
dò non ob. cõclusioni prędictæ si dicatur, q legatum usufru
ctus factum a filio dicatur factum animo compensandi cũ
legitima; cum illa sit debitum necessarium, iuxta auc. præte
rea in fi. & ibi dicũt doc. C. unde uir & uxo. & tradunt Bart.
& alij in l. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. ma. quoniam respõ
sio colligitur ex prædictis, argumẽtũ. n. procederet, ubi com
pensatio caderet, & relinqueretur res, quę posset in legiti-
mã iputari, sed hoc non cadit in usufructu, ut s̃ dictũ fuit,
ad qđ uide Alex. in simi. in consi. 7. uiso instrumento. in fi. 6.
10 uol. † Sed tertiò dicet aliquis, q ius, seu actio ad legitimã
competens matri contra hæredes filii dicitur cõfusa aditio
ne, iuxta. l. stichum. §. aditio. ff. de sol. Attẽto q Iacob. hæres
testatoris, & sic ad legitimã obligatus successit matri, cui le
gitima debebatur. Verùm ad hoc respõdetur, q prædicta
confusio p aditionem non fit in effectu, qñ ex ea damnum
aliqđ adeũti oriretur, ut p Bar. Pa. de Cast. & Imo. in d. §. adi
tio, sed hic damnũ fieret. d. Iacobo, & eius hæredi, ergo &c.
Dãnũ aũt esset, quia cũ ille sine liberis decedẽs sit graua
tus, ueniret plus restituturũ, quàm si uerè legitimã soluisset
matri, tunc. n. illã postea habuisset ut hæres matris, & non re
stitueret, & ius est in eo, quia dicta confusio fungitur iure so
lutionis, sed si solutio esset facta, pręcipua retineretur dicta
11 legitima, ergo &c. † Quartò dicet aliquis, omnia prædicta
tolli, quia mater prędicta per quinquenniũ tacui post mor-
tem filii, & quieta fuit de relicto usufructus sibi facto, pro-
pter quod uidetur sublatũ oẽ ius ad legitimã suã. Tũ ex cur
su quinquẽnii, ut l. si quis filiũ. in fi. C. de inoffi. test. & ibi di-
cũt doc. cũ ẽt ex approbatione testi, quã uidetur fecisse per
cipiendo fructus, ppter qđ uidetur, q nec ipsa, & minus hę
res eius possit amplius legitimam petere. Sed potest respon
deri, & primò ut in casu narratur, negatur, q illa mater un-
quã acceperit, seu acceptauerit. d. usumfructũ, nec talis usus
fructus fuit illi unq̃ traditus; cum nunquam ipsa cauerit de
utendo arbitrio boni viri, & de rebus restituendis finito usu
fructu. Quo stante tollitur, qđ de approbatione testamẽti
per ipsam factam dicebatur. Et præterea non uidetur, q il-
la in legitima sibi præiudicauerit, cum non constet, q illi ex
pressè renunciauerit, iuxta. l. si quãdo. §. & generaliter. C. de
inoffi. test. Posito ergo q aliqua interpretatione uidetur
approbasse testamentum, non tamen uidetur sequi, q legiti
mæ suæ, aut iuri ad eam competenti sibi renunciauerit p d.
12 l. si quando. † Secundò dico, q non ob. lapsus quinquẽnii,
quia respondetur, q illa. l. si quis filiũ, procedit respectu sim
plicis querelæ præponendæ, nam illi bene per quinquenniũ
pręscribitur, ut ibi dicitur, sed in casu isto non agitur de que
13 rela proponẽda, † sed de petitione legitimę, cui quinquẽnio
non præscribitur, sed tãtùm cursu. 30. an. sicut de aliis actio
nibus personalib. dicitur in l pe. post prin. C. de cõstit. pec.
& l. sicut. C. de præscr. 30. an. cum si. Et q petitioni legitimæ
nõ p̃scribatur ante lapsum. 30. an. uoluit Bal. in d. l. si qs filiũ,
cum multis cõcor. ut refert, & seqtur Alex. in cons. 8. nisi s
subtilissimis. colu. fi. uolu. 3. ubi dicit, hanc esse communem
opi. quam etiam tenet Ias. post Saly. & alios ibi in d. l. si quis
filiũ. 2. col. uer. idẽ tenet Saly. & de ipsa petitione legitimæ
quò adhoc idem dicendum est, qđ diceretur de petitione
supplementi legitimę, neutri enim præscribitur, nisi spacio
30. an. ut per doc. excepto Bar. in d. l. si quis filiũ & tradit Io.
Fran. Balb. in trac. præscr. in 4. par 4. par. prin. in 23. q.
Sed in pposito nõ sunt lapsi anni. 30. ut mihi dicitur, ergo
14 &c. † Nec quicquã facit, q d. Margarita decesserit, antequã
illam legitimam petierit, quoniam clarũ est, quòd ius suũ
in hoc trãsmisit ad hæredes suos, declarat Alex. consi. 188.
consideratis verbis, in prin. 6. vol. Quinimò forte dici posset
q ẽt si lapsi essent 30. ann. non posse dici sublatum tale ius;
nam præscriptio illa dicitur inducta in odiũ negligentis ius
suum prosequi, quæ negligẽtia rectè intuenti nõ uidetur ca
dere in dicta matre, aut Iacobo eius hęrede. In primis. n. ip
sa mater non petiit. d. legitimã nõ quidẽ ut negligeret, sed
iure cuiusdam familiaritatis, quasi apud se habeat, nã cũ fi-
lii sui ut heredes d. Francisci omnia tenerẽt, quibus ipsa om
nia sua relictura erat ex cõi voto patẽtũ, iuxta. l. scripto. in
fi. ff. unde lib. ab illis petere nõ curauit, quasi haberet, cũ fi
lii haberent, ex hoc tamen nõ debet credi, quòd ubi apud fi
lios, & hæredes eorum non esset remansura, noluisset iuri le
gitimæ renunciare, arg. l. si quãdo. §. & generaliter. C. de inof
fi. test. Et maximę illa ratione, ne qđ ipsa faciebat in fauorẽ
filiorũ, redũdaret in eorum odium & detrimentum, cõtra. l.
qđ fauore. C. de legi. & l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. cũ
si. Ipsa autem matre mortua apud Iacobũ eius filium, & hæ
redem ius d. legitimę remãsit, qui a se nec petiit, nec petere
poterat, cum ipse esset debitor, & creditor, & cũ conuenien
ter non cederet petitio, nõ põt dici, q tũc cucurrit præscri-
15 ptio aliqua, † cum ubi nulla petitio, ibi nulla negligentia sit
& consequenter nulla præscriptio. l. j. in fi. C. de ann. excep.
& l. fi. in fi. eo. ti. Quantum. n. pertinet ad petitionem, omne
ius legitimæ petendæ dici põt fuisse cõfusum Iacobo adeũ
te hæreditatẽ matris perinde, ac si legitima soluta esset. Cũ
aũt Iacobus p̃dictus esset grauatus per fideicom. a testato-
re fratre eius, & uenerit dies fideicom. põt ipse, aut hæres
eius dicere, q legitima, quæ matri debebatur, non sit resti-
tuenda, & q in eo confusiò illa non operatur: quia id esset
ipsi Iacobo damnosum, iuxta doct. Bar. Pau. de Cast. & Imo.
in d. l. stichum. §. aditio. de solu. prout etiam supra dictum
fuit. Cum igitur tempora non uideantur cucurrisse saltem
post mortem matris, iam clarum est, q non potest dici de-
cursa aliqua præscri. 30. anno. meritò ergo uidetur, q hæres
d. Iacobi, nunc ipsum repræsentãs ex persona matris eius
do. Margaritæ possit retinere legitimam illi debitam in bo
nis d. Francisci eius filii. Laus Deo.

Mar. Soc. Iunior Paduæ legens, in prima sede ues-
pertinæ lectionis. 1535.

S V M M AE.

De legitimatione in amplissima forma, utrum. s. possit fa
cere,

ce re,ut legitimatur succedat, si ex forma testamenti solum
uocabantur nati ex legitimo matrimonio.

1 *Spurius legitimatus, an possit succedere testatori uocanti natos ex suis filijs legitimos,& naturales,& ex legitimo matrimonio natos stante priuilegio,quòd legitimandi ab eo comprehendantur in qualibet dispositione loquente de nato ex legitimo matrimonio.*
2 *Filius legitimatus non est uerè filius,sed per fictionem.*
3 *Princeps etiam supremus sine causa non potest dispositionem testatoris tollere.*
4 *Causa in principe nõ intelligitur,quãdo contra ius gentiũ disponit. Princeps cum sit animal rationale,est rationis naturalis dictamine ligatus.*
5 *Potestas cum sit de genere bonorum.in malis uersari non potest.*
6 *Clausula de plenitudine potestatis non operatur , quando resultaret iniquitas;quia tunc non esset de plenitudine potestatis ,sed tempestatis.*
7 *Causa in principe præsumitur,quando ipse particulariter,& in specie disponit contra ius gentium.*
8 *Causa in principe præsumitur,quando uerisimilis imaginari põt.*
9 *Causa in principe,quando disponit contra ius agentium,debet utilitatem publicam respicere.*
10 *Disponens iniqua seruari non debet.*
11 *Imperatorem uelle tollere dispositionẽ testatoris,uerisimile non est.*
12 *Interpretatio illa capi debet,quæ minus captiosa est. Et quòd uerisimilius est,& plerunq; fieri solet.*
13 *Clausula motus propry non tollit,quin dicatur rescriptum, seu priuilegium ad preces factum.*
14 *Concessio principis,& expressio legitimantis,uidelicet ut legitimatus habeatur,ac si de legitimo matrimonio natus esset,intelligitur quantùm ad ea,quæ ab ipso principio proueniunt,sed non in prouenientibus aliundè.*

CONSILIVM LXV.

Dirigat Dominus verba mea in uiam veritatis & iustitiæ .


N casu occurrenti sacratissimo collegio Patauino uirũ.s.ualeat legitimatio Ludouici spurii,idest nati ex cõiugato, & soluta facta in amplissima forma per reuerẽdũ episcopum Parẽtinum uigore amplissimi priuilegii apostolici, & imperialis , ut in ea,ita inquã ualeat,ut ille admittatur ad fideicom. ex auito testõ,quo ipse uocauit nepotes natos ex filiis suis legitimos & naturales.& ex legitimo matrimonio natos, paucis agã,qa ueritas cõsistit in paucis,& ẽt quia ĩ scripta tantùm sunt ad demonstrandũ mentẽ animi mei,& quare cum aliis relatoribus nõ senserim , etenim quatuor de more collegii eramus electi ad referẽdum,quorum ego solus retuli, ut infra sequitur,alii uerò contrarium.Quare dico, ꝙ attento ꝙ testator reuocauit natos ex legitimo matrimonio,referẽdo se ad tẽpus natiuitatis,uidetur,ꝙ non debeat admitti,|cum
1 uerè nõ sit natus ex legitimo matrimonio. †Et licet uigore legitimationis,seu potius dispẽsationis habeaẽ pro tali , tamen uerè nõ est talis,sed per fictionem,& testator locutus est secũdùm naturam,seu veritatem, & non per fictionẽ, & de hoc sunt iura clara,& doctrinæ notę,superquibus nõ insisto,sed uideatur Dec.in consi.425.in casu proposito.4.col. & Cur.iunior in consi.64.præsupponitur in facto. |6.colu. ad fi.qui alios alleg.Sed difficultas oritur , quia in amplissimo priuilegio prædicto Episcopo concesso dicitur,ꝙ legitimandi ab eo comprehendantur in qualibet dispositione,siue inter uiuos,siue in ultima uoluntate loquente, seu dispunente de nato,& procreato de legitimo matrimonio. Sic ergo uideretur,ꝙ iste Ludouicus debeat comprehendi in ĩlla dispositione testamentaria auita vocante nos ex legitimo matrimonio,& maximè quia reuerẽ.Epis.in sua legitimatione illud specialiter exprimẽdo repetit.Sed ad hoc puto posse respõderi,& primò dici põt , ꝙ princeps ẽt supremus non põt tollere uolũtatẽ testõris sine probabili causa.l.si testm̃. cum materia.C.de testa.hic aũt nulla subest causa,ergo &c.

4 †Nec dicatur,ꝙ in principe præsumitur causa ; quia põt
dici,ꝙ non procedit,quãdo disponit contra iusgentiũ, vt p
Ias.in d.l.si testamentũ. Facit,quia princeps dicitur animal
rationale, & propterea dicitur legatus dictamine rationis
naturalis,ut inquit Bal.in l.2.6.col.C.de ser.& aqua. dicens,
5 ꝙ a tali ligamine nullus põt eũ absoluere.†Pręterea cũ pote
stas sit de genere bonorum,iuxta tex.cum gl. in c.principiũ
§.caritas, in gl.in ver.posse de pœn. dist.2. nõ põt versari in
malis;qa posse malum,non est posse,ut ibi dicit glo. meritò
ergo cũ tollere testamentũ, seu expresiè uoluntati testõris
aduersari sit malũ,& peccatũ;qa.i.contra iusgen. ut dicebat Bal.in d.l.si testamentũ.in fi.C.de test.seqtur,ꝙ in eo nõ
6 stat potestas. †Licet ergo ipse dixerit de plenitudine potestatis,tamẽ in hoc ualere nõ dẽt,ne resulret iniquitas , aliàs
nõ bene diceretur plenitudo potestatis, sed iniquitatis potius , & ut quidã dicunt plenitudo tempestatis, ita patruus
meus Soc.in cõs.164.uisa bulla.9.col.2.vol.& in cons.120.nemini.c.l.pen.3.vol.post Card.in cle.pastoralis.de re iud.vbi
ergo de causa non constat,nõ põt tolli voluntas testãtis. &
7 sic iusgentium ẽt p principem. †Vel secundò potest dici, ꝙ
in principe causa p̃sumitur,quãdo ipse particulariter , & in
non cōsideratur ad eius rescissionē, alioquin q̄libet minima
donatio rescinderetur; cū in qualibet sit dānum nedū in di-
25 midia, & ultra, sed ēt in totū. † Et hinc est, q̄ si uēditor, q mi
noris dimidio iusti precii uēdit, qd̄ ī res pluris ualebat, sciē
ter donauit, nō habebit remediū. d. l. 2. ut ibi Bar. & alii cōi-
ter tradunt, tradit ēt Alex. in cōsi. 53. uisis, & cōsideratis. co.
7. lib. 3. patruus, & do. meus Soc. in consi. 48. uiso instrumen
to. col. fi. 4. uol. & Dec. in d. consi. 181. 2. col. Cū igitur do. Cor
nelia sciens, & rectè intelligens p̄dictarū hæreditatum ualo
rem, & extimationem sponte, & libera uoluntate patri suo
donauerit, ut clarè dicitur in instrumento, & de obseruan-
tis iurauerit, non potest dicere se enormiter læsam, ita ut
ratione enormis læsionis uenire possit cōtra prædictam do
26 nationem, † quia nemo uolens, & sciens decipitur, aut lædi
tur. l. cum donationis, & ibi tradūt gl. & doct. C. de trans. Fa
cit arg. l. 1. in fi. ff. de act. em. & tradūt doc. in d. l. 2. de rescin.
27 uen. & dixit Ale. in d. consi. 53. in pluribus locis, † unde dici-
mus in donatione cām non requiri; quia sufficit pro ratione
uoluntas. l. 1. ff. de donat. nec debet donatio rescindi rōne
enormis uel ēt enormissimæ læsionis: quia in ea (ut dixi) non
consideratur, & sic melius est dicere, non rescindi eā ratio-
ne dāni ēt grauissimi, ut plenè scribit Bertrā. in consil. 248.
donatio quam olim. 4. col. in fi. 1. uol. ubi Bar. Ange. & alios
28 plures alle. ut per eū. † Et si dicatur, q̄ illa si uiueret, cū tpe
donationis esset minor, posset petere rest. in integ. uelut ip-
sa circūuēta fragilitate ætatis, iuxta to. ti. ff. de mino. & C. de
in integ. rest. mi. & C. aduer. dona. & hodie ita debent posse
eius filii, & hæredes, cū in integ. rest. trāseat ad hæredes. l. nō
solùm. ubi Bal. & alii no. ff. de in iteg. resti. cū cōcor. de q̄bus
29 ibi p gl. † Rñdetur primò, q̄ tēpus petendæ resti. in integ. di
citur præteritum, nā d. Cornelia iā maior an. 16. donauit do
an. 15 16. & ips ei cōcedebatur usq; ad quadriēniū finitū post
eius annū. 25. & sic usq; ad annū 29. suæ ætatis, iuxta l. super
uacuā. C. de temp. in inte. resti. quā ætatē ipsa do. Cornelia ui
uens (ut credo) excessit, meritò ergo fuit extinctum benefi
ciū rest. in integ. in psona sua. Et posito q̄ illā ætatē non ex-
cesserit; tñ in hæredes nō transiuit tale beneficium nisi infra
suū tēpus. ut d. l. nō solū. ibi, nō ultra tēpus statutū &c. & de-
clarāt doc. maximè Alb. de Rosa. in l. ea q̄. C. de tēpo. in in-
30 test. rest. † In hoc ultimo tamen non facio fundamentū; quia
forte filii, & hæredes dominæ Corneliæ sunt adhuc minores
25. an. quo stante eius non cucurrisset tempus, quod eorum
matri-

matri fupetetat,ut declarant Albe.& alij in d.l.ea quæ. Ista
ergo prima re!ponsio uř procedere folu,si ipsa do.Cornelia
minens excesiir ętatē. 29.ann. † Secundò rnderi pōt,ꝙ cef-
sat beneficium restit.in integ.pp obseruatā formam statuti
Pisani in contractib.minorum: etenim interuenit cōsensus
propinquorum & pñtia,& decretum iudicis,& plus ēt pñ-
sentia,& consensus mariti,qđ ego magnifacio,ut inf.dicam.
Quib.sic stantib.uidetur,ꝙ non remaneat beneficiū restō-
nis in integ.eo quia uidetur, ꝙ ipsa non posit dici decepta
pp prædictorū præsentiā.iux.l.transactionē,& tradita ibi p
doct.C.de transact.ac ēt quia uidetur,ꝙ statutum uelit con
tractum firmissimū esse seruata sua solennitate,quę non uř
induci ad aliud,nisi ut actus cum illa gestus ualeat,& rescin
di nō posit,ne alioquin qs uideretur auctoritate l.& statu-
ti quodammodo circūueniri,contra l.j.C.de his q uen.ęta.
32 imp.† Vel & tertiò clarissimè respōdetur,& tollit oīs diffi-
cultas,dico.n.ꝙ beneficiū rest.in integ fuit sublatū pp uin-
culū iuramenti,prout est tex.in auct.sacramenta puberū,&
in corpore unde sumitur.C.si adver.vend.nā auct.illa,ut ibi
gl.& doc.uolunt,procedit ēt in donatione:nā cum rō ipsius
sit obseruātia iurī,cū seruare posit sine interitu salutis ętet
næ,iuxta d.c.q̄uis.de pact.lib.6.& c.cū contingat.de iureiu.
33 † ac ēt qa cum quis iurat, creditur deliberatissimè iurare,
ut tradunt ibi doct.& istæ rōnes uigeant, ēt si minor donat,
& iuret, ideo dispō illius auct.procedit ēt in donatione per
locum ab identitate rōnis.l.illud.ff.ad l.Aquil.& l.fi.C.ad l.
34 Falcid.cum si. † Nec ob.ꝙ dicebatur ꝙ qua fragilitate fuit
inducta ad donandū dicitur inducta ēt ad iurandum: qa re
spondetur,ꝙ iura hoc non admittunt pp reuerentiam iurī,
cum enim qlibet sciat,uel scire debeat iurm omnino seruā
dum sub reatu periurij qñ eius obseruatio non uergit in di-
spendium salutis ęternæ,ut d.c.quamuis, & d.c.cum contin
35 gat.& † nemo credatur immemor suę salutis,sed ad ea tem
per intentus.c.sancimus.j.q.7.cum si.& tradit Spec.in tit.de
excep.& replic.§.2.uers.quid si probatur,qñ quis iura credi
tur id cum matura deliberatione facere,& cum resoluta,&
firmissima opin.seu uoluntate obseruandi ueluti maior,cū
iurm faciat,ꝙ pro maiori habeatur,& ꝙ arg.illud,ꝙ qua fra
gilitate &c.non admittaē respectu iuramēti, declarat egre
giè Alex.in cons.21.attentis his.4.col.ver.nec ob.ēt ꝙ eadē.
uol.3.Nec pdictis ob.si dicatur,ꝙ uires iuramenti non tran
seunt ad hæredes:cum sit personale,ut in contrariū argue-
batur,& consequenter dicatur,ꝙ possint filii, & hæredes d.
Corneliæ contrauenire, licet ipsa non posset pp eius iurm;
36 † quoniam respōdetur,ꝙ immo uires iuramenti transeunt
ad hæredes quò ad obseruantiā contractus ꝓ iuramentum
ualiditate,licet nō transeant quò ad pœnam periurij, nā eo
respectu fateor, ꝙ dicitur personale, ita probatur in l.cum
qs decedens.§.codicillis.& ibi dicit Bar.ff.de leg.3.& ita ēt
qdam alia allegādo,firmat Alex.in cons.26.cumulatissimè.
in fi.uol.7.& idem uoluit ēt d.meus Soc.in cons.38.in causa
dñorum post prin.3.uol.& ibi alleg.rōnem,ut per eū Quar-
tò ēt dici pōt,ꝙ in casu isto d.Cornelia,cum esset in secunda
renūciatione,& donatione maior 27.ann.habeatur pro ma-
iore ex forma statuti dictæ ciuitatis. Cauetur enim in eo,ꝙ
maior 28.ann.posit omnia facere,sicut maior.25.& sic per
fectæ ętatis. Non ob.ēt ꝙ dicebatur,do.Corneliam dolosè,
& metu reuerentiali fuisse inductā ad renunciandum, & do
37 nandum &c. in quo ēt uř non parua difficultas; † quoniam
respondetur,ꝙ dolus,& metus non præsumitur,sed probari
debet.l.dolus.C.de rescind.uend & l.dolum. C.de dol.cum
alijs concord ibi allegat,quæ iura loquuntur de dolo, & l.si
cum exceptione §.in hac. cum si. loquentibus de metu, esse
enim adhibitum dolum,uel illatum metum, cum sint facti,
meritò probari debet, quia quæ sunt facti non præsumun-
tur, nisi probentur, pro quo uulgò allegatur.l.in bello.§.fa-
ctæ.ff.de capt.& postli.reuer.licet parum,aut nihil faciat,sed
38 bene facit.l.si emancipati. C.de collat. † Et maximè hoc di
cendum est. cum omnia gesta fuerint coram cōsanguineis,
& iudice,iuxta l.trāsactionem.cum sua materia.C de tran-
sact. & supra dictum fuit. Ad quod etiam facit in argu.l.fin.
ff. quod met.caus.in princ. Et pterea clarum est dolum,aut
metum non interuenisse,sed omnia facta fuerunt ex pura,li
bera,& spōtanea voluntate ipsius d.Corn.prout clarè dicitē
in instrō,& ita cōsiderat,& arguit Alex.in d.cons. sed in plu
39 rib.locis maximè in 6.col. † Nec pdictis ob.paterna reuerē
tia ad psumendum metū in personā filij illarum,nisi ēt pro-
betē,ꝙ de eo interuenerint,seu pcesserint minæ,ut declarat
Bar.& alij in d.l.j.§.quę onerandæ.ff.quar.rer.act.non detur,
cū multis concord quos refert,& sequitur Alex.in cons 83.ui
so processu.2.col.uers.nec ēt,uol 6.& in l.si cum dotem.§.eo
aūt tpe.3.col.& 4.uers.in tex.ibi,qd enim &c.ff.sol.ma.& di
cit,ꝙ ita se hēt cōis opi.& plura alia circa hoc declarat no-
tatu digna,& ita ēt firmat Dec.in cōs.232.dura admodum.
40 3.col.uers.nec obst.si dicaē. † Et inter cætera dicit,ꝙ ēt qñ
interuenerint minæ,& cōtractus fuisset gestus corā consan-
guineis,cessat psumptio metus, prout uoluit Bar.in d.l.trā
sactionē.C.de transact.ēt si filius cōtrahat cū patre,qcquid
in contrariū dixerit Sali.ut ibi per Alex.qui eum reprobat,
prout ēt facit in d.l.transactionem.unde cum in casu nr̄o in
teruenerit consanguineorū pñtia,& cōsensus,& ultra ēt ma
riti,& iudicis,q suam auctoritatē,& decretum interposuit,
absq; dubio debet cessare oīs suspitio metus,ēt si probaretē,
ꝙ interuenissent minæ patris in d.Corneliā filiam,ꝙ tñ est
41 falsum:qa nullæ minæ interuenerunt. † Præterea,& secun-
dò ego considero, ꝙ si qua suspitio metus reuerentialis pos
set cōsiderari, certè id esset solū,dum do.Cornelia apud pa
trem erat,& sub eius regimine,& cura viuebat cum eo habi
tando,sed posteaq̄ nupta fuit,& in domo mariti reperieba-
tur,prout erat,qn fecit pdictam renunciationem,& dona-
tionem,cessat oīs suspitio metus reuerētialis. & cum uir,&
uxor sint duo in carne una.c.debitum.de biga.& cōem for-
tunam sequi debeant.l.si cū dotem.§.si maritus. ff.sol. matr.
42 †& ibi gl.dicit,ꝙ uir,& uxor unū corpus,& una anima sunt
& uoluit hæc Bal.in l.ubi adhuc. 3.col. C.de iu.dot.uerosimi
le est,ꝙ si metu paternę reuerētię id fecisset, illa marito suo
prædixisset,q̄ cognito metu uxoris nunq̄ consensisset, cum
de pjudicio et proprio & cōmmunium filiorum futurorū tractare
tur, unde cū consenserit, uerosimile est, ꝙ cognouerit uxo-
43 rem suā sponte,& ex libera uoluntate uelle donare.† Quod
ēt suadetur: qa illa post donationem pdictam plurib.annis
superuiuens, & iā facta maior.nihil unq̄ dixit aduersus pdi
ctam donationē,aut de patre conquesta fuit,sed semper cū
his,quæ fecerat,acquiescens,nō obstante ꝙ 3.filios suscepis
set,ostendit oia per eā facta fuisse liberè,& spōte facta, alio
quin uerosimiliter oīua aliqñ cōtradixisset saltem post filio
rum natiuitatem, unde ita tacens uř denuo talem donatio-
nem,& renunciationem ratificasse,prout in simili concludit
Dec.in d.cons.232.2.col.ad fin. Et istę coniecturæ, præsum-
ptiones,& verosimilitudines,ut uerū fatear potissimè me in
duxerunt in hanc sniam,ab his.n.iure optimū est, arg.l.non
est uerosimile. ff.qđ met.cau.& c.solicitæ. de resti.spol.cum
mille si. Attentis maximè uiribus iurī, de quibus sup.dixi,
pōt enim iurm isto casu seruari sine dispēdio salutis ęternæ,
ergo oīno seruari debet,ut d.cū contingat. de iureiur. cū si.
Nec quicq̄ obs.ꝙ in prima renunciatione,& donatione,quā
fecit d.Cornelia iurm pręsumatur dolosum,& meticulosum
ex forma statuti.Quoniā ex eo nō dēt argui ad illud,qđ po-
stea in secunda renunciatione,& donatione pstitum fuit;cū
cesset ratio psumptionis;statutum.n.sic præsumit rōne mi-
noris ętatis,quia f.ipsa erat minor annorum. 18.ut in eo dř,
ꝙ cessat in secundo iurō; enim tunc illa iam prædictam ęta-
tem excesserit,unde a cessante rōne arguendo, iuxta l.adi-
gere.§.quamuis.ff.de iur.patr.cum si.dicendum est,iurm,de
44 quo agitur,non præsumi dolosum,uel meticulosum.† Qui-
nimò uř argui posse ex mente statuti secundū iurm oīno ser
uandum: qa qđ prohibeē usq; ad certum tps censetur post
tps permissum.l.Imperator,& ibi not.do ff.de postu facit l.
pater filium.§.fundum.ff.de leg. 3. & tradit Alex.in cons.55.
Ponderatis his.3.col.uol.3.Et plus ēt dico,ꝙ ex illa prima re
nunciatione & donatione licet si sola fuisset, non ualuisset,
pōt probabiliter argui de spōtanea,& deliberata uoluntate

d.Cornelię in renunciatione,& donatione postea alio tem
45 pore factis,†nã fuit geminata , & cũ tpis interuallo,ex quo
arguitur maior deliberatio,arg.l.si mulier.C.ad uelleia.ge
minatio.n.actus plurimũ operatur ad eius ualiditatẽ, ꝓut
docet Bar.in l.cum scimus.ad finẽ.C.de agri.& censi.lib.11.
apparet.n.in proposito,ꝙ do. Cornelia diu antea fuerat in
d.opinione donandi,& renunciandi,& cũ prima non ualuis-
set ex defectu ætatis,iã facta maior in eadem uolũtate psi
stẽs,iterũ illã fecit iam nupta,& in domo uiri,& sub eius cu
ra,& protectione existens, & sic in loco,in quo omnis suspi-
tio timoris cessabat,unde rõne geminationis dẽt fortius ua
lere;quia cessat erroris præsumptio,& adest(ut dixi)præsũ
ptio maioris deliberationis,iuxta gl.si.in c. si quis iratus 2.
q.3.cum multis concor.ut scribit Dec.in d.consi.181.2.& 3.
col.uersi.secundum est,ꝙ in casu isto, qui propter hanc rõ-
ne in terminis nostris dicit renũciationẽ quãdã, & donatio
nem secũdo loco factã debere omnino cõseruari,attẽto ma
ximè ꝙ aderat iuramentũ,ꝓut ẽt est in casu nostro,in cuius
uirtute stat pręcipuũ fundamentum s firmatæ conclusionis
cum præsumptionibus , & uerisimilitudinibus , de quibus
supra.Et ex tali præcipuo fundamento tollitur,seu remoue
tur à casu nostro illa deci.do.mei Soc.in d.consi.163.nam in
casu suo nõ interuenerat iuramentum ultra alias plures dif
ferentias,quas quis per se considerabit,et maximè; quia in
casu illo præcesserũt minæ,& filia illa ꝓtestata fuerat,ꝙ nõ
intendebat ita donare,ut ibi do.meus Soc.ꝓõderat,quæ om
46 nia cessant in casu nostro.†Nec ob.ẽt decisio Dec.in d. cõs.
180.posito ꝙ in casu illo sit uera,de ea.n.põt dubitari pro-
pter ea,quæ dixi supra cõtra opi.Pe.de Anc.et per ea q̃ scri
bit plenè Bertran in consi. 188.casus super quo.j. & 2.col.3.
uol.ubi relata opi.Pet.de Anc.& sociorum,& etiam contra-
ria uidetur adhærere opi.contrariæ, nam in casu suo ad in-
ualidã donationẽ,solum se fundat super prodigalitate dona
toris,ut per eũ,sed(ut dixi) posito ꝙ deci.Dec.sit uera in ca
su suo ad illã rñdetur,ꝙ de ea ad casũ nostrũ nõ põt argui ꝓ
pter maximã diuersitatẽ terminorũ ,& rõnũ,est.n.uulgare
et tritissimũ dictũ,ꝙ ex diuersis nõ fit illatio,nec argui põt
l.naturaliter.§.nihil cõc.ff.de acq.poss.l.inter stipulantem.§.
sacram.ff.de uerb.ob.et l.fi.ff.de calum.et c.dilectus.de of-
47 fi.ord.cum si.† Differt autem casus ille a nostro in multis,&
inter cetera differt,primò quia ibi mulier illa fuit decepta
ignoranter;credidit.n.se a patre competenter dotatã fuisse
& sic occasione dotis credidit de bonis patris nihil petere
posse,licet verè posset,& ita credẽs,& in tali errore existẽs
ꝓ'eũ,ꝙ frater ei ultra dedit,renũciauit hęreditati patris ma
tris,fratrum,& alterius cuiuscũque ascendentis,descẽdetis,
& collateralis,& in hoc præcipuè fundatur illa deci. eo addi
to,ꝙ fuit, ibi renũciatio uniuersalis,& sic indiscreta. At i ca
su nostro.d.Cornelia fuit cõpetẽter , & ẽt ultra dotata a pa-
tre suo,et particulariter trib.tãtũ hæreditatib.renunciauit
nominatim sciens eas ad se spectare,& ẽt quanti ualebãt,vt
in instrumento dicitur.Immo põt dici , ꝙ uni tantũ hæredi
tati,s.maternę renunciauit,cũ auorũ maternorũ hęreditates
jam fuissent effectę ipsius matris, si illis superuixisset p eius
additionẽ. l.sed & si plures.§.filio.ff. de uul.et pup.Magna au
tem est differẽtia,utrum mulier sponte renunciet, et donet
an verò ignorãter decipiatur,vt p Dec.ibi et per Alex.in d.
cõsi.53.col.7.uol.3.Secudò,quia ibi mulier illa uerè fuit lę-
sa,et enormiter,& quidem ignoranter,ut dixi,in quo Dec.
ibi se fundat,sed non sic in casu isto;quia ex certa sciẽtia,do
nans,et remittens non põt dici læsa,ut supra dictum fuit.
Tertiò qa in casu Dec.fuit unica renũciatio, sed in casu no
stro fuit duplex, seu geminata,ꝓpter qđ de maiori delibe-
rõne põt constare,ut supra dixi, et in hoc ẽt inter cętero se
fundat Dec.in d.consil.181.dicens,ꝙ in hoc differt casus il-
le a casu pręceden.consi.180.ut per eum.Quarta est alia dif
ferentia multùm considerabilis; quia in casu isto interue-
nit pręsentia & consensus mariti consanguineorum, & iudi
cis,qui ẽt suum decretũ interposuit,ex quibus cessat oĩs su
spicio deceptionis,& doli,ut supra dictum fuit,quę solenni
tas non interuenit in casu Dec.ergo &c.Et sic remanet con
clusio,ꝙ nec do.Cornelia si uiueret,nec eius filii, & hæredes
ex illius persona possunt uenire cõtra prædictas renũciatio
nes,& donationes uigore alicuius lęsionis per ea,quæ supra
dicta fuerunt. Ex quibus si rectè cõsideretur , facile respõde
ri poterit ad plura alia,quæ in cõtrarium adduci possent ul
tra supra deducta,& remota,quę gratia breuitatis dimitto.
48 †Et ꝓ pdicta cõclusione possent plures decis.alleg.& inter
alias primo loco alleg.decis.Ale.in d. consi.53 vol.3.ubi de
fenditur renũciatio, & donatio facta per mulierem minorẽ
de bonis ualentibus.500.floren.pro 500.propter uim iura
menti,& cõcluditur,ꝙ non põt peti absolutio a prædicto iu
ramẽto,licet illa mulier uideatur grauissimè læsa, & dãnifi
cata,ut per eum.Secundò facit pulchra decis.Corn.in con.
36.uidetur prima facie . uol.j. per to.ubi defenditur dona-
tio facta a minore etiam sine solẽnitate statuti propter uin
culum iuramenti nõ obstãte ꝙ in ea ille maximè fuerit dã
nificatus Tertio allego decisio.patrui,& do.mei Soc.in cõs.
279.uisa donatione.circa prin. uol. 2. ubi similiter defendi-
tur donatio facta per minorem cum iuramento , non obstan
te ꝙ solennitas a statuto requisita non interuenerit,& ibi ꝓ
sua opi.plures doct.alle.ut per eum. Fortius ergo in casu no
stro debet ista renunciatio & donatio defendi,& cõseruari,
cũ in ea,ultra iuramẽtũ interuenerit solẽnitas p statutũ re-
49 quisita,ut supra dixi.†Facit etiam & quartò deci.Dec.in d.
consi.181.ubi quasi in terminis nostris defenditur renun-
ciatio,& donatio facta per mulierem minorem,attento vin
culo iuramenti non obstante lęsione,& damnificatione,quã
ipsa passa fuit,& maximè mouetur;quia renunciatio fuit ge
minata,prout etiam fuit in casu nostro,ut etiam supra dixi.
50 †Item quintæ eiusdem Dec.deci.in præall consi.232.2.& 3.
col.ubi defenditur donatio,facta per mulierẽ minorẽ uiro
suo non obstante læsione,siue damno eius,& hoc pp uincu-
lum iuramenti,& propter præsentiã matris, & amicorũ , et
nõ obstãte ꝙ poterat allegari metus reuerentialis, ut ibi p
eum.Sic ergo.et in casu isto dici debet,cũ pñsentia cõsangui
neorũ mariti,& et iudicis interuenerit,et simul ẽt iuramẽtũ;
ut supra dictũ fuit. Sexto ẽt pdictã cõclusionẽ sentit Bert.in
d.cons.188.j.et 2.col.3.uol.prout ẽt supra dixi.Et eadem ẽt
firmat Io.Ant.Alex.in cons.12.nisis,& diligenter.5.et 6.col.
in uersi,quartò põt probabiliter dici.Possent ẽt aliæ plures
decis.alle.quas gratia breuitatis dimitto, & studiosus facile
51 per se inuenire poterit.†Non ob.mõ, qđ secũdo loco allega
batur de superueniẽtia filiorũ.d.do.Corneliæ,quoniã rñde
tur et omissis multis,q̃ dici possẽt gratia breuitatis,dico ꝙ
aptissima ẽ rñsio:ut dicamus,ꝙ tũc p supueniẽtiã filiorũ re
uocatur donatio p d.l.si unq̃.C.de reuo.do.qñ.s.donator de
filiis futuris nõ cogitauit uerosimiliter non donaturus si de
eis cogitasset,prout declarant Bar.& alii magis cõiter in d.
l.si unquam.et ne doc.dicũt,in eo stat uera ratio illius deci.
quando aũt cogitasset donans se habiturũ filios,& eo nõ ob
stãte donauit,nõ procedit ille textus,ut ibi p doc.& tradit
ẽt Bar.et alii sequũtur i l.Titia.§.imperator.ff.de le.2.et ple
nè ita firmãdo declarat do.meus Soc.in consi. 147.uisa facti
cõtingẽtia.7.col.ver.primò moueor.j.uol.& in consi.57.ui-
so instrumento.3.col.uer.secundo respondetur. 4.uol.cum
multis concor.quæ allegari possent,ut per Ias.in consi.123.
52 Bart.Bal.2.et 3.col.j.uol.† uidetur.n.donator,quando de li
beris cogitauit,renunciare beneficio d.l.si unquã.prout po
test,ut firmat Ias.ubi supra,dicens ita communiter teneri,ĝe
quid in contrarium tenuerit Io.And.Old.et quidã alii , ut p
eum. Et istud indubitatum est secundùm eum,quãdo inter
uenit iuramẽtũ,quicquid tenendũ sit,ubi nõ adesset iuramẽ
tũ,in quo casu punctus uidetur ualde dubius , dico igitur in
ꝓposito,ꝙ i casu isto de filiis d.Cornelia cogitauit,& eis nõ
ob.uoluit donationẽ ualere,et sic dicit beneficio d.l.si unq.
renũciasse,et qdẽ cũ iuramẽto,ut patet in pdicto instrumẽto
in clausula illa,ꝓmittẽsq; insup d do.Cor.etc. ibi, ẽt ꝙ ipsa
do.Cor.liberos haberet,merito ergo cõcludẽdũ est,p super
ueniẽtiã filiorũ suorũ donationẽ nõ fuisse reuocatã,et ꝓpterea
seq̃,ꝙ nec ipsa uiuẽs potuit,nec eius filij possũt hãc dona-
53 tionẽ reuocare nec ex ꝑsona matris,nec ẽt ex propria.†Et
hoc

hoc ſtante non eſt opus diſputare, utrũ remedium.d.l.ſi un-
quam.tranſmittatur ad filios,& hæredes per donatorem, q
ſuſceptis filiis in uita ſua per aliquot annos durante non fe-
cit ſignum,ꝙ uellet donationẽ eſſe reuocatã, in qua difficul
tate multi tenuerunt,ꝙ nõ tranſmittatur,quicquid in con-
trariũ tenuerit Alb.& Ang.in d.l.ſi unquã.& Bal.in l.1.col.
ſi C.de inoffi.do.Cuma.in d.§.imperator,& Ia.in auc. ex cã.
col.ſi.C.de lib.præte.cũ aliis pleriſq;.prout referũt nouiſſi-
mi in d.l.ſi unquã.q.57.per quos,& alios ibi uidendũ eſt,ego
54 n.non proſequor,q a non expedit.† Poſſet etiam responde-
ri ad.d.l.ſi unquam.ꝙ non procedit in renunciatiooe facta
per filiã patri,iuxta d.c.quamuis.de pac.lib.6. prout firmat
Dec.in d.conſi.181.in ſi.ſed quia non eſt neceſſariũ,non pro
ſequor.Demum,& tertiò non ob.ꝙ de inoffi.don.dicebatur
quia omiſſis pluribus,quæ dici poſſet,reſpondetur, ꝙ in ca
ſu noſtro donatio nõ poteſt dici inoffícioſa,cũ filiis dominæ
Corneliæ temãſerint 650.auri,qui ei in dotẽ,& correda da
ti fuerunt,q̃ ſumma ſufficit ad legitimã.d.filiorũ,ut ibi per
55 ſuadeo:†etenim donatio nõ põt dici inofficioſa, qñ filiis re
manet legitima.l.1.in ſi.& ibi doc.tradunt.C.de inoffi.don.
& tradunt ẽt docto.in d.§.imperator & ita explicitè decla-
rat patruus,& do.meus Soc.in conſi.126.uiſum fuit.1.col.2.
uol.Et ſtante hoc non eſt opus intrare illam arduã difficul-
tatẽ inquantũ.ſ.inofficioſa donatio ſit reuocanda; quoniam
ſi in caſu iſto non fuit inofficioſa,fruſtra de eo diſputaretur
& ubi eſſet de eo diſputandum , multa certè hincinde dici
poſſent:ut per Bar.& alios in d.§.imperator.& in d.l.1.C.de
56 inoffi.do.†& uidetur,ꝙ in magno conflicto opi.iſta conclu-
ſio ſit magis communiter approbata,ꝙ ubi donatio inoffi-
cioſa ſit extraneo,& eſt inofficioſa re, & conſ.põt reuocari
in totũ,ſed ubi tantũ re ipſa, & nõ conſi.nõ põt reuocari ni
ſi uſq; ad ltĩmam,ut per doc.in locis ꝑdictis,& uoluit Iaſ.in
d.conſi.125.ad ſi.& Io.de Amic.in conſi.21.ad demonſtran-
dum.in 1. concluſio. In caſu autem noſtro ſi donatio fuiſſet
inofficioſa,certè non poſſet dici,ꝙ talis fuiſſet conſilio, &
ſic aio fraudandi filios legitima ſua , cum de hoc in ea nihil
appareat,& per conſequens ſolũ eſſet reuocanda uſque ad
legitimam.Verùm ſuper hoc eſt inſiſtendum,ueluti non ne-
ceſſario, cum (ut dixi) donatio non fuerit inofficioſa. Et ſic
ex omnib.ſupra deducti patet,ꝙ renunciatio, & donatio ꝑ
57 do.Cornel.facta nullo modo reuocari poteſt. † Et maximè
hoc dicendum eſt,cum per plures annos habuerit effectum
ſuum,id.n.quod plurib.ann.habet effectum,de facili retra-
ctari non debet.c.contingit.de tranſa. & ita per illum tex.
in donatione dicit Dec.in conſi.448.uis tota.3.col.uer.ſextò
58 & ult.†Nec ꝑdictæ donationi ob.ꝙ d. Cornelia erat eo tp̃e
in ptãte patris;quia cõis eſt opi.ꝙ inter patrem, & filiũ do-
natio confirmatur iuramento,ut per Alex.cõſ.7.uiſo inſtru
mento.3.col.uol.6.& per Iaſ.in conſi.118.contra donationẽ
in prin.4 uol.cum multis concor.qui alleg.poſſent.Et dico ,
ꝙ confirmatur,non ut ſeruetur iuramentum,ſed ut ipſa ua-
leat &c.ut declarat Guid. Pap. in conſi.25. uiſo facto.4. col.
uer.& ſi forte. Hæc de prima.q.in qua longius inſteti, q̃ prin
cipio cogitauerim,& propterea in ſequentibus parum inſta
bo,& concluſiuè loquar,maximè quia ſuper eis non expe-
59 dit multum inſiſtere. † Capio igitur.2.q. in qua concluſiuè
loquendo,uidetur,ꝙ filii do.Corneliæ non poſſint petere le
gitimã in bonis.d.Petri eorum aui materni ex propria eorũ
perſona;nã cum mater in ſua renunciatione vocauerit ſe cõ
tentã dote recepta,ſeu promiſſa,quam poſtea accepit,& ita
bonis paternis,& ltimæ ſibi debitæ renunciauit, non debẽt
poſtea eius filii aliquid poſſe petere,prout ſing.firmat Ro.in
l.qui ſuperſtitis.ff.de acqui hær. cuius opin.egregiè oſtẽdit
Dec.in d.conſi.181.in 3.& 4.col. uer. ſecundò non ob. quod
60 ſupra primò dicebatur,ad quem me remitto.† Et ubi quis
uellet eos poſſe petere talẽ ltĩma,non eſt dubiũ,ꝙ in eã de-
bent imputare quæcũq; eis ab ipſo auo materno in eius te
ſtõ relicta fuerũt,iux.omnimodo.& l.ſcimus.cũ c.C.de inoſ-
fi.teſt.& tradunt doc.in l.filiũ quẽ habentẽ.C.fa.er. & in l.in
quartã.ff.ad l.fal. ubi aliquando dixi. Similiter etiam debe-
rẽt imputare dotẽ eorũ matris,ſecũdùm Bar.in d.l. in quar
tam,& iſtam opi.quamuis ſit apud noſtros doc.ualde dubia
quia ſuper hoc uario modo loquuntur;quidã.n.hoc negant,
& quidã diſtinguunt,ut per doc.in d.locis, tamen uidet̃ ma
gis cõiter approbari,ut tradit ita cõcludẽdo Dec.in d.con
ſi.181.4.col.uer.tertiò reſponderi poteſt. Fabia. de Mon. in
auc.nouiſſima.C.de inoſ.teſt.& Paul. Picus in d.l. in quartã.
Et tanto magis hæc dicenda uidentur in caſu noſtro quia
d.Petrus auus maternus in ſuo teſtamento ita diſpoſuit, &
iſtas imputationes expreſsè ordinauit.Capio modo.3.q. in
qua pari modo concludenter loquẽdo dico,ꝙ poſito,ſine ꝑ
iudicio ueritatis,ꝙ filiis do.Corneliæ nepotibus.d. Petri le
gitima in bonis eius debeatur cũ imputationib. ꝑdictis,di-
co,& concludo,ꝙ eorũ ltima erit tertia portio illius partis
61 hæreditatis,quã ipſi ab inteſt.fuiſſent conſecuti,†nã tritiſ-
ſima regula eſt,legitimã eſſe quotã illius portionis hæredi-
tatis,ſeu bonorum,quã quis ab inteſt.eſſet habiturus,ut ſic
legitima dicat̃ initiũ ſumere,& regulari a cã inteſtati, ut eſt
gl.no.& cõiter approbata ꝑ illũ tex.in l. Papinianus.§. unde
ſi quis.in uer.ſextans.ff.de inoffi.teſt.,facit l. poſthumus.§.1.
eo.ti.l.cum quæritur.& l.parentibus.C.de inoffi.teſt.cũ mul
tis concor.qui alle.poſſent,tradit Are.in l.neptẽ.C e. tit. &
62 Can.in l.illud.C.de collat.†Hinc dicitur,ꝙ legitima ſolum
debetur his,q ab inteſt.ueniunt:ut tradunt do.in d.auct. no
uiſſima,& in d.l.Papinianus.§.quarta,& in §.ſi quis nõ mor-
tis,& alibi ſepiſſime,facit.§.j.in auct.de trien.& ſemiſ.& de
clarat Ang.in conſi.101.ſtatutu cauetur.circa ſi.Cu.in cõſi.
35.ſtante ſtatuto. & Cur.ſenior in cõſi.35.ſtatuto,ſeu capitu
lis.8.col.uer.legitima.n.non debetur,& Cor.in conſ.7.qð eſt
pulchra.4.col.2.vol.cum multis aliis,qui alleg.poſſent.In ca
ſu aũt noſtro filii prædictæ do.Corneliæ,& nepotes Petri te
ſtatoris,ſi ille inteſtatus deceſſiſſet, ſucceſſiſſent ei in dimi-
diam partẽ totius hæreditatis ex forma iuris municipalis ,
ſub rub.de ſucceſ.ab inte.& in aliã dimidiã ſucceſſiſſet An-
gelus frater teſtatoris,ut clarè dicitur in d. ſtatuto , in uer.
ſed ſi pater,uel auus paternus.meritò concluden.eſt,ꝙ legi
tima ipſorum filiorũ do.Corneliæ dicitur tertia pars dimi-
63 diæ,& ſic ſexta totius hæreditatis.†Nec dicatur,ꝙ imo de-
bet tertia totius,attẽto ꝙ ipſi ſoli ab inteſt.de iure cõi fuiſ-
ſent ſucceſſuri in totũ,ut in aucten.in ſucceſſione,& in cor-
pore unde ſumitur.C.de ſu.& legit.quaſi ſit inſpicienda ſuc
ceſſio ab inteſt.de iure cõi,per cuius diſpõnem legitima de
betur,& nõ de iure municipali,ut in caſu ſuo uider̃ conclu-
dere Alex.in conſi.197.perſpectis uerbis. uol.6. quoniã re-
ſpondetur,ꝙ immo ſimpliciter debet inſpici ius ſucceden-
64 di ab inteſt.undecunq; ſit de iure municipali,† quod certè
in ſua ciuitate dicitur parificari iuri cõi,immo eſt potẽtius
q a ius cõe tollit.l.oẽs populi.cũ ſua materia.ff.de ius. & iu-
re.Dico ergo , ꝙ regula præal. ut.ſ.legitima dicatur tertia
pars bonorum, q̃ quis ab inteſt.conſecuturus eſſet , intelligi
ſimpliciter quocunq; iure inſpecto,qđ tñ ſit ſeruãdum in lo
65 co,in quo caſus contingat ꝑ d.l.oẽs populi.cũ ſi.†Hinc dici
mus,ꝙ qui per ſtatutũ excluditur,& ſic ab inteſt. non admit
titur,nec admitti ſuperatur , non faciat partẽ in legitima.l.
planè.§.ſi duobus.& l.ſi duobus.§.ſi.ff.de leg.1.cũ concor.ut
per Ale.in d.conſi.198.4.col.uer.tertiò quia , q non admitti-
tur.Nec ob.deciſ.Alex.in d.conſ.q a dico , ꝙ Alex.mouetur
ex eo,ꝙ in ſtatuto,de quo ipſe loquitur)qđ matri ltimã con
ſeruabat)ſatis clarè conſtat haberi reſpectum ad ltĩmã de
iure cõi debitã,ut ibi patet ex diſcurſu do.Ale.qui hoc plu-
ries repetit,& in eo potiſſimò ſe fundat.Ex quo rectè intuẽ
ti apparebit,illã dec.Ale. retorqueri quãtũ ad mentẽ eius ,
uult.n.ipſe, ꝙ niſi ſtatutũ illud neceſſariò hẽret reſpectũ ad
ltĩmã iure cõi debitã,deberet inſpici ius municipale, & ſic
ltĩma deberet eſſe portio portionis ab inteſt.debitæ ex for
ma ſtatuti,& conſequenter in caſu noſtro ex mẽte Alex.ibi
cõcludẽdũ ẽ ltĩmã ꝑdictorũ nepotũ eſſe tm̃ tertiã partẽdi-
midiæ portionis,quã illi ab inteſt.cõſecuturi fuiſſent, cũ ad
aliã dimidiam Angelus frater teſtatoris fuiſſet admiſſus &c.

Laus Deo. Socin.nepos Paduæ legens in j.ſede
ueſpertinæ lectionis. 1540.

S V M M AE.

De concessione doganatum, seu gabellarum Romanę curiæ pro quinquennio pro certo precio singulis annis soluendo, utrum scilicet sit emptio, vel locatio.

An vna, vel plures.

Et an per augmentum redditunm fiat augmentum mercedis, & quando.

1 *Locatio potius debet iudicari, quando quantitas annua uenit soluenda, licet in contractu uerba uenditionis inueniatur scripta.*

2 *Locatio gabell. curia Romanæ, minus triennio, quare fieri non debent.*

Remissio mercedis rei fit ob sterilitatem, et ex abundantia alterius anni fit compensatio.

3 *Stipulatio quando fit de aliquo anno dando pro alio tempore limitato, puta quinquennio, dicitur una tantùm.*

4 *Stipulatio sequitur naturam contractus, super quo interponitur.*

5 *Ecclesia Romana, an possit petere rest. in integ. aduersus contractus celebratos per officiales cameræ apostolicæ.*

6 *Conductores gabellarum curiæ Romanæ, uel alij, an possint compelli ad maiorem solutionem ob maximum augmentum redditunm, quàm fuerint tempore conductionis celebratæ, & infra nu. 10.*

7 *Emptio fructuum non alteratur quantiscunque fructus recolligantur, ex quo dubius euentus est emptus.*

8 *Conduct. ut possit cogi ad maio. pens. quantũ debeant fructus exercuisse.*

9 *Remissio fit conductori, quando detractis expensis non superest ei de fructibus usque ad dimidiam partem pensionis.*

10 *Augmentum mercedis quando fiat, si fructus, & redditus augeantur.*

CONSILIVM LXVIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis: & iustitia.



INspectis his.quę eleganter, abunde, & sapienter deducta sunt per clariss. Consultorem mihi vti fratrem honor. & simul etiam, & in primis viso tenore instrumenti per cameram Apostolicam celebrati cum istis mercatoribus, & omnibus diligẽtissimè consideratis, non possum (vt ita dicam) manibus, & pedib. non approbare conclusiones per D. Consultorem firmatas vel iuridicas, & (ni fallor) pro maiori parte probabili dubita
1 tione carentes. † Et circa primã dũ firmat, uideri cõtractũ locationis potius, q̃ emptionis, dico ꝙ ultra allc. per eum, istud apertè firmat Io. Bertac. in suo pulcherrimo trac. gabellarum, sub tit. de locatione gabellarum, qui est 2. pars in prin. vbi plura alle. & maximè Bar. in l. cotẽ ferro. §. qui maximos. ff. de publ. & in l. j. C. de iu. emph. & ibi ẽt Sal. in 2. oppo. & dicit pdictus do. Io. post illos, ꝙ vbi annua quantitas uenit soluenda, debet iudicari contractus locationis, dato ꝙ etiam vẽditionis verbum reperiretur scriptum, quia tũc tale verbum debet exponi pro locatione, & sic impropriari, vt p eum, sic itaque dicendum videtur in casu nostro, licet uerba uenditionis reperiantur; cum annua quãtitas ueniat soluenda. Non omitto tamen, ꝙ Io. de Imol. & Ang. de Peru. in d. §. qui maximos. post Bal. p eos alleg. uoluerunt, ꝙ possit dici emptio, ut ibidem, idẽ Io. Betta. ponit in a. col. in uer. ad q. uerò propositam redeundo, ut per cũ, ꝙ si esset uerum, clariorem rem redderet in tertia conclusio. quam infra ponam, seu in eo, quod post eum dicam, p l. si iactum retis. ff. de ac. emp. sed non est de hoc curãdum; quia ẽt in locatio. illud procedit. ut infra dicetur. Circa secundam, ut. s. in prædicto cõtractu nõ fuerint quinque, aut alio modo plures locationes, sed una tãtùm pro toto tẽpore, puto ꝙ illa, ut ita dicã, sit uerior uero per plurima, quæ sapienter p D. Consultorem deducta sunt, quæ de necessitate cuilibet rectè sentienti concludunt, ad q̃ gratia breuitatis me refero,
2 † Et ultra cum pro dicta conclusione facit, quia de iure cõmuni locatio gabellarum, de qua agitur, non debet fieri p minori tẽpore triennii, ut. l. penes illũ, & ibi Bal. Sal. & alii. C. de uectig. commis. & rõne alle. ibi Sal. quia cum propter sterilitatem unius anni fiat remissio. l. licet. C. loc. cum si ex ubertate alterius anni fiat compensatio: ut ibi, & l. si uno. in prin. ff. eo. ti. oportet, quòd locatio sit facta pro pluribus annis, ut sic accedente uno anno sterilitate possit alterius anni ubertas considerari, quæ cum illa compensetur, ut per eũ & ita hoc dictum cui sui ratione refert, & sequitur Io. Bert. in d. trac. de gabel. in d. 2. par. 3. col. sub nu. 16. Quo stante sequitur, ꝙ in casu nostro non possunt dici plures locationes quia pro uno anno fieri non potuissent, & sic nõ possunt esse quinque, si diceretur facta pro tribus, nõ possunt dici duæ integræ locationes, & similiter si quis diceret, ꝙ dicatur facta pro duobus annis, nõ essent tres integræ. Igitur uidetur necessariò, ꝙ fuerit una pro toto tpe, prout ẽt rõnes do. Cõ-
3 sulentis apertissimè demonstrant. † Ad quod ẽt facit doctr. Bar. communiter approbata in l. si seruus cõmunis Meui, & castrensis peculii. §. fi. ff. de stipu. ser. dum in fi. suæ disti. concludit, quòd quando fit stipulatio de aliquo anno dando p certo tempore, puta pro quinquennio, dicitur una tantum, siue per stipulantem nihil sit implẽdum, siue ẽt sit aliquid implendum, si tamen illud non cohæret personæ, ut per eum, unde cum in casu nostro stipulatio per officiales cameræ facta pro quinquennio de 48. milibus duca. pro quolibet anno sit talis, sequitur, quòd una tantùm dicitur fuisse stipulatio, & consequenter uidetur posse inferri, ꝙ pari modo fue-
4 rit una locatio † ut sic stipulatio dicatur sequi naturã cõtractus, super quo fuit interposita, in x. l. si stipulatus. & quæ ibi dicunt doct. ff. de usur. cum si de quib. per Ias. & Mod. in rub.
5 ff. de uerb. ob. † Ponitur in cõsi. tertia conclusio, ꝙ fiscus seu respub. ecclesiastica non potest petere in integ. rest. aduersus contractum per officiales cameræ solenniter celebratũ cum istis magnificis mercatoribus, nisi tamẽ probauerit se enormiter læsam respectu tẽporis celebrati contractus, & alia quædã ad talem restitutionem requisita, de quibus per Abb. & alios in c. 1. 2. no. de in integ. resti. & tradit Dec. in cõsi. 564. in causa. col. fi. cum multis aliis, de quib. supra per excellenti. Consultorem, ꝙ tamen non creditur posse fieri, ut ex multis egregiè per do. Consultorem deducitur, qui circa istum art. plurima firmat, quæ uidentur procedere secundũ communes opin. doc. supra cit. tamẽ pro nunc aliter insistẽdum non puto; cũ omnia uideantur habere dependentiam ab his, quæ in facto probabuntur, prout etiã ipse excellen-
6 tis. Consulens dixit. † Sed ultra Consultorem, & considerata per eum uidebitur fortasse alicui, ꝙ ẽt absque aliqua rest. in integ. possit ecclesia Romana, seu camera apostolica in aliquo molestare istos mercatores harum gabellarum emptores, seu conductores, presupponendo ꝙ in eis sic maximum augmentum redditunm, cum plures merces transportatæ fuerint quàm speraretur tempore celebrati contractus, tã sicut redditus fuissent ualde diminuti, quasi ex sterilitate agri esset faciẽda remissio mercedis, iuxta. l. si uno. in prin. ff. lo. & l. licet. C. e. cũ si. & ita dixit Sal. in d. l. licet. & de hoc in casu isto fuit facta conuentio inter contrahentes, ut clarè legitur in instrumẽto, ita si ualde augeantur, uidebit, ꝙ similiter debeat fieri augmentũ mercedis, ut sic idẽ operetur oppositum in opposito, qđ operatur propositum in proposito l. & si contra. ff. de uul. & pupil. & l. fi. ff. de leg. 3. ad quod ẽt facit regula. qua dicitur, quòd cõtrariorũ eadẽ est disciplina, ut traditur in rub. ff. de acqoir. pos. ubi aliquando de hoc plenè scripsi, plenius illam regulam declarãdo. Et in specie in materia contractus locationis uidetur textus. in l. si merces. §. uis maior. ibi, cum modicum lucrum non aufertur. ff. lo. innuit. n. tex. ille a contrario, quòd lucrum non modicum, & sic maximũ posset auferri, puta per augmẽtum mercedis, ut ibi doct. post gl. uidentur declarare, sed in proposito camera Apostolica uidetur presupponere lucrũ per istos mercatores fieri maximum, ergo &c. Sed tamen hoc non ob. contrarium in proposito casu uerius de iure arbitror, & cõcludo nullum augmentum mercedis fieri debere, etiam ꝙ

in

in aliquo fructus, seu redditus gabellarũ fiõt uberiores, quã
7 essent tẽpe contractus. † Et in primis dico, ꝙ ib tenerẽtur opi. Io. de Imo. & Ang. de Peru. ꝙ in casu isto fit emptio, se cundũ ꝙ supra retuli, essemus extra pdicãti cõsideratione reficiendæ, seu augmentandæ mercedis, nã cũ diceret ẽm pti fructus recolligẽdi, & sic futurus euẽtus, & incertus, quã ticunq; colligentur, nõ alteratur emptio, seu eius precium, ut l. si iactũ retis. ff. de act. emp. & cur in hoc differat emptio
8 a locatione, declarat Cyn. in d. l. licet. C. loc. † Sed posito, ꝙ in casu isto fuerit locatio, ut s̃ in prin. dicebatur, ad arg. sup. factũ rñdetur plurib. modis. Et primò dici põt, ꝙ oportet ret probare redditũ ita excreuisse, ut detractis omnib. expẽ sis redditus superesset de 96. uel 97. millib. duca. ut sic eame
9 ra posset dici læsa supra dimidiã iustæ mercedis. † sicut pet contrariũ conductori fit remissio, qñ detractis expensis nõ superest ei de fructib. usq; ad dimidiam partem pensionis, prout egregiè declarat Bar. in d. l. licet. C. loc. dicens se hoc amplius nõ dixisse. cuius opin. sequitur, & cõem asserit Are. in cons. 57. Visa cõsultatione. a. col. sed tale tamẽ magnũ aug mẽtũ, ut audio, nunq̃ probabitur, immo nec forte asseritur,
10 ergo &c. † Secundo dici, & rñderi põt, ꝙ quicquid dicũt gl. Bart. & seq. in d. §. uis maior, uerior opi. ẽ, ꝙ immo pp augmentum redditus nõ debet fieri augmentum pensionis: qa hoc iure cautũ non reperitur, & ad d. §. uis maior. rñdet ibi Fulg. dicens, ꝙ ille tex. uel nõ probat contrariam sñiam, uel probat hanc suã, ut per eum, & notaẽ, ꝙ ipse legit in text. cui in modicum lucrum &c. licet multi codices habeãt, cui modicum lucrũ &c. & ita reperio scriptum in pãdectis, seu in libris, qui ad exemplum pandectarũ afferuntur impressi, & ita ẽt uĩ habuisse glos. unde aut ppositio, in, stat negatiuẽ, ut sic exponatur in modicum. i. non modicum, & sic magnũ: & tunc ibi erit casus pro ista opi. Fulg. aut stat augmentatiuẽ. i. ualde modicum, & tunc contrarius sensus erit, ergo nõ ualde modicũ aufertur, ꝙ tñ est falsum, ut sic dici possit, ibi non posse sumi arg. à contrario sensu, cum ex eo resultet ab sonum, uel esset contra iura, & hoc est, ꝙ uoluit ibi Fulg. qui hanc opin. comprobat alijs rationib. ut per eum, & illam ẽt egregiè firmat Saly. concludenti ratione, inquit enim, ꝙ siue ex ubertate fructuum, siue ex augmento redditum fieret augmentum mercedis, non posset postea fieri cõpensatio, si sequatur annus sterilis, & esset facienda remissio mercedis, hoc tñ est falsum: qa si hoc anno est sterilitas talis, ut mereatur remissionem mercedis, non tñ fit, si anno pcedenti fuit ubertas, uel erit in anno seq. sed fit cõpensatio, ut d. l. licet. & d. l. si uno. & in eis declarant doc. ergo sequitur, ꝙ in anno ubere, & in augmento redditus nullum fit augmentum mercedis tali anno per se considerato, & ista ratio, si rectẽ ponderetur, plurimũ urget pro ista opi. quam ẽt ante prædictos pro indubitata psupponit Bal. in d. l. licet. in j. opp. assignans rati onem driæ inter sterilitatem, cur. s. illa operetur remissionem mercedis, & ubertatem, quæ per contrariũ non operatur eius augmentum. Dicit enim, ꝙ ubi est fertilitas, ibi est cõe gaudium, & ideo bona fortuna prospera, & felix procedit, sed ubi est sterilitas, ibi mæror, & luctus, ut per eum. Sic ergo ut in proposito posse dici, ꝙ quanticunque fit redditus, non debet fieri augmentum mercedis, & in hanc partẽ debemus inclinare, attento ꝙ qui emunt, aut conducunt istas gabellas, faciũt animo lucrandi, ut est notissimum: nõ enim se supponerẽt tot laboribus & tanto periculo, nisi magna spes lucri eos ad illud induxisset. Tertiò ẽt responderi põt, ꝙ alleg. in contrarium procedere forte possent, quando ubertas, seu augmentum redditum prouenirẽt ex aliquo casu inopinato, exemplum si aliquo anno uenisset ad habitãdum Romæ Imperator, uel alius magnus princeps, & tunc forte posset fieri augmentũ mercedis, sicut econtra conuentum fuerat, ut per recessum summi Pontificis a curia diminutis redditib. fieret diminutio. Sed ex eo, ꝙ creuerũt redditus, eo ꝙ plures merces fuerint portatæ, non debet fieri augmentum: quia non dr̃ casus inopinatus, facile enim contrahentes poterant cogitare, ꝙ uno anno plures merces, q̃ alio portarentur, uti uidemus sæpissime contingere. Hoc autem, ꝙ non fiat augmentum, si redditus non augeatur casu penitus inopinato, uoluit in effectu Bar. & ibi dicit Alex. in apost. in d. §. uis maior. & ita ẽt tenent magis cõiter doct. ut omnino refert, & sequitur Io. Bertac. in d. tract. de gabell. in 21. q. 2. part. præalleg. & fuit etiam opin. Innoc. l. & And. Ant. de But. & Imol. in c. pp sterilitatem, de locat. prout refert, & sequitur insignis Moder. Alb. Bru. in solenni tract. de augmento. in 14. concl. & ex dictis ibi per eum constat, istã esse communem opin. maximẽ quando augmentum redditnum non sit in tantum, ut redditus dicantur pinguiores solito ultra dimidiam, ut per eum, ꝙ in casu nostro, ut audio, nũquam probabitur. Vbi autẽ casus omnino inopinatus, & de quo uerisimiliter cogitari non poterat euenisset, & pp ea redditus mirum in modum fuissent aucti, posset forte tunc dici fieri augmentum mercedis, secundum doct. prædictos, & Bart. & alii ponunt exemplum, si tribus molendinis destructis aquarum impetu ex molendino tibi locato collegeris maiores redditus, ut per eos in locis prædictis, sed in casu isto nihil tale euenit, ergo &c. Sit itaque ex prædictis, & aliis plenè deductis per clarissimum Consultorem conclusio, magnificos istos mercatores molestari non posse, si aliud non appareat. Laus Deo.

Mar. Soc. iun. iurisconsul. comes, & eques Paduæ 1541.

SVMMAE.

De quadam fideiussione, seu promissione indemnitatis, an scilicet ualeret, qa opponitur de incertitudine, & quòd sine causa dicitur facta, & quia nimis magna summa credita fuit.

1 *Homines facile in diuersas trahuntur diuersas sententias.*

2 *Promittens mihi quantam pecuniam Titio credidero, & pro hoc fideiussores dederit, nedum ipse, sed etiam eius fideiussores tenebuntur in omnes summas etiam sæpius Titio traditas.*

3 *Infinitas toleratur, quando obligationis uerba ad infinitatem sunt apta.*

4 *Promissio facta sine causa non ualet.*

5 *Fideiussor quando pro altero se obligat respectu eius alia causa nõ requiritur, nisi ut alienæ obligationi accedat.*

6 *Promissio incertæ quantitatis per relationem ad certam summam ualet.*

7 *Obligatio omnium bonorum, an comprehendat ea, quæ uerisimiliter obligasset, puta uestem, uel supellectilia.*

E quomodo procedat. l. obligatione generali. ff. de pign.

8 *Obligans se quasi fideiubendo ad omne id, ad quod Titius obligabitur ex aliqua certa causa, puta mutui, talis obligatio generalis in omnem quantitatem ualet.*

CONSILIVM LXIX.

Dirigat Dominus uerba mea in uiam ueritatis, & iustitia.



Licet apud me maxima sit excell. D. Consolentis auctoritas, similiter ẽt, & excell. subscribentis. Nihilominus plus põt cõscientiæ stimulus, quo tamẽ remoto moris mei est cõsulere, uel sub-
1 scribere, & licet hoc idẽ de aliis credã † rñ quia facile homines in diuersas cant sententias. l. item si unus. §. pen. ff. de arbitr. quisque secundùm propriam mouetur conscientiam.
2 † Mihi itaq; uf. ꝙ cõclusio excell. Consultoris repugnet tex. in l. si ita stipulatus. ff. de fideiuss. ubi clarẽ dr̃, ꝙ si Seius pro miserit quãtam pecuniam, qñcunq; Titio credidero, & pro hoc et dederit fideiussores tenebitur postea in oẽs summas, ẽt per me sæpius Titio creditas, & nedum ipse, sed ẽt eius fideiussores & ita ibi uolunt oẽs doct. non ob. ꝙ ex eo uidea
3 tur induci quãdam infinitas obligationis. † dicũt enim ibi Bar. & alij, ꝙ qñ uerba obligationis sunt apta ad infinitatẽ, toleratur infinitas, ut per eos sic ergo uĩ in casu isto, ꝙ d. c̃a millus, & d. Alex. & quilibet insolidum debeant dici obligati ad quantitatem, de qua agitur, licet satis magna sit, cum pro-

promiserint omne illud &c. hoc est dicere omnem quantitatem, quam d. Io. Ant. crediderit, seu dederit ad cambiũ &c. & fortius qa in casu isto non inducitur infinitas, ex quo præ scriptũ erat tẽps dandi ad cambium, post qd, si quid datum fuisset, prædicti non tenebant obligati. Et non parum admiror, q̃ excell. Consultor non dum huic tex. non rñdeat, sed eum alleg. pro sua cõclusione in primo eius fundamento de defectu causæ, licet ego nesciam uidere, quo ad suum propo
4 situm uoluerit inducere. † Nec prædictis obstãt tria fundamenta excell. Consultoris; quoniam nr̃ de facili posse rñderi, & ad primum dum dicit, eiusmodi promissionem esse factam sine causa, & ideo non debere habere uim l. 2. §. circa; ff. de exce. dol. ac per eum. Rñdẽdetur, & uidetur, q̃ immo ista promissio, & obligatio habeat causam; quia sũs ipsi mandauerant d. do. Io. Ant. sic fieri, ut importare uñr illa uerba, perche di nostra commissione, & instantia lo fate &c. itẽ & aliam causam, s. ut indemnem conseruent ipsum, ut clarè dicitur in chirographo; ipsi enim uñr facti fideiussoris indemnitatis, & illa est sufficiens causa ad illos efficaciter obligandos, quatenus do. Io. Ant. esset in damno, qui (ut credi potest) non alias credidisset, tũ ad cambium dedisset illi Criuello, nisi de sua indemnitate istos accepisset fideiussores, de fideiussore autem indemnitatis, uelut ad illud obligato loquitur Bart. in l. j. C. de conuent. fisci debito, lib. 10. & in l.
5 quarto. ubi etiam Fulg. ff. loc. † Præterea dici potest, q̃ causa satis nota est in fideiussoria obligatione, ut scilicet pro altero, ueluti fideiussor obligetur, nec (ut credo) requiritur tunc alia causa respectu ipsius fideiussoris, nisi ut alienæ obligationi accedat, & creditorem securiorem faciat, ut instit. de fideiuss. in princ. unde cum nulli dubium sit, illum de Criuellis esse obligatum pro summa recepta, sequitur, q̃ isti fideiussores debent pro eo dici obligati, nec possunt di-
6 cere se sine causa fideiussisse. † Ad secundum fundamentum de incertitudine quantitatis fundatum in l ita stipulatus. la grande. ff. de uerbor. oblig. Respondetur q̃ non uidetur fácere ad propositum: cum certitudo sumatur per relationẽ ad aliud, uidelicet ad summam illam, & quãtitatem, quam ipse do. Io. Anto. in nundinis paschatis dabit ad cambium, prout postea dedit certam summam, & sic de certa summa nunc agitur, alioquin nec in d. l. si ita stipulatus. ualuisset illa promissio, eum non habuisset in sui priuilegio expressam
7 certam aliquam quantitatem. † Ad tertium uerò, quod in argumento sumitur ex l. obligatione generali. ff. de pignor. cum si. & quod uidebatur habere maiorẽs colorem. Respondetur, q̃ nos sumus extra terminos. Aliud enim est quærere, utrum si quis omnia bona sua hypothecet, ista obligatio, quæ generaliter ualet, comprehendat etiam ea, quæ ille uerosimiliter non obligasset, puta uestem suam, uel supellectilia, uel alia bona, & tunc procedat regula. d. l. obligatione generali, & simil. & iste non est casus noster, ut de se patet.
8 † Aliud est quærere, utrum quis obligando se ad omne id, ad quod Titius obligabitur ex aliqua certa causa, quasi pro eo fide iubendo, & tunc cum non agatur de obligatione rerũ, quas uerosimiliter quis non sit obligaturus, sed tantum de obligatione personali pro quantitate incerta tunc certificanda, tamen per relationem ad aliud, puta ad mutuum, quod Titius accipiet, & tunc talis obligatio ualet simpliciter pro quacunque quantitate, cum obligatio sit generalis, & omnem quantitatem comprehẽdat, ut est tex. ad literam in d. l. si ita stipulatus. de fideiuss. & iste est propriè casus noster; nam do. Camillus, & do. Alex. uti fideiussores obligauerunt seipsos personaliter ad omnem quantitatẽm, quam d. Io. Ant. dabit ad cambium illi de Criuellis in nundinis paschatis, unde cum certum sit, q̃ ei dedit summam, de qua agitur, uidetur etiam certum, q̃ ad dictam summam debẽt isti fideiussores dici obligati, ut l. non quemadmodum ff. de iudic. & in d. l. si ita stipulatus. cum si. Nec dicatur, non fuisse uerosimile, q̃ uoluissent ad tam magnam summam obligari, quæ ascendit ad summam ducat. undecim millium. Quoniam respondetur q̃ hoc negatur; quoniam tx quo se obligauerunt ad omnem summam &c. nulla quantitas uidetur excepta, iuxta regulam, qua dicitur, qui omne dicit, nihil excludit, ut l. Iulianus. in princ. ff. de legat. 3. cum simil. Nec d. l. obligatione generali, quæ loquitur respectu certarum rerum, de quibus ibi propter ipsarum rerum qualitates, & quia homini sunt admodum necessariæ, debet trahi ad summas pecuniarum, quia in eis non uiget ratio. de qua ibi. Et præterea inter mercatores magnos, ut erant hi, de quibus agitur, facile est dare similem, & etiam maioris summæ obligationem, ut experientia docet, quæ dicitur efficax rerum magistra. cap. quam sit, de elec. lib. 6. Et sicut rei ueritas est, quòd dicta summa, licet magna, fuit data ad cambium tempore præstituto illi de Criuellis, ita etiam conuenire uidetur, quòd isti fideiussores ad talem summam teneantur, cum sic promiserint, & dom. Ioan. Anto. in tali eorum promissione cõfisus prædictam summam crediderit, meritò ergo ab illis debet indemnis conseruari, iuxta eorum promissionẽ, a quo recedere non debent. iuxta l. sicut. C. de acti. & oblig. cum simil. Hæc pauca sunt, quę me pro nunc a conclusione excellentis. Consultoris remouent. quibus si bonum responsum inuenero. aut per alium dari intellexero, libenti animo ab hac opinione recedam, & in sententiam Consulentium condescendam. Laus Deo.

Socin. nepos iurisconsf. Paduæ legens in prima sede uespertinæ lectin. 1537.

SVMMAE.

De statuto deferente marito lucrum certæ partis dotis uxore sine filiis prædecedente, utrum scilicet habeat locum, si ex ea superfuint filii ex alio matrimonio.

1 *Statutum deferens certum lucrum dotis marito, si uxor ei præmoriatur sine liberis, procedit etiam, si decedit cum filiis primi matrimonij. Limita ut infra num. 2.*

3 *Argumentum ab identitate rationis in statuto expressa ualet.*

4 *Statutum deferens lucrum dotis marito uxore sine filiis decedente, intelligitur sine filiis communibus.*

5 *Dos remanet filiis, etiam si uxor patrem habeat.*

6 *Pater dum uiuit, habet administrationem bonorum uxoris peruenturorum in eius filios post mortem uxoris.*

7 *Lex quantumcunque generalis per eius dictum restringitur.*

8 *Consuetudo si sit in ciuitate, quòd illa uerba statuti, absque filiis, intelligantur de communibus, illa est seruanda.*

9 *Mutanda non sunt, quæ certam interpretationem semper habuerunt.*

Nec à practica est recedendum, quæ dicitur uera legum intellectrix.

CONSILIVM. LXX.

Dirigat Dominus uerba mea in uiam ueritatis, & iustitiæ.

1 Placet † mihi supra modum conclusio firmata p excell. Consultorem do. Andr. Saxum, mihi uti fratrem maiorem honor. & postea per Clariss. Btroum in sua subscriptione comprobata, ut s. statutum Fotliuiense dans marito lucrũ in tertia parte dotis, si contingat uxorem alienius præmori uiro suo absque filiis, procedat, & locum habeat, etiam qñ uxor sic præmoriens haberet filios ex aliquo precedenti matrimonio, ut sic maritus lucretur non obst. filiis primi matrimonij, dummodo tamen ex eo non alteretur dispositio. l. hac edictali. C. de secũ. nup. per ea quæ copiosè. & doctè per do. Consultorem deducta fuerunt, tam in suo elegantissimo consilio, quam etiã in allegationibus, quas postea fecit pro resolutione quorundam motiuorum contra conclusionem in d. consil. firmatam excitatorum, quæ omnia, ni fallor, uidentur mihi abundantissimè, & multum iuridicè resoluta. Et ut uerum fatear, non parum sum admiratus in proposito casu fieri aliquam dubitationem; quoniam ex tribus fundamentis, & ex quolibet eorum separatim considerato, conclusio prædicta

2 dicta redditur indubitata. † Primò: qa apud doct.nostros
cõis,& uerissima extat sñia, q statutum deferens lucrũ ma
rito in parte dotis uxore pdecedente sine filijs, procedit ẽt
in piudicium filiorũ uxoris ex alio matrimonio, modò ma
ritus plus non consequatur, quam unus ex filiis prædictis,
iuxta dispõnem.d.l.hac edictali.ita enim voluit Pau.de Cas.
in auct.præterea. in 3.q. C.unde uir.& uxor.ubi dicit, q ista
opin.cõiter tenetur,quod ẽt uoluit patruus, & do.meus So
cin.in consi.52. super hac difficultate.j.col.in fin.3.uol. & in
consi.35.Visa narratione.2.col.vers.& punctualiter Bal.&c.4.
uol.cum multis aliis concord.in diuersis locis, de quibus su
pra per d.Consultorem, & ultra eũ ita in effectu uoluit Bar.
in d.l.hac edictali.uer pro hoc dixi semel, vbi etiam Bal. in
2.col.uersi. modò hic incidunt tres q. qui etiam idem dixit
in l.1.C.de inoffi.do. Aug.in §.quia uerò. vers.sed tunc po-
test dubitari.in auc.de nup.col.4.& Ro.in consi.44.ex supra
narrato.col.fi.uer.& hoc si non extantibus. dicunt enim p-
dicti, p statutum non impediet dispositionem. d.l.hac edi-
ctali. quia uir secundus non plus ex lucro habebit, quàm
unus ex filiis primi matrimonij sit habiturus, lucrabitur ta
men, & sic filij primi matrimonij non impediunt lucrum
dotis delatum uiro superstiti per formam statuti, dummo-
do non fiat cõtra d.l.hac edictali. & idem concludit etiam
Raph.Cum.in consi.100.do.Ioanna.in 2.q. idem etiam uo-
luit Paul.de Cast.in l.codicillis.§.matre.in ver.& iste tex.al-
leg.ad q.ff.de leg.2.& in consi.237.suprascriptus Do. Con-
sultor.circa med.in antiquis. in nouis autem est in nu.359.
2.uol.in consi.339.in fi.& in consi.463.nu.2.eo.2.vol.Alex.in
consi.144.circa primum.col.fin.num.9.& in consi.158. circa
primum.col.1.vol.5. hoc idem uoluit Curt. Senior in consil.
78.Do.Franceschina.3.col.& inuenio etiam,quòd ita in ter
minis firmat insignis doc.Ioan.Campeg. aliquando præce-
ptor meus in trac.dotium.in 10.q.1.par.princ. ita etiam uo
luit Dec.in consi.19.& pro tenui.col.1.in consi.283.& diligẽ
ter.col.1.& in consi.353.in casu.col.j.ver. & vlterius, & in d.
aucten.præterea.in 3.no.ubi etiam plures alij idem tenent,
quod etiam uoluit Bertrao. gal. in consi. 305. sic transactio.
col.pen.uer.ad quod bene facit.in 3.uol.& alaganx doc. Za-
sius Germanus in consi.5.ex facto deducitur. sub num.65.1.
volum.& nouissimè eandem opi.firmat Io.de Amic. in cõs.
xj.redemptoris &c.facti series talis est.5.col.in ver.sed præ-
dictis non obst.& licèt ferè omnes prædicti doc.dicãt, q per
statutum in dubio non dicitur derogatum d.l.hac edictali,
& hoc respectu statutum non dicatur præiudicare filijs pri-
mi matrimonij,tamen salua d.l.hac edictali.lucrabitur ma-
ritus tantum quantum ex statuto sibi defertur non obst. fi-
liis mortuæ uxoris ex primo matrimonio, dummodo nõ sit
plus, q̃ peruenturum sit ad unum ex prædictis filiis, quod
etiam in casu isto nos fatemur,sed (ut audio) cũ duo extent
filij,& statutum tantum 3. partem det in lucrum marito, se
quitur, q habebit locum statutum,prout loquitur in 3.par-
te,cum duæ aliæ tertiæ sint uiriliter ad d.filios peruenturæ,
& sic optimè procedet dispositio.d.l.hac edictali.absque ali
qua restrictione statuti.Et cum prædicta procedant secun-
dùm communem,& indubitatam doc.opi. ab eis nullo pa-
cto recedendũ est.l. j.ibi,& sanè crebrior &c. & ibi doc.uo.
ff.de offi.quæsto.& in terminis in statuto simili firmat Sign.
3 Homod.in consi.37.col.fi.& 69.per to. † Secundum funda-
mentum est,quia quando aliàs in statuto simpliciter loquẽ
te sine expressione rationis, quis uellet contrarium dicere,
& recedere a prædicta communi,& uerissima opi. tamen in
casu nostro conclusio prædicta necessaria erit propter ex-
pressam rationem in statuto, a qua non est dubium ualere
arg.inquit enim statutum,hoc lucrum deferri marito in re-
compensationem expensarum per maritum factarum in,
& pro ipsa uxore &c. unde cum maritus tales expensas fa-
ciat, siue uxor habeat filios ex alio matrimonio,siue non, &
ita propriè euenit in casu nostro, cum Marculinus secũdus
maritus Do.Corneliæ multas,& varias expensas fecerit, se-
quitur,quòd debet habere locum lucrum per statutum de-
latum per locum ab identitate expressæ rationis, iuxta l. a
Titio.ff.de uerb.ob.l.fi.C.ad l.fal.& c.consultationem, de re
gular.lib.6.cum uulg. & ut dicunt doc. non fit hoc p.a.i quã
extensionem,sed per comprehensionem, hoc est dicere, ut
omnis casus dicatur in lege, uel statuto cõprehensus, in quo
omnino ratio eius reperitur, iuxta l.his solis. ad fi.C. de re-
uoc.dona.ibi, satis etiam tacitè cautum putamus &c. & tra
dit Dec.in consi.372.uisa & diligenter consideratis.4.col.
uer.& quando in pluribus casibus, cum aliis pluribus supra
alleg.per d.Consultorem,& ultra eum, & alios doc.ego pro
hoc soleo ponderare text.in l.fi.ff.de cloac ibi, quia ead. uti
litas sit.prætorem enim sic intellexisse ait &c. Et ultra alle.
per Consultorem, ita etiam dixit Paul.de Cast.in consi.332.
præsens casus.2.colum.& Alex.in consi.89. circa primum.4.
col.uer.præterea quando in pluribus.uol.6 & Cur.Senior in
consilio 80 sæpe præfatus.post prin.Præterea dico,quòd in
casu isto non cadit illa dubitatio, an sit extensio, uel com-
prehensio: quia illa procedit, quando uolumus, quòd sta-
tutum procedat in casibus non comprehensis in uerbis sta
tuti, sed in ratione, quod non est in casu nostro; quia casus
uidetur ultra quòd habet rationem in statuto expressam,
4 dicitur etiam in uerbis eius comprehendi, † nam cum sta-
tutum dicat, maritum lucrari tertiam partem dotis, uxo-
re eius sine filiis decedente, debet intelligi scilicet commu
nibus, ut ex pluribus egregiè demonstrat dom. Consulens,
ad quem me refero. Et cum ex aduerso dicatur quòd im-
mo debet intelligi de quibuscunque filiis, etiam ex alio ma
trimonio, remanet dubium, quis intellectus sit capiendus,
quare dico primum intellectum capiendum, attenta ratio-
ne in d.statuto expressa, nam cum expensas faciat maritus,
etiam quòd uxor eius habeat filios ex alio matrimonio, &
eorum super existentia in aliquo non releuet maritum ne-
que re, neque spe a prædictis expensis, sequitur, quòd illi nõ
fuerunt habiti in consideratione, sed tantùm filii commu-
nes, quorum existentia patres eorum,& maritum mortuæ
5 mulieris. dicitur releuare ex eo; † quia dos apud eum rema
nat pro filiis, etiam si uxor eius haberet patrem, secundum
opi.Mart.quæ de consuetudine seruatur, iuxta tradita per
doc.post glo.ibi in l.dos a patre.C.sol.mat.licet plerique te
neatur, quòd dicta opinio.Mar.etiam de iure sit uera, ut p
alium meum do.Maria.Soc.in consi.9.prosequendo ordinẽ,
6 ferè per totum, † & dum uiuit, dicitur habere usumfructum,
& administrationem.d.dotis,ut.l.1.& ibi per doc. cum si.C.
de bo.mater.& etiam spem habet, quòd si filii dacadãt, om
nia apud eum remaneant, & ultra etiam ratione paternæ
affectionis in filios æquo animo tolerabit, bona filiis acqui-
ri, prout in terminis considerat Dec.in consi.283. & diligen
ter.1.col.Verùm ubi communes filii non sint, maritus ex iu
ris communis dispositione nihil esset habiturus ab intesta-
to, nisi fuisset locus bonorum possessioni, unde uir & uxor,
quæ rarissimè habet locum, nec lætabitur acquisitione la-
cta propriis filiis, cum non extent, & his consideratis statuẽ
tes uoluerunt in expensarum recompensationẽ, quòd ma-
ritus lucretur 3.partẽ dotis, si uxor sine filiis decesserit, scili
cet communibus, hæc enim expositio ex ratione prædicta
uidetur necessaria. † Et pro isto secundo fundamento opti-
7 mè facit: quia dici solet. legem quantuncunque generalem
in suis uerbis restringi per rationem eius, si claræ sit, ut sic
magis attendatur ratio q̃ uerba, ut uoluit Bar.in l.contra.
ff.de legib.& dixit apertius Bal.in l.si quis seruo.2.col. uers.
ex his apparet.C.de furt.& p hoc sunt iura clara, uidelicet
l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de leg.2.l quamuis.§.adigere.ff.
de iure pat.& l.milites agrum.in prin.ff.de re mili.cum sim.
& ad hoc plura cumulari possent, ut per Decium in consilio
64.& diligenter pro uiribus.4.col.uer. comprobatur etiam
hoc,& in consi.227.in casu ad me transmisso.3.col.uer.& stã
te præmissa conclusione,& per Cur.Iun.in consi.115.miran
dum est summopere. circa fi. Dico enim ad propositum no
strum, quòd licet statutum, de quo agitur loquatur de uxo-
re præmoriente uiro absq; filiis legitimis &c.& sic illa uer-
ba simpliciter prolata uideantur referenda et ad filios alte-
rius matrimonii; p tamen rationẽ in statuto expressam debet
limitari,

lim itari,& restringi ad filios communes uxoris mortuæ, & ma riti superuiuentis, secundùm q͂ ſ fuit ostẽsum. †Tertiũ, & vltimum fundamentum est, quod etiam de se sufficeret, & tollit omnem difficultatem, quia scilicet semper in ciuita ee Forliuij prædictum statutum fuit sic interpretatum, ne in facto mihi p̃supponitur, q̃ uerba illa, absque filiis, intelligatur de communibus,& ita usus, & consuetudo dictæ ciuitatis obseruauit, unde tali usui, & diutinæ consuetudini stã dum est, eum consuetudo sit optima legum, & statutorum interpres.e.cum dilectus.de consue.& l.si de Interpretatio-
9 ne.ff.de legi.& † minimè mutanda sunt, quæ certã interpretationem semper hsbuerunt.l.minimè.eo.tit.& ideo dicebat Bal.in c.j.in prin.de feud.sine eulp.non amit.q̃ a pratica non est recedendum, quæ dicitur uera intellectrix legum, quem refert,& alia congerit Dec.in consi.xj. quoniam iudicantium.col.8.ver.& ideo eum uerba statuti. cnm cõcor. vt supra per Dom.Consulentem,& ultra alleg.per eum firmae Andr.Barb.inter consi.Alex.nu.64.supremi Dei.'ad fi.vol.4. patruus,& do.meus Soci.in consi.84.accuratissimè.circa fi. 3.uol.Dec.in consi.48.& maturè,ac diligenter.j. col.& Bertran.in consi.276.uisa concessione. j.col. & insignis moder. D.Lud.Gozad.in eunsi.25.prima facie.3.col.in prin.cũ multis aliis,qui alle.possunt.Cum itaque ex quolibet ex his tribus fundamentis distinctè,& p se tantùm considerato apceta iustitia appareat in fauorem d.mariti,ut dictum est,fortiùs ita dicendum est omnibus simul concurrentibus, cum duo aut plura uineula uno sint fortiora,iuxta auc.itaq;. vbi no.Bar.C.communia de sucee.Facit,quod diei solet,singula quæ non prosunt,multa collecta iuuaut,ut no.in l.instrumenta.C.de proba.& uoluit gl.j. in l.si stipulatus. ff.de vsu. & glo.in l.2.§.ætas ff.de excu.tuto.& tradunt Cano. in c.fin. de successi.ab intesta.cum simil.prout scribit Ias.in l. reconiuncti.in 6.no.ff.de leg.3.& Bertrand.in consi.26.adricio, q̃ cum dictus.3.col.sub num.15.3.vol. Laus Deo.

Socin.nepos Paduæ legens. 1542.

CONSILIVM LXXI.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis: & iustitiæ.

SVMMAE.

De auc.ex testamento.C.de secun.nup. utrum scilicet in eo, q̃ vult, proprietatem remanere apud filium, procedat in bonis patris, quæ fuerunt publicata per uerba futuri tẽporis,sed nunquam incorporata, & an ius fisci possit allegari contra hæredes filij, & similiter an procedat, si filius intestatus decesserit &c.

1 *Mater ad secunda uota conuolans excluditur a proprietate bonorũ filij,& quorum tantum usumfructum habet, & talis proprietas uadit ad eius hæredes.*
2 *Filia in uita non conquerens de iniuria sibi per matrem illata per eius transitum ad secunda uota, an uideatur remisisse talem iniuriam,& infra nu.11.*
3 *Proprietas bonorum filij, quæ ad eius hæredem transit ob transitum matris ad secunda uota, ad filios dicti hæredis transmittitur.*
4 *Verba sententiæ futuri temporis sunt potius ferendæ sententiæ, quàm latæ.*
5 *Omne ius fisci per quinquennium extinguitur.*
Idem in crimine hæresis.
Quod crimini læsæ maiest. æquiparatur.
6 *Ius tertij exclusiuum iuris agentis,nisi tertius uoluerit, opponi nõ potest.*
7 *Ius tertij per actorem obligari non potest, etiam si sit exclusiuum ius aduersarij,etiam illo tertio nolente.*
8 *Mulier transiens ad secunda uota tria offendere dicitur, Deum primò.*
9 *Animam mariti defuncti, & similiter eius soboles ob secundas nup.uxoris contristatur.*
10 *Filius,cuius mater ad secunda uota transiuit, nil tenetur ei relinquere de proprietate, in qua succedit.*
11 *Successionis prima causa est filiorum.*



Licet excellentissimus Consultor do.Ant.Torellus,mihi uti frater honoran.& olim acutissimus & clarissimus discipulus meus, plura in p̃senti causa discusserit: in duobus tamen (ut mihi uidetur) sit maior difficultas, sup quibus requisitus sum, ut di-
1 cã, quid de iure sentiam, omnibus aliis prætermissis. †Primum est; quia uidetur, quòd bona, quæ Galassinus tempore suæ mortis habebat, non possent dici apud eum fuisse, seu p̃uenisse de substantia olim patris eius Matthæi Galassi, sed aliunde ad eum prouenerint, attento quòd bona omnia d. Matthæi (ut asseritur) fuerunt publicata,& confiscata; cũ ergo fuerint in fiscum translata, non potest dici, quòd de Matthæo peruenerint in Galassinum eius filium, si igitur ad eũ peruenerunt non ex substantia paterna, uidetur, q̃ non simus in terminis auctẽn ex testamento.C. de secun. nup. in qua stat totũ fundamentũ prædicti eximii consultoris uolẽtis, quòd domina Leonora mater.d.Galassini,& dominæ Iuliæ, quæ mortuo.d.Galassino filio ad partem bonorum eius uti mater fuerat admissa, iuxta auctẽ.defuncto.C.ad tertul. transeundo postea ad secunda uota priuata fuit proprietate dictorum bonorum,& duntaxat usufructuaria remanse-
2 rit, ut dicitur in d.auc.ex testamento. †Secundum est: q̃a posito quòd dicta auct. potuisset habere locum ab initio, & uc posito quòd bona illa possent dici ad Galassinum p̃uenisse de paterna substantia. Tamen uidetur, quòd hodie illa auctẽn. non procedat in casu isto, attento quòd domina Iulia filia dictæ dominæ Leonoræ, quæ per transitum matris ad secunda uota iniuriam passa fuerat, nunquam, dum uixit, de eo conquesta fuit: uidetur enim talẽ iniuriam remisisse, arg. l.fina.C.de reuocan.donat.& ita per illũ tex. uidetur firmare Bal.in d.auctẽn.ex testamento.in uersi.sed statim quæro, pone.tradit Alex.in consil.63 in dubitatione præmissa, post medium, uer. item quia filius. uolum.5.& Dec. in consil.206. quæritur.2.colum.& in rubr.C.de secun.nup.col.fi.uer.& in tali casu, cum aliis allegatis supra per dominum Consulentem. Ego autem super his duobus dubiis matura consideratione, arbitror ea minimè obstare conclusioni per excellentissimũ Consultorem firmatæ, uidelicet quòd bona, de q̃bus agitur, sint consideranda uti bona dictæ Iuliæ quò ad p̃prietatem,& non dominæ Leonoræ matris eius: quia (ut dictum est) fuit priuata dictorũ bonorum proprietate p̃ transitum ad secunda uota,& apud eam solùm remansit ususfructus, ut dicta auctẽn.ex testamento. prout plenè per du. Cõ-
3 sultorem deductum fuit, ad quem me refero. † Et talem proprietatem do. Iulia dicitur transmisisse ad Tiberium eius filium.& hæredem.§.prospeximus.in fine.in auct. de non eligend.secundò nuben.& §.uenient.in auctẽn.de nup. cũ aliis allegatis supra per do. Consultorem. Et ad prædictas difficultates respondetur ut infra. Et primò quo ad primam respondetur dominus Consultor pluribus modis suis additio-
4 nibus ad consilium, & satis iuridicè, ut per eum. † Et ultra eum potest dici, quòd bona dicti Matthæi nunquam fuerit publicata, attento quòd uerba sententiæ sunt temporis futuri, & sic sunt (ut ita dicam) canon ferendæ sententiæ non autem latæ, iuxta glo.in uerbo priuetur. ita illum textũ declarantem in lege iubemus nulli.§.cenomus.C.de sac. sanc. ecclesiis. ubi etiam Barto.Bal.& alii communiter, est etiam gloss.in uersi.afficeretur.in l.1.C.ne lice.poten.& glo in uer. habeatur, circa medium, ubi etiam Bart.Bal.Ange.& alii in lege in criminali.C.de iurisdic.omnium iudicum, & glo. in uerbo suspendatur, in c.quisquis. ubi Abb. ex ea de electioni.cum infinitis similibus, quæ ad hoc allegari possent, ut p Alex.in consi.92.perspectis diligenter,4.col.uers. nisi quando uasallus.numero 1.& Dec.in l.postquam.circa med.C.de pact. Dico enim, quòd ex quo non reperitur postea aliqua sententia, quæ bona publicauerit, non potest dici, quòd fuerint

rint publica: a. Præterea ēt probat: q̄a prædicta publicatio
uř facta, seu facienda sub conditione, si personæ, de quib. lo-
quitur snīa, ueneriut unquā in fortiam cōis Forliuii, & cor-
poraliter fuerint punitæ, ut sonant uerba snīæ, sed prædicta
conditio in persona Matthæi nunquā fuit impleta, ergo &c.
per iura uulgaria. Secundò ēt potest respōderi, & (ni fallor)
tollitur omnis difficultas, nam esto ꝙ publicatio bonorum
fieri potuerit, & te ipsa ēt facta fuerit, tamen ueritas est, ꝙ
bona, de quibus agitur, uenerunt ad Galastenum filium ue
lut ex substantia paterna, & ita ille ea bona semper tenuit,
cum aliud ius in eis non haberet, nisi q̄a erat filius, & hæres
Matthęi patris eius, & ita ut talis ea habu t & posedit, & ita
interrogatus ipse, & alius quilibet respondisset. Et quando
contra hoc allegatur in præsentiarum ꝙ deuenerunt esse do.
Matthæi per confiscationem, & sic allegatur ius fisci, & con
sequenter ius tertii. Respondetur, tali allegationi nō esse de
5 ferendum quoquo pacto, primò † quia omne ius fisci dicit
fuisse extinctum per cursum quinquēnii, arg. l. 2. C. de uect.
& commiss. & eius quod dixit Bart. in l. commissa in fin. ff. de
publ. dum uult, ꝙ licet res, quæ incidunt in commissum effi
ciantur de iure fisci, & in eius dn̄ium transeāt, tamen lapso
quinquennio non possunt amplius peti, & fiscus omni suo iu
re priuatur, idem ergo dicendum est in casu nostro. cum ne
dum quinquennium, sed anni 15. 30. & ultra pertransierint.
Et hoc maximè dicēdum uř; quia sic uidemus fieri in crimi
ne hæresis, prout egregiè declarat Abb. in c. cū nobis, col. fi.
uers. idem dico in bonis. de præscri. refert, & sequitur Balb.
in tract. de præscrip. in 1. par. 5. par. princip. in 1. q. uers. idem
dicit Paul. nam crimen hæresis, & crimen læsæ maiest. uiden
tur æquiparari. c. quæro ergo ad fi. 6. q. j. & est glo. in uer. de-
bet. in l. manicheos. C. de hæret. & manich. & noluit Alex. in
l. 2. C. de apostat. in apost. ad Bart. Et si quis de hoc dubitet
pp l. quamuis. ff. de usucap. & l. in omnib. ff. de diuer. & tēpo.
præscrip. in quibus uidetur longius tempus requiri. Dicam,
ꝙ in casu nostro cessat omnis difficultas, cū lapsi fuerint an-
ni 15. 30. & forte. 40. & sic longius tempus, q̄ in aliqua ex d.
legibus requiratur, & per quod non debet dubitari ius fisci
esse sublatum, ut patet ex doct. Abb. in d. c. cum nobis. in sua
dist. incip. in uersic. quædam enim sunt bona, & iura pariter
6 possibilia &c. & Bal. in prædicta q. num. 3. & 4. † Secundò di
co, ꝙ non est deferendum prædictæ allegationi; quia allega
tur ius tertij, quod esto, ꝙ esset exclusiuū iuris hæredum Ti-
berii filii d. do. Iuliæ, & consequenter ēt hæredum ipsius Iu-
liæ, cum hæres hæredis primi defuncti dicatur hæres. l. fi. C.
de hære. inst. tamen non dicitur ita exclusiuum nisi tertius,
& sic in proposito nostro filius uoluerit. quo casu non potest
opponi de iure tertii, ut declarat magistraliter Bart. in l. s.
uers. quandoq; ius tertii. ff. de excep. rei iud. quem sequuntur
cōiter doct. ut ibi per patruum & do. meum Soci. in 2. col. in
uers. 2. concl. sumitur, qui huius dicti ponit rationē post Bal.
7 per eum alleg. † Et hoc fortius in casu isto procedit, in quo
ius fisci nō allegatur per reum ad exclusionem actoris, seu
iuris, in quo casu loquuntur Bart. & alii supra alleg. sed alle-
gatur per actorem contra reum conuentum, in quo casu
communis conclusio est, ꝙ ius tertii allegari non possit, e-
tiam ꝙ esset exclusiuum iuris aduersarii ipso iure, & etiam
illo tertio nolente, ut uoluit Bald. in l. cum mulier. mihi 10.
col. uers. secundò sic probo. ff. sol. mat. dicens, ꝙ qòd ad hoc
differentia est inter reum, & actorem, ut per eum, quem re-
fert, & sequitur rationem pulchram allegādo patruus meus
in d. l. s. s. col. uer. notabis tamen, ꝙ actor. Ex quo sequitur,
ꝙ si quis uellet, ꝙ in casu nostro istud ius fisci, quod allega-
tur, esset exclusiuum iuris prædictorum hæredum etiam fi-
sco nolente, non tamen per actorē poterit allegari, seu eius
allegationi non erit deferendum. Quantùm uerò pertinet
ad secundam difficultatem eximius Consulens tripliciter
respondet, & quælibet respōsio iudicio meo uidetur bona.
8 † Et ego puto tolli omnem difficultatem sic declarando,
quando mulier transit ad secunda uota, dicitur tria negli-
gere, Deum scilicet, defuncti mariti memoriam. & filiorum
charitatem, ut inquit Imperator in §. iinaút tutelā. in auct.
9 de nupt. † Et in §. quę uerò nunc seqtur. eo tit. dicens, ꝙ per
secundas nuptias cōtristatur anima mariti defuncti, & simi
liter ēt contristatur eius soboles, ut dicitur in §. soluto igitur
matrimonio, eo. tit. Et pp eiusmodi iniuriam, ut ita dicam,
illatā mortuo marito, & filiis multa statuuntur cōtra uiduā
sic ad secundas nupt. transeuntē, & inter cætera in proposi-
to nostro disponitur, ꝙ illa priuatur proprietate bonorum,
in quib. successerat filio, quæ ad eum peruenerant ex pater
na substātia, & illa acquiritur filiis, qui supersunt ex primo
matrimonio, ut d. auct. ex testō, & in corpore unde sumitur.
10 † Et plus ēt secundum unā opi. statuitur contra eam, ut fi-
lius q̄ superest, & ad quem peruenit proprietas, possit ei in
testō nihil de talibus bonis relinquere, etiam extraneos in
stituendo, & hoc pp pecuniam, quam ipse prodidit ex tran-
11 situ matris ad secundas nuptias. † Modò si contingat filiū
prædictum mori intestatū, & sic nihil disponere contra ma
trem, dicitur quodammodo ei iniuriā remisisse, & sic uoluis
se, ut sibi seruetur ius succedendi ab intestato, & hoc si uolu
mus aliquo modo uti arg. ex l. fi. C. de reuoc. don. quo utitur
Bal. in d. auct. ex testō, & similiter aliqui eum sequuntur. Sed
ex eo non dicitur rediisse ad eam proprietas, qua iā priuata
fuerat principaliter pp iniuriam illatā marito defuncto, seu
animæ, & memorię eius, & hinc est, ꝙ illud restringit ad bo-
na, quę mediante filio habuit de substantia paterna, & non
procedit in aliis bonis, in quibus filio prędefuncto successe
tat, unde filius sic intestatus postea decedens in proprietate
illa habebit eos hęredes, qui per l. ab intestato uocantur, &
si talis est ipsa mater, illa succedere poterit in prędicta pro-
prietate. At ubi mater ab intestato non uocaretur in totū,
uel in partem, certè nec tunc admitteretur. licet filius mo-
riens contra eum nihil disposuerit, & istud est; quod uoluit
Bal. si rectè consideretur, in loco in contrarium allegato, &
similiter alii, qui sequuntur eum. Applicando modò ista ad
casum nostrum, dico, ꝙ do. Leonora fuit priuata proprieta
te bonorum, de quib. agitur, propter transitum ad secunda
uota: quia contristauit animam mariti defuncti & peruenit
dicta proprietas ad d. Iuliam, quę postea moriens intestata,
& nihil contra matrem disponendo, dicitur illatā sibi iniu-
riam remisisse, declarando ut supra, sed non iniuriam illatā
patri eius defuncto, & ideo proprietas illa ad domi. Leono-
tam non dicitur rediisse, sed tantùm dicitur reseruatum ei
12 ius succedendi ab intestato. † Vnde cum do. Iuliæ non esset
successura; quia illa habeat filios, quorum est prima causa in
successione, auct. en. in successione, & in corpore unde sumi
tur. C. de suis & legit. meritò sequitur, ꝙ non ad matrem,
sed ad filios d. proprietas peruenit, idest ad masculos exclu
sis fœminis ex forma statuti Forliuii, & per hanc declaratio
nem (ni fallor) tollitur apertissimè decisio Bald. & sequaciū
in contrarium allegata, & istud uirtualiter uoluit do. Consu
lens in sua tertia solutione, quando dicit, quòd in casu no-
stro mater inuenit obicem, seu obstaculum, quod non est in
casu Bal. Laus immortali Deo.

Mar. Soc. Iunior iurisc. eques, & comes, Paduæ.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit Beroum, uide in quo.

SVMMAE.

De usufructuario, qui non præstita cautione de utendo arbitrio boni uiri, fructus percepit.

An & quando eos suos fecerit, uel restituere teneatur.

1 *Vsufructuarius ante præstitam cautionem, an & quo casu faciat fructus suos, & infra num 4. 5. & 9.*

2 *Morosus debet fructus restituere.*

3 *Cautio de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri non est de substantia usufructus.*

Secus in cautione de æstimatione rerum, uel de pecunia restituenda, quando usufructus est in rebus, quæ usu consumuntur.

5 *Vsufructuarius si adeptus sit possessionem sine uitio, nec fuerit in mora præstandi cautionem, facit fructus suos.*

6 *Bona relicta iure institutionis possunt capi propria auctoritate per eum, cui relinquuntur.*

Vero

7 *Verba ista posita in testamento, liberè, sea ad eias aoluntatis libitam, important, at qais possit propria aactoritate capere.*

8 *Vsafractaarius rerum, qua asa consamantur, cautionem esserre non teaetar, sed solùm si ab eo petatar.*

10 *Vsafractaarius a mora excasatar, si ex aliqaa causa caationem non prastitit.*

Et caasa iasta a mora excasat.

11 *Ignorantia iuris ia muliere, et qaibusdam alijs personis toleratar.*

12 *Remissio cautionis asusractuario secandùm commanem opinionē fieri aoa potest.*

13 *Igaorantia iuris excasat, ae quis damnum patiatur.*

14 *Ignorantia iaris excusat a mora, & contumacia.*

15 *Libellus generalis, & incertas ia iudicis siagalaribus non procedit, & processum aallam reddit.*

16 *Libello generali noa declarato reus respondere non teaetar.*

17 *Libelli uerba illa generalia, peto iustitiam admiaistrari, non saat admittenda.*

18 *Generalitas, & incertitado obscaritatem parit, parte maximè opponeate.*

19 *Respondere obscarè, & iacertè dicitur, qui respondet se facturam, quod de iure teaetar.*

20 *Actor, & reas ad imparia iadicari non debeat.*

21 *Procatator alicaias aon constituit aliqaem in mora, aisi de eius maadato ad illud manifestè constet.*

Et si de tali mandato procarator postea doceat.

22 *Qualitas, qaa est faadamentam alicaius, debet probari.*

23 *Titalus cam errore etiam iaris facit, quòd quis aon teneatar restitaere fractas, quos percepit.*

24 *Vsafractaarius si non cauit, patans non teneri cauere, talis ignorantia eius quò ad fractuam acqaisitionem prodest.*

CONSILIVM LXXII.

Dirigat Dominus verba mea in uiam veritatis, & iustitia.



VærituR in præsenti consultatione, nunquid Do. Iacoba relicta in testamento Do. Benedicti sui matiti usufructuaria oium bonorū eius fructus, quos ipsa percepit, anteꝗ caueret de utendo & fruedo arbitrio boni uiri, teneat restituere cuidā d. Io. Frāeisco de Alexandria, qui postea per amplissimum Senatum Ducis Mantuæ declaratus fuit fideicommissarius uniuersalis ex testō prædicti do. Benedicti, quo tpe illi ipsa do. Iaco-
1 ba prædictam cautionem immediate præstitit. † Et quidem: prima facie uř, ꝙ ipsa ante præstitam cautionem nō fecerit fructus suos, ut uř tex. in l. uxori. la j. ff. de usufr. leg. & ita expressè dicit gl. in uers. possit. in l. si homo. ff. de usuc. & in l. si cuius. in glo. j. ff. de usufrue cum si. de quibus per Barr. in d. l. uxori. & ita uoluit Fulg. in cons. 93. Ad id, de quo primo loco. in fi. & Cor. in cons. 9. In hac cōsultatione, prope fi. a. uol. Et si non fecit fructus suos, uidetur, ꝙ eos restituere teneaẗ. Ee eo maximè: quia illa uř fuisse negligens & morosa in tali cautione præstanda attento ꝙ prædictus Io. Franc. uidetur eam petiisse sibi præstari, quādo quidam de Paradisis ejus nomine petiit, ꝙ si domina Iacoba acceptabat legata in dicto testamento sibi facta, adimplere debet omne id, ad qđ de iure teneretur, & sic uidetur requisiuisse, ut talē cautionē pstaret; q a eā pstare de iure tenebatur, iuxta l. j. in prin. & per totū tit. ff. usufr quemad. cau. & l. j. vsufructu. C. de vsu
2 & habi. cum f. † Nam ut mora illa in non canendo, postquā de eo fuit requisita, sibi sit dānosa, nō debet lucrari fructus, quos sic morosa percepit, sed dēt eos restituere, ut in sua distinct. firmat Sal. in l. j. in 4. q. C. de vsu & habi. & refert & sequitur Ang. Aret. insti. de vsufru. in princ. 2. col. uer. aut quęritur de perceptis a seipso. Istis tamen non obst. contrariā opin. vti probabiliorem & ęquiorem in præsenti casu amplector, concludendo, quòd immo domina Iacoba fecit fructus suos, quos ante præstitam cautionem percepit, & quòd eos prędicto Ioan. Fran. restituere non teneretur; prout etiam egregiè & sapienter per excel. Aduocatos Mantuanos in eorum subtilissimis allegationibus cōcluditur, & his stantibus in facto ueris, quæ in d. allegationib. præsupponū-
3 tur, & de quibus infra. † Et pro hac conclusione apertius demonstranda prẹsuppono primò, quòd cautio ista dr utẽdo arbitrio boni uiri, de qua agitur, non dicitur de substātia usufructus, cum sine ea sæpe detur usufructus, ut est gl. cōmuniter approbata, insti. de usufr. super uer. salua rerū substantia, prout ibi tradunt Io. de Plat. Are. & alii scriben. & alia glo. in uer. remittenda, in l. si usufructus. §. planè. ff. usufru. quemad. cau. & tradit idē Are. in trac. de testa. in glo. 93. in fi. & de hoc est communis opi. licet aliud sit in illa cautione de ęxtimatione rerū, uel de ipsa pecunia restituēda, quādo usufructus est in rebus, quæ usu consumuntur, de qua in §. cōstituitur, insti. de usufr. & in l. a. & per totum tit. ff. de usufru. earum re. quæ usu cōsu. prout declarant doc. in locis præalleg. & ita uoluit Bar. post Iac. Butr. in d. l. j. C. de usu & habi. in 3 q. nam tūc cum propriè usufructus non possit induci, quia rerum substantia non conseruatur, inducitur impropriè mediante illa cautione: ut in d. §. j. & ideo mirū si tunc cautio dicitur de substātia illius usufr. & de eo loquitur. d.
4 l. uxori. la j. ff. de usufr. leg. † Et ex ista differentia infertur, quòd licet fructuarius utendo rebus, quæ usu consumuntur cautione illa non præstita nō faciat fructus suos, deficit substantia usufructus, tamen utendo aliis reb. puta prædiis rusticis, uel urbanis etiam cautione nō præstita dicitur facere fructus suos cum uerè substātia usufr. nō deficiat. ita signā-
5 ter declarat Are. insti. de usufr. in princ. uer. † ex his sequitur in practica, quod dicit esse perpetuò notandum, quod autē ante eum ibi dixit Christophor. Porc. in uer. ex quibus inferunt doc. pręsupponendo hoc esse commune dictum doc. ut per eum, & ita ante omnes uoluit ibi Ioan. Fab. dicens, ꝙ si usufructuarius adeptus sit possessionē sine uitio, nec fuerit in mora præstandi cautionē, proculdubio facit fructus suos attento quòd cautio non est de substantia, ut per eū. In proposito ergo casu dicendum est, quòd domina Iacoba absq; dubio fecerit fructus suos etiam ꝙ cautionem non prẹstiterit, cum simus in rebus, quæ usu non cōsumuntur, & sic in casu, in quo cautio non dicitur de substantia usufructus. Est bene uerum, ꝙ aliquando talis usufructuarius tale fructus cogitur restituere, ut declarat Christoph. pręalleg. & de hoc solùm quæritur in casu nostro. Et licet aliquando doc. nostri alio modo loquendi utantur dicentes, eū non facere fructus suos; tamen loquuntur largo modo habito respectu ad effectum; quia. s. sunt tales fructus restituendi in certis casibus, & prædictam distinc. inter usumfructum rerum, quę usu consumuntur, et aliarum rerum, voluit, si rectè consideretur Alex. in d. l. vxori in apostil. ad Bar. et licet dicat ab alio nō reperiisse dictum, tamen vides, ꝙ alij dixerunt et eisdem
6 verbis. † Secundò præsuppono, quòd ista domina Iacoba potuit propria auctoritate accipere bona testatoris, et iis uti frui, tum quia tale relictum fuit factum iure institutionis, iuxta doct. Bar. in l. ex facto. la grande. in uersiculo quid ergo dicemus. ff. de hæredi. iostitu. cum aliis allegat. per excell. dominum Traianum vnum ex aduocatis prędictis: tum etiam propter alia verba in prædicto legato posita: prout
7 per eundem excell. Aduocatum ponderantur. † Et ultra eum pondero etiam, quòd dicto relicto dicitur, ꝙ ipsa domina Iacoba de dicto usufructu, & fructibus per eam percipiendis possit liberè, seu ad libitum eius uoluntatis disponere: dico. n. ꝙ etiam per ista uerba data fuit ei potestas ingrediendi propria auctoritate, arg. c. de multa. ibi, liberè cōferat, cum his, quę ibi no. Abb. extra de præben. cum aliis q̄ ad hoc allegat insignis Moder. Ludou. Goza. in consil. 91. quidam Hieronymus. in uers. 4. pondero illa uerba, ubi in pro-
8 priis terminis ita firmat. † Tertiò etiam pręsuppono, quod licet usufructuarius rerum, quæ usu non consumuntur debeat prestare propterea cautionem de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri, & de rebus restituendis finito usufructu, ut supra est dictum, & plenè tradit Cor. in consilio 267.

In

in hac consultatione. in prin 4. uol. tamen hoc intelligitur, si
taliscautio petita fuerit; tunc enim si petenti non fuerit pręstita dicitur esse in mora, sed eam offerre nō tenetur, prout
declarat Bald. in cons. 22. Super primo puncto. 2. uol. & in l.
usufruct. ad fin. C. de u su & habit. Et pro hoc uidetur tex. in
l. hac edictali. §. fin autem utraque. C. de sec. nup. quē ad hoc
ita concludendo ponderat Sal. in d. l. j. in 4. q. C. de usu & habit. refert & sequitur Aret. instit. de usufru. in prin. & firmat
Alex. in cons. 120. Quia opportune. 2. col. sub nu. 5. uol. 6. istud
etiam uoluit Pau. de Cas. in l. pero. §. fi. in fi. ff. de leg. 2. refert
& sequitur Felyn. in c. si autem: in uers. negligentia ꝓbatur
ad fi. ibi, & dicit Pau. de Cast. in l. petere. de rescrip. idem ēt
uoluit Pau. de Cast. in cons. 279. Super primo quesito. in ult.
dub. j. col. secundùm nouam impressionem, quod etiam dictum consilium subscribendo uoluit Flor. de S. Petro, ut ibi
patet, & etiam Rom. idem consulēdo, ut ibi statim sequitur
in cons. 280. in fi. Et ita etiam ante alios in d. §. sinautē utraque, uoluit Bart. in l. si homo. de usucap. & Bal. in d. l. hac edictali. §. his illud. 2. col. in uers. ibi dissimulante. C. de sec. nup.
quod etiam uoluit aliquos ex prædictis allegando Bertran.
9 in cōs. 40. Ponitur in facto. in 2. dub. 2. uol. † Et ex hoc tertio
præmisso sequitur quartum, uidelicet ꝙ nunquam fructuarius tenetur restituere fructus, quos ante pstitam cautionē
percepit, nisi qā ille fuerit in mora cauēdi, puta quia de eo
requisitus noluit cauere, nullam habens causam recusandi,
& sic dicatur fuisse contumax, & in mala fide. At quando nō
esset in mala fide, quacunque ratione non conuenit, ut ad restitutionem fructuum bona fide perceptorum teneatur, qū
etiam bona fide, & sine aliqua mora, uel cōtumacia cautionem non pręstitisset, ita uoluit Azo, & post eū glo. super uer.
in cautionem. in d. l. uxori, la j. ff. de usufruct. leg. sic ēt dixerunt Guil. de Cun. Pet. & Cyn. in l. usufructu. C. de usu & habit. prout eos refert & sequitur Bart. in ult. q. idem apertè
dixit Bal. in d. l. i. in pen. q. eod. tit. & ita etiam referendo, &
sequendo Bar. dixit Ang. Aret. in præalleg. tract. de testam.
in d. glo. 93. & firmat Alex. in cōs. 120. Quia oportune. 2. col.
sub num. 5. lib. 6. Et idem uoluit etiam Bertran. in d. cōs. 40.
in 2. quæsito, & fuit etiam opi. Ray. ut refert & sequitur Bal.
10 instit. de usufruct. in princ. † Et illud summa ratione procedit; quia cum usufructuarius aliqua iusta causa cautionem
non pręstiterit, dicitur a mora excusari, cum pro regula traditur, iustam causam excusare a mora, iuxta glo. in uers. cū
petitum esset. in l. unum. & gl. in uers. detrimento. in l. quod
te. ff. si cert. pet. & in utroque loco plenè traditur per doct.
maximè Mod. Facit bonus tex. in l. si quis solutioni. in prin.
ff. de usur. tradit Alex. in cons. 119. Quæritur ergo. 3. col. nu.
13. uol. 2. Et Io. Bapt. Caccialup. inter consilia Soci. nu. 107.
Cor mundum crea. 4. col. uers. quis etiam negaret. cum concord. multis, qui allegare possent, ut per Hippo. in l. patre &
marito. 4. col. in uers. item facit glo. in l. quod te. ff. de quæst.
Istis ita pręmissis dico nunc ad casum nostrum deueniendo
primò, ꝙ do. Iacoba non minus dicitur fuisse usufructuaria:
quia cautionem non præstiterat, cum non sit de substantia
ususfructus, ut in primo præmisso. Et sic etiam dico, ꝙ pp
iustum titolum, & bonam fidem illa dicitur fecisse fructus
suos, ut similiter dictum fuit in primo præmisso. Secundò
etiam dico, ꝙ illa non peccauit, nec cum uitio ingressa fuit
possessionem bonorum, in quibus habitura erat usumfructum ex eo, ꝙ propria auctoritate illud fecit, si quidem hoc
ei pęrmissum fuit, ut in secundo præmisso dictum fuit. Subsequenter & tertiò dico, ꝙ ipsa non debuit offerre cautionē, de qua agitur, sed expectare, ꝙ ab ea peteretur per proprietarium, ut dicitur in tertio præmisso. Et demum dico, ꝙ
d. Iacoba fuit semper in bona fide nedum quò ad perceptionem fructuum, sed etiam quoad cautionem per eam certo
tempore non præstitā, & ꝙ in eo non potest dici contumax,
uel morosa, meritò ergo sequitur, ꝙ nō potest teneri ad restitutionem fructuum per eam bona fide omni respectu perceptorū, ut fuit dictum in quarto & ultimo præmisso. Hoc
autem, in quo stat tota difficultas, ostenditur multipliciter
& ita etiam multipliciter apparebit responsum omnibus
his, quæ in contrarium deducta fuerunt. Et primò dico,
quòd ista domina Iacoba ignorabat se teneri ad cauendū.
11 † Et si dicatur, quòd istud est ignorare iura, quòd non toleratur. l. leges sacratissimę. C. de legibus. Respondetur, quòd
fallit in muliere, & quibusdam aliis personis; in ea enim propter sexus fragilitatem præsumitur ignorantia. l. regula. in
princ. ibi, quòd & in fœminis. ff. de iur. & facti ignor. facit l.
cum de indebito. ff. de probat. in §. j. & ita uoluit Bart. in l. fi.
C. de iur. & fact. ignor. & tradit Alex. in consil. 54. Circa primum. col. fin. sub nume. 8. col. 6. & Dec. in consil. 351. In casu
proposito. in fin. ubi etiam allegat Pau. de Castr. in cons. 131.
ut per eum. Et isto casu facilius hoc tolerādum est; quia per
testatorem fuerat expressè ordinatum, quòd ipsa non teneretur cauere, seu dare fideiussorem, cui facile potuit crede-
12 re. † Et licet secundùm opin. communem talis remissio
cautionis per testatorem fieri non possit, ut per illum text.
tradunt gloss. & doct. in l. j. C. de usu & habit. Tamen ipsa sic
credidit istius communis opin: ignara confisa de testatoris
prouisione. Sic igitur concludo, ꝙ cautionem non præstitit
13 ignorans se ad illam teneri. † Et licet fuerit ignorantia iuris; tamen ei non nocebit in casu isto, cum agat de damno
uitando, nā cum (ut dictum est) fecerit fructus suos, si nunc
teneretur restituere, pateretur maximum dānum, unde ne
damnum tale patiatur, excusatur propter ignorantiam etiam iuris. l. iuris ignorantia. & l. error. ff. de iur. & fact. igno.
& ibi tradunt doct. & traditur etiam in l. fi. C. eod. tit. & hoc
est commune dictum, prout illud tenendo pręsupponit Bertran. in consil. 141. Viso casu. 2. col. uers. & hoc maximè de-
14 buit. 2. uol. cum multis aliis, qui allegari possent. † Ista ergo ignorantia licet iuris excusat dominam Iacobam a mora, & contumacia; cum illa agat de damno uitando, idest ꝙ
non teneatur restituere fructus, quos percepit, & suos fecit,
& ut uerosimile est, etiam consumpsit. Et si dicatur, quòd
procederent prædicta, nisi ab ea fuisset tali cautio petita,
quasi post eius petitionem nō possit amplius dicere ignorare se teneri ad cauendum. Respondetur, quòd immo talem
ignorantiam semper diceretur prætendisse etiam ꝙ ab ea
talis cautio petita fuisset: quia suam credulitatem fundabat in dispositione testatoris, quæ non diceretur sublata ꝑ
dictam petitionem. Vel secundo respondetur, & est secunda probatio bonæfidei dominæ Iacobæ, & ꝙ illa nō fuerit in mora; nam dici potest, ꝙ nulla fuit facta petitio prædictæ cautionis saltem taliter, ut per eam domina Iacoba
dicatur in mora constituta, etenim ab ea petitum fuit per
illum de Paradisis nomine d. Ioann. Franc. quòd ipsa adimpleat omne id, ad quod de iure tenetur, & nihil fuit expressum de cautione præstanda, certè licet domina Iacoba cautionem illam non præstiterit, non tamen potest dici contrauenisse petitioni, seu protestationi, sibi factæ, aut in aliqua
mora præstandæ cautionis fuisse, quoniam illa non tenebatur de iure talem cautionem præstare, nisi proprietarius eā
sibi præstari petierit, ut fuit dictum supra in tertio præmisso. cum ergo eam non petierit. sequitur, quòd domina Iacoba eam pręstare non tenebatur, postquam sine uitio erat in
15 possessione igitur &c. † Pro quo facit, quod dici solet, libellum generalem & incertum non esse admittendum in iudiciis singularibus, ut per glo. in c. 2. de libell. oblat. quam sequuntur doct. ut ibi per Felyn. in 8. col. uersic. & quamuis in
iudiciis singularibus, iunctis præcedētibus, & tunc uidetur,
ꝙ incertitudo, & generalitas libelli reddat processum nullum, ut uidetur uelle glo. j. in fin. in l. 2. §. circa. ff. de exceptio.
16 doli. & † generali libello non declarato reus non tenetur respondere, argumento eorum, quæ dicit Bald. in l. fin. 3. col.
uers. 2. oppo C. de codic. & Alex. in l. j. circa prin. ff. de edend.
17 † Et tunc etiam, ꝙ non sunt admittenda illa generalia uerba, peto iustitiam ministrari, secundum Imol. in c. cum dilectus. de ord. cogn. prout refert. & sequitur patruus & dominus meus Socin. in consil. 95. In causa communis. col. 8. ad fi.
18 uol 3. † Et ratio omnium est: quia generalitas & incertitudo parit obscuritatem, ut de se patet, & inquit Bald. in l. illud. in 4. quæst. C. de sacrosanct. eccles. & sic reus non posset
bene

bene deliberare, an uelit cedere, uel contendere, ideo &c.
arg. d. l. j. in prin. ff. de eden. Et hæc maximè uera sunt, si pars
opponat, iuxta not. per glo. & doct. in l. fin. C. de ann. excep.
Sic igitur ista protestatio, seu petitio illius de Paradisis no-
mine illorum de Alexandria cum sit generalis, & incerta de-
bet reiici saltem quò ad hoc, ut non constituat in mora do-
minam Iacobam, attento maximè quod ei uirtualiter per eam
15 fuit oppositum, ut in processu constat. † Facit etiam; quia
aliàs dicimus, quod qui respondet se facturum, quod de iure te-
netur, dicitur obscurè & incertè respondere, ita ut respósio
eius pro nihilo sit habenda, quando uerosimiliter sciebat,
ad quod tenebatur, ut signanter declarat Aret. in consi. 143.
20 Ex facto proponitur. in ult. dub. † Vnde sicut illud est in re-
sponsione rei, ita debet dici in petitione actoris, cũ non de-
beat ad imparia iudicari, regula non licet actori, de reg. iu.
lib. 6. & l. fin. ubi per doct. C. de fruct. & lit. expend. Immo
fortius cum iura magis faueãt reo, quàm actori. l. Arrianus.
ff. de action. & oblig. cap. fin. de re iudic. & l. fauorabiliores.
de reg. iur. Tertiò probatur bona fides dominæ Iacobæ,
& quod illa non potest dici constituta in mora per illam petitio
nem, quam nomine illorum de Alexandria fecit Ioan. de Pa
radisis. Quia ipse non fecit fidem. de eius mandato ad ta-
21 lem petitionem, & (ut ita dicam) interpellationem. † Nam
nunquam per procuratorem alicuius constituitur aduersa-
rius in mora, nisi de eius mandato ad illud constet, ut uidet
probari in l. si quis inficiatus. in princ. ff. deposi. cum his, quę
ibi dicunt Bart. & alii, tradit Paul. de Cast. in l. de pupillo. §.
qui procuratorio. ad fin. ff. de oper. no. nunc. cum aliis allega
tis per insignem mod. d. Franc. de Ripa in l. quod te. 17. col.
sub nu. 56. & 57. ff. si cer. pet. ubi etiam dicit procedere hoc,
etiam si postea de tali mandato procurator doceat, ut per
eum ibi post alios, quos allegat. Quartò ad idẽ facit: quia
posito, quod cetera non obstarent, obstaret tamen: quia ille Io.
Franc. & fratres non ostenderunt se tales quales se fecerũt,
uidelicet se esse proximiores defuncto testatori. Nam cum
isti non fuerint expresse nominati in testamento, sed fuerũt
uocati proximiores, ipsi debebant docere se esse proximio
22 res. † Nam quando aliquod alicui competit ratione alicu-
ius qualitatis, dẽt probare illam qualitatẽ, in qua stat suum
fundamentũ, arg. c. j. cum his quæ ibi tradit Io. Andr. & alij,
de homi. lib. 6. Possent & aliis mudit prædicta probari, &
ita allegata in cõtrarium tolli, ut ex dictis excellentissimo-
rum Aduocatorum prædictorum in eorum allegationibus
colligitur, ad quas gratia breuitatis me remitto. Vnum
prædictis addendo, scilicet quod difficultas, de qua supra, pro-
cedit solùm respectu dimidiæ partis fructuum per dominã
Iacobam perceptorum; quia solùm pro dimidia declaratũ
fuit pertinere hæreditatem ad istos de Alexandria, seu eis
pro dimidia in effectu restituendam fore. Etenim legiti-
ma & Trebellianica, quæ detrahendæ sunt, ascendunt ad a-
liam dimidiam, cuius respectu non est dubium fructus non
esse restituendos, prout de hoc iura & decisiones notissimæ
sunt. In illa autem dimidia fructuum, de qua dubitabatur,
mihi de iure dicendum uidetur, quod domina Iacoba eam re-
23 stituere non teneatur per prædicta. † Quæ conclusio ultra
ea comprobatur per ea, quæ tradit Curt. iunior in consi. 28.
In causa uertente. 2. col. in fin. cum seq. dum concludit, quòd
titulus cũ errore & iuris facit, quod quis non teneatur restitue-
re fructus, quos percepit per plura, quæ ibi ipse allegat nu-
mero 6. Nam ista domina Iacoba habuit titulum: quia uerè
erat usufructuaria pro illa dimidia, & posito quòd esset obli
gata satisdare, id non fecit errore, licet iuris ducta, ut su-
pra est dictum, ergo &c. Sed quid plura? Pro conclusione
prędicta uidetur quasi in terminis decisio Bald. cui non in-
uenio contradictorem in præallegata l. j. ad fin. C. de usu &
24 habit. post Cyn. & Odoffr. quos allegat; † nam inquit ibi, quod
si usufructuarius non cauet errans in iure; quia non putant
se teneri ad cauendum, talis ignorantia ei prodest quãtùm
ad acquisitionem fructuum quando adeptus fuit possessio-
nem sine uitio, ut per eum. Vnde cum istu casu domina
Iacoba sine uitio adepta fuerit possessionem, & propter iu-
ris errorem non cauerit, non debet aliquo modo teneri ad
restitutionem fructuum, etiam quando aliis rationibus, de
quibus supra, non iuuaretur.

Concludendum itaq; ex prędictis omnibus est, eam omnino absoluendam esse, & contrariam sententiam iniustè latam fuisse. Laus Deo.

Marianus Socinus iunior Paduæ. 1542.

C A S V S.

Aloysius de Forcatura de Basciano de ann. 1508. tunc mi nor. 25. annorum uendidit quoddam prædium cuidam Ser Bartholomæo & fratribus de Cuxinis ad rationem duc. 13. pro campo.

Nunc cognóscens, quod fuit in dicta uenditione deceptus ultra dimidiam iusti pretii, uolens uti remedio. l. 2. C. de resciss. uendit. mouit litem prædictis emptoribus narrans errorem, & deceptionem suam, & petit uel precium iustum ei suppleri, uel predium prædictum sibi restitui oblato precio, quo uenditum fuit.

Super qua lite factus est processus, & multi testes hincinde & super uariis capitulis fuerunt examinati, quorum omnium copia transmittitur.

Et stante tali processu, & aliis supra narratis, quæritur, quæ sint futuræ partes iudicis in iudicando.

S V M M AE.

De remedio. l. 2. C. de rescind. uendit. quando competit, quæ in eo debeant probari, & quanto tempore tollatur, & plura de materia testium.

1 *Venditio quomodo dicatur esse facta citra dimidiam iusti precij.*
2 *Et sufficit, quòd testes deponant, si res fuit uendita pro 10. quòd deponant, quòd ualebat 20. & plus, licet non declarent illud plus.*
3 *Testis dicens, prædium tanti ualere pro communi æstimatione, si in causa scientiæ dicat, quòd ipse tanti emeret, probat, & infra num. 6. ubi idem si dicit, quòd prædia conuicina ita uenduntur.*
4 *Testi deponenti sine redditione rationis, si de ea non fuit interrogatus, creditur.*
5 *Ea, quæ incontinenti fiunt, inesse uidentur.*
7 *Dicta unius testis uaria reducuntur ad concordiam, etiam ut probent.*
8 *Effectus ubi consideratur, sufficit quid per æquipollens impleri.*
9 *Salutis suæ nemo creditur immemor.*
10 *Alienatio qualibet continetur appellatione emptionis.*
Testis dictum, ne sit mendax, intelligi debet.
11 *Testis dictum, per alios testes suppletur.*
12 *Ea quæ sunt in termino, ad quem fit relatio, censentur esse in termino referente.*
13 *Testis dicens contenta in capitulo esse uera, ea dicitur probare. Limita, ut ibi.*
14 *Inimicitia, quæ sit capitalis, uel orta ex lite omnium, uel maioris partis bonorum, testem à testimonio repellit.*
15 *Testium defectus propter numerum suppletur per alios testes.*
16 *Quod pluris est, tanti utique est.*
17 *Emptor rem emptam possidens per decem annos inter præsentes, quomodo eam intelligatur præscribere, & infra num. seq.*
18 *Remedium l. 2. C. de rescin. uend. spatio triginta annorum tollitur.*
19 *Remedium d. l. 2. non competit scienter uendenti infra dimidiam iusti precij.*
Quilibet præsumitur scire preciũ rei suæ, uide tamen infra nu. 21.
20 *Minor in magna quantitate quando deceptum est, ex hoc solùm cernitur error.*
22 *Idem in maiore uendente quando est deceptus ultra dimidiam iusti precij.*
23 *Venditor sufficit, quòd in libello dicat, se per errorem uendidisse, & deceptum esse ultra dimidiam iusti precij; quia error dicitur probatus ex iuris præsumptione.*

CONSI-

CONSILIVM LXXIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis: & iustitia.

actionē contra do. Hieronymum, uel eius hæredes, licet in
aliqua culpa fuerint in dando in solutum pro prædio, quod
poterat euinci, uel ab initio in illo emendo. Tertio allega-
tur: & istud uidetur secundū allegantes ualde urgere, nam
cū isti de Bonhomis potuissent uti contra fratres remedio
comprobatiuo cōtractus agendo ad pretiū affrancationis
illorum bonorum liuellariorū, prout in effectu nunc agere
uidētur. Item, & remedio resolutiuo intrādo in possessio
nē prædij de la breda, quæ remedia dicuntur incompatibi-
lia, ex quo usi fuerūt remedio resolutiuo, quia s.uoluerūt in
trare in possessionē.d.prędij.censetur renunciasse remedio
cōprobatiuo, ut sic nūc ab eo exceptione tacitæ renūciatio
nis repellendi sint, tum quia dici solet, uia, quā elegisti, tibi
8 pateat.l.si mulier.§.fi.ff.quod met.cau.† Tum etiā quia per
electionē unius ex remedijs incompatibilibus aliud perdi-
tur.l.fi.C.de cod.& uidetur tex.quasi in ꝓposito nostro.in l.
post diē.ff.de l.cōmis.& ī l.cōmissoriæ.C.de pac.īter emp.&
uēd.facit.l.si filius emācipatus.ff.de min. & l.filiū.§.omnib.
ff.de lega.præstan.cum multis sim.quæ allegari possent. Et
adeo hoc uidetur uerū, ut procedat etiam, quod quis per re
mediū electum non obtineat, quod petebat, ut uoluit gl.in
uer.restitui.in l.Emilius.ff.de min.per illū tex.& uoluit etiā
glo.rectè intelligēdo in d.l.post diē.dum alleg.d.l.Emilius.
quæ hoc probare uidetur in uer.dicebā posse magis &c. Et
licet Pau.de Ca.cōtrariū dicat in d.l.cōmissoriæ, tamē eius
opi.non uidetur tenenda; tum quia est cōtra iura pręallega.
in quibus non uidetur cōsiderari aliud, quā sola electio, qe-
quid inde sequatur, tum etiā quia contra Pau.de Cast. ꝓ di
ctis glo.uidetur cōmunis opi.secūdum Are.in consi.150.ui
sis diligēter 9.col.sed quæritur consequenter, & uidetur ēt
ita uelle Alex.in l.cū procurator.§. si dominus.2. colu.ff.de
no.ope.nunc.& post eū Ias.in l.si ex legati causa.col.fi.uer.
3.& notabilius.ff.de uerb.ob. Et ex hoc uidetur nihil ob-
stare, si dicatur, quod isti de Bonhomis ī tali remedio nō po
tuerūt obtinere; quia satis uidetur, quod illud elegerūt, qc-
quid inde secutum fuerit, ut dictum est. Quarto pro istis
fratribus

fratribus, ut cum effectu non teneantur, nec possint cōdem
nari, plurimum tacit: quia omnibus aliis eorum defensio-
nibus circunscriptis, uidetur ei succurrēdū per resti. in inte.
9 † Ecclesia enim si in cōtrahendo læditur iure minoris in in-
teg. restituitur. c. 1. & ibi per doct. de in integ. restitu. uidet
ergo quod aduersus dictā dationem in solutū restituēda sit,
cū in ea ualde fuerit læsa; dedit. n. illa directa dominia in so
lutum pro illo prædio de la breda, quod erat subiectū fidei
commisso, & ea de causa euincendū, prout postea cōtingit,
& istud ignorabant Reuerē. fratres, unde cum illa datio i so
lutum ecclesiam ualde, & enormiter læserit, aduersus eū de
bet restitui in integ. iux. l. 2. & totum tit. C. si aduer. sol.
10 † Et licet aliàs talis in integ. restitu. sit petēda infra quad. i
euniū a die læsionis. c. 1. de rest. in integ. lib. 6. tamen quādo
ecclesia enurmissimè læditur, potest restitutio concedi etiā
post illud tēpus, secundum Ant. de But. in c. ex literis de in
integ. rest. tradit. Cor. consi. 181. uiss nonnullis colum. 2. in
fi. lib. 2. & Ias. in consi. 55. omissis præfatienibus, 2. col. 1. uo.
& (ut ipsi dicunt) de hoc est gl. fi. in fi. in d. c. 1. de res. in integ.
11 li. 6. † Demum pro fratribus, & eorū ecclesia facit; quia in
dubio iudicandū uidetur ꝓ ecclesia, & pia causa. iux. l. sunt
personæ. ff. de reli. & sump. fun. Et maximè quia in casu isto
isti Reueren. fratres sunt re conuenti, & propterea etiam fa
uorabiliores; cum iura promptiora sint ab absoluēdū, quā
ad condemnandū. l. fauorabiliores. ff. de reg. iu. l. Arianus. ff.
de act & obl. & c. ex literis de proba. cum sim. Istis tamen
non obst. diligentius omnia considerando contrariam opi.
probabiliorem de iure arbitror, & cōcludo, quod Reueren.
fratres tenentur istis de Bonhomis ad omne, & totum illud
quod ex causa illorum directorum dominiorum acceperūt
ab illis de Calinis, & de Cegulis, tam ꝓ affrancatione, quā
pro liuellis ante d. affrancationem decursis. Et pro ueritate
huius conclusionis demonstrāda, præsuppono, quod cū do-
mi. Hieronymus cū possessione illa de Ragusia uendidisset
etiā prædium illud de la breds Reueren. fratribus, ex eo ui
detur noluisse tale prædiū respectu iuris, quod iam in eo ha
buerat, & in illos de Bonhomis trāstuleat quodāmodo eis-
dem auferre, & fratribus concedere, prout uerè, quantū in
12 eo fuit, fecit, † propter quod istis de Bonhomis remāsit obli
gatus ad conseruatione uenditionis eisdem prius factæ, uel
saltem ad eorū interesse actione exempto, quasi re euicta.
Er maximè cū ex facto ipsius ipsi Bonhomi prædio illo
uideantur quodammodo priuati. iux. l. 1. in prin. l. exempto
in prin & quasi per to. ff. de act. empt. & per tot. tit. ff. & C. de
euict. Quo sic stante, cum Reuer. fratres adhuc essent debi
tores d. Hieronymi de parte ꝑtij illius possessionis de Ragu
sia, do. Heronymus mandauit eis, ut istis de Bonhomis suo
nomine satisfacerent pro summa, quā ipsi erogauerant ꝓ
illo ꝑdio de la breda. & ita dicti Reuerē. fratres nomine d.
Hieronymi uti eius debitores dederūt istis de Bonhomis i
solutū illa duo directa dominia, ut eis satisfieret ꝓ omni eo-
rū iure, quod prętendere poterant occasione illius prædij
de la breda per prius empti. a d. do. Hieronymo, ꝓut clarè
dicitur in d. instrumēto unde uidetur, quod Reuerē. fratres
uti debitores do. Heronymi fuerint ab eo delegati istis de
Bonhomis pro eo, quod eis do. Hieronymus debebat.
Quo sic posito seqnit, quod Reuer. fratres, quod ea causa
soluerunt repetere non potuerint, etiā quod postea ꝓpter
secutam euictionē uiderentur non debitores dom. Hierony
13 mi, seu aduersus eū fuissent tuti exceptione. † Quinimmo si
non soluissent omnino soluere tenerentur, saluo eorū iure
aduersus dominiū Hieronymū, casus est. l. si quis delegauo
rit. in fi. & in l. seq. ff. de no. & ratio est, ut ibi dicit tex. quia
isti de Bonhomis suō ius receperunt, concordat. l. si donatu
rus §. fi. ff. de cond. ob cau. & l. cum in fundo. §. fi. ff. de iu. do.
14 † Et ubi etiā non fuisset facta propria delegatio, adhuc
Reueren. fratres nō potuerūt repetere, quod pro d. domi.
Hieronymo & eius noīe soluerūt, etiam quod ipsi propter
euictionem uideantur effecti nō debitores do. Hieronymi,
& ita respectu ipsorū fratrum uideatur indebitum soluisse,
q a satis est, quod isti de Bonhomis, quod sibi uerè debebat,
receperint, & noīe ueri debitoris, ut est tex. in l. repetitio
nulla. iuncta gl. ff. de cōd. inde. Licet forte aliud dici posset,
si fratres proprio nomine soluissent, ut l. si pœna. §. j. & ibi p
glo. & doct. eo. tit. tametsi istud non habeat pro firmo: q a d.
§. 1. cum ibi not. uidetur procedere, quando soluens tēpore
solutionis non erat debitor, quod isto casu non esset, cū Re
ueren. fratres tēpore dationis in solutum essent ueri debito
res dom. Hieronymi, cum nondum fuisset secuta euictio.
15 Super eo tamen non insisto: quia nō est necessarium, † cū
Reueren. fratres nomine D. Hieronymi soluerint, siue in so
lutū dederint, & de speciali eius mandato, ut expressè dici
tur in prædicto instrumento, & sic perinde. ac si d. Hierony
mus solu flet. l. qui mandat. ff. de sol. cum si. Si igitur post
quam dederunt in solutū, nullo modo potuerunt Reueren.
16 fratres repetere, † immo si solum promisissent solutum da-
re, & nōdum dedissent, dare compellerētur, ut d. l. si quis de
legauerit. in fi. cū l. seq. & d. l cū in fundo. §. fi. de iu. do. cum
aliis supra alleg. sequit, quod iniustè receperunt ab illis de
Calinis, & de Cegulis liuella decursa, & sortem, siue pretiū
affrancationis. Et absque dubio uidentur dolosa fecisse, cū
scire debuerint, eis non licere, quod in alterum trāstulerūt
quasi ꝓpria auctoritate accipere p iura uulgaria, & uoloit
Ang. in l. ex asse. in fi. ff. ad trebel. Sed quicquid sit, postquā
talia receperunt contra omnē iustitiam, tenētur omnino il
la restituere istis de Bonhomis, i quorum utilitatē fecerūt
d. insolutū dationem, & cesserunt ius omne, quod habebant
aduersus prædictos de Cegulis, & Calinis occasione illorū
duorū directorum dominiorum sic in solutum datorum, ut
rectè intuenti probat in l. apud Celsum. §. quod si is. ff. de ex
cep. dol præsupposito quod Reueren fratres nō sint parati
nec etiā possit prædum de la breda restituere istis de Bon-
homis, quod mediante persona do. Hieronymi uideatur ab
illis recepisse, seu qđ ab eis sine molestia dimissum fuerat.
17 † Et quòd credens actionē, si solutionem recipit, tenetur
cessionario restituere, dixit Bal. in l. ex legato. col. fi. uers. 4.
quæritur. C. de lega. & ꝓ hoc dicit esse tex. in l. si culpa. ff. de
rei uen. ubi cedēs actionē tenetur cessionario ad possessio
nē rei, ad quam cesserat actionem, si ad eum peruenerit, &
sic cessionario ex cessione competit ius etiā contra ceden-
tē, quod secundum Bal. ibi est ualde no. sic ergo & isti Re-
uer. fratres teneri debent restituere, quicquid post cessionē
18 ab illis factā acceperunt, † quicquid. n. cedens post cessio-
nē recipit modicum, uel magnum non recipit ad suum com
modum, ut inquit Ang. in l. 3. C. de noua. sed restituere de-
bet cessionario, ut dictum est. Quinimmo in ca su nostro
posset forte dici, quòd istis de Bonhomis cōpeteret ius, et
aduersus illos de Cegulis, & Calinis, attento quod Reuerē.
fratres non acceperunt liuella, & pretiū affrancationis ad
commodū istorum de Bonhomis, & ut eorum negotium ge
rerent. iux. doct. Bar. communiter ibi approbatā in l. facta.
§. si hæres. in fi. ff. ad. trebe. super hoc tamē non insisto; quia
super eo non sum consultus. Nec prædictis obst. quæ supra
in contrarium deducta fuerunt, in quorum resolutione stat
omnis difficultas. Et licet ex prædictis appareat rectè cō
siderati respōsio ferè ad omnia; tamē ut ueritas clarius ap
pareat, singulatim omnibus respondetur, ut infra. Et quo
ad primū negatur absolutè assumptū arg. & dicitur, quòd
istis de Bonhomis nullo modo tenentur, nec unquā fuerunt
obligati Reueren. fratribus ꝓ euictione prædii de la breda,
quia illud non uendiderunt, sed ipsius uenditor fuit do. Hie
rony. a quo fratres una cū reliquo possessionis de Ragusia
19 emerunt pro uno certo precio, † unde ipse do. Hieroy. uti
uēditor erat de euictione obligatus. l. 1. & p tot. ff. de euict.
& l. non dubitatur. & per tot. C. e. isti autē de Bonhomis so-
lū fuerunt contenti non molestare Reueren. fratres in tali
prædio respectu emptionis, quā ipsi de eo per prius fecerāt
a d. Hieronymo, & ita iuribus suis renuntiauerūt, & tale pręº
diū dimiserunt d. Reueren. fratribus, secundum quod a do-
mi. Hieronymo emerant. Et pro prædictis dimissione, & re
nunciatione pro omni eorū iure, & pro omni eo, quod ipsi
de Bonhomis potuissent prætendere circa d. prædiū, & eis
potuissee

potuisset deberi a d.Hieron.eius nomine,& de eius speciali
mandato acceperũt in solutũ a d. Reueren.fratrib.illa duo
directa dominia,ꝑut clarè dicitur in prędicto instrumẽto.
20 †Et ex his constat non obst.primũ fundamentum,quo di
cebat,eos de euictione teneri,quasi ipsi uideãtor uẽdidisse
per pretii,uel æstimationis litis receptionẽ;quia dicta in ar
gu.procedunt,quãdo quis talia recipit uti de re propria in
tendens illã uendere,ut in iuribus in contrariũ alleg. tradi
tur quod non contigit in casu isto;non enim intẽtio horum
de Bonhomis fuit illud prædiũ uendere fratribus istis Reue
ren.sed solum procurabãt ius suum consequi a do Hieron.
ut dictum est,& (ni fallor) impossibile est dicere,ꝙ ꝑ Bon-
21 homos fuerit prædiũ uenditum Reueren.fratribus;† cũ de
aliquo pretio certo non appareat conuentum,ꝑut in uẽdi
tione requiritur.§.precium.insti.de emp & uen cũ si.sed t
tum prædium de Ragusia incluso.d.prędio de la breda fuit
pro certo pretio uenditum ꝑ d.Hierony.& talis uenditio
fuit cõseruata per prædictum contractum;cum isti de Bon
22 homis promiserint prædictos fratres nõ molestare &c.† &
eotantum respectu dicuntur conditioni consentire,qđ cer
te aliud est a uenditione.l.aliud est uendere.ff.de reg.iu.Me
ritò ergo solus do.Hierony.dicebatur illis fratribus de eui
ctione obligatus; cũ ipse solus fuerit uẽditor,ut dictum est
& hoc,ut reor,omnib.rectè intuẽtib.clarissimũ apparebit,
Posset etiã particulariter respõderi ad iura in contrariũ
23 alle. †Nam primò a d.l.quidã ex parte.de euic. posset di
ci,ꝙ non ꝓcedit ille tex.nisi tẽpore uẽditionis dominus rei
fuisset pręsens,& non contradixisset,atq; etiã pretium rece
pisset,prout rectè intuẽti uult ibi Bar.in sua dist. quã ibi se
quuntur doc.Et ratio tũc est;quia propter eius pręsentiã,&
precij receptionẽ,emptor abipso initio eũ in uẽditorẽ reco
gnoscere,& ita etiã eum pro euictione obligare uidetur,ꝙ
non contigit in casu nostro,cũ isti de Bonhomis nõ fuerint
præsentes uenditioni,immo eã ignorabant.Et Reueren.fra
tres solũ d Hieroymum in uenditorem cognouerunt,& si-
militer eũ solum pro euictione obligari uoluerunt, non er
go conuenit,quod isti de Bonhomis ex post facto ꝓ euictio
ne obligentur,cum ad illud ipsi nunquam consenserint.Et
pręterea nõ reperitur,quod isti de Bonhomis receperint ꝑ
eiũ d.prædii, maximè cum illud in uenditione per d.Hiero.
facta nõ habuerint certũ pretium, quod Bonhomi dicãtur
recepisse,sed simul tota possessio de Ragusia una cũ d. præ
dio de la breda fuit uendita ꝓ certo pretio,ut in puncto di
citur,& si Reuer. fratres illa duo directa dominia dedissẽt
pro pretio illius prædii de la breda,tanquã ꝑ eos empti ab
istis de Bonhom.utiq; proprio nomine soluissent, prout hęc
omnia interuenisse præsupponuntur in terminis d.l. quidã
ex pte.Receperũt isti de Bonhomis illa duo directa domi-
nia nomine do. Hieronymi,& pro omni eorum iure, quod
aduersus eũ illis competebat,merito ergo de illo tex.ad ca
sum nostrũ argui non potest:cum ex diuersis non bene ar-
guatur.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui.poss.cum
24 uulg.† Similiter etiã ad d.l.litis æstimatio.ff. pro emp.põt
respõderi,quod non procedit quando aliquid recipit non
ꝓ æstimatione litis,sed ex alia causa,prout hic fuerũt rece
25 pta.d.duo directa dominia,ut dictum est. † Et pręterea il
lud,quod ibi dicit gl.quod de euictione teneatur litis ęstima-
tionẽ recipiens,non procedit,quando fieret transactio,uel
alia cõuentio uim trãsactionis habẽs.ut ibid.gl.cõmuniter
approbata per l.si pro fundo.C.de trans.in casu autẽ nostro
sumus in transa.uel simili conuẽtione,ut statim dicã, ergo
&c. Non ob.secunda probatio primi arg.quoniã respon-
detur,& de plano fatẽdo,quod Reuerẽ.fratres fuissent istis
de Bonhomis obligati de euictione illorum duorũ directo
rũ dominiorum,sed dico,quod ex hoc non sequitur, quod
isti de Bonhomis de euictione ꝑdii de la breda teneant, &
26 dico,quod de hoc est tex.in d.l.si pro fundo.C.de trãs.† ubi
retines fundum, & alium tradẽs ex causa transactionis de
euictione traditi tenẽtur ei,qui a lite recessit,& tamẽ ille e
cõtra de euictione fundi,quem dimisit, nisi ex suo facto nõ
tenetur,& eõ est,ut ibi ꝑ doc.quia q dimittit solũ ius,quod
in eo fundo habebat,intendit relaxare, & nõ ad aliquid ul-
tra obligari, nec dicitur ut suum tradere,sed solũm ius suũ
relaxando a lite recedere,sed ecõtra, q fundũ retinet, aliũ
uti suũ tradit ꝓ d.relaxatione,& dicitur inter eos interue
nire in effecto contractus do,ut facias,ille.n.dat suũ fundũ,
ut aliter a lite recedat,& ideo unus de euictione tenetur,alter
non,& ita propriè dicendũ est in casu nostro,in quo Reuer.
fratres dederunt illa duo directa dominia, noĩe tamen d.
Hierony.ut isti de Bonhomis a lite mouẽda abstinerent, &
omne ius eorũ,tam aduersus dom.Hieron. quàm aduersus
Reueren.fratres relaxarent. Nec ob.quod de claudicatio-
ne dicitur:q̃a primò potest dici,quod nõ datur claudicatio
nã sicut Reueren.fratres de euictione tenebantur pro eo,
quod pro d.Hieron.aliis dederunt in solutum pro parte ꝑ
tii possessionis de Ragusa,ita ecõtra.d. Hier.erat ipsis fra-
tribus de euictione d.posses.& sic ẽt prędii de la breda obli
27 gatus ut supra dictũ fuit. † Prætereà regula claudicatiõis
euitandæ nõ est semper uera,ut patet.in l.Iulianus,§.siqs a
pupillo.ff.de ac.emp.& ibi gl.no.nõ n.procedit,quãdo nõ
est eadẽ ratio:ut in d.§.siquis a pupillo.cum si.de quibus ibi
ꝑ gl.& doc.& ita posset dici in casu nostro:ut.s.alleg.claudi
catio toleretur:quia est diuersa ratio,sicut etiã ex diuersita
te rationis toleratur in d.l.si pro fundo, ut ex prædictis con
stat.Et ex his est responsum etiã ad tertiam probationem,
dum alle.l.si id quod.ff.de euic. cum ipsa fundetur in ratio
euitandæ claudicationis. Et similiter tollitur,quod diceba
tur, licuisse Reuer.fratrib. propria auctoritate accipere il-
la duo directa dominia,seu eorũ pretium ratione euitandę
claudicationis; quoniã dico, qđ claudicatio illa, si sic dici
posset,quod ergo non admitterẽ,ex diuersitate rationis ꝓ
cedebat,nã istis de Bonhomis illud erat licitum,q̃a sic ex-
28 pressè partes cõuenerant,†æquũ.n.est partium conuentio
nes seruari.l. 1.in prin.l.iurisgen.§.pręter ait.ff.de pac.& §.ꝑ
traditionẽ.insti.de rerum diui.cum si.sed Reueren. fratrib.
non licebat:quia de eo nulla cõuentio,& q̃a regulariter ne
mini etiã ius habenti licet propria auctoritate sibi ius dice-
re.l.si quis in tantam.C.unde ui.cum si. Et præterea Reue-
ren.fratribus post prædictam in solutum dationem,& iuriũ
suorũ cessionem nullum ius remansit circa illa duo directa
dominio,ut supra plenè ostensum fuit.Non ob. quarta pro-
batio;quia negatur,quod ĩ casu nostro fuerit cõtractus do,
ut des,sed potius fuit do,ut facias,ut dictũ est,licet princi-
paliter isti de Bonhomis non contraxerint cũ d. fratribus,
sed cum d Hierony.pro quo postea.d.Reueren. fratres fece
runt dationem in solutum,ut supra dictum fuit. Sic itaque
ex iam dictis constat,istos de Bonhomis non esse aliquo mo
do obligatos de euictione.meritò ergo eis nõ obst.regula,
quẽ de euictione tenet actio &c de qua in primo arg. supra
29 in contrarium facto.†Et licet aliquando detur exceptio,&
retentio,ubi nõ datur actio,quod de plano fateor,tamẽ di-
co,quod istud non procedit in casu nostro;cũ de eo nulla sit
ratio,immo rationes sunt in contrarium, ue.s.Reuer. fratri
bus nulla detur exceptio,quin restituant, quod iniustè acce
perunt ab illis de Calinis,& de Ceg.secundũ ꝙ supra demõ
30 stratũ fuit,†& iux.ea quæ tradunt doc.post gl.in uer.retine
bitur,in l si non sortem.§.si centum. ff. de condi.indt.dũ in
effectu nolunt,non dari retẽtionem ei,qui cum uitio possi-
31 det. † Non ob.modò secundum principale fundamentum;
quia ex illa l.quod si possessor,ac casum nostrum arg.nõ ꝓ-
cedit,sunt.n.diuersi termini,& etiã est diuersa ratio, nã ibi
q se hæredẽ putabat,res hæreditarias, quas retinere uole-
bat sine uitio possidebat, & legata soluẽs tãquã hęres,& ꝓ
prio noĩe soluit,meritò conuenit, ut per ipsam hæreditatẽ
satisfiat,& sic res hæreditarias retinebit, sed in casu nostro
Reuer.fratres nõ dederunt in solutum proprio nomine,sed
nomine do.Hierony. & non sine uitio libella,& pretium af-
francationis acceperunt,cum de iure eis non liceret,ut s̃ di
ctum fuit,saltem quin teneantur restituere istis de Bonho.
uti nũc petitur.Prætera ibi possessor hęreditaris soluit lega
tum indebitè,sed hæreditatis nomine , unde cum legatũ sit
repetendum,dimittitur petitio uero hęredi,& res hęredita
ria

ria retinetur,† sed in casu nostro quod fuit solutū,fuit debi
tè solutum,saltē ex parte recipientis,& ideo repeti non po
test.l.reperitio.ff.de cond.inde.ꝙ supra dictū fuit, & dam-
nū,quod soluentes iam receperunt,debet eis resarciri ꝓ do
mi.Hieron.ꝓ quo soluerunt:non autē retinere possūt.qđ
Iniustè deduxerūt ad manus suas de pertinētibus ad Bonho
mos,q̃ per illā donationē in solutum;quod suum erat, rece
perunt.Concluditur ergo ex tanta diuersitate facti,& ratio
33 nis argui non posse.l.fi.ff.de calum.cum si. †Ad tertium ar
gu.quod uidebatur urgere respōdetur,quod in casu nostro
non procedit;quia regulariter dicimus , quod nunquā per
electionē unius remedij,seu per unius actus gestionē, dici-
tur q̃s cū effectu alteri iuri sibi competenti renūciare, nisi
actus,quē gerit,& remediū,quo uti cœpit,sortiatur effectū
secundū eius uoluntatem.l.si iure. ff. de leg.3. & l. nihil.§.si
cū filius.ff.de inoff.testa.& tradunt doc.maximè Alex.& Ia
so.in l.naturaliter.§.nihil cōmune.C.de ac.pos. circa 3.lect.
ubi aliquando disi,& istud uidetur esse,quod uoluit Pau.de
Castr.in l.cōmissoriç.C.de pac.int.emp.& uen. dū alleg.d.§.
si cū filius,sed in casu nostro impetratio literarum per istos
de Bonhomis facta de intrando tenutam,& possessionē pręg
dij de la breda non potuit operari effectū secundum uolun-
34 tate illorū,ergo &c. † Non obst. quod dicebatur contra
Pau.de Ca.esse communem opi.quia quantū pertinet ad ca
sum nostrū illud potest negari,unde pro declaratione cōsi-
dero, quod aliquādo,& primò,qui unū elegit ex eo effectū
habuit,& tunc omnes cōcordāt alteri iuri esse renunciatū.
l.de lege.§.fi.ff.de leg.commiss. & iste non est casus noster.

35 † Aliquando,& secundo non fuit consecutus effectū.iux.
electionem,puta in terminis d.§.fi.non recipit pretiū,sed iā
recipere potest,& pars aduersa uult dare,uerū ipse pœnitē
tia ductus uellet redire ad aliud remediū,& tunc licet aliq.
uoluerint,quod possit,placet tamē mihi,quod nō sit audiē.
dus;sed ei dicat in effectu renūciatum,cum electa uia sit pa
ritura effectum designatū,& ita intelligo.l.post diem.ff.de
leg.cōmis.& l.Emilius.ff.de mino.& earum gl.& ita etiā pro
cedat,quod dicūt Dy.Cy.& Sal.in d.l.cōmissoriæ.C de pa.
inter emp.& uen.in omnib.n.d.iuribus,& in casu Dy.&Sal.
quod fuerat petitū offerebatur,alioquin satis iniquum fo-
ret,ubi petitū consequi non posset.quo alio remedio esset
priuatus,& in hoc secundo casu procedit ēt,quod dicit Ia-
so.post Alex.in l.si ex legati causa.ff.de uer.ob.qui supra in
contrarium allegabatur,nā & in illo casu,qui pretium pe-
tiit,illud consequi poterat.Et si in hoc secundo casu Pa. de
Cas.cōtrariū sētit, arbitror, ꝙ malè sēserit,& ī hoc casu ꝓ.
cedat cōis opi.in contrariū alleg.& iste similiter nō ē casus
noster.q̃a hic nō pręsupponitur,quod illę literę possint sor
36 tiri effectū cum fuerint expresse reuocatæ. † Aliquando
& tertiò,& ult.electū remedium non potest aliquem effe-
ctū sortiri,&iste est propriè casus noster,cum(ut dixi) literę
fuerint expresse reuocatæ,& tūc arbitror absq; dubio, quā
posse uti alio remedio, per d.§.si cū filius.cum si.& ubi con-
trariū quis diceret,maximam iniquitatē foueret, ut modo
37 decebam,nā quis sibi prospicit de pluribus remedijs,† cū
maximè intersit plura remedia habere,arg.l.3.in fi.ff.de li.
leg. & inter alia in hoc interesse uersatur,ut in uno succum
bens alio uti possit,iux.l.si actor, & ibi p doc.ff.de iu.iur.&
tradit patruus,& do.meus Soc.ī rub.ff.de uerb.ob.mihi co.
8.dicens, quod ita dixit Io.And.in add.Spe.in tit.de obli.&
38 sol.§.sequitur. †Et pro hoc ultra eū bene facit l. Aurelius
§.fi.ff.de li.lega.ubi uictus in petitione pecuniæ,ut sibi debi
tę inter uiuos pōt eā petere ex causa fideicōmissi. Nō ob.
quod dixit Are.in cons.150.in contrariū alleg.qui adū ipse
dicit esse communem opi.dico,quod si loquit in tertio casu
malè dicit;quia(ut dictū est)illa communis opin.ꝓcedit in
secundo casu supra considerato.Et licet ipse Are.uideatur
loqui in tertio casu tamen de eius opi.non est curandū, cum
non sit de intētione doc.& uideatur contra æquitatē, & iu
ra,de quibus supra ,& forte etiā posset dici, quod Are. non
loquatur ita ī tertio casu;quia forte ille q petijt in casu il-
lo rationē reddi,nō erat omni ope distitutus, ne tradat,su-

39 per quo tamen non insistam.† Non ob.iura in contrarium
alleg.nam ad illā.l.post diem.& d.l. commissoriæ.iam supra
respōsum est,quod loquūtur in secundo casu.Similiter etiā
respondetur ad l.si filius fa.emancipatus,de min.& ēt ad l.
filiū.§.omnibus.de leg.præstan.quatenus loquitur de peren
te legatū,& quatenus loquitur de intentate contratab.po-
test etiā dici, illud esse:quia qui iudicium defuncti ausus est
improbare,priuandus est omni cōmodo testamentario.l.
Papi.§.meminisse.ff.de inoff.testa.cū si.etiam quod in iudi-
40 cio contra testamentū succumbat,ut ibi clarè dicitur.† Nō
ob.l.fi.C.de codi.q̃a(ni fallor)casus noster ualde diuersus ē
ab illo,& ideo propter diuersitatē nō ualet arg.de illo tes.
ad casum nostrū,cum ex diuersis non inferatur.l.inter stipu
lantem.§.sacrā.uer.sed hæc dissimilia.ff.de uer.ob.cum si.&
supra dictum fuit,& maximè cū illa l.fi.sit noua,& singu.&
ideo non trahenda ad consequētiā.l.ius singulare.& l.quód
uero contra.ff.de leg.Diuersitas autem ostēditur primó;q̃a
in d.l.fi.illa duo remedia sunt cōtraria origine,& effectu,ut
ibi dāt do. ideo originalis causa unius nō stat simul cū cau-
sa originali alterius,q̃a ualiditas,& inualiditas testamenti
non stant simul, itē & tertiò proueniūt illa duo remedia ex
facto alterius.s.ipsius testatoris,sed in casu nr̃o remedia nō
sunt origine contraria,sed unū oritur successiuè post aliud
& utriusq; causa originalis stat simul;nā remediū, quo nūc
isti de Bonhomis utuntur,oritur ex datione in solutū , & ex
cessione illius facta contra illos de Calinis, & de Cegu.ut su
pra dictū fuit,aliud uerò de intrando ius possessionem præ
dij de la breda , orit ex inobseruātia promissionis,licet me
diante pacto particulariter super eo facto,& sic unū oritur
successiuè ad aliud data mora nō seruātiū promissionem,
& ita dicuntur in effectu oriri ex diuersis causis, quæ inuicē
se cōmpatiuntur.Et ꝙ in illis terminis non procedat.d.l.fi.
tenent ibi omnes doc.ut p eos,maximè Corn.3.col. Item
etiā isto casu isti de Bonhomis habuerunt illa duo remedia
ex propria ꝓuisione, & iō debēt apud eos esse stabiliora,&
utiliora,arg l.si filius.§.erit.ff.de fideicom.li. & tradunt in
fi.Bar.& alij.in l.si insulā. in 7. opp.ff.de uer.obl. Præte-
rea potest dici, quod in casu isto illa duo remedia non sint
contraria.hoc est,quod unum sit ad obseruationē dationis
in solutū alterū ad resolutionē cōtractus;q̃a immo intrare
in possessionem ipsi uoluerunt sibi literę,ut ea uia, & tedio
affecti Reueren.fratres obseruarēt,aut obseruari facerent
Bonhomis,quæ illis promissa erant,resolutio autē contra-
ctus diceretur,quando fuisset conuentū,dationem in solutū
pro non facta haberi. Et maximè hoc uidetur dicendum,
quia illud prædium de la breda.Reueren.fratres non habue
runt ab istis de Bonhomis,sed a do.Hieronymo,ut supra di
ctū fuit.Præterea etiam dici potest, istis de Bonhomis par
cendū esse:quia iusto errore facti uoluerūt ut illo primo re
medio nescientes imminere euictionē:ubi.n. talis error in-
teruenit,erranti omnino succurrendū est,& non ꝓcedit in
effectu d.l.fi.ut ibi dicunt doct.Et ex his satis plenè , & (ni
fallor)iuridice sublatū est tertium fundamētū, in quo pars
aduersa plurimum se fundat.Ad quod posset etiam respon
deri,uidelicet quod possunt allega.in contrarium in casu
isto procedere ꝓp expressā reseruationē , q̃ fit in sñia pri-
mi intētati remedij extinctiua,etenim in ea,ut ī pūcto nar
raē,reseruātur omnia iura istis de Bonhomis,tam aduersus
Reuer.fratres q̃ ēt aduersus illos de Calinis,& de Cegulis,
41 † & cū illa sentētia in rem iudicatā trāsierit, facit ius inter
partes.l.1.& ibi doc.ff.de re iud.l.ingenuū.ff. de stat.hom.&
l.res iudicata.de iud & ibi gl.& doc. tradunt. Non obst.
quartum fundā.de rest.in inte.quoniā facillimè respondet
nos nō esse in casu,quod Reuer.fratres cōtra istos de Bon-
homis habeant remediū rest.in integ.circa dationem in so
lutum:illa enim uenis in cōsequentiā primi cōtractus, quo
dicti fratres emerūt a domi.Hieronymo uniuersaliter pos-
sessionem illam de Ragusia,pro cuius pretio erant obli-
gati domi.Hieronymo,& ut ei pro eorum debito satisface-
rent,ex eius commissione,& speciali mādato soluerūt par
tē d.prædii istis de Bonhomis,qui in effectu erāt creditores
do

D. Hieronymi. vt supra dictum fuit, a qua solutione non ve niunt in integ. resti. quia in ea nulla consideratur læsio ipsorum fratrum; nam si istis de Bonhomis non soluissent, omnino soluere debebant domi. Hierony. aut alij, cui ipse voluis-
42 set, & non est dubium, ꝙ non datur in integ. resti. aduersus aliquem actum, nisi in eo ecclesia lædatur, sicut etiam de minore dicitur, qui solùm restituitur, si læditur, & non simpliciter, sed facilitate sui, vel dolo aduersarij. l. 1. in prin. l. ait prætor, in prin. & l. uerum, §. si locupleti, & per to. ti. ff. de mino. & de ecclesia est tex. in d. cap. 1. de in integ. restitu. & ibi Abb. in 2. no. dicit, ꝙ ad hoc, vt ecclesia restituatur, inter alia requiritur, quòd sit læsa, & læsio sit enormis, & quòd de tali læsione manifestè appareat, vt per eum, & dicit etiam oportere læsionē prouenire ex illo actu, vel contractu, aduersus quē ecclesia petit restitui, sed ex datione in solutum, de qua agitur, ecclesia non potest dici læsa, vt dixi, ergo &c. Et ubi ista ecclesia vellet resti. in integ. oporteret eā restitui aduersus contractum, quem gessit cum domi. Hieronymo, emendo ab eo possessionē illam de Ragusia, quā ignorabat esse subiectam fideicommisso; deberet tamen nunc probare euidenter se læsam enormiter in illo contractu sui facilitate, vel dolo D. Hieronymi, quod certè (vt asseritur) difficillimum foret; nam & si alia forte probari possent, enormis tamē læsio nunquam probaretur, nam cum de præsenti teneat de p̄tijs emptis pro summa lib. 22000. in circa, & exbursatio nō fuerit vltra lib. 24000. in circa, cōputatis etiam illis duobus directis dominijs in solutum datis istis de Bōhomis, prout in facto præsupponitur, nō potest dici enormis læsio, sed modi-
43 ca. † Nam enormis, secundùm aliquos dicitur, quādo est in dimidia, vel saltem in tertia, vt per Alexand. in consi. 92. viso, & discusso, 2. colum. ver. pro hoc, quia vt alias &c. li. 1. & secundùm Abb. in d. c. 1. de resti. in integ. 3. col. ver. sed quæro est, si ex 20. læsio sit in 10. vel in 8. & loquitur ꝓprie in ecclesia. alij qui verò dicunt, quòd saltem in 6. parte debet esse læsio, vt dicatur enormis, iuxta dicta Bar. in l. si societatem, §. arbitrorum, ff. pro soc. vt per Deci. in consi. 39. iuridicam col. fi. & per Guid. Pap. in q. 519. licet renunciatum, prope fi. Est & alia opi. vt scilicet modica læsio, & non enormis dicatur, si de 20. quis lædatur in duobus, puta quia rem valentem 20. vendat pru. 18. & vltra potest dici enormis, prout declarat Ioan. Andr. in addi. Spe. in parua addi. inci. non datur, in titul. de resti. in integ. §. 1. ver. & scias pro hoc beneficium, in penul. colum. Sunt etiam qui dicunt, hoc remittendum in licis arbitrio, vt per Dec. in d. consil. 39. sed nō arbitror quemquā aggressurum opi. prædictas, sed arbitriū eius inter eas versari debere, vt sic ad minus læsio excedat proportionem de 20. ad 18. Dico igitur, quòd quancunque opi. teneamus in casu isto, non potest dici ecclesia læsa enormiter, quia proportio de 24. ad 22. est minor, quàm de 20. ad 18. meritò si illa non dicitur læsio enormis, minus ista.
44 † Et forte etiam quòd læsio ista posset dici enormis, non esset ecclesia restituenda, cum talis læsio non interuenerit in ipso contractu, sed ex post extrinsecè apparuerit a casu ꝓp euictionē, & litem super ea factam, iuxta tradita per Deci. in consi. 564. in causa magnificorum, col. fi. Hæc tamen sunt dicta incidenter, & extra propositum, nam veritas est, quòd in proposito nostro aduersus solutionem, seu dationē in solutū factam istis de Bonhomis, Reueren. fratribus nulla cōpetit restitutio. cum in ea nulla fuerit læsio, vt ex prædictis
45 constat. † Non obst. l. 2. & to. titu. C. si aduer. solut. quia ꝓcedit, quando solutio fieret de eo, quod non erat debitum, vel non debito modo fieret, quę non considerantur in casu
46 isto, ergo &c. † Posset etiam dici, quòd resti. in integ. sit sublata per cursum quadriennij, iuxta c. 1. de in integ. rest. lib. 6. attento ꝙ læsio nedum non est enormissima, sed nec etiā enormis, vt dictum est, tamen quia supra dicta sufficiūt, nō curo insistere super hoc. Demū non ob. quod de fauore ecclesię, & rei conuenti dicebatur. Qm̄ respondetur illa procedere in casu dubio, sed (vt ex prædictis constat) nos sumus ī claro, nam ex his, quæ supra deducta fuerunt, euidentissima
47 est iustitia in fauorem istorum de Bonhomis. † Et præterea ecclesia, quæ dicitur cultrix iustitiæ, etiam in sui fauorē non patitur iniustitiā fieri, c. 1. §. sed diuersum, de ali. e. feu. & alias dicitur, ꝙ sic ecclesiæ sumus iustitię debitores, & alijs fauorabilibus personis, ne alijs iniustitia fiat, iuxta, c. nuper. de dona. int. vi. & vxo. cū si. vt scribit Dec. in d. consi. 564. in prin. Et ex his remanet firma, & verissima conclusio, istos Reuer. fratres teneri ad omnia, quæ post dationē in solutum prædictam receperunt ab illis de Calinis, & de Cegulis. Et quāuis ex his pleraque per clarissi Aduocatos istorum de Bōhomis, & etiam plura alia, & quidē ingeniosè scripta fuerint. Placuit tamen pro clariori veritatis demonstratione in p̄dictum ordinem redigere, quāplurima addendo, vt curiosus lector animaduertere poterit. Laus Deo.

Soc. nepos Paduæ 1538.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit Nat. consi. 38. & consi. habetur etiam inter consi. Sylua. 18. cum seq. & vide not. ad Curt. iu. consi. 87.

CASVS.

Magnificus D. Petrus Maurocenus patritius Venetus de anno 1521. vendidit Antonio Rathæ ciui, & habitatori Rauennæ tornaturas 398. terræ in territorio Rauennę positas pro pretio ducat. 4179. quos emptor soluere promisit hoc modo, videlicet quolibet anno in festo S. Martini de mense Nouembris, incipiendo de anno 1522. duc. 696. & ita sequendo de anno in annum, vsque ad integram satisfactionem, & has solutio. promisit d. emptor facere in ciuitate Venetiarum, vbi etiam fuit celebratus contractus. His pactis.

Et primò, quòd d. emptor ratione recognitionis, & quodammodo affictus quandiu steterit ad faciendam satisfactionem prædictam, teneatur, & ita liberè promisit dare, & cōsignare uenditori Venetijs quolibet anno de mense Augusti starium vnum, & vnam quartarolam frumenti pro vnaquaque tornatura, inchoando ab anno 1522.

Secundò, ꝙ si & prout d. emptor ratas solutionis p̄tij supradicti de tpe in tp̄s fecerit, & exbursauerit prędicta recognitio i solutiōe frumēti ꝓ rata cassari, siue defalcari dēat.

Tertiò, ꝙ si pro tempore faciendæ responsionis, & recognitionis in solutione frumēti, vt supra ex possessionib. emptis propter aquarū inundationē non collegerit tantū frumenti, quod sufficeret pro prædicta recognitione, tunc, & illo anno detracto semine illo anno exposito, quicquid superest dare dēat prædicto vēditori, & ad aliud ꝓ illo anno nō teneatur emptor pro d. recognitione &c. prout hæc oīa latius patēt in instrumēto d. uēditionis. cuius copia transmittitur.

Contingit, ꝙ iam ano. 17. vel circa non fuerunt soluti p̄dicto uenditori, siue eius hæredibus, nisi ducat. 1200. in circa, & illi minutatim, puta uno anno. 100. alio 200. alio forsitan 30. vel quid simile.

De anno 1528. emptor, vel eius hæredes miserunt Venetias ad domum uenditoris certam quantitatem frumenti, puta staria 170. in circa, nihilo penitus per eos dicto, vel declarato quare tale frumentum mittebant, nec tūc, aut aliquo tempore fuit d. uenditori, aut eius hæredibus dictum antehac, ꝙ in d. possessionibus fuerit aliqua inundatio aquarum, vel quòd ex eis non potuerit colligi tantum frumenti, quod ad recognitionē prædictam sufficeret.

Nunc autem hæredes venditoris volentes iura sua prosequi, petunt reliquum pretij, quod superest de affictibus, & recognitione prædicta eis solui.

Hæredes emptoris dicunt primò, ꝙ pro ann. 1528. 1531. & 1533. non tenentur pro aliqua recognitione, asserente illis 3. annis nihil percepisse propter inundationem aquarū, quòd tamen ex aduerso negatur.

Dicunt etiam, ꝙ de d. recognitione, & affictu debet defalcari de tempore in tempus pro rata pretij soluti.

Addētes, ꝙ staria illa 170. in circa debēt poni ad cōputū capitalis, & pretij possessionum, & non pro aliquo affictu.

His sic stantibus de infrascriptis dubitatur.

Primò, utrum pro illis tribus annis 1528. 31. & 33. aliquid debeatur hæredibus venditoris pro affictu, & recognitione prædicta.

Secundò, vtrum hæredes vẽditoris teneantur ad compu tum capitalis,& pretij potere dicta staria 170. in circa;

Tertiò, vtrum defalcatio de afficto debet fieri quolibet anno pro rata pretij soluta,licet sit parua quantitas,an verò nó prius,quàm fuerit facta solutio duc.600.

Quartò,& vlt.dubitatur,in quo loco debeant, uel possint procedere hęredes uenditoris cõtra hæredes emptoris,utrũ l.Venetijs,& sic in loco destinatę solutionis,an Rauẽnę, vbi debitores habent originem,& domicilium . Et in quolibet respondeatur secundùm iuris determinationem.

SVMMAE.

Pro summario legas prępositas quęstiones, ex eis.n. habebis quid in hoc consilio continetur.

1 *Assertioni simplici alicuius standum non est.*
2 *Vnum dicens omnia ad illud necessaria præsupponit.*
3 *Quod uerosimile est,in dubio credendum est.*
4 *Præsumptio hominis,uel facti probationem in contrariũ admittit.*
Præsumptio urgens non admittit probationem in contrarium, nisi causa cognita,& quando sit credendum testibus contra eam deponentibus.
5 *Debitor ex plurib. causis,si soluit,an possit declarare,ex qua causa,& obligatione soluit,& infrà nu.11.*
6 *Debitor frumenti,& quãtitatis,si frumentum soluit,uidetur soluere pro obligatione frumenti & non quantitatis.*
7 *Creditore inuito aliud pro alio solui non potest.*
8 *Pecunia,& frumentum inuicem functionem non recipiunt.*
9 *Debitor quantitatis non potest aliud pro alio soluere.*
10 *Frumentum aliud est, & aliud est pecunia numerata.*
11 *L.1.cum.ll.seq.ff.de solut.quomodo procedat.*
12 *Soluẽs affictum respectu quãtitatis,an fieri debeat defalcatio affictus pro rata soluta quantitatis, quòd sic de æquitate. Quid de iuris rigore.infrà nu.14.*
13 *Emptor si re tradita,& precio fruatur,debet usuras uenditori soluere.*
15 *Conditio in dispositione apposita formam inducit.*
16 *Forma uti dans esse rei debet impleri.*
17 *Pœna committitur,si quid paruum de sorte solutum non sit.*
18 *Conuentioni partium standum est.*
19 *Creditor, qui nõ poterat cogi partem recipere.si recipiat,uidetur consentire,quòd operetur receptio partis pro sua rata.*
20 *Obligatio quantitatis diuidua dicitur.*
21 *Emptor partẽ pretij soluens,reliquo soluto potest pro rata pretij soluti rei uenditæ fructus petere.*
22 *Forum quis sortitur in loco solutionis destinatæ.*
23 *Comparere quis sortitur ratione contractus.*
24 *Comparere quis non tenetur extra iurisdictionem suam.*
25 *Remissio debitoris ad locum cõtractus in contractibus locum nõ habet limita n si ius renũciauit priuilegio fori, vt infrà n.29.*
26 *Emptor tenetur ad interesse uenditori,quatenus eius interest precium,uel rem recepisse,iuxta formam contractus.*
27 *Actor si reum conuentat alibi,quam soluere promiserit,tenetur, quatenus eius intersit soluere in loco promisso.*
28 *Emptor debet uenditori condemnari non solum ad interesse damni,sed etiam respectu lucri cessantis.*

CONSILIVM LXXXV.

Dirigat Dominus verba mea in uiam veritatis,& iustitiæ

PROSEQVENDO ordinem propositarum q. capio primam, in qua sicut etiã facio in cęteris omissa longa disputatione loquar conclusiuè. Dico itaque in primis,quòd ita de illis 3.annis,sicut & de alijs,debet emptor, vel hęres eius soluere condecentem frumenti quãtitatem,habito respectu ad pretium, quod illis temporibus non erat solium pro afficto, & recognitione possessionum sibi venditarum,& hoc si aliud non appareat, quàm dicatur in themate. Non ob. quòd illi allegant fuisse illis annis aquarum inundationem,ita vt nihil ex d.possessionibus fuerit re-
1 collectum, † quoniam primò respondetur,q nõ constat, & q non est standũ simplici assertioni eorũ.l.1.& per to.C.de prob.& l.2.& per to.ff.eo.Secũdò etiam respõdetur, posito q probaretur fuisse inundationẽ aquarũ,q non sufficit, quia oportet talẽ fuisse inundationẽ, vt pp̃ter eã nihil sit perceptũ,quod certè videtur impossibile, vel saltẽ difficillimũ,etenim (vt audio) nũquã fit inũdatio talis, vt nihil frumẽti pp̃ter eã percipiatur, sed semper solet aliqd percipi, licet tantum, quantum si inundatio non interuenisset, & ita videntur contrahentes præsupponere,in eorum cõuentione,dum voluit, q data diminutione frumenti propter inundationẽ aquarum, ita quòd nou possit venditori solui.& dari debita recognitio ad rationem vnius sextarij,& vnius quartarolæ pro tornatura respectu pretij tunc nõ solum debeas detrahi seminis quantitas,& reliquum dari d. uenditori. in his.n. verbis vr̃ clarè pręsupponere pro necessarijs terminis d.cõuentionis, aliqd ex p̃dijs percipi solere,nõ obstãte aquarum inundatione, iuxta illã regulam,
2 †q vnũ dicit,omnia præsupponit ad illud necessaria.l. nec is.§.j.& l.illud.ff.de acq. hæ.l.veteres,& ibi no. ff.de inne. uc.prima.& l.2.vbi tradũt doc.ff.de iu om.iud. Et,ni fallor, multũ cõueniebat honestati,& bonæfidei, ac etiã cõuẽtioni prædictæ,q si aliquo ex prædictis annis verè inũdatio interuenisset,fuisset vẽditori denũciatũ,vt sic ipse p se,vel suos agẽtes facile itelligere posset i facto ipso, quãtũ frumenti perceptũ fuisset,& cõsequẽter sciret,quãtũ sibi pro illo anno per emptorẽ fuisset p̃standũ loco recognitionis, iuxta formã cõtractus,q quidẽ cũ non fuerit factũ illis.n.annis, aut eorũ aliquo nihil de tali re fuit vẽditori,aut eius heredib. significatũ,certò induci præsũptionẽ,quòd ueritas aliter se habuerit,& sic nulla fuerit aquarũ inũdatio, uel saltẽ nou talis,de qua in contractu fit mẽtio. Et maximè hoc suaderi põt, quia de illo anno 1528 .fuit transmissa certa quantitas frumẽti p̃dicto vẽditori nihilo dicto. cur mitteretur;nam ex hoc facile sumi p̃t,q illo anno p̃dia non fuerũt sterilia,etenim verosimile est,quòd transmissum fuerit frumẽtum ex d.p̃dijs emptis illo anno collectum, pro soli
3 tum erat fieri;& quod † verosimile est,in dubio credẽdum est.l.cum ces.in prin.ff.de leg.1.l.Iulianus. §.p̃terea.ff.de ac.em.& c.solicitè.de resti spoliatum vulgari, solet.n.dici, quòd imaginẽ falsitatis hẽt qđ ẽ remotum a verosimili,secundum Bal.in.l.1.C.de ser.fug.3.co Ale. in cons.27.in eã,& ite.in fi.2.vol. Ias.in l.si extraneus.2.col.ff.de cõdic. ob.cau.& Dec.in cõs.644.visu,& plecto.2.col.sũptio ergo ac.a verosimili,cõcludẽdũ videtur,vbi aliud non appareat, frumẽtũ illud fuisse illo anno collectũ ex p̃dijs emptis, & cõsequẽter inũdationẽ in illis p̃dijs non fuisse saltẽ talem, vt nihil inde perceptũ fuerit, ut asseritur. Similiter, & de alijs duob.annis dicẽdũ videtur,attẽto quòd nihil venditori,aut suis hæredibus fuit de tali inũdatione significatum. Fateor tñ,q si hæredes vẽditoris dilucidè, & clarissimis p̃bationibus probarent illis annis fuisse inundationẽ aquarum talem,prout ipsi asserũt,vel aliã, ita ut euidenter appareret,nihil perceptum,aut parum, licet hoc arbiter difficillimũ, debebit attẽdi qđ p eos clare probatũ fuerit, nã tunc tali probationi claræ,& euidenti cedent præsumptio-
4 nes,de quibus supra. † nã cũ sint p̃sũptiones hominis, uel facti,cõtra eas admittitur probatio,iuxta gl. in.c.is q fidẽ. & ibi plane tradũt doc.extra de sponsali.& tradit Cor. in consi.cxxxv.visis articulis.2.co.in pen.j. vol. dicẽs ita cõmuniter teneri. Hoc tamen est valde notan.nã cum p̃sumptiones p̃dictæ sint maximè, & valde vrgentes, contra eas nõ dẽt admitti probatio, nisi præcedat causæ cognitio, & testibus contra eas deponentibus non facile est credendũ, quia p̃sumi põt,q deponãt falsũ,nisi sint tãtæ fidei,vt contra eos nõ cadat talis præsũptio,arg.c.quia verosimile, extra de præsump.& ĩi. pur in simili firmat Ale. in cons.xcix. in casu prædicto.in fi.3.vol.& ad hoc diligẽter aduertere iudicare debẽs. Hęc pcedũt secũdum regulã iuris cõm. Sed audio in ciuitate Rauennę esse statutũ, vel cõsuetudinẽ,quòd obligatus ad certum affictum volens ab eo liberari pp̃ter aquarũ inundationem, vel aliã similem causam, debet iur.

tempo-

temporibus intimare domino, & damnum suũ legitimis te
stibus probare, prout supra dicebã de iure communi esse cõ
ueniens, & honestũ, q cum emptor, aut eius hæredes non fe
cerint, sine dubio videtur, q non sint audiendi, etiam si nũc
probare vellent inundationem, & damnum, quod asserunt.
Circa 2. q. diceret fortasse aliquis, q isti hæredes emptoris pos
sint dicere, & declarare, ad quem cõputũ velint, q ponatur
5 quantitas frumenti iã soluta; † cum pro regula dici soleat, q
ei, quod soluimus, possumus certam l. dicere, & declarare, p
qua obligatione solutum velimus. l. 1. in princ. ff. de sol. &
quando soluentes non declaramus, recipiens potest ipse de-
clarare, sed debet sic declarare, vt ipse faceret, si soluisset, vt
sic non videatur differentia, vtrum soluens an recipiens de-
claret; semper enim in eo videtur fauendum soluenti, vt sic
quantitas dicatur soluta in causam grauiorem, & pro illo de
bito, qđ magis expedit ipsi soluẽti, & pro quo erat ei vtilius
soluere, vt d. l. 1. in fi. cum l. seq. de solu. vnde cũ hæredes em
ptoris, & sic debitores dicant eis magis expedire, vt d. staria
170. frumenti in circa ponãtur ad capitale, videtur q sint
audiendi. Sed tamen his nequaquam ob. quæ verè casum no
strum non attingunt, contrarium de iure verius esse arbi-
tror, & quidem absque probabili dubitatione, & sic conclu
do, q d. staria frumenti 170. in circa non debent dici soluta
pro precio venditorum prædiorum, & ita ad prædictũ capi
tale poni non debent, sed ad computum obligationis affi-
ctus, siue eius, quod pro recognitione singulis annis venie-
6 bat soluendum, iuxta tenorem instrumenti. † Et pro hoc de
monstrando præsuppono, q emptor, & eius hęredes dicebã
tur debitores prædicti magnifici venditoris, vel suorũ hæ-
redum, primò in certa quantitate pecuniæ pro pretio vendi
tionis pdictæ, & erãt obligati soluere singulis ann. 600. duc.
in pecunia numerata, prout in instrumẽto clarè dicitur. itẽ
& secundò erant debitores in certa quantitate frumenti simi
liter singulis annis soluendi, siue tradẽdi pro quodam affi-
ctu, siue recognitione, donec integrum pretium soluissent,
vt in dicto instrumẽto cõtinetur. Dico igitur nunc, q solu-
tio. traditio, seu trãsmissio illorũ 170. stariorum frumenti,
cũ nihil circa eã dictũ fuerit, debet dici facta pro parte il-
lius frumẽti, qđ erat debitũ, vt sic traditio & solutio frumẽ
ti pro sua quantitate obligationẽ ad frumentum tollat, siue
diminuat, iuxta tex. inst. quib. mod. tol. ob. in priu. non autẽ
potest poni ad computũ capitalis primi, hoc est, vt dicatne
transmissum & solutum tale frumentum ad tollẽdã, vel mi
nuendã obligationem in certa quantitate constitutam pro
pro precio vẽditorum prędiorum. Nam cũ obligatio ipsa sit
in pecunia numerata, & ita pecunia debeat magnificus do.
Petrus vẽditor, aut eius hæredes in d. pecunia creditores nõ
possunt, nec poterant tũc cogi accipere p pecunia frumen-
7 tum, † est. n. tritissima regula, q inuitis creditoribus aliud
pro alio solui non potest. l. 2. §. 1. & ibi tradunt oẽs doc. ff. si
cer. peta. & quemadmodum tempore solutionis d. frumenti
creditores in pecunia non poterant cogi frumentum pro
pecunia accipere, ita etiam hodie non possunt cogi; vt illam
quantitatem frumenti ponant ad computum capitalis pre-
8 tij, & debitæ pecuniæ, † cum aliud sit frumentum, & aliud
pecunia, nec inuicem functionem recipiãt, per se, per regul.
d. §. 1. Et licet regula illa recipiat plures limitationes, cum
in multis casibus cogatur quis aliud pro alio accipere, vt ibi
tradunt doc. maximè Ias. qui ponit 19. vel 20. limitationes,
tamen in casu nostro illa regula non reperitur limitata, si. n.
omnes prædictas limitationes bene intuearis, cognosces, q
9 nulla potest ad casum nostrũ applicari. † Quinimmo Bal. &
alij in d. §. 1. inter alia firmat conclusionẽ illam in specie, q
debitor certæ quantitatis, vt est casus noster, non potest sol
uere aliud pro alio, per leum a quo. C. de solu. & per reg. d.
10 §. 1. † Et præterea pro ista conclusione in terminis nostris,
& quòd frumentum sit alia res, quàm sit pecunia numera-
ta, est tex. opt. in l. si ita fideiussorem, ff. de fideiuss. ubi fideius
sor promittens frumẽtum pro obligato ad pecuniã non ob
ligatur, dicit ibi tex. quia alia res est, & aliàs fideiussor in alia
re obligari non dicitur. l. grecè, §. si quis stichum, eod. titu.

Sic itaque arbitror in casu nostro procul ab omni dubitatio
ne esse, vt prædicta staria frumenti 170. in circa nõ ad cõpu
tũ capitalis, & pecuniæ debitæ poni debeat, sed ad cõputum
debiti frumenti, qq̃ ab initio de hoc nihil fuerit dictũ. Nõ
ob. alleg. in contrarium; quia (vt dixi) casũ istũ non attingũt,
procedunt. n. quando unus est debitor plurium quantitatũ
ex diuersis causis, puta centum ex mutuo, centum ex empto,
centum ex conducto, vel ex alia causa, & postea soluit centũ
11 simpliciter, uel aliam quantitatẽ, nihilo dicto. † Tunc. n. cũ
quantitas illa possit cuicũq; debito accõmodari, & pro qua
cunq; obligatione creditor cogi poterat accipere, quia aliud
pro alio non soluitur, procedit. d. l. 1. cum ll. seq. ff. de so. q
12 isto casu non cadit, vt ex prædictis constat. Circa 3. q. arbi-
tror æquitatẽ rigori contradicere, nã cũ p vero vẽditor, uel
eius hæredes acceperint uno anno centũ duc. alio. 200. & sic
de similibus, non uĩ cõueniens, q pro illis tornaturis, quatũ
pretium dicatur solutũ in prædicta quantitate duc. 100. uel
200. dẽat emptor facere aliq̃ recognitionẽ, seu soluere affi-
ctũ, alioquin uẽditor re uẽdita, & ptio frueretur, q non uĩ
13 æquũ, nec tolerandũ, † sicut per cõtractũ non toleratur, ut
emptor re sibi tradita, & ptio fruatur, sed debet ptij usuras
uenditori impendere, ut l. Iulianus, §. ex uẽdito. & l. empto-
rẽ. §. ibidẽ. ff. de ac. emp. cum si. & sic uĩ, q semper pro quali
bet quantitate soluta a tempore, quo soluta fuit, debeat fieri
defalcatio, & cassatio affictus, seu recognitionis pro rata pre-
tij soluti Sed in contrarium uidetur rigor iuris urgere, nã
inter partes conuẽtũ fuit, tunc fieri defalcationẽ recognitio
nis, & affictus, si & prout emptor ratas solutionis pretij su-
pra dicti de tempore in tẽpus fecerit, & exbursauerit, & sic
defalcatio fieri debet sub conditione, si exbursauerit emptor
ratas pretij &c. quæ cõditio debet impleri uerè, & in solidũ,
cũ implemẽtũ cõditionis nõ scindatur. l. cui fundus, §. fi. ff.
de cõd. & dem. & prout cõditio prolata est in sua specifica
forma debet impleri l. Meuius & l. qui hæredi. §. Plaucius.
14 co. ti. sed in proposito hoc nõ est factũ, ergo &c. † Hoc autẽ
probatur, quia rata solutionis pretij faciendæ erat duc. 600.
quolibet anno usque ad integrã satisfactionẽ, & cõsequẽter
cõditio erat, si quolibet anno soluti fuerint duc. 600. q̃ con
ditio nõ fuit impleta, ergo defalcatio, ueluti cõditionalis di
spositio, nõ dẽr aliquẽ sortiri effectũ condõne non impleta,
ut declarãt Bar. & patruus meus Soc. in d. §. Plautius. & facit
l. Tais, § stichus, ff. de fidei. lib. & l. unica, § sinaũt sub cond.
15 C. de cad. tol. † Facit ad hoc; quia cũdõ in aliqua dispositio
ne apposita iudicij formã, ut egregiè declarat Bal. ĩ auc. ma
tri, & auiæ, 1. col. C. qñ mul tu. offi. fun. po. facit. l. ptor ait. §.
1. ff. de colla. bon. tradit Ias. in l. 2 §. prius. ff. de uulg. & pup.
& Dec. in rub. extra de proba. 18. col prope fi. & in cõsi. 11.
16 qm iudicãtiũ respõsa, col. 8. † sed forma debet oĩno impleri
cũ det esse rei, vt l. Iulianus, § si qs. ff. ad exhib. & non seruata
actus corruit, & uitiatur, ut ibi, & l. 2. C. de prædi. decur. lib.
10. & l. nõ dubiũ. C. de legi. tradũt doc. maximè Ias. in l. cũ
hi. §. si ptor. col. 11. ff. de trãs. & plenè tradit uberrimus doc.
Fel. in c. cũ dilecta. col. 11. ner. gesta cõtra formã, de rescr.
Võ cũ forma, & cõdõ defalcationis, & cassationis affictus, &
recognitionis esset, si de tpe in tps fecerit emptor ratam so-
lutionis ptij, hoc est quolibet anno duca. 600. exbursauerit,
& id factum nõ fuerit, uĩ, q nulla debeat fieri defalcatio, vel
saltem non prius, quã fuerint soluti. 600. duc. Nec vĩ consi
derãda illa solutio 100. vel 200. duc. vel similis: qa p eã non
ĩpletur forma, & cõdõ, cuius implemẽtũ pro parte fieri non
17 pt, vt dixi, † & quicquid remãsit soluẽdum, de 600. duc. dici
tur sufficiens, vt non fiat defalcatio pdicta, ar. l. 5. §. fi. ff. de
uer. oblig. & eorũ, quę ibi doc. dicunt, vt, s. sicut ibi paruum
quid de sorte nõ solutũ, facit cõmitti totã pœnã, ita hic q de
600. duc. nõ fuit solutũ, fecit, vt defalcatio recognitionis, &
affictus fieri non debuerit. Nec uidetur obstare æquitas in cõ
trariũ considerata, quia negari potest, sed potius videtur esse
pro ista parte, vt. s. emptor non veniat defraudatus, qui ex re-
ceptione, 600. duc. quolibet anno, & sic totius quantitatis p
septennium rẽ suã valde vtilem fecisset, quod facere mini-
mè potuit ex receptione ducatorũ centum, aut, 200. & ẽt in

terpolatis annis, ita vt per an. 17. & vltra, vix acceperit duc. 1200. quos solo primo triennio recepturus fuisset, si cōditio desfalcationis fuisset vti promissum erat impleta. Et prætersa illi æquati videtur derogatum fuisse per formam conuentionis, quæ fuit, φ desfalcatio fiat, facta solutione ratæ
18 pmissæ, & sic 600. ducat. quolibet anno, † & non est dubiū standum esse cōuentioni partium, quæ dat legem cōtractui. l. contractus. ff. de reg. iur. cum si. nihil est n. cōgruētius, quā cōuentiones hominum ratas haberi. § per traditionē. inst. de rer. di. & l. 1. ff. de pac cū si. Fateor tñ φ contra hancopi. & huiusmodi rigore videtur obstare, φ venditor, vel hæredes eius consenserunt solutioni illius paruę quantitatis, put so-
19 luta fuit toties, quoties soluta fuit, † cum. n. ipsi cogi nō poterāt recipere partē 600. iuxta l. tutor. §. Lucius. ff. de vsu. & quod ibi per illū tex. no. omnes doc. recipientes modò centum modò 200. ducat, videntur cōsentire, φ talis receptio p sua rata tantum operetur, quantū operaretur receptū 600. pro ipsis 600 cum idem iuris sit de parte respectu partis, qđ de toto respectu totius, cum simus io diuiduis. l. quę de tota. ff. de rei vend. & declarat Bar. in l. stipulationes nō diuidun-
20 tur. ff. de verb. obligat. io multis locis, maximè in 3. q. † vbi concludit φ obligatio quantitatis dicitur diuidua, & ita solutio partis affert liberationē in parte. l. 2. §. 1. eo. tit. & vbi essemus in iure cōi satis videremr pro rata soluti pcij fieri debere desfalcationem, arg. no. per Bar in l. Iulianus §. offerri. ff. de ac. emp. & per Saly. in l. curabit. in fi. C. eo. tit. † dum volunt
21 φ si emptor partē precij soluerit, poterit postea reliquo soluto petere fructus rei vēditæ pro rata precij soluti, vt per eos, unde sicot ibi solutio partis precij operatur pro sua rata cōmoditatē solnētis in parte fructuū, ita in casu isto debet operari in relaxatiōe partis affictus, siue recognitiōis, de qua agitur. Hoic tñ iuris cōis dispositioni uidetur derogatū per cōuentionem conditionalem, de qua supra. Stante itaque difficultate io bac 3. q. de qua supra, arbitror eius decisio. cōmittendā prudentiæ, ac circunspectione iudicare debentis, qui multis consideratis, quę in facto contigisse nouerit, & cōlitudine loci inspecta poterit animū suū infōrmare, & ita qđ ei iustum fuerit uisum iudicare. † Circa 4. & ult. q. non est
22 dubiū, φ Venetijs, & sic in loco destinatę solutionis posfent tālis hęredes emptoris cōueniri, iux. l. hæres absens. §. fi. ff. de iud. & pcederet hoc ēt, φ ibi nō fuisset celebratus cōtractus, cū eo loco quis dicatur contraxisse, in quo se solutu rum pro misit. l. cō traxisse. ff. de ac. & oblig. & l. 3. cū si. ff. de bon. auct. iudic. possi. Sed cum in casu isto ēt cōtractus fuerit Venetijs
23 celebratus, multo magis hoc dicendū est, † cum dici soleat, qui m ratione contractus sortiri forum, & in loco cōtractus cōuenire posse, ut d. l. hęres absens. §. at si quo. & §. seq. & ibi glo. not. Notan. tamen est, φ licet hoc possit forte procedere quantū ad uocationē, siue citatione faciendā, & ēt quò ad co-ctionē, si i loco illo quis repetiatur, † tñ si alibi sit, & nolit
24 cōparere realiter cogi non potest propter defectum iurisdictionis iudicis, cum extra iurisdictionē suam nullus posfit se extendere, & si uoluerit potest spetni eius auctoritas. l. fi. ff. de iurisd. om. iud. & plenē declarant doc. in c. 1. §. cōtrahētes. maximè Gemi. & Moder. de fo. compe. lib. 6. & doc. maximè P. u. de Cast. in d. §. at si quo. siue in §. t. illius l. hęres absens. † traditur. n. per omnes regulas in locis prædictis, φ io cō-
25 tractus non habet locum remissio debitoris ad locum cōtractus per d. § cōtrahentes, vt dicunt doct. maximè Mod. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ier. & Cur. iun. in l. cum quædam puella. 1. col. in fi. ff. de iurisd. om. iudi Cum autem in casu nostro hæredes d. emptoris Venetijs non repertantur, sed Raoennæ, vbi originē, & domicilū habere dicūtur, & iudices Venetiarū nullam habent iurisdictionē in ciuitate Rauēnę, cū illa sit de iurisdictione, & territorio summi Pontificis, vt est notū, sequitur, φ Venetijs frustra posset agi contra prædictos hæredes. Oportet ergo quòd Rauennæ, vbi solum reperiuntur, agatur aduersus eos, non obstante quòd alibi sit locus contractus, & destinatæ solutionis, & hoc suadere æquitate, quia si aliter diceremus, sequeretur φ isti magnifici Maurocœni hæredes vēditoris de facili possent impediri iūs

suū consequi, & sic defraudari, & deludi hæredibus emptoris nonquam accedentibus ad vrbem Venetiarum, quod iniquū esset, & contra omnem æquitatem, & iustitiā, & ita de hoc est tex. cum prædicta ratione in l. . & per totum tit. ff. de eo qđ
26 cer. loc. da opor. † Verū quia ex hoc isti magnifici Maurocœni plurima patiuntur dāna & expensas, & sic maximū pœtendunt interesse, tam extrinsecum, quàm intrinsecū, & qui dē propter culpam, & moram prædictorū hæredū emptoris, iustissimum & æquissimum est, & iura ita apertissimè dispo ount, quòd prædicti hæredes emptoris teneātur ad totale interesse hæredū venditoris ipsis resarciēdum, & ita iudex qui in hac re adhibetur, debebit prædictos hæredes emptoris cō demnare, quatenus hæredū vēditoris interesset pecunias eis debitas, & similiter frumentum eis debitum recepisse Venetijs, iuxta formam contractus, hæc est clara, & aperta decisio iurisōsul. in l. 2. & in l. 3. §. pen. & per totū. ff. de eo φ cer.
27 loco. † quemadmodū enim si actor conueniret reum alibi, quā ipse soluere pmisisset, deberet haberi ratio interesse ipsius rei quatenus scilicet eius interesset soluere in loco, in quo se soluturum promiserat, vt d iuribus, ita etiā per contrariū debet haberi ratio interesse actoris, si cogatur alibi reū conuenire, quàm vbi erat facienda solutio, vt h betur in prædictis iuribus. Et propter hoc quòd in actione, quæ in alio loco intentatur, debet haberi ratio interesse vtriusque partis ratione loci, & totū v detur remissum ad arbitrium iudicis, appellatur talis actio arbitraria, vt l. 1. in prin. & l. 3. in fi. cū l. seq. illo tit. de eo quod cer. loc. & ibi declarāt doc. maximè
28 Saly. in l. 1. † Concludendum ergo est, φ isti emptoris hæredes debent cōdēnari hæredibus venditoris in quātum ipsi sua interesse probauerint, & non solū respectu interesse dānti, quod eis emerserit, sed ēt respectu lucri cessantis, & hoc est præcipuum in ista actione arbitraria, vt probatur in d. l. 3. §. fi. cum l. seq. vbi Saly. & alij declarant, & quoniam hæc clarissima sunt, & habent pro se iura expressa, non insistabo amplius super eis, sed concludo, vt supra. Laus Deo.

Soc. nepos Paduæ.

ADDITIO

Placet vnum prædictis addere, s. φ immo si isti magnifici Mauroceni vellent, possent hæredes emptoris realiter, & cū effectu conuenire Venetijs, & illos ciuitatis iudices possent petere à iudice Rauēnæ, vt prædictos emptoris hæredes ad is
29 remittat, † nā regula illa quòd in cōtractibus non habet locū remissio ad locū cōtractus, de qua supra, limitatur, & nō procedit qñ debitor renūciauit priuilegio fori, vt est gl. singu. & cōiter approbata in l. 1. in 1. gl ff. si quis in ius uoca. nō ier. & tradunt doct. Mod. maximè Cur. iun. in l. si quis in conscribēdo. 1. col. C. de pac. Sed in casu isto emptor renūciauit priuilegio fori, ut constat in fi. contractus, ad quem finē post finitum consilium animaduerti, ergo &c.

Cōcludo ergo φ potuerunt, ubi uelint magnifici Mauroceni petere ius sibi reddi & nbi petant Ratennæ ultra omne aliud interesse eorū poterunt petere etiā i teresse ratione loci, secundum ea quæ supra dicta sunt. Iterum Laus Deo.

Idem Soc. nepos, Padoæ. 1539.

ADDITIO.

Ad hoc consi. se refert, infra consi 8. post num. 22. volum. quarto.

SVMMAE.

De probatione matrimonij, & qui testes in eo requirātur Similiter, & de probatione filiationis.

Et quale dicatur clandestinum matrimonium, & sic ples non dicatur legitima, etiam aliquo ignorante, si tale matrimonium de iure contrahi non poterat.

1 *Testes duo concordes probant matrimonium.*
2 *Testium numerus super abundans supplet defectum eorum.*
3 *Fama de perse facit semiplenam probationem, sed cum alijs iuncta plene probat.*
Fama iuncta vni testi probat.
4 *Matrimonium dicitur res fauorabilis, ita quòd eius fauore à communis*

moni opi. receditur, uide tamen infr d nu. 31

5 *Matrimonium alleganti onus probandi incumbit.*

6 *Testes in causa matrimoniali uti causa graui debēt esse omni ex ceptione maiores, siue agatur de matrimonio dissoluendo, siue probando, & infra nu. 10. & 12.*

7 *Causa matrimonialis quare dicatur grauis.*

8 *Matrimonium non debet iudicari inter aliquos contractum ex leui probatione, vel præsumptione.*

9 *Dictio præcipuè, quid denotet.*

11 *Testes infames infamia facti in causa matrimoniali a testimonio repelluntur, & infra nu. 18.*

13 *Testes idonei, & omni exceptione maiores qui dicantur.*

14 *Testes ad perpetuam rei memoriam examinati, vt faciant fidē, quæ requirantur.*

15 *Testes senes, in quibus est timor mortis, sunt maioris fidei.*

16 *Falsitatis imago dicitur, quod a uerosimili remotum est.*

Testes contra Susannam ex vna sola cōtrarietate fuero reiecti.

17 *Vincula plura vna sunt fortiora.*

19 *Nobilitas non transit in bastardos.*

20 *Bastardi non dicuntur de domo, neque in fauorabilibus, neque in odiosis.*

21 *Consanguinei data disparitate matrimonium contrahentium nō sunt idonei testes in causa matrimoniali, licet alias secus, & infra nu. 24.*

22 *Honor lucro præferri debet.*

23 *Testes ad inuicem contradicentes repelluntur.*

25 *Testis deponēs falsum nō solū caret fide, sed etiam debet puniri.*

26 *Probatio efficacior requiritur, quando id, quod non est uerisimile, probandum est.*

27 *Testium depositiones non verosimile continentes, dicuntur habere falsitatis imaginem.*

28 *Testes in causa matrimoniali debent esse rogati a contrahentib. matrimonium.*

29 *Imperfecta plura in specie non iunguntur, ut pro uno perfecto operentur.*

30 *Testes de fama deponentes, quomodo debeāt dicere, ut eā probēt.*

32 *Filius illegitimè natus patri non succedit.*

33 *Natus ex coniugata, licet probetur eam commisisse adulterium præsumitur filius mariti, uide infra nu. 44.*

34 *Filiationem allegans, eam probare debet.*

35 *Testes de auditu non probant ea, quæ in auditu non consistunt.*

36 *Testes de credulitate regulariter non probant.*

37 *Testis dicens, credo quod Titius cognouerit Bertam, quia uidit eos confabulantes, non probat.*

38 *Testis singularis, non probat.*

39 *Filiatio ex parte patris ita difficilis probationis est, ut reputetur impossibilis.*

40 *Filiatio qualiter probetur.*

41 *Pater tenetur filios qualescunq; sint alimentare.*

42 *Argumentum negatiuè ualet ab eo, quod non est uerosimile.*

43 *Filiatio præsumptiuè probata non sufficit quando agitur de auferenda hæreditate alicui.*

44 *L. miles. §. defuncto ff. de adult. quomodo procedat.*

45 *Cohabitatio uiri, & mulieris, licet probetur, si tamen probaretur quòd mulier ex illo uiro non potuisset concipere, quia octuagenarius, præsumptio ex cohabitatione resultans non admitteretur quando agitur de successione alteri auferenda.*

46 *Filij nati ex nuptijs ignoranter prohibitis sunt legitimi.*

47 *Matrimonium clandestinum dicitur quando corā duobus tantum testibus fit, uide infra nu. 52.*

48 *Matrimonium dicitur clandestinum quando contrahitur sine denunciatione publica in ecclesia.*

49 *Matrimonium tribus modis clandestinum dicitur, & n. 50.*

51 *Nati ex matrimonio contracto in conspectu ecclesiæ, si parentes ignorant impedimentum matrimonij, sunt legitimi.*

53 *Clam fieri quando dicatur.*

Et matrimonium quando clandestinum dicatur, & infra nn. 65.

54 *Matrimonium quando dicatur clandestinum, ut impediatur legitimitas filiorum natorum etiam ex ignorantibus impedimentum.*

55 *Matrimonium quando dicatur in faciem ecclesiæ contra*

56 *Matrimonium in facie ecclesiæ quomodo dicatur contrahi.*

57 *Matrimonium contractum in facie ecclesiæ tātum importat, quātum si publicè contrahatur.*

58 *Facta publicè, dicuntur bona fide facta.*

59 *Matrimonium debet fieri publicè, vt ex eo proles sit legitima, & detecta impedimento, & infra nu. 63.*

60 *Parentum ignorantia non prodest proli, quando matrimonium non publicauerunt.*

61 *Iugales vltra alia requisita debent in ecclesia benedici.*

62 *Matrimonia cōtrahēda de cōsuetudine Italiæ quō publicentur.*

64 *Matrimonium potest dici in facie ecclesiæ contractum, licet non fiant banna, si solennis benedictio fiat in ecclesia, & alię solennitates interueniant.*

CONSILIVM LXXXVI.

Dirigat Dominus verba mea in uiam veritatis & iustitiæ.



DISPVTATVR in pręsenti consultatione,
utrū Nicolaus filius do. Lucretiæ possit quō
dā D. Marco Tusco nobili Vicētino uti filius
legitimus, & naturalis, put se talē asserit, ab
intestato succedere, seu cōtra eius testm̄ uti
pteritus uenire. Inquie. n. & ēt pro ea domi.
Lucretia eius mater, q iā multis annis, uidelicet de ann. M.
D. III. do. Lucretia pędicta cōtraxit matrimoniū per uer-
ba de pręsenti cum pędicto do. Marco, & q postea ex talibus
in matrimonio coniūctis natus est d. Nicolaus de an. M. D.
xij. unde cū postea d. domi. Marcus decesserit intestatus, seu
pro intestato haberi debet, impugnato eius testamento per
Nicolaū eius assertū filiū in eo pteritū, sequitur, q ipse uti
unicus filius debet patri suo in totū succedere, iuxta auctēn.
in successione, & ī corpore unde sumitur. C. de suis, & legit.
Sed ex aduerso negatur pędictum matrimonium, item si-
militer negatur, quòd D. Nicolaus sit filius d. do. Marci. Et
ultra ēt dicitur, quòd si pętensum matrimoniū aliquo mō
possit dici probatū, & pariter etiam dicatur probata filiatio
pędicta, quod tamen omnino negatur, fuit, & dici debet pę
dictū matrimonium clandestinum, saltem quò ad impediē-
dam legitimitatē asserti filij, pęsupposito, q inter pędictos
do. Marcum, & do. Lucretiam esset prohibitū matrimoniū
propter coniunctionem sanguinis in gradu prohibito. Et
super pędictis factus est magnus processus, & multi testes
hincinde fuerunt examinati. Quibus sic stantibus, de infra
scriptis dubitari contingit. Et primò utrum matrimonium
pętensum dicatur legitimè probatum. Secundo utrum sit
probata filiatio. Tertio posito, & non concesso, utrunq; esset
probatum, utrum matrimoniū pędictum possit dici clande
stinum ad finem, ut filius dicatur nō legitimus, stante impe-
dimento matrimonij de quo supra. Circa quas q. cū plenis-
simè, & sapientissimè fuerit scriptum per excellētissimū Ad-
uocatū, ego breuiter instabo substantialia tm̄ tangendo pro
more meo. Itaq; circa primam q. uidetur posse prima facie
concludi matrimoniū prætensum esse sufficienter probatū,
& sic ueritatē esse, q iter pędictā do. Lucretiā, & nobilē do.
Marcū fuerit cōtractum matrimoniū, nā per quatuor testes
concorditer deponitur, q inter prædictos per verba de pę-
senti habilia fuit legitimè cōtractū matrimoniū, uidelicet p
do. Iacob. de Mollada Venetijs primo loco examinatum ad
perpetuā rei memoriā per D. Polisenā, per D. Florengentilē
de Plouenis, & per D. Hieronymū de Plouenis: & cū sint qua
1 tuor nō uidetur dubitandū, quin plenè probent, † cū alias
duo tantum sufficerent concordes, seu contestes, iuxta l. ubi
numerus. ff. de testi. & l. iurisiurandi, & ibi tradūt doc. C. eo.
etenim in ore duorū, uel triū stat omne uerbū. c. licet. & c. in
oī negocio. extra de testi. & legitur Deut. c. xvij. & Matthęi
2 c. 18. cū si. † Et cum numerus sit superabundās, videtur, q
ratione numeri suppleatur omnis defectus, si quis in aliquo
pędictorū testiū posset considerari, iuxta. l. 3. §. eiusdē. cū ea
gl. super uer. numerus. ff. de testi. cum concor. ut scribit Al-

 in consi.

io consi.66. visa facti narratione. 4.col. mihi sub num.20.
li.6. Facit etiam ; quia vt plures deponunt, de prædicto ma
trimonio videtur probari publica vox,& fama, propter quã
etiam si ex alio plena probatio nõ sumeretur, sed semiplena
3 induceretur legitima probatio, † cum illa faciat semiplenam
probationem, & cum alijs adminiculis iuncta plenè probat
per ea, quæ tradit glo. in ver. confirma. io d.l.3.§. eiusdẽ,&
ibi doctores. ff. de testibus,& tradunt Canonistæ in c. veniẽs
eodem titulo. Mathesilla. in singula. clxxxv. probationes.
Alexand. in consi. cxliij. quoniam abunde. colu. prima, lib.
secundo.& Ias. in l. admonendi. colum. mihi. xcij. ff. de iure-
iurando, cũ concor. vt per Hippolytum in consil. 5. In nomi
ne domini amen, in causa Ioannis. col. fi. ver.& facit optima,
& ista fama probaret iuncta tantum vni testi, vt in locis præ-
dictis. Fortius ergo ita dicendũ videtur in casu isto, cum sit
iuncta quatuor testibus de ipso matrimonio deponentibus.
4 † Et demum pro matrimonio videtur facere, quia matri-
moniũ dicitur res fauorabilis, ita vt in dubio sit pro eo iudi
candũ. c. fi. de senten.& re iudi. cum si. In tantum vt fauore
matrimonij recedatur a cõmuni opin. vt voluit Host. & alij
sequũtur in c. 5. de cogna. spiri. tradit And. Barb. in consi 6.
Scriptum est pręclarè. 2. col. lib. j.& in consi. xl. A Ioue prin-
cipium. col. iij. lib. 3. Fely. in rub. de spon. col. pen. ver. 9. in
causa matrimoniali.& Ias. in l. 2. 2. no. ff. sol. mat.& in consilio
clxxviij. In causa matrimoniali. in fi. 2. volo. His tamen non
obstantibus cõtraria opi. videtur probabilior, vt scilicet in
ter prędictos matrimonium non dicatur legitimè, & cõclu
denter probatũ, prout ad onus conscientię suę, vt audio, prę
dictus do. Marcus in articulo mortis asseruit se nunquam ta
le matrimonium contraxisse, quod certè ego magnifacio.
Et fundamentum huius opi. est, quia prędictus do. Marcus
vsque ad extremum vitę suę, vt dixi, semper totaliter, & abso
lutę negauit eiusmodi matrimoniũ. & cum facti sit an fue-
rit contractum, vel ne, sufficit negare, nisi per aduersariã par
5 tem concludenter probetur, † eo probatio incumbat ei, qui
affirmat. l. 2. cum concor. ibi per gl. allegatis. ff. de probat. &
in causa matrimoniali in specie ita firmat Alex. in consi. cl.
In causa,& lite. in prin.& in cõsi. cliij. Viso themate. in pri.
lib. 5. & Dec. consil. cccx. Visis diligenter. in prin. Tota er-
go pendet difficultas ab his, quę in contrarium allegata fue-
runt, an. s. iuridicè refelli possint. Et certè videmr, quod omnib.
possit cõuenienter, & iuridicè responderi; nam dum primo
dicitur matrimoniũ probari per quatuor testes de eo depo-
nentes. Respõdetur, quod nullus ipsorũ in proposito dicitur ido
neus, aut dignus fide, sed videtur reijciendi, vt suspecti, siue
velis dicere, quam eis non sit credendũ, ita vt per eos pręten
6 sum matrimonium dicatur probatum. † Et ad hoc demon-
strandũ pręsuppono, quod in causa matrimonij testes debent es
se omni exceptione maiores tanquam in causa graui,& maxi
mę importantię. c. 3.& ibi no. Abb. post glo. de consan.& af-
fi. tradunt doct. per illũ tex. in c. in literis de testi. & ita hoc
inter alia priuilegia matrimonij ponit Fely. i rub. de spon. 5.
col. ver. 4. in causa matrimonij. concludens, quod in tali causa
non sufficit testes esse simpliciter idoneos, sed requiritur, quod
sint omni exceptione maiores, vt per eum. Et licet d. c. 3.&
doc. ibi loqui videãtur, quando agitur de dissoluendo matri
monio, tamen Fely. in loco prędicto loquitur simpliciter in
causa matrimonij,& sic videtur loqui etiam quando agitur de ip-
7 so matrimonio probando, † cum causa matrimonialis sem-
per dicatur grauis, cum in ea agatur de maximo sacramẽto,
& quodammodo etiã de statu hominis, iuxta glo. 1.& ea quę
ibi dicunt doc. in c. mulieri. de iureiu.& tradit Dec. in d. cõs.
cccx. post princ. ubi plura deducit ad ostendendam grauitatẽ
causę matrimonialis,& loquitur ipse quando agitur de pro-
8 batione matrimonij. † Hinc dicimus, quòd non debet iudi
cari matrimonium inter aliquos contractum ex leui proba-
tione, uel pręsumptione, ut declarat Alex. in d. cõsi. cl. 4. col.
& istud si rectè põderetur, uoluit gl fi. in d. c. in literis. i pri.
dum dicit, nota quod in matrimonio pręcipuè separãdo debent
adduci testes, qui sint probatę uitę,& opinionis. Etenim i il-
lo uersic. pręcipuè intendit illud esse gñale in matrimonio,
9 quanquam maiori rõne si de separatione agatur; † dictio. n. prę
cipuè, exprimit casum minus dubitabilẽ, sed implicat casus
magis dubitabiles,& in eis uult idẽ esse. l. fi. C. de his qui vẽ.
ęta. impet. l. consulta. prope fin. C. de testa.& c. j. §. j. de cleri.
ęgrot. lib. 6. cum si. sicut dicitur de dictione maximè, vt per
gl. in l. illud. ff. ad l. aqui.& i l. j. §. vel maximè. ff. de coll. bon.
& videtur tex. in l. qui se patris, C. vnde lib.& tradit Cor. in
10 consi. lxix. Visis nonnullis in litera C. 1. vol. † Et hanc opi.
quod etiam in matrimonio probando requirantur testes proba
tę vitę, & omni exceptione maiores, firmat egregiè An. Bar.
in cõsi. xlv. scribitur bellissimè. post princ. ver. capio primã.
& in consi. liiij. Illud afferam in med. 3. col. ver. 3. pręmitto.
11 1. vol. ponderans in vtroque loco gl. in d. c. in literis. † Hinc
est, quod etiam testes sola infamia facti notati repelluntur à testi
monio in causa matrimoniali, quia reputatur causa ardua, vt
per Iac. de S. Geor. in l. 3. §. lege iulia. col. fi. nu. xxj. ff. de test.
12 cũ alijs ibi per eum alleg. † Et quòd in causa matrimonij re
quirantur testes omni exceptione maiores, post Ant. de But.
per eũ relatum uoluit Alex. in consi. cxliij. Quoniam abun-
de. 1. uol. prout eum refert & sequitur Hipp. de Marsi. in cõ-
si. cxxviij. Munda cor meũ. iiij. col. in prin. ubi etiam allegat
in terminis Bal. in auc. si dicatur. in fi. C. de test. ut per eum.
13 † Testes aũt omni exceptione maiores,& oĩno idonei dicun
tur hi, quibus nihil opponi põt,& quorũ fides est indubita-
ta, ut per gl.& doct. in d. c. j. de consang.& affinita.& in §. itẽ
verborũ. insti. de inuti. stipul. cũ concor. ut per Barb. in prę
allega. consilijs. Hoc ita posito, dico, quòd quatuor testes de
isto pretenso matrimonio deponentes non sunt omni exce-
ptione maiores, quinimmo plurima cõtra eos obijci possũt,
ita, vt eorũ fides nedũ sit diminuta, sed etiam nulla videatur,
ergo &c. Istud autem probatur discurrendo eos singula-
tim. Et primò circa do. Iacobam primo loco examinata ad
perpetuam rei memoriam clarũ est, quod ei nulla est fides adhi-
benda; quia non fuit legitimè examinata. † testis. n. ad perpe
14 tuam rei memoriã examinatus vt faciat fidẽ, requiritur pri-
mò, quod examinetur a suo iudice. i. ab eo, qui in causa principa
li, quando moueretur, esset futurus iudex, vt per Bar.& alios. in l.
si societatẽ. §. arbitrorũ. 4. col. ff. pro soc.& in l. cum hi, §. trã
sactiones. ff. de trãsac. tradũt doc. in c. significauit. de testi. &
Alex. in consi. ciij. Consideratis his. j. col. lib. v. & patruus,
& do. meus Soc. in consil. ccxliiij, Considerata facti contingẽ
tia. 3. col. uersi 4. contra eundem. 2. uol. Secundò requiri-
tur, quod subsit cã, videlicet timor mortis, vel absentiæ, secũdũ
Bar. in l. fi. C. de vsur. pupil. loquendo ex parte actoris, ut con
tingit in casu nostro allegat. l. in lege aquilia si deletum. ff. ad
l. aquil. ibi etiam idem dicit col. fin. tradit Fely. in c. significa
uit 3. col. de testib. & Dec. cõs. ccciij. Et pro tenui. 2. col. uer. nec
obst. quod quatuor testes. Tertiò requiritur, quod in examinatio
ne tali pars aduersa citetur, ut tradunt doc. in auct. si quis. C.
de testi. in l. 4 §. prętor ait. ff. de dam. infec. in c. quoniã fre-
quenter, ut lit. non contest. Quartò etiã requiritur, quod iudex
bene de causa informatus prius interloquatur & pronon-
ciet testes examinandos esse ualitudinarios, & sic in timore
mortis, uel diu abfuturos,& propterea esse examinandos, prout
Spe. uoluit. si rectè consideretur. in tit. de offi. omni. iud. §.
postremò. ver. itẽ si testes petũtur, iũctis præcedẽtibus,& ex
pressè ita vult gl. quã Bar. ibi dicit notabilẽ, & singularẽ in
d. l. in lege aquilia. sequitur D. meus Soc. in d. cõsi. ccxliiij. 4.
col. uer. ulterius & quintò,& do. Guid. Pap. in consi. ccxxj.
Absolui debent, in uer: sic etiam in simili. Requiruntur
& alia, vt per doc. in d. c. quoniam frequenter, & in d. aue. si
quis,& alibi sæpe, sed non curo. Dico autẽ in proposito, quod
15 nullũ istorũ quatuor interuenit, ergo &c. fuit enim d. Iacoba
prędicta examinata Venetijs, cũ i cã futurus esset iudex reuerẽ.
Episcopus Vincẽtinus, vel eius Vicarius. Et cũ esset iuuenis,
& nõ recessura, nõ suberat cã. Pars non fuit citata, nec fuit fa
cta inquisitio aliqua,& minus pronunciatio, quod in ea eẽt timor
mortis, vel absẽtiæ, vt ex lectura processus cõstare põt. Sic ergo
constat, primã hãc testẽ nullã fidẽ facere, cõtra quam etiam
plura alia vrgẽt; vt quia est mulier pauperrima, vilissima, ma
lę, ac turpis vitę, cõditionis,& famę,& alia quędã, prout per
exce-

excellentiſſimũ Aduocatũ plenè declaratur in ſuis elegãtiſ-
ſimis allegationibus, ad quem me remitto, nec aliter proſe-
quor; quia non neceſſaria ſunt, cum ſupra dicta ſatis, ſuperq;
ſufficiant. Non tamen prætermittam, q debet etiam depoſi-
tio, d. Iacobę reijci, & dominæ Lucretiæ non prodeſſe veluti
dolosè examinatæ, vt etiã in dictis allegat. plenè demonſtra-
tur. Quibus addo, q doloſitas ſatis oſtenditur; quia ſi bo-
na fide proceſſiſſet domina Lucretia ad talem examinatio-
nem, vtiq; etiã alios teſtes ſeniores dicta do. Iacoba feciſſet
examinari, & præſertim Reueren. fratrem Christophorũ de
Speronella, cõuentus S. Laurentij guardianũ in ann. 1503.
qui adhuc viuebat tẽpore d. examinis, licet ſenio confectus,
quem cum alio fratre aſſerunt fuiſſe pręſentẽ contractui ma
trimonij, de quo agit. Dicunt enim teſtes, q aderat guardia
nus S. Laurentij cũ alio fratre eiuſdem conuentus, & guar-
dianus fecit verba matrimonialia, tametſi omnia hæc videã
tur cõmẽtitia falſitatis. Dico. n. q ſi veritas eſſet de tali ma
trimonio, quod aſſeritur, certè veroſimiliter do. Lucretia de
buiſſet ad perpetuã rei memoriã examinare pdictos religio-
15 ſos, maximè guardianũ: † cũ eſſet ſenex, & ſic in eis eſſet ti
mor mortis, & fuiſſent ẽt maioris fidei, iuxta tradita p Cur.
ſeniorẽ in tract. de teſti. in 10. concluſione. Vnde cũ non fe-
cerint, ſumpto argumento à veroſimili, facile quiſq; cogno
ſcere poteſt, q nõ exiſtẽte veritate matrimonij ptenſi dolosè,
16 & fraudulẽter fuit facta examinatio d. Iacobę. † id enim, qd
eſt remotum a veroſimili, dicitur falſitatis imago, ſecundùm
Bal. in l. j. C. de ſer. fug. 3. col. & tradit Alex. in conſil. 27. In
cauſa, & lite. ad fin. lib. 2. Iaſ. in l. ſi extraneus. 2. col. ff. de cõ-
dic. ob cauſam, & Dec. in conſi. 644. Viſo, & perlecto. 2 col.
Similiter etiam ſecunda teſtis domina Poliſena nullam
fidem facit: quia mulier pauperrima, viliſſima, & malæ vitæ,
conditionis, & famæ, vt in proceſſu probatum eſt. Venit etiã
reijcienda d. teſtis vti falſa, & cõtraria nedum alijs teſtibus,
& in pluribus, ſed etiam ſibi ipſi, vt plenè proſequitur, &
declarat Aduocatus prædictus. Et ſi apud Danielẽ ea vna
ſola contrarietate teſtes illi ſenes contra Suſannam depo-
nentes fuerunt reiecti, & falſitas eorum atteſtationis aperta
fuit, vt legitur Danielis ca. 13. quanto magis debet ipſa Poli-
ſena, & ſimiliter alij teſtes reijci, & eorum dictum falſum re
putari; cũ multiplices contradictiones inter eos reperiant,
& maximè inter alios, & iſtam Poliſenam, vt plenè per excel.
17 Aduocatum in prædictis alleg. deductum fuit. † plura. n. vin
cula vno ſunt fortiora, iuxta auct. itaq; & ibi tradita per Bar.
C. cõia de ſucceſ. facit. l. ſed & milites. in prin. cum ibi not. ff.
de excuſa. tut. tradit Iaſ. in l. re coniuncti. in 6. not. de leg. 3.
& Dec. conſi. 619. Licet in caſu propoſito. col. fin. vbi plura
18 alleg. † Facit etiã contra iſtã Poliſenam, & etiã contra Ia-
cobã: quia cũ probatæ fuerint turpis, ac inhoneſtę vitę, dicũ
tur infames infamia facti, meritò debẽt repelli a teſtimonio
in cauſa matrimoniali, veluti ardua, & graui, vt ſcribit Alex.
in conſi. 152. Viſo proceſſu. 3. co. lib. 5. refert, & ſequitur Iac.
de S. Geor. in l. 3. §. lege Iulia. 3. col. ff. de teſti. vbi etiam alle-
gat glo. in c. 1. de conſan & affini. vt per eum. Tertia verò
teſtis domina Floſgentilis ſimiliter non eſt digna fide, ſed re
pellenda: quia eſt matertera dominæ Lucretię, & ideo ratio-
ne coniunctionis ſanguinis non dicitur idonea teſtis, attẽto
q inter prædictã do. Lucretiam, & nobilem dominũ Marcũ
erat maxima diſparitas, prout hoc notiſſimum eſt toti ciui-
tati Vincentiæ, & in proceſſu eſt probatũ. Etenim dominus
Marcus nobiliſſimus, & ditiſſimus erat, Lucretia verò erat
19 illegitimè nata, vt in proceſſu apertiſſimè probatur, † & cõ
ſequenter vilis: quia nobilitas non tranſit in baſtardos, vt ſic
loquar, ſecundùm Bartol in l. 1. C. de dignit. lib. 12. & dixit
20 Bal. poſt Bart. in l. fi. C. de verb. ſign. † quòd baſtardi non di-
cuntur de domo, neque in fauorabilibus, neque in odioſis,
& idem videtur velle Pet. de Anch. in cap. canonum ſtatuta.
in ver. dubitat. de conſtit. prout refert, & ſequitur Alex. in
apoſtil. ad Bal. in d. l. fi. de ver. ſig. cum alijs adductis in præ-
dictis allega. Item eſt etiam pauperrima, vt per innumeros
teſtes deponitur, & ex eo etiam euidentiſſimè conſtat, quòd
dotem nõ habet, nec aſſerit etiam ſe dotem aliquam promi-
ſiſſe, ex quo etiam facile conijci poteſt, prætẽſum hoc matri-
monium fuiſſe, & eſſe commentitium, & omnino falſitatem
continere, attento, quòd matrimonia communiter ſine dote
non contrahuntur, vt quotidiana experientia (efficax rerum
magiſtra. c. quàm ſit. de elec. lib. 6.) demõſtrat, ſumpto ergo
argumento a communiter accidentibus per iura vulgata vi
detur concludi poſſe, non fuiſſe contractũ aliquod matrimo
niũ, ex quo non dicitur facta aliqua dotis conſtitutio: Mitto
hic alias inæqualitates inter pdictos gratia breuitatis, & qa
21 eas ponit excell. Aduocatus. † Stante itaq; tãta diſparita-
te, non ſunt ad probandum matrimoniũ inter eos admitten
di teſtes aliàs ſuſpecti, vt ſunt cõſanguinei, iuxta tradita per
gl & doc. in c. ſuper eo. el ij de teſti. Et licet aliàs ſpecialiter
in cauſa matrimonij eius fauore conſanguinei admittantur
contra reg. de qua per Spec. in ti. de teſti. §. j. ver. generaliter
ergo excipitur contra teſtem, q eſt conſanguineus, quando
ſcilicet ex alio nõ reddantur ſuſpecti, niſi ex eo, q ſint ſan-
guine coniuncti, tamen ſi addatur aliud, puta affectio hono-
ris, & eius incrementi, tunc conſanguinei repellunt, vt egre-
giè tradit Fely. in d. c. ſuper eo. col. fi. Sed iſta do. Floſgẽtilis
dicitur habere affectionẽ ad honorem, & vtilitatem do. Lu-
cretiæ neptis, vt aiunt, ex ſorore, q a honor ei reſultaret, ſi eã
vilem, & pauperrimam in vxorẽ accepiſſet vir nobiliſſimus,
& ditiſſimus, vt erat do. Marcus &c. Et eo maximè iſto ca
ſu debet prædicta Floſgentilis repelli a teſtimonio, ſeu ei fi-
des adhiberi non debet. Quoniam dominus Marcus carnali
ter cognouit dictã Lucretiam, vt ipſamet teſtis, & alij depo-
nũt, & etiam ipſa Lucretia in ſuis actis fatetur, propter quod
dicitur agi de honore Lucretiæ, & totius conſanguinitatis
eius, qui eſt, q matrimonium fuerit contractum. Et ſi p-
pter qualitatem nobilitatis, aut diuitiarum tantum ſimile te
ſtes dicuntur affectare matrimonium, & propterea repellũ-
22 tur, vt dictum eſt. A fortiori iſto caſu ita dicendum eſt, † qa
propter honorem conſeruandum, credendum eſt, q omnia
quis diceret, cum honor lucro præferri debeat, iuxta not.
per glo. fina. in l. Iulianus. ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. ita arguit
Dec. in pallegato conſi. 210. 1. col. ver. & hoc maximè in ca-
ſu iſto, dicens, q iſta ratio dicitur efficax, & debet mouere iu
dicem, vt aliter credere non debeat, vt per eum.
Debet præterea prædicta domina Floſgentilis repelli, aut
fide carere, quia falſum depoſuit, & alijs teſtibus contraria-
tur, prout in prædictis allegationibus apertiſſimè demõſtra
tur. Et inter alias contrarietates notabilis eſt illa, quando
illa dicit, quòd Hieronymus eius filius remanſit in illo loco
poſt contractum matrimonium, cum ille dicat ſe incontinẽ
ti contracto matrimonio receſſiſſe. Item & illa, quando il
la deponit, q quãdo acceſſit ad domum Lucretiæ, ſeu matris
eius, ibi aderat do. Marcus, cùm do. Poliſena deponat, quòd
immo prius venerat domina Floſgentilis, cùm dicat, q quã-
do do. Marcus acceſſit ad d. domum iam in ea erat do. Floſ-
gentilis. Ex his ergo cõtradictionibus inter ipſos teſtes in
uentis, & ipſa Floſgentilis, & alij etiam ſunt reiiciendi, put
contingit illis ſenibus contra Suſannam deponentibus, ſecũ
23 dùm q ſupra retuli: † & quòd teſtes inuicem contradicen
tes repellantur, firmat Aret. per illum tex. in c. licet cauſam.
4. col. ver. tertia cauſa eſt. de teſti. Patitur iſta Floſgentilis
& alias oppoſitiones, vt legitur in prædictis alleg.
Et quemadmodum reijciẽdum eſt teſtimonium dictę do-
minæ Floſgentilis, ſimili modo, & depoſitio dñi Hieronymi
24 de Plouenis eius filij quarti teſtis reijcienda eſt, † cum &
ipſe ſit Lucretiæ in ſecundo gradu conſanguinitatis ſecũdũ
ius canonicum, & in eo concurrat affectio in dominam Lu-
cretiam, & deſiderium honoris, & vtilitatis eius, & ne ipſa
honore proprij corporis deperditio in infamia permaneat.
Meritò ei in aliquo non eſt danda fides, per tradita per doct.
in d. c. ſuper eo. de teſt. & per Deci. in d. conſi. 210. cum alijs
deductis per excellentiſſimum Aduocatum. Reijcitur
etiam iſte teſtis: quia conuincitur de falſo in eo, quod depo-
nit Magnificum equitem dominum Vincentium Capram
fuiſſe præſentem prætenſo matrimonio, quod tamen eſt fal-
25 ſum, vt ex depoſitione ipſius do. Vincentij apparet, † ex quo

nedum debet iste testis omni fide carere, sed etiam puniri,
iuxta l.qui falsa.ff.de testi. Facit etiam contra hunc te-
stem,quia fuit excommunicatus,nec de absolutione aliquid
constat. Et quia erat inimicus do. Marci saltem præsum-
ptiuè, prout hæc prosequitur Aduocatus in prędictis allega.
qui etiam quædam alia contra eundem testem considerat,
sed gratia breuitatis dimitto, & quia non sunt necessaria.
Patet itaque prædictos quatuor testes, qui de prætenso ma-
trimonio deponunt, multas pati exceptiones, & sic in pro-
posito non esse idoneos ad prædictum matrimonium pro-
bandum per prædicta. Et tanto magis eorum attestatio
debet reiici, & pro nihilo haberi; quia deponunt id, quod
26 nullo modo est verisimile. † Etenim iuris regula est, effi-
caciorem requiri probationem, quando probandum est il-
lud, quod non est verosimile, text.est vulgatus in c.quia ve-
rosimile. & ibi tradunt doct. de præsump.& Innoc. signan-
ter ibi dicit notandum esse, ꝙ vbi aliquis vult probare ali-
quid, quod non est verisimile, non debet eius probatio ad-
mitti, nisi aliquid interueniat, quod præsumptionē ex vero
simili sumptam elidat. In casu autem nostro nihil tale repe-
ritur,ergo &c. Et ꝙ prætensum matrimonium non sit ve
rosimile,satis ostenditur inspecta qualitate personarum: nō
est enim verosimile, ꝙ dominus Marcus nobilissimus, &
ditissimus ceperit in vxorem Lucretiam illegitimè natā,pau
perrimā, & penitus indotatam. Et si id fecisset, minus est
verosimile,ꝙ permisisset eam semper seorsum a se habitare,
& inhonestam vitam ducere, prout hæc omnia latissimè ꝓ-
sequitur excell. Aduocatus in suis alleg.cum quo ego dicam,
27 depositiones horum testium † cùm verosimile non conti-
neant habere secum falsitatis imaginem, vt dicebat Bald.in
l.1.3.col.C.de ser.fug.quem refert, & sequitur Alexan.cōs.
17. In causa, & lite. in fi.lib.2.Iason.in l.si extraneus.2.col.
ff.de condi.ob cau.Dec.in consil.644.Viso, & plecto.1.col.
& supra etiam dictum fuit. Demum contra testes prædi-
28 ctos,& eorum quemlibet,& ad eos remouendos facit,†quia
testes in causa matrimonij debent esse rogati ab ipsis matri-
moniū cōtrahentibus, vt voluit And.Barb.in cōsil.54.Illud
afferā in mediū.4.col.versi.quinimmo plus dico.1.vol.alleg.
gl.in §.de his.3.q.9.& Spec.in tit.de test.§.1.versi.itēꝙ non
fuit rogatus.ibi,tertius in matrimonio &c.allegat ēt alia, vt
per eum. sed in casu isto non reperitur, ꝙ aliquis istorū te-
stium fuerit rogatus,ergo &c. Et vltra eum ita etiā voluit
Ro.in sing.mihi.735.an solennitatem matrimonij. & idem
Barb.in consi.45.Scribitur bellissimè.2.col.& 1.vol. Et li
cet aliqui tenuerint cōtrarium,& de hoc forte dubitari pos-
sit simpliciter loquendo, vt per Ant.de But.in c.ex parte. in
fi.de sponsa. tō in casu isto puto valde considerandum pro-
pter alia, quæ contra testes istos faciunt, de quibus supra, vt
scilicet eos non fuisse rogatos augeat eorum suspicionem,
ita vt eis nulla sit adhibēda fides. Et ex prædictis omnibus
videtur concludendū prætensum,& cōmentitiū hoc matri-
monium legitimè non esse probatum. Nec prædictę con-
clusioni videntur obst.allegata supra in contrarium,nam dū
primò dicebatur de matrimonio esse quatuor testes,apparet
responsio ex prædictis; quia immo dicitur, ꝙ nullus testis
legitimus,& qui de iure admitti debeat, reperitur de matri-
monio ꝑdicto deponere,illi enim quatuor, & quilibet eorū
nullam fidem habere debent,nec idonei testes in pręsenti ca
su dici possunt, vt ex prędictis constat. Et ex hoc sequitur,
ꝙ licet sint quatuor,& sic in numero maiori, quàm oporteat,
iuxta l. vbi numerus.ff.de testi. tamen nihil probant: quia
29 quilibet eorum per se dicitur minus idoneus,† plura enim
imperfecta in sua specie nunquā iunguntur, vt pro vno per-
fecto operentur.l.1.C.qui num. tut. Et hoc maximè est di-
cendum; quia sumus in causa graui, tum quia matrimonialis,
vt supra dictum fuit, tum quia de opulentissima hæreditate
agitur, & ita quasi in terminis videtur firmare Bald.in c.ad
nostram.in versic.in text. ibi,testibus fide dignis.extra de te-
stibus.cum cōcordantibus: vt per dominum Aduocatum in
suis alleg. Non obst.etiam, quod de publica voce, & fama
allegabatur; quoniam respondetur, ꝙ talis fama non dicitur
30 legitimè probata,†nam testes de ea deponentes debent di-
cere prius interrogati a quibus personis audiuerint, vt sic co
gnoscatur, an fama habuerit originē a personis fidedignis,
& non suspectis, vt post Innoc. tradit Bart.in l.de minore.§.
plurimum.4.col.versicul.quæro, si testis interrogatus.ff.de
quæstio.Bal.in consi.482. Primò videtur dicendum. in ver.
ne ob. id quod de fama.5. volu. cum concordan. vt scribit
Alexan.in consi.153. visis narratis in the.colum.fi.ver.pre-
terea, vt testis probat fama.lib.5.& in consi.155.aliàs consul
tus respondi.2.col.ver.item non probat: quia non fuit.eod.
lib.& per Ias.in consi.78. Bernardinus Iacobi.4.colum.ver.
secundò quia dicti testes. 3.col.sed testes,qui videntur de ta-
li fama deponere, vel non nominant particulares personas,a
quibus audiuerint, vel si nominant, nominant personas su-
spectas, scilicet ipsam Lucretiam, dominam Catherinam ma
trem eius,dominam Flosgentilem materteram,aut alias per-
sonas ei aliquo modo attinentes; vel si nominant alias perso-
nas,apparet,quòd illæ tales personæ audiuerunt a prædictis,
vel ab aliqua persona suspecta, ita vt verè fama dici non pos-
sit, sed potius vana vox, vt per doct. in locis prædictis.

Præterea fama legitimè non dicitur probari, nisi etiam
non interrogati testes dicāt se audiuisse a maiori parte popu
li, vt per Bar.in d.§.plurimum.4.colum.versi.quæro quali-
ter probabitur fama. Alexan.in consilijs præalleg.tradit pa-
truus,& dominus meus Soc.in cōsi.54.Visa breui narratio-
ne.col.penul.versi. sed circa hoc voluissem.4.volu. Cur.se-
nior in consilio 82. Deus pius.colum.8.in ver. tertiò quia,
& si aliqui.& Ias.in d.consi.78.4.col.ver.1.quia non depo-
nunt.cum concor. multis,qui per prædictos allegantur,hoc
autem in casu isto non contingit, vt ex lectura processus ap-
paret, ergo &c. Demum non obst. ꝙ de fauore matrimonij
in contrarium allegabatur, vt scilicet in dubio pro eo sit iu-
dicandum: quoniam respondetur nos non esse in dubio, sed
re clara videtur matrimonium non fuisse contractum per
31 prædicta. † Præterea regula in contrarium allegata, vt.s.
fauore matrimonij recedendum sit a communi opinione,
procedit, quando agitur de matrimonio iam contracto dis-
soluendo, & de separādis his, qui simul vti matrimonialiter
coniuncti aliquo tempore vixerunt. Et tunc ratio est, quia to
lerabilius est aliquos contra statuta hominū dimittere copu
latos, quàm legitimè coniunctos cōtra Dei statuta separare,
vt inquit summus Pōtifex in c.licet ex quadam. in fi.de test.
& ibi doct.dicunt,& in his terminis loquitur Host.in d.c.1.
de cog.spir.& in eisdem terminis sunt intelligēdi alij doct.
qui eum sequuntur, & ita aliàs declaraui in l.1.in 3.not.ff.
solu.matri. Non autem procedunt allegata in cōtrarium,
qñ agitur de probando matrimonio ab initio inter aliquas
ꝑsonas, quæ nunquā simul vt matrimonialiter coniūctæ ha
bitauerunt, & altera pars matrimoniū absolutè negat, ꝓut
propriè est casus noster. Nā isto casu debet de matrimonio
concludenter,& legitimè constare, aliàs contra matrimoniū
iudicari dēt, ne quis inuitus certo copuletur matrimonio.
Hæc sufficiant quò ad primam quæstionem. Circa secun-
dam non videtur insistendum, stante conclusione, de qua su-
pra. nam si inter prędictos non fuit matrimoniū contractū,
quò ad successionem dñi Marci, non est curandum, an ex eis
32 natus fuerit ille Nicolaus, vel ne: † quia etiam ꝙ filius eius
probaretur, non succederet, cum esset illegitimè natus, &
(vt vulgò dicitur) bastardus. Et maximè, quia dñs Marcus cū
testamento decessit, in quo dicto Nicolao nihil reliquit; im-
mo de eo nullam mentionem fecit, iuxta l.humanitatis, &
authen.licēt, cum his, quæ ibi tradunt doc.C.de natu.lib.&
credo etiam, ꝙ ex forma statuti Vicentini ita caueatur, vt
stante paterno testamento filius bastardus nihil petere pos-
sit cōtra ipsum testamētum, maximè vt hæres fiat, & ita oino
concludendū est, stante resolutione.1.q.de qua supra. Sed
posito (non tamen concesso, & absque veritatis præiudicio)
quòd diceretur inter prędictos probatum matrimonium, vi
dendum est, vtrum dictus Nicolaus sit probatus filius præ-
fati domini Marci. Et videtur, ꝙ nonnulli testes ita depo-
33 nant. Et pro eo etiam videtur esse legis præsumptio: † nam
quando

...ando aliquis nascitur ex muliere coniugata, etiam q ipsa
probaretur adulterium cōmisisse, præsumitur filius mariti,
ut l. miles. §. defuncto, & ibi tradunt doc. ff. ad legem Iul. de
adulte. per illum tex. ad hoc allegat Bal. in l. filium. u. colu. fin.
ff. de his qui sunt sui, uel alie. iu. & Bal. & Abb. in c. per tuas,
extra de prob. & tradit Alexan. in consi. 88. Omissis tribus.
tertia col. uer. circa octauum dubium, ubi concordantes al-
leg. lib. 7. Veruntamen his non obstantibus, contrarium
uidetur uerius, & sic uidetur concludendum non esse proba
34 tum, q Nicolaus sit filius domini Marci: † non enim est du
bium, q ad eum, uel patrem eius spectat probare talē filiatio
nē: cum per eum ueluti filium in effectu petatur hæreditas
domini Marci, quam magnificus domi. Ant. Nicolaus frater
eius, & hæres ex testamento possidet, & illum esse filium est
fundamentū suæ intentionis, q ex aduerso negatur, meritò
ei incūbit probatio per regulam. l. 2. ff. de prob. cum sim. &
in terminis ita firmat Ang. in l. liberorum. in prin. in uersi.
finaliter conclude. ff. de his qui no. infa. refert, & sequitur
Dec. in consi. 54. In causa D. Antonij. in prin. Et ultra eū ita
inquit Bal. in consi. 180. Mortuo filio. tertio uolu. Sed certè
nullo modo potest dici probata filiatio prædicta saltem legi
timè; nam testes, qui de ea deponere uidētur, nihil cōcludēs
adducunt, sed quasi omnes de auditu deponunt, ut Polisena,
domina Flosgentilis, frater Ioā. Petrus, & domina Lucretia
Casolina, & alij quidam, prout latè prosequitur, & declarat
35 dominus Aduocatus in suis allegationibus. † Clarum est au
tem, q testes de auditu non probant ea, quæ in auditu non
consistunt, puta si dicant, se audiuisse per alios sic dici, ut l. ro
stium. cum ibi nota. C. de testi. & traditur in c. cū literis. eo.
ti. cum concord. ut per Alex. in consi. 1. uiso processu. tertia
col. uer. Thomas Iacobi, li. 3. & per Dec. in cōs. 82. Viso pro
cessu. 2. col. uer. sed his non obstantib. & fuit dictum Spe. in
tit. de test. §. 1. uersi. testimonium autem de auditu. Qui-
dam uerò deponunt de sua credulitate, ut domina Fran. Tō
36 si fornarij, & ideo non probat; † quia testis de credulitate nō
pbat regulariter, ut d. l. testiū. cum ibi no maximè per Cyn.
C. de test. & per cano. in c. quoties. de testi. cum concor. ut p
Alex. in consi. 148. In causa appellationis. tertia col. uersic.
quintus & ultimus testis. lib. 5. & tradit Deci. in consi. 445.
In casu ad me transmisso. col. 15. uersi. unde quintò obijci-
tur. Nec ratio, quam ista testis allegat, concludit, scilicet
quia do. Marcus illo tempore practicabat cum domina Lu-
cretia, nam (posito quòd esset uerum, cum absolutè negetur,
& uidetur probari contrarium) dico, quòd non sequitur, er
go ex eo fuit facta prægnans, cum plures alij, & frequentissi
mè cum ipsa carnaliter cōuersarentur, ut in processu proba
tur, & bene deducitur in prędictis allegationibus; talis enim
credulitas dicitur remota a sensu, per quē ueritas percipit,
37 † sicut si testis diceret, credo, q Titius carnaliter cognouerit
Bertam; quia uidi eos simul cōfabulantes, uel credo Titium
interfecisse Sempronium repertum mortuū in mare; quia
uidi in sero præcedenti eum cum armis. Certè sicut istis ca-
sibus testis ille non probat ratione prædicta, ut declarat Fe-
ly. in c. inquisitionis. 9. colu. uersi. & in hoc articulo &c. de
accusa. ita etiam nec in casu nostro quicquam probat. Et ma
ximè quia negatur, ut dixi, quòd illo tempore, quo fuit con
ceptus dictus Nicolaus per d. Lucretiam, do. Marcus cum il
la conuersaretur, uec per multos annos antea, ut satis uerosi
38 militer uidetur probatum: † ista domina Franc. in hoc dici-
tur testis singularis, & ideo non probat prædictam conuer-
sationē, uulgata. l. iurisiurandi. cum sim. C. de testib. Nec
etiam quicquam probāt, qui de publica fama filiationis præ
dictæ deponunt; quoniam istam famam non bene probant,
cum non dicant, a quibus audiuerint, & si quos nominant,
sunt personæ suspectæ. Nec etiam dicunt se audiuisse a ma-
iori parte populi, siue ciuitatis, secundùm quòd supra dictū
fuit in præce. q. & in dictis allegationibus demonstratur, &
nō puto quēquam dubitare super prædicta probatione filia
39 tionis, scilicet quòd facta nullo modo dicatur: † cum filia-
tio ex parte patris sit ita difficillimę probationis, ut reputet
i... possibilis, iux. l. Lucius. cū sua materia. ff. de cōd. & dem.

Est bene uerū, q saltem præsumptiuè probari pōt, quem
esse filium alicuius, & in hoc Bar. dat nobis modum, & pra-
40 cticam talis probationis. † Inquit enim, q primò probari
debet matrimonium præcessisse, puta inter Titiū, & Bertā.
Secundò, q erant habiles ad matrimonium contrahēdum.
Tertiò, q prædicti uti uir, & uxor insimul assiduè habita-
bant, & pro talibus se inuicem tractabant. Quartò, quòd
filius sit natus in domo ex dicta Berta. Quintò, q sit in qua
si possessione filiationis. Sexto, quòd Titius, & Berta eum
tractauerunt uti filium, & hodie tractāt. Et tandem, q ita
tenetur, & reputatur pro filio ab eis, & ab alijs eum cogno-
scentib. Ita singulàter docet Bar. in l. filium eum diffinimus.
ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. Et licet fortasse non om-
nia copulatiuè requirantur, ut per Dec. in pręallegato consi.
55. ad finem, tamen cum matrimonio ad minus requiritur
cohabitatio tempore cōceptionis, & tractatus pro filio, quo-
rum neutrum reperitur in casu nostro. Non enim tempore
conceptionis, immo nunquam simul uti uir, & uxor publicè
cohabitauerunt Lucretia & dictus Marcus, & particulariter
tempore conceptionis, & per aliquod tempus ante nedum
cum ipsa non conuersabatur, sed eius inimicus erat, & eam
odio habebat, ut per aliquot testes deponitur. Similiter &
nūquam dominus Marcus uti filium habuit, tenuit, aut tra-
ctauit dictum Nicolaum, nec in uita, nec etiam in morte, ut
ex eius testamento constat, ergo &c. Et istud, quòd in mor
te dico puto ualde considerandum: nam dominus Marcus
cùm multos haberet filios naturales ex alijs mulieribus, eos
que semper palam in propria domo tenuerit, & aluerit, de
eis postea in testamento meminit, plurima illis relinquēdo,
ut ex lectura sui testamenti constat, de isto autem Nicolao
uerbum nullum, ultra quòd nunquam illum in domo aluit,
nec tenuit. Ex quo ubi quis recta mente pensare uoluerit,
luce clarius cognoscet, dictum Nicolaum non esse ipsius fi-
lium, quoniam si eius fuisset, uerosimiliter domi aluisset, &
de eo in testamento meminisset, eidem saltem alimenta re-
41 linquendo pro exoneratione conscientiæ suę; † cū ad alimē
ta esset obligatus, qualiscunq; filius fuisset, iux. c. cum habe-
ret, in fi. & ibi dicunt doctores, de eo qui duxit in matrimo-
nio, quā polluit per adulteriū. Et multo magis de eo memi
nisset, & in aliquo instituisset, si fuisset filius legitimus, tum
pp maiorem affectionem, quam cōiter parentes habent ad le
gitimos, ut omnes sciunt, tum etiam, ut eius testamentum fi
lij præteritione non rumperetur, iuxta l. inter cętera. cum si
milibus. ff. de liberis & posth. Vnde cum nihil dicto Nico
lao reliquerit, immo de eo nullam mentionem fecerit, omni
bus rectè iudicantib. nedum fiet uerosimile, sed uerissimum
42 uidebitur, eum non esse filium domini Marci, † ab eo enim,
quòd non est uerosimile, ualet argumentū negatiuè; quoniā
id quod uerosimile non est, dicitur habere falsitatis imagi-
nem secundùm Bal. in l. 1. tertia col. C. de ser. fugi. & supra
ēt dictum fuit. Sic itaq; constat, eū non fuisse a domino Mar
co tractatum uti filium, & sic nunquam fuisset in quasi pos
sessione filiationis saltem tempore motæ litis, & mortis do-
mini Marci. Concurrit etiam, quòd non fuit natus in do-
mo eius, immo quòd dominus Marcus, & Lucretia nunquā
simul uti uir, & uxor cohabitauerūt præsertim tempore cō
ceptionis d. Nicolai. Meritò concludendum est, nō esse pro-
43 batam filiationem prædictam. † Posset etiā dici, q si ali-
qua pręsumptiua filiatio esset probata: non tamen sufficeret
isto casu, cum agatur de auferenda hęreditate dom. Ant. Nic.
eam possidenti, ut hæredi testamētario domini Marci fratris
eius, iuxta ea, quæ signanter tradit Coro. in consil. 78. Viso
processu. tertia col. uersi. his tamen non obstantibus. tertio
uolum. Super eo tamen non curo insistere; quoniam, ut ex
prædictis constat, nec præsumptiuè probata est ista filiatio.
44 † Nec quicquam facit illa. l. miles. §. defuncto. de adul. cū
sua præsumptione, prout in contrariū allegabatur; quia alle-
gata in cōtrarium procedūt, quādo in domo mariti nascitur
filius ex uxore, iuxta. d. l. filiū eum diffinimus, & l. si uicinis.
C. de nupt. uel saltem quando in domo simul cum marito
vxor habitabat tempore conceptionis, ut per doct. in d. l. fi-
lium,

lium, & in d.l. si vicinis. maximè per Bal. & Salycet. & tradit
Dec. in c. per tuas, in 1. no. de prob. Et notandũ est, q præ-
sumptio in contrarium allegata non videtur probari in d. §.
defuncto. prout subtiliter declarat Dec. in d. 1. not. 10 versi. &
vlterius circa tex. Sed vtcũque sit circa illum text. quia per
doct. talis præsumptio solet acceptari, debet intelligi, vt su-
pra, prout ex dictis doc. in locis prædictis colligitur, & ex his
quæ tradit And. Barb. in consi. 27. Scripsit doctissimus. 2.
col. in versi. modò his præmissis. 1. vol. cum multis alijs, qui
ad hoc allegari possent, omnes enim doc. vbique de tali præ-
sumptione loquentes, præsupponunt filium natum in do-
mo viri ex muliere, quæ secum tempore cõceptionis habita
bat, vel saltem q ista cohabitatio interuenerit, q certè non
45 reperitur in casu nostro, ergo &c. †Quinimmo etiam
si probaretur habitatio, & contra illam præsumptionẽ pro-
baretur, q a communiter accidẽtibus ex illo viro illa mulier
non potuit concipere, puta quia erat octuagenarius, & quid
simile, præsumptio illa non esset attendenda, quando agitur de
successione, & bonis defuncti alteri auferẽdis: vt egregiè cõ-
cludit patruus, & do. meus Soc. in cons. 65. Super proposita.
q. post prin. 3. vol. Cũ itaq; in casu isto non interuenerit co
habitatio, nec etiam probetur conuersatio saltẽ legitimè tẽ-
pore cõceptionis, & probetur, q cũ alijs Lucretia se immisce-
bat, & maximè cũ quodã Alexãdro de Prato, ad cuius postã,
vt dicunt, stabat: vt in processu cõstat, & prosequitur excell.
Aduocatus in suis alleg. sequitur luce clarius, & vero verius
esse, prædictã filiationẽ non esse legitimè probatam, vt sic ea
mediante possit venire ille Nicolaus contra testamentũ do-
mini Marci, & eius hæreditatem auferre de manu magnifici
domini Ant Nico. fratris eius, & heredis testamẽtarij. id. n.
facere non potest. Hæc de. 1. q. sufficiant. Circa 3. & vlti.
q. stantibus prædictis non esset insistẽdum, quia si matrimo-
nium nõ est probatum, vt in 1. q. fuit conclusum, nec etiã fi-
liatio, vt in secũda, frustra disputatur de clãdestinitate ad im
pediendam legitimitatem eius, qui filius non probatur. Ve-
runtamen, vt etiam in hoc consultanti morem geram, aggre
dior illam 3. q. Et videtur prima facie dicendum d. alter-
tum filium posse dici legitimum, dato, q parentes eius pro-
pter gradum consanguinitatis prohiberentur matrimonio
coniungi, quia illi fortasse ignorabant se coniunctos sangui
46 ne. †Data enim ignorantia contrahentium prohibitas nu-
ptias, q ex illis nascuntur dicuntur legitimi, & adeo vt suffi-
ciat vnius tantũ ex contrahentibus ignorantia. c. 2. & c. ex
tenore, & in eis tradunt doc. qui fil. sint leg. Nec videt posse
dici fuisse matrimoniũ clandestinum, vt sic pp clandestini-
tatẽ impediat legitimitas filij, iuxta. c. cũ inhibitio. de clã-
47 de. despons. †quia clandestinũ matrimonium videtur solũ
dici, quãdo secretè sine testibus, vel cum duobus testibus tm̃
fit, secũdùm doctr. Bar. in l. 2. C. de his qui ex pub. ratio. lib.
10. quam refert, & videtur sequi Barb. in consi. 26. Clemen-
tissimũ Deum. 1. col. 4. vol. sed in casu isto interuenerũt qua
tuor, qui sunt examinati, & etiã duo religiosi, prout illi depo
nunt, ergo &c. Sed tamen his non obstantibus contrariã
opi. vti veriorẽ amplector, & concludo, q d. Nicolaus posi-
to, q esset filius domini Marci, & natus etiã esset ex prætẽn-
so matrimonio, licet vtrũque falsum sit: vt ex prædictis con
stat, non dicitur filius legitimus, sed illegitimus, eo q natus
sit ex incestu potius, quàm ex matrimonio: cum inter dñm
Marcum, & Lucretiam matrimonium esset prohibitum, velut
existentes in gradu prohibito, prout hoc in processu proba-
tur, & bene declarat dñs Aduocatus in suis alleg. ad quem.
in hoc (gratia breuitatis, & quia clarum arbitror) me remit
to. Cum igitur dictus Nicolaus ex illegitimo, & incestuoso
coitu sit natus, si ex illis natus est, sequitur, q etiam ipse dici-
tur illegitimus, & incestuosus filius. Nec ob. si dicatur, q
ambo, vel saltem vnus ex eis ignorabat talem coniunctionẽ,
& parentelam inter eos esse. Quoniam respondetur, q talis
ignorantia in casu nostro nõ releuat, nec subsidium aliquod
potest prædicto Nicolao afferre, attento q prædictum matri
monium dicatur fuisse clam contractum secretè, & nõ in fa-
ciem ecclesiæ, & sic parentes eius dicãtur fuisse talis ignorã-
tiæ affectatores, prout dicitur in d. c. cũ inhibitio. in ver. si qs
verò. de cland. despons. vbi est casus, & expressa decisio præsen-
48 tia difficultatis, maximè iuncta expositione gl. ibi. †Nam di
citur in eo tex. q quando contrahuntur matrimonia, debet
in ecclesia publicè proponi, vt liceat cuiq; de iusto impedimẽ
to opponere, sed si clandestinè matrimonium cõtrahatur, &
postea appareat impedimentum, filij inde nati non dicũtur
legitimi, et si cõtrahentes dicant se ignorasse tale impedimẽ
tum; qa (ut dixi) uidẽtur fuisse illius ignorãtiæ affectatores.
Et gl. ibi dicit, clandestinum matrimonium in proposito isto
esse, quando contrahitur non præmissa denunciatione publi
49 cè in ecclesia, de qua loquitur ille text. post princ. †& idem
etiã voluit alia gl. tertia in ordine in prin. illius. c. dũ dicit,
q tribus modis matrimonium potest dici clandestinum, &
inter alios modos tertio loco dicit, q dicitur clandestinum,
quando fit contra tenorem illius decretalis, scilicet denũcia
tione, de qua ibi, nõ præmissa, inferens, q licet tũc matrimo
niũ, si aliàs fieri posset, de iure teneret; tamen detecto impe-
dimẽto, filij inde nati dicuntur illegitimi, & sic ibi est tex. in
dictis illis gl. quòd in casu nostro matrimoniũ, quod prætendi-
tur contractum fuit clandestinũ: cum non fuerit factum p-
missa denunciatione, de qua ibi, & consequẽter, q Nicolaus
si inde natus fuit, dicitur illegitimus, & cũ prædictis gl. trã-
seunt ibi communiter doc. post Inn. Host. & Io. An. qui au-
dacter ita tenuerunt, & in specie Ant de Butr. in 5. q. ponẽs
multos modos, quibus matrimonium dicitur clãdestinum.
50 †Tertio loco dicitur, q dicitur clandestinum, quando fit
contra solẽnitatem, de qua in illo. c. & sic nõ præmissa denũ-
ciatione, & postea subdit, q omnibus his modis filij non di-
cũtur illegitimi, detecto impedimẽto, vt per eum, qui idem
voluit, & dicit esse verius in d. c ex tenore. i fi. q fil. sint legi.
ita etiã voluit Card. in d. c. cũ inhibitio. in fi. & Pe. de Anch.
in 7. not. hoc etiam voluit apertè Host. in sum. de clandesti-
desponsa. in §. quam pœnam patiãtur. in versi. si quis verò in
solo quarto. cũ versic. seq. inquit enim, q si quis huiusmodi
clandestina matrimonia inire præsumpserit in gradu prohibi
to etiam ignoranter, soboles inde suscepta erit illegitima, &
absq; dubio loquitur de clandestinitate, quæ cõsideratur pp
omissam denũciationẽ, de qua loquitur d. c. cum inhibitio,
vt apparet ex dicto uer. si quis verò in solo quarto, iũct. ver.
quartò, quia licet in §. quot modis, dicãtur clandestina. in ea
dẽ summa, & idem voluit ẽt Henr. Boic. si rectè cõsidereme
in d. c. ex tenore. 2. col. versi. contraxerunt in casu probibito,
& in effectu hoc voluit etiam Abb. ibi in fin. si bene aduerta
tur, & idem voluit in dicto, c. cum inhibitio, in tertio notab.
51 †Inquit enim, q nati ex matrimonio contracto in cõspectu
ecclesiæ, si parentes ignorabant impedimentũ matrimonij
sunt legitimi, & intelligit in conspectu ecclesiæ, qñ scilicet
fuit contractum præmissa denunciatione, de qua in eo text.
cum illud notet ex illo tex. secus subdit esse, si matrimoniũ
fuisset contractum clandestinè, idest solennitate præmissa nõ
52 seruata. †Nec prædictis ob. allegata supra in contrarium,
quia licet verum sit, q dicitur clandestinum matrimonium,
quãdo sine testibus, vel etiam duobus fit, vt per Bar. & Barb.
in locis in contrarium allegatis. Tamen non sequitur, quin
etiam aliter possit dici clandestinum, prout per prædicta dẽ
non seruata solennitate denunciationis, de qua in d. c. cum
inhibitio. saltem quò ad impediendam legitimitatẽ filiorũ.
53 †& sicut Bart. in d. l. 2. dicit, q clam dicitur fieri, qd ita fit, vt
non possit venire in notitiam eius, cuius interest, ita in propo
sito dicitur fieri clandestinum matrimoniũ, quod ita fit, vt
non veniat in notitia eorũ, qui ei possint opponere impedi-
mẽta, quod quidem de iure canonico reputatũ est, si fiat sine
denunciatione, de qua in d. c. cũ inhibitio, per illũ tex. & ita
magis communiter volunt doc. in locis, de quibus supra. Et
ista opinio de iure scripto non habetur dubitationem, qm̃,
vt dixi, pro ea est tex. apertus in d. c. cũ inhibitio. in qua sine
dubio intelligitur matrimoniũ clandestinum, in quo denũ-
ciatio, de qua supra in illo tex. fit mentio, non interuenit.
Sed qa in multis locis, vt ibi inquit Abb. col. fi. solennitas
prædictæ denũciationis de consuetudine nõ seruatur, & for-
sitan

sitaa hoc cōtingit ēt in ciuitate Vincentię, vt. s. prædictæ de
54 nūciationes de consuetudine nō fiant, uidendū est† qūo ma
trimonium dicatur clādestinū ad finē, ut impediatur legiti
mitas filiorum ēt natorū ex ignorantib. impedimenta. Et nō
est dubiū, q requiritur saltem, q matrimoniū sit cōtractū
in facie ecclesiæ, ut inquit tex. in d. c. ex tenore. qui fil. sint
55 legi. & ibi tradunt doc. maximè Pet. de Anch. in 2. not. † Et
dicit ibi Abb. in 1. q. q in facie ecclesię dr contrahi matri-
moniū, qū coadunat cōiunctis is amicis nullo seriosè exclu
so cōtrahitur, allegādo pro hoc l. si vicinis. C. de nup. Quo
stāte uř, q in casu nostro mřimoniū non fuerit clandestinū,
seu q fuerit contractum in facie ecclesiæ, cum in eo uideren
tur coadunati cōiuncti amici, & nullus uideatur seriosè ex
clusus, & consequenter, vř, q data alterius ignorantia, filius,
qui inde dr natus, fuerit legitimus, & hoc est quantum pōt
pro d. prętenso filio, & eius legitimitate allegari. Veruntа
men eo non obstante in cōtrarium est pura ueritas, ut s. præ
dictum prætensum matrimonium in proposito nostro dica
tur fuisse clandestinum, seu q non fuerit contractum in fa-
cie ecclesiæ, & sic q d. Nicolaus assertus filius nullo mō pos-
sit dici legitimus, etiam posito q in ciuitate Vincentiæ ex cō
suetudine non fierent denunciationes, de quib. in d. c. cū in-
56 hibitio. † Nam quod dr, q matrimonium debet contrahi in
facie ecclesiæ, debet intelligi, idest corā multitudine fideliū,
cum ecclesia dicatur fidelium collectio, & declarat Card. in
c. constitutus. in 1. q. de conuer. coniuga. & ita in materia
ista debere capi docet Abb. in d. c. cum inhibitio, licet aliàs
57 uerbum ecclesiæ multipliciter sumatur, ut per eum. † Et
tantum uidetur importare in proposito matrimonium con
tractum in facie ecclesiæ, quantum q publicè, & coram mul
titudine contrahatur, ita signāter uoluit Io. An. in addi. Sp.
in ti. de clande. despon. super rub. ita etiam dixit Card. in d.
c. constitutus. & in d. c. cum inhibitio. in 4. q. & etiam in q.
fi. Et pro hoc bene facit. c. 1. qui fil. sint leg. ibi, publicè sine
58 cōtradictione. † & ibi Anch. in proposito not. in 4. no. q ea
quæ publicè fiunt, dicūtur fieri bona fide, & loquitur de ma
trimonijs, prout de eis loquitur ille tex. Et istud publicè cō
trahere dēt intelligi ſm cōsuetudinē patriæ, prout uoluit
Abb. in d. c. cum inhibitio. col. fi. dicens, q ille non dr clan-
destinè contrahere, sed in facie ecclesiæ, & sic publicè qui
59 contrahit corā multitudine ſm patriæ consuetudinē, † & q
debeat fieri publicè matrimonium, ut proles ex eo sit legiti
ma, ēt detecto postea impedimento, uoluit ēt Preposi. in d. c.
60 cum inhibitio. 3. co. in uer. nota ibi illegitima censetur, † dū
dicit, q ignorantia parentum non prodest proli, qñ non pu
blicauerunt matrimonium: quia talis ignorantia uř affecta-
ta. idem ēt uoluit in c. 2. in 4. no. qui fil. sint. leg. in c. ex teno
61 re. 1. q. c. ti. † Et ultra ēt uř requiri, q parentes consentiant,
& filiam concedant, & dotent, pluraq; interueniāt, ut habe-
tur in 30. q. 5. c. 1. cum multis seq. & specialiter, q iugales
in ecclesia benedicantur, ut ibi, & dixit Io. An. in add. Spe.
in prædicta rub. de cland. despon. & ita ēt uoluit Gemi. in
cons. 27. Christi nomine inuocato, super dubijs. col. fi. uer.
62 quò ad secundum dubium. † Et de consuetudine ciuitatum
Italię est (ut ego in multis uidi, & de Senensi, & Veneta ciui
tatib. testatur Petr. de Anc. in d. c. ex tenore) q primò coadu
natis coniunctis, & amicis publicantur matrimonia contra
henda, dos, & donatio, deinde contrahuntur matrimonia, &
fiunt festiuitates nuptiarum palam, ita q omnes scire pos-
63 sunt, & ita, ut audio, uel quid simile seruatur Vincentiæ, † &
tunc fatendum est, q proles nascetur legitima etiam ex illici
to matrimonio, si quis iugalium ignorabat impedimētum,
tametsi non interuenerit denunciatio, & solennitas, de qua
in d. c. cum inhibitio, quia licet non seruetur quò ad uerbo-
rum corticem, tñ seruatur quò ad mentem: cum matrimo-
nium contrahendum ueniat in publicam notitiā, ita ut sciē
tes impedimentum possint illud opponere, & hoc in effectu
uoluit Ioan. An. in rub. prealle. & decla. Pet. de Anc. in d. ca.
64 ex tenore. † Et ita ēt uoluit Old. in consi. 256. Clemens epi
scopus. ad finem, dicens, q licet de iure scripto essent necessa
ria banna, seu denunciationes, de quibus in d. c. cum inhibi
tio, tñ & sine eis pōt dici matrimonium contractum in fa-
cie ecclesiæ, si solemnis benedictio in ecclesia fiat, & aliæ so
lemnitates interueniant, de quibus in d. c. 1. & seq. 30. q. 5. &
65 ita ēt uoluit Gemi. in d. consi. 27. † Istis modò sic stantib.
ueris in iure dico, q in proposito prætensum matrimoniū
nō pōt dici cōtractum publicè, siue in facie ecclesię, neq; co
rā multitudine cōiunctorū, & amicorū ſm patrię cōsuetu.
quia asseritur cōtractum coram paucissimis personis, & su-
spectis, & sine aliqua benedictione ecclesię, absq; pñtia, uel
scientia patris d. Lucretię, neq; alterius ex sua agnatione de
Feramoschis. Item sine pręsentia, & scia magnifici dñi Aut.
Nic. fratris dñi Marci, aut alterius de sua cognatione,
& plus ēt fuit dictum, q non publicaretur, sed teneretur se-
cretum per aliquot dies, ut testatur dña Flosgentilis, ex qui-
bus luce clarius constat, prætensum matrimoniū fuisse clan
destinū per pędicta, & ita ēt firmat Barb. in pręalle. cōs. 54.
6. col. uer. præmitto ēt, q hmōi matrimoniū. 1. uol. Et licet
ex eo nō minus ualuisset tale matrimonium, si iugales non
fuissent prohibiti contrahere, tñ ubi matrimoniū inter eos
erat prohibitū, ut fuit in casu isto, ex tali clandestinitate im
peditur legitimitas filij per prædicta, & istud apud me est in
dubitatum. Si. n. sciuissent ipsorum coniuncti, & maximè pa
ter d. Lucretiæ utiq; impedimento opposuissēt, ut fecit pr
prædictus, cum primùm audiuit loqui de pędicto præten-
so mřonio, ut in processu constat. Nec ob. doct. Abb. in
prædicto. c. ex tenore. qm rñdetur primò, q illa debet decla-
rari, dummō publicè fiat ſm prædicta, ꝑut ipsemet declarat
in d. c. cum inhibitio, ad quæ dicta se remittit in d. c. ex teno
re. Secūdò ēt pōt dici, q immo in casu isto dicuntur oēs,
qui non aderant, quodammō seriose exclusi, attēto q fuit di
ctum, q eiusmodi prætensum matrimonium teneatur secre
tum. Et ex eo, & ex disparitate, maximè. Et qa nulla dos est
constituta. Et ex eo ēt, q nunqñ d. Marcus cū ea uti cū uxo-
re cohabitauit. Et quia amore ductus fecit quicquid fecit,
pōt præsumi, q eam non acceperit ea deliberatione, ut esset
vxor; cum semper eam sibi esse uxorem ēt in mortis articu-
lo negauerit, sed ut notū suum carnaliter cum ea impleret,
& sic posset dici, q uerum inter eos non fuisset mřoniū, ēt
q aliàs non essent impediti, iuxta decisionē D. Mar. Soc. aui
mei in cōsi. 48. Circa primū. in 1. q. Sed super hoc nō instan
do, quia non est necessarium, absq; dubitatione ex omnibus
prædictis concludo in hac. 3. q. prætensum mřonium non
fuisse publicè, & in facie ecclesiæ cōtractum, sed potius fuis
se clandestinum, & consequenter, quòd Nicolaus, qui ex eo
natus asseritur, dr illegitimus. Laus Deo Clementissimo.

Mar. Soc. iunior Iurisconsul. Padnę legens.

ADDITIO.

Prope fi. vide not. ad Deci. consi. 112.

SVMMAE.

De sententia arbitri ipso iure nulla, an & quomodo per partes comprobetur.

1 *Laudum latum ultra contenta in compromisso non tenet.*
2 *Traditio rerum facta an det robur laudo.*
3 *Traditio, de qua in l. 2. C. commu. vt. iud. quare confirmet laudū.*
4 *Successio pacto dari non potest.*

CONSILIVM LXXXVII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.

VISO elegāti cons. clariss. Iuriscon. & mihi uti patris honorādi D. Augustini Beroi cū subscriptionib. excellentissimorum doc. D. Aeneę de Vbaldis, & D. Lelij Taurelli uti fratrum bono. Visis ēt laudo eius approbatione, & diuisione cum alijs scripturis ad me transmissis, omnibusq; maturè consideratis facillime concurro in sententiam prædictorum iurisconsultorum, eamq; uti iuridicā amplector, uidelicet, q non obstante laudo cum suis approbationibus, & alijs, quę in contrarium allegantur. Licuerit prædicto Zannoto liberè de suis bonis disponere in sua

testamento

testamento, & consequenter, quod schola S. Andreę ab eo liberè
instituta ad aliquid nō teneatur occasione d. laudi ēt per ip-
sū Zannottū approbati per ea, quę copiosè, & cū summa do
ctrina diligentissimè p præfatos excel. doc. deducta fuerunt.
Ipsi. n. adeo plenè oīa tetigerunt, vt nō sit opus alia additio-
ne, quinimmo ēt addere volenti non videtur relictus locus.
Et cum tota difficultas pendeat ex illa approbatione, & non
2 ex ipso laudo, vtpote ipso iure nullo. † In eo quod de modo suc
cedendi inter d. Zannottū & fratrē eius disponit tanquā la
to extra cōtenta in compromisso, iuxta l. nō distinguemus.
§. de officio, ff. de arb. vti Bar. & alii tradunt, & scribunt etiā
3 Can. per illū tex. in c. cum dilectus. extra e. ti. † videbatur,
quod ex tali approbatione cum traditione rerū postea subsecu-
ta daretur robur ipsi laudo, licet de se nullo, iuxta l. 2. cū his
quæ ibi dicūt doc. C. cōmuni vtri. iud. satis. n. in casu nostro
videtur traditio rerum interuenisse, cū prædicti fratres diui
dēdo, iuxta formam d. laudi particulariter cuilibet bona di-
stribuerunt. Sed ad hoc plenè, & pluribus modis supra per
prędictos excel. doc. responsum fuit, ad quos in eorū dictis
me refero. Sed ultra eos videtur ēt aliter & de plano posse re-
sponderi, & quod tollatur omnis difficultas: quoniā dico, quod si
rectè intueri uoluerimus, apparebit in proposito nostro nō
interuenisse aliquam traditionē, a qua firmetur, seu appro
3 betur laudum in ea parte, in qua dicitur nullū, † nam tradi-
tio, de qua in d. l. 2. idē dicitur confirmare laudū, quia illud
in effectu implet, seu exequitur: fit. n. eo modo, prout in lau-
do continebatur, licet de se laudum nō valeret, & istud puto
clarissimū, non tamen dicimus, quod eo casu laudum nullum,
seu sententia nulla vti sententia confirmetur, sed diuisio ibi
conualescit, & dicitur fieri ex partium consensu, quia ita ita
dixerunt, secūdū quod declarāt doc in d. l. 2. & Bar. in l. 1. in 1.
op. C. qui pro sua iurisdic. at in casu nostro hoc non interue
nit: nā traditio facta per istos fratres pro executione laudi,
fuit facta respectu partis eius, in qua laudum valebat, s. respe
ctu diuisionis bonorum, & non fuit facta respectu modi suc
cedendi, in quo laudum non valebat; nec quicquam cum eo
cōe habuit: nihil. n. per d. fratres factum, aut dictum fuit, p
qd particulariter appareat, aut aliquo modo colligi possit,
eos voluisse inter se cōuenire de tali modo succedendi. Ma
ritò ergo sequitur, quod non sumus in consideratione aliqua cō
uentionis, & pacti, vt bona alterutrius ex ipsis fratribus sine
filijs decedentis deueniant ad alium, vel ad eius filios. Non
quidem ex laudo, quia nullum fuit in hac parte. Nec etiam
ex approbatione, cū in ea nihil dictū, aut factum præsuppo-
natur, qd particulariter ad illud tendat. Et ex hoc, ni fallor,
4 res clarissima apparet, & tollitur omnis difficultas. † Tamen
si vbi etiam d. fratres illud voluissent, non potuisset eorum
conuentio valere, cum tenderet ad dandam successionē post
mortem, quę pacto dari non potest, vt l. hæreditas, C. de pac.
conuen. & l. licet inter priuatos, per locum a speciali, C. de
pac. cum similib. & tradit signanter Bar. in cons. 212. Pro-
mitto tibi, & tu mihi, cū concor. adductis supra per primū
Consultorem, ad quem & alios in cęteris me remitto, tum
propter maximam instantiam consultantis de expeditione,
tum etiam ob alias multas occupationes. De subscriptione
igitur requisitus ita vt suprascriptum est, vnà cum prædictis
excel. doc. de iure esse arbitror. Laus Deo.

Ego Mar. Soc. Senen. I. V. D. Paduæ legens.

A D D I T I O.

In hac eadem causa consuluit Bero. vide in quo, de laudo quomodo conualidetur.

S V M M A E.

De causa matrimoniali, quòd sit grauis, & qui testes in ea requirantur, & de testibus quomodo repellantur.

1 *Testes duo sufficiunt ad probandum matrimonium.*
2 *Fama bona alicuius in genere probata purgat suspicionem criminis, uide infra nu. 21.*
3 *Solicitator an & quando a testimonio repellatur, & infrà numero 23.*
4 *Confessio alicuius dicentis se esse uxorem talis, an attendenda sit.*
5 *Matrimonium est fauorabile, ideo in dubio pro eo est iudicandū uide infrà nu. 31. & 32.*
6 *Facta non præsumuntur, nisi probentur.*
7 *Actore non probante reus absolui debet.*
8 *Testes in causa matrimoniali dēnt esse omni exceptione maiores.*
9 *Matrimonij causa quare sit grauis.*
10 *Infamis infamia facti repellitur a testimonio nedum in causa criminali, sed etiam in causa ciuili, quando causa est grauis, ut infra nu. 15.*
11 *Testis criminosus, etiam si non sit per sententiam damnatus, de iure canonico in testem non admittitur.*
12 *Ius canonicum in causa matrimoniali est inspiciendum.*
13 *Vitiosus quilibet a testimonio repellitur, nisi in criminibus exceptis.*
14 *Infamis infamia canonica a testimonio repellitur.*
16 *Vitiosus de præterito præsumitur etiam nunc uitiosus.*
17 *Infamis etiam emendatus a testimonio repellitur.*
18 *Probatio specialis malę famæ præfertur generali probationi de bona fama.*
19 *Testibus duobus deponentibus affirmatiuè de delicto, & sic de infamia, magis credendum est, quàm pluribus generaliter deponentibus de bona fama.*
20 *Testib. duob. affirmantib. magis creditur, quàm multis negātib.*
22 *Dictum vnius, dictum nullius.*
24 *Solicitator non habens salarium magis redditur suspectus.*
25 *Testis habens magnam affectionem ad causam, repellitur a testimonio.*
26 *Testibus de loco discordantibus non est credendum.*
27 *Matrimonium per uerba enunciatiua non probatur.*
28 *Matrimonium iudicari non debet esse ex nominatione uxoris in præsentia, & etiam ex tractatu, nisi aliud probetur, & cum eo concurrat fama.*
29 *Confessio facta in iudicio absente parte non præiudicat confitenti minus, si sit extraiudicialiter facta.*
30 *Confessio an reuocari possit.*
33 *Matrimonium non præsumitur per filiam contractum sine patris consensu.*
34 *Argumentum a uerosimili ualidum est.*

C O N S I L I V M LXXXVIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitia.



IRCA præsentem consultationem in causa
m̄rimoniali uī prima frōte m̄rimoniū legi
timè probatū fuisse inter Io. Fran. Riccium
& nobilem & honestissimam dn̄am Laurā
Moranzanam, & consequenter quod illa debeat
cogi ad habendum & tractandum prædictū
Io. Fran. pro suo marito, prout per ipsum petitur: nam per
duos testes deponitur concorditer, quod inter prædictos per
uerba de p̄nti fuit contractum legitimum matrimonium,
uidelicet per presbyterum Baptistam & Aloysium Riccium
1 productos & examinatos pro parte d. Ioan. Franc. † Et cum
sint duo testes, uī quod sufficiant, & plenè probent. l. ubi nume
rus. ff. de testi. l. iusiurādi. C. eo. & ibi tradunt doc. In ore. n.
duorum, uel trium, stat omne uerbum. c. in omni negocio.
& c. licet. extra de testi. & legitur Deute. c. 17. & Matt. 18.
Nec uidentur obstare, quæ illis testibus & illorum personis
opponuntur; quoniam opposita uidentur tolli. Nam quod pres-
bytero Bapt. opponitur, quod sit multis delictis notatus, & sic
infamis, ut in processu, uī tolli ex eo: quia per plures testes
2 probatur, quod immo est homo bonæ opi. & famæ, † nam bona
fama alicuius in genere probata purgat suspicionem crimi
nis, ut uoluit Gand. in suo trac. malefi. secundum quod refert &
sequitur Bal. in l. ea quidē. col. pe. uer. itē quæro. C. de accu.
& ita ēt prædictos allegando uoluit Bar. Veron. detto el Ce
polla in cōsi. 40. Lucius ciuis. in col. 9. in uer. sed noū aliud
est, ad quod ēt faciunt plura cumulata per Hipp. de Marsi.
in consi. 24. Summi numinis. 4. col. uer. operatur ēt. Quod
autem opponitur Aloysio Riccio, quod fuit solicitator, ui si
militer

militer nõ obstare: quia non probatur, q ipse de tali solicita
3 tione habuerit salariũ, † & ubi salariũ nõ habeat, vr q solici
tator nõ repellatur à testimonio, ut firmat Ro. in cons. 420.
proposita q. per totum. Accedit prædictis duob. testib. & eo
rum depositioni & ipsa D. Laura, quæ videtur hoc confessa:
cũ videatur probari, q mittebat salutos, & se commendabat
4 d. D. Io. Fran. Riccio marito suo, † q aliqñ dixit se esse uxorẽ
eius, ut enim, q talis confessio multũ sit attẽdenda, iuxta tra
dita per Dec. in cõs. 153. In cã matrimoniali. 3. col. uer. hoc
idem confirmatur ex confessione. Demum pro ista opi. facit,
5 † quia matrimonium dr fauorabile, & in dubio pro eo est iu
dicandum. c. fi. de sent. & re iud. & adeo ut fauore matrimo-
nij debeat recedi à cõi opi. iuxta tradita per Host & alios ca-
no. in c. 2. de cog. spi. & ita concludit And. Sic. in cons. 6. scri
ptum est præclarè. 2. col. 1. vol. & in cons. 40. A Ioue prin. 4.
col. cum concord. vt per Ias. in cons. 128. In cã matrimonia-
li. in fi 2. uol. & in l. j. in 3. no. ff. sol. mat. ubi aliqñ dixi, & di
xit ẽt Fel. in rub. de spons. col. pen. uers. 9 in causa matrimo-
niali. His tñ non ob. contrariũ de iure uerius arbitror, non
esse aliquo modo probatũ prætensum matrimonium, & con
sequenter prædictam D. Laurã esse à petitione Io. Fran. absol
uendã, prout ẽt in suis doctiss. & copiosiss. alleg. cõcludit Ru
uer. & eximius doc. D. Io. Maria Bucella mihi vti frater hon.
& olim acutiss. discipulus meus. Et hoc præsuppositis in fa-
cto ueris, quæ in dictis alleg præsupponũtor, ut sic more Sce
nolæ iotlic. fm propositam materiã. Et fundamentũ huius
cõclus. est, qa pdicta D. Laura totaliter, & absolutè negat tale
matrimoniũ nedũ quòad ipsum, sed ẽ. quòad oẽm sermo
nẽ de eo, inq. n. q nunq̃ audiuerit de tali matrimonio fieri
uerbũ, & cũ facti sit, an contractũ fuerit, uel ne, sufficit illud
6 negare; † facta. n. nõ psumuntur, nisi probentur, pro quo uul-
gò allegatur. l. in bello. §. factæ. ff. de cap. & postli. re. sed mihi
ille tex. non probat, & iõ soleo allegare l. si emancipati. C. de
coll. Et ubi matrimoniũ ex parte D. Fran. non sit probatum,
7 prout nõ esse probatũ infra patebit, † sumus in reg. q actore
non probante, D. Laura uti rea cõuenta debeat absolui. l. qui
accusare. C. de eden. l. fi. C. de rei uendic. c. 1. ut eccle. benefi.
& c. fi. de iureiur. & ita in cã matrimoniali dixit Alex in con
sil. 150. In cã, & luc. in prin. lib. 5. & in cõs. 154. Viso thema
te. in prin. co. li. Tota ergo difficultas est, in allegatis in con-
trariũ, quare pro eorũ resolutione aduertendũ est, nam dum
primo prætensum matrimoniũ allegatur probari per illos
duos testes Rñdetur primò, q neuter ipsorũ est dignus fide,
8 sed ut suspecti sunt reijciendi, seu eis credendũ non est. † Nu
mini. n. dubiũ est, q in cã matrimonij testes debent esse om-
ni exceptione maiores, ueluti in cã graui & magnæ importã
tiæ c. 1. de consang. & affin. tradunt doct. per illũ tex. in c. in
literis, de testi. & scribit Fel. in rub. de spon. 5. col. uer. quartò
in cã matrimoniali, dicẽs, q in cã matrimoniali nõ sufficiũt
testes idonei, sed requiruntur testes oi exceptione maiores,
ut per eũ, & licet d. c. & doct. ibi loquãtur, qñ agitur de dis
soluendo matrimoniũ; tñ Fely. loquitur simpliciter in causa
matrimoniali, & sic vr loqui ẽt, qñ agitur de probando ma-
9 trimonio, † cum cã matrimonialis semper sit cã grauis, cum
in ea agatur de maximo facto, & quasi de statu hominis, iux.
glo. 1. & tradita ibi per doct. in c. mulieri, de iureiur. & ideo
non debet iudicari matrimonium contractum ex leui proba
tione, uel præsumptione, vt voluit Alex. in d. cons. 150. 4. col.
sed testes prędicti nedum sunt oi exceptione maiores, sed in
se qualitates habent pp quas sunt à testimonio repellendi, er
go &c. Illud aũt probatur, nam primò loquendo de presbyte
ro Bapt. dico, q dr multis criminib. notatus, adeo ut dicatur
infamis saltẽ infamia facti, ut ex processu constar, & præsup-
10 ponitur in prædictis alleg. † sed talis infamis repellitur à te
stimonio nedum in cã criminali, sed ẽt in ciuili, si cã sit gra
uis; vt est cã matrimonij, iuxta tradita per glo & Bart. in l. 3.
§. duæ causæ. ff de carb. edic. & tradit D. Mar. Socinus meus
in cons 27. Supradicta. 4. col. cum concord. & scribit Alex.
in cons. 152. Viso processu. 3. col. lib. 5 qui propriè loquitur
in causa matrimoniali, & in terminis nostris, qñ. s. agitur de
11 probando matrimonio, † qui & subuit, & multum seruit
in proposito, q istud de iure can. non hẽt dubiũ; qoia eo iure
attẽto, vt testis repellatur, sufficit, q sit verè criminosus, q̃uis
12 per sñiam non sit damnatus, iux. c. super eo. el j. de testi. † in
cã autem matrim. nõ est dubium, ius can. esse inspiciendum,
tum ratione ipsius matrimonij, qđ dr sacrm sanctissimum;
cum ẽt rõne fori talis cã agitatur, & hoc inter cętera. matri-
monium dr priuilegiatum, vt in eo ius canonicũ attendatur,
& pręualeat ẽt in terris non subditis ecclesiæ Romanę, vt est
tex. & ibi not. Archid. in § hinc colligitur. 3 q. 3 & tradit Fe
lyn in d rub. de spon col. pen. vers. octauò in cã matrimonij,
13 † immo vr generalius dici posse, q quilibet vitiosus debet à
testimonio repelli, vt tradit Spec. in tit. de testi. § j prope fi.
Ibi & generaliter, & vr ita velle Innoc in c. cum oporteat, in
princ. de accus. dum inquit, q nullus criminosus admittitur
ad denunciandum, uel testificandum, nisi in criminibus exce
14 ptis, vt per eum, † & idem voluit Corn. in cons. 55. vr in cã.
2. col. in fi. vol. 4. dum dicit, q qui est in peccato dicitur infa
mis infamia cano. & à testimonio repellitur iure canonico.
15 † Et q infamis ẽr sola infamia facti repellat à testimonio
ẽt in cã ciuili, si sit cã grauis, firmat ẽr Bal. in c. ad nostrã, in
prin de prob. cũ concor ut scribit & firmat Hipp. in cõs. 74.
Summi numinis. 3. col. in fi. & in cons. 101. Illumina quęso.
2. col. ad fi & Steph Aufr in dec. capellæ Tolos. n. 173. in fi.
addit. & in specie, q repellatur à testimonio in cã matrimo-
niali, tradit Iac. de S. Geor. in l. testi[illegible] §. lege Iu ia. 3. col. ff.
de testi sic itaq, ex his sequitur, q iste presbyter Bapt. oĩno à
16 testimonio in casu nostro est repellendus. † Et si dicatur, q li
cet fuerit olim vitiosus & infamis, non tñ est hodie. Rñdet,
q immo ẽt de præsenti est talis, ut ex processu constat, & dr
in prædictis alleg. & vbi non ita probaret de iure talis pręsu
meretur, vt tradit Spec. in d. §. j. ver. ita q olim fuit crimino
sus, & ibi hoc sequitur Io And. in parua addit. & qui contra
rium dicit, debet probare, & probatio requirit purgationẽ
canonicam cum præcedenti emendatione, & satisfactione,
ut per Alex. in d cons. 152. 4. col. & per prædictũ Reue. doct.
17 in suis alle. † Quinimmo dicit Hipp. in d. cons 101. 2. col. q
infamis ẽt emendatus à testimonio dẽt repelli, allegando pro
hoc multos doct. vt per eum. Nec prædictis ob. q plerique
testes deponant de bona fama in genere prędicti presbyteri
Baptistæ. Qm rñdetur, q eorum testificatio non debet attẽ
di, cũ in casu nostro probetur iste inus particularib. delictis,
18 & ob eam cãm dr infamis. † Hæc autem probatio ut specia
lis præfertur generali probationi de bona fama, iuxta illud,
generi per speciem derogatur. l. in toto iure. ff. de reg. iur. &
ibi per Dec. & tradit Bart. in l. quæsitum. §. si quis fundum. ff.
19 de fund instr † & magis credendum est duob. testib. depo-
nẽtibus affirmatiuè de aliquo delicto, & sic de infamia ex eo
resultante, q̃ 10. aut etiam pluribus generaliter de bona fama
deponentibus, fm Inn. in c. inquisitionis. in fi de accus. & tra
dit Rom. in cons. 162. Antonius accusatus. in fi. cum alijs de
20 doctis in prædictis alleg. † Faciat, quod not. glo. quam ibi se
quuntur doct. in l. diem proferre. §. inde quæritur. ff. de arbi.
dum dicit, q magis creditur duobus affirmantibus, q̃ mille
negantibus Idem dixit Fulg. in cõs. 174. Super eo quod quæ
ritur. 2. col. & tradit Fely. in c. in nostra. 3. col. uers. pręferun
tur ẽr testes affirmantes. de test. cum cõcord. ut scribit Hipp.
in cons. 125. Illumina quęso. 6. col. Qui enim de bona fama
deponunt, dñr in effectu negare illum esse uitiosum, aut cri
21 minibus seretitum. † Non ob. allegata in contrarium: quia
procedunt, qñ contra bonam famam generaliter probatam
nihil probatum fuit in particulari, uel speciali delicto: quia
tunc probatio illa particularis contraria bonæ famæ præua-
let per prædicta, & ita etiam uoluit Ioan. de Amicis in con-
sil. 78. Super inquisitione, prope finem. Reiecto ergo presby
tero Baptista & eius testificato remanet sola depositio Aloy-
sij alterius testis. qui cum sit solus (ẽt q io se esset testis ido
22 neus) nihil probat: † quia dictum vnius, vt vulgò dr, repu-
tatur dictum nullius. l. iurisiurandi. C. de testi. & c. licet, ex-
tra co. cum si. & in causa matrimonij ita firmat patruus, &
D. meus Soc. in cons. 120. Circa primum, vers. 1. concl. vol. 3.
Et hoc sufficit ad excludendam probationem prætensi ma-
trimonij.

trimonij. Sed vlterius, & ex abundanti dico, ꝙ nec iste Aloy
sius dr̃ idoneus testis; quoniam, ut in processu constat, & in prædi-
ctis allegationibus præsupponitur, dicitur præsentis causæ
23 solicitator. † sed qui causæ est solicitator repellitur à testi-
monio, vt l. fi. ff. de testi, tradunt doct. maximè Phil. Franc. in
secunda colum. & Gemin. in prima colum. in c. fin. de testi.
libro sexto, & tradit Alexand. in consilio 153. Visis narra-
tis. secunda colum. libro quinto, & in consi. seq. 1. col. cum
concordantib. de quibus ibi per eum, & per prędictũ egreg.
D. Aduocatum in suis alleg. Et vltra eum ita concludit Aug.
in cons. 233. In causa prædicta, 2. col. quem allegat Fel. in lo-
co infra allegando, licet alleget nu. 231. sed (vt dixi) est 239.
idem etiam dixit Fulg. in cons. 219. Visis binis processibus.
3. col. & Ioan. Crot. in suo tract. de testibus, in 4. part. in 8. q.
Nec ob. ꝙ Aloysius de sua solicitatione non habeat salarium,
prout dicebat Rom. in cons. supra in contrarium alleg. & vr̃
ita voluisse Rot. in decis. 154. solicitator in causa, in nouis.
24 † Quoniam respondetur, ꝙ immo hoc, ꝙ non habuerit sa
larium, fecit eum magis suspectum; quoniam cum solicita-
tor ideo repellatur, quia præsumitur habere affectionem ad
causam & personam, pro qua solicitat, vt per doct. in locis su
pra alleg. certè maiorem affectionem ostendit habere, qui si-
ne præmio solicitat, cum tunc nõ ratione præmij moueatur,
sed sola affectione causæ & personæ, & ita si rectè aduertatur
voluit Felyn. in cap. cum à nobis, prope fin. de testibus, quic-
quid in contrarium dixerit Roman. in d. consi. 420. Et istud
25 per istam rationem vr̃ mihi de iure verissimum. † Et vbi
hoc solum non remoueret prædictum testem, additur aliud,
videlicet ꝙ magnam habet affectionem ad causam, propter
quod etiam venit repellendus, vt tradit Deci. in consil. 509.
Visis diligenter. 1. col. in fin. ibi, vlterius etiam concurrit, &
dixit in suis alleg. dominus Aduocatus. Et si apud aliquem
aliquod istorum singulariter non sufficeret, debeat tamen
sufficere ambo simul iuncta, iuxta illud, singula quæ nõ pro
sunt, multa collecta iuuant, de quo per glo. in l. si stipulatus,
in princ. ff. de vsur. & in l. instrumenta. C. de probat. Vltra
prædicta etiam ad eneruãdam testificationem prędictorum
testium concurrit ipsorum varietas, & contrarietas in mul-
tis, vt in prędictis allegationibus clarè deducitur, meritò eis
non debet credi, iuribus vulgaribus. Et maximè conside-
randa est contrarietas istorum testium in loco, in quo dicun
tur fuisse Ioann. Franc. & domina Laura, quando asseruntur
contraxisse matrimonium per verba de pręsenti, nam pre-
sbyter Bapti. dicit, quòd Ioan. Franc erat super secundo, uel
tertio gradu scalæ, & domina Laura descenderat de paro sca
læ, Aloysius dicit, quòd Io. Franciscus erat ad pedem scalę, &
26 domina Laura erat super paro scalæ, & ibi stetit. † Et sic di-
cuntur discordes de loco, meritò eis non credendum, sed ex
eo arguitur eorum falsitas, ut in simili legitur Danie. c. 13.
de illis duobus presbyteris, qui innocentem Susannam accu
sauerunt, vnde sicut dixit illis Daniel, ita & istis potest, rectè
mentiti estis in caput vestrum. Qui testes etiam de falso
conuincuntur per locum ab impossibili, per locum ab absur
do, à non verisimili, & per euidentiam facti, prout hæc om-
nia sapientissimè demonstrat dominus Aduocatus in dictis
allegationibus. Et ideo non curo referre, sed dico, quòd
qui iudicaturus est, debet omnia ista diligenter considerare,
& locum proprijs oculis videre, quod faciendo manifestè co
gnoscet, commentitiam istam falsitatem. Non ob. modò,
quæ supra de confessione dominæ Lauræ allegabantur; quo
niam respondetur, omnia esse falsa. ipsa enim (ut asserit) ne-
dum talem confessionem non fecit, aut verba illam impor-
tantia dixit, sed nec vnquam de tali re cogitauit. Et forte ip-
sum Ioannem Franciscum non cognoscebat. Nec allegata in
contrarium probantur; quia qui ea testificantur, sunt singu-
lares in suo dicto, & præterea patiuntur alias oppositiones,
ut per dictum D. Aduocatum in suis allegationibus deduci-
tur. Præterea quando etiam uera probarentur uerba illa, ꝙ
scilicet aliquando de Ioannefrancisco loquẽdo vocauerit eũ
27 maritum, vel se eius vxorem. † Dico ꝙ fuissent verba enun-
ciatiua, ex quibus nullo modo debet inferri ad veritatem ma

trimonij, per ea quę tradit Alex. in d. consil. 150. 4. col. lib. 5.
28 † ubi plus dicit, quòd ea nominatione vxoris in præsentia
& etiam ex tractatu non debet iudicari matrimonium, si a-
liud nõ probetur, etiam quod de eo concurreret fama, ut per
eum. Minus ergo in casu isto, ubi nec fama, nec tractatus ali-
quis præsupponitur, & illa verba si quando prolata fuerunt
(quod tamen negatur) fuerunt prolata absente Ioan. Fran.
Et ꝑpterea dico vlterius, videlicet ꝙ si etiam domina Laura
expresse confessa fuisset, se contraxisse matrimoniũ cũ eo, &
id fecisset in iudicio; non tamen sibi præiudicasset propter
absentiã d. Ioã. Fran. vel ꝓcuratoris eius, qui pro eo accepta
29 ret. † Est enim tritissima iuris regula, ꝙ confessio facta in
iudicio absente parte nõ præiudicat confitenti. l. certũ. §. si
quis absente. ff. de confes. & ibi tradunt doct. maximè Pa. de
Castr. & tradit Felyn. in c. capitulum sanctæ crucis, colum.
mihi decima quarta, versic. secundũ pro opin. Bart. & ver.
seq. de rescrip. & traditur etiam per docto. in c. si cautio. de
fide instru. Minus ergo in casu nostro præiudicarẽt illa ver-
ba quæ expressam confessionem non habent, & extraiudicia
liter fuissent prolata iuxta dicta per Pa. de Cast. & per Fely.
30 in dictis locis, † possent etiam dici quòd si fuisset verè sic cõ
fessa, posset suam confessionẽ reuocare, iuxta tradita per Fe-
ly. in rubri. de sponsal. colum. pen. versic. 11. licet confessio,
sed super istis nõ est insistendũ, quia veritas est quòd domi-
na Laura nunquã talia verba ꝓtulit, & omnia quę aduersus
eam deducũtur sunt mera somnia, seu potiꝰ merę falsitates,
vt ex processu apertè constat, quæ omnia diligentissimè per
dictum D. Aduocatum sunt considerata, & deducta in præ-
dictis allegationibus, & ideo ego particulariter nõ tangam.
Ex quibus patet non obst. quòd dixit Dec. in dicto consi.
clxiij. in contrarium allegato, posito enim quòd uera sit eius
opinio, ibi dico, quod nihil facit ad casum nostrũ ex magna
diuersitate terminorum, ut per se quisque facile percipit, &
31 ideo ego gratia breuitatis non prosequor. † Demum non
obst. fauor matrimonij, & quòd in dubio pro eo iudicandum
est: quoniam respondetur & de plano, quod hic nõ sumus in
dubio, sed res clara apparet, quòd nullum fuit cõtractum ma
trimonium, & allegata in contrarium possent procedere.
quando pro matrimonio multa cõcurrerent, quæ tamen nõ
de necessitate concluderent, sed rem dubiam facerent, prout
contigit in casu Dec. in dicto consi. clxiij. Quod non est in
casu nostro; etenim omnia, quæ pro matrimonio allegantur,
32 falsa demõstrantur. † Pręterea illa regula procedit quan-
do ageretur de matrimonio iam contracto, & pro tali com-
muniter habito dissoluendo, & ratio tunc est; quia tolerabi
lius est, aliquos cõtra statutũ hominũ dimittere copulatos,
quàm coniunctos legitimè contra statutum domini separa-
re, vt inquit tex. in c. licet ex quadam. in fin. de testib. & ibi
tradunt docto. ibi enim matrimonium iam contractum dis-
solueretur, quòd non posset sine aliquali scandalo fieri; quia
vtriusque, vel alterius honor, & honestas lęderetur. Et in his
terminis loquitur Hostien. in dicto c. secundo, de cog. spiri.
Et in his terminis sunt intelligendi omnes alij in cõtrariũ
allegati, & ita memini me aliquãdo dixisse in dicta l. prima.
in tertio nota. ff. soluto matrimonio, non autem procedunt
quando agitur de probando matrimonio ab initio inter ꝑ-
sonas, quæ nunquam fuerunt simul, & altera pars illud tota
liter negat, prout in casu nostro facit domina Laura, asserẽs,
quòd mori uellet, quàm esse vxor illius, ut mihi narratur.
Hoc enim casu debet de matrimonio concludenter consta-
re, & si res dubia sit, iudicari contra matrimonium, quia
scandalum maximum sequi posset, ꝙ quis inuitus certo co-
puletur matrimonio, vnde sicut in casu præcedenti ratione
euitandi scandali pro matrimonio debet iudicari, eadẽ ra-
tione in casu nostro contra matrimonium est iudicandum.
Sed vt ex prædictis constat, istis non indigemus, cum clarissi
mè omnia falsa apparẽãt, quæ contra dominam Lauram de-
ducta fuerunt, & ideo vna cum dicto D. Aduocato conclu-
do, nullum probari matrimonium, & ita ipsam dominã Lau
33 ram absoluendam esse. † Ad quod, ni fallor, urgẽtissimè fa-
cit, ꝙ domina Laura prudẽs, & honestissima iuuenis verosi-
militer

similiter non quæsijsset matrimoniũ sine patris consensu, cum aliter faciens diceretur fecisse contra bonos mores, & contra se prouocasset patrem ad odium capitale, iuxta pulchram doctri. Bald. in l. omnes. C. ad Tertu. & tradit Alex. in consi. 97. Principalis dubitatio. in fi. 1. vol. Quod nõ est credendum de domina Laura, propter eius prudentiam & honestatem; & quia maximè patrem diligebat, sicut econtra per eum vehementer diligebatur. Et eo maximè, quia cũ primum de hoc falso commento ipsa notitiam habuit, omnino negauit, in sua negatione etiã semotis arbitris, & omni timore, & suspitione remota semper perstitit, quod, qui vere, & amore ductæ clandestina matrimonia contrahunt, vt experientia rerũ magistra docet. Et præterea falsitas manifestè potest colligi; quia non est verosimile, quòd si verũ fuisset matrimoniũ, non fuisset vocati plures testes, & personæ fide dignę, cũ in arbitrio Ioan. Francis. esset deducere,
4 quos volebat: † vnde p locũ à non verosimili concludendũ est, vt supra l. non verosimile. cum simil. ib. ff. quod met. caus. & aliàs dici solet, quòd imaginem falsitatis habet quod est remotum à uerosimili, vt inquit Bald. in l. prima, tertia colum. C. de ser. fugi. tradit Alexan. in consil. 27. In causa & lite. in fin. li. secundu, Ias. in l. si extraneus, secunda colum. ff. de condit. ob cau. & Dec. in consi. 654. Visa & perlecto. secũda col. cum alijs multis, qui allegari possent, quos (finem faciendo) gratia breuitatis dimitto.

Sucinus nepos, Paduæ legens.

C A S V S.

Clarissimus dominus Vincẽtius Capellanus nobilis Venetus duxit in vxorem Magnificam dominam Marietam Albertam in præsentia trium testium, & ex illa (cum ambo simul per annos supra 30. & vsque ad mortem dominæ Marietæ matrimonialiter in eadem domo & mensa religiose & continuè vixissent) filios suscepit, sępeque inter eos, & pluribus personis, & præcipuè proprijs Sacerdotibus, vterque tam vir, quàm vxor confessi sunt inter eos legitimum fuisse matrimonium contractum in præsentia d. trium testium, prout ipsi Sacerdotes testificãtur, & de hoc etiam erat, & est fama publica.

Ipse tamen dominus Vincentius in suo testamento filios sic natus instituendo naturales uocauit, sed ex post pluries & plurib. personis fide dignis dixit, & confessus fuit, quòd filij in veritate erant legitimi, sed iusta de causa, & certo suo respectu eos in testamento naturales vocauit, & postea decessit,

Mortui etiam sunt illi tres, qui præsentes fuerunt contractui matrimonij; sunt tamen plures personæ fide dignæ, q testificantur se ab illis tribus testibus, dum viuerent, audiuisse prædictum matrimonium affirmari, & qualiter ad illud fuerunt vocati in testes, & ita illi fuerunt pręsentes.

Quæritur modò stantibus prædictis, vtrum prædictũ matrimonium dicatur sufficienter probatum, ita q filij ex eo nati dicantur suscepti ex vero legitimo matrimonio. Ita ut ad nobilitatem, & alios honores admitti debeant.

S V M M AE.

De matrimonio qualiter probetur, vel præsumatur, an scilicet per diutinam cohabitationem religiosè viuentium, & per cõfessionem eorũ factam Sacerdotibus, & alijs personis.

1 *Matrimonium præsumitur, si Senator honestam & liberam mulierem in domo retinuerit, & cum ea longo tempore conuersatus fuerit, & infra num. 4.*
2 *Matrimonium non faciunt tabulæ testamenti, sed consensus.*
3 *Bonus quilibet præsumitur.*
5 *Matrimonium præsumitur ex cohabitatione per decennium, quando semel se maritum & vxorem confessi sunt, & de hoc erat fama in vicinia.*
6 *Matrimonium dicitur contractum, si vir & vxor inuicem fidẽ thori seruaturos promiserunt, & vsque ad mortem sic permanserunt.*
7 *Legitimitas alicuius filij præsumitur, & contra eam obijciens debet probare.*
8 *Matrimonium probatur factis, & signis, vbi non sunt testes, qui matrimonio interfuerunt, vbi de legitimatione filiorum agitur.*
9 *Matrimonium probatur per confessionem iugalium.*
10 *Matrimonium solo consensu conficitur.*
11 *Confessio sæpe reiterata magis denotat animum & voluntatem præcisam.*
12 *Confessores in causa matrimonij propalare veritatem debẽt.*
13 *Salutis suæ nemo præsumitur immemor.*
14 *Confessioni propriæ factæ Sacerdoti statur.*
15 *Testes de auditu in factis antiquis, maximè in causa matrimoniali probant,*
16 *Pater in suo testamento vel denominatione non potest præiudicare filio, nec matrimonio.*
17 *Iudices non tenentur credere dictis in testamento in præiudicium filij, cum de contrario appareat.*
18 *Abraam negauit Sarram esse suam vxorem.*
19 *Filij ab initio dicuntur legitimi, licet iugales aliquo tempore celauerint matrimonium, & si id postea fateantur, eis credẽdum est.*
20 *Ratio naturalis secundùm Senecam dicitur arbiter bonorum & malorum.*

CONSILIVM LXXXIX.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.



princeps fecit ei, seu concessit certa decreta diuersis tempo-
ribus facta, & ordinata in fauorem d. N. cõprobantia omnia
gesta per eum in d. officio, eundemque in totum absoluẽtia
a talis officij administratione cũ amplissimis clausulis. Quo
rum decretorum copia substantialiter, & effectualiter sũpta
transmittitur.

Dubitatur modò, si contingeret d. Principem mori, vtrũ
d. N. officialis, siue Sindicus p̃dictus posset aliquo modo ac
cusari, aut aliter molestari, seu contra eum inquiri occasione
gestorum in administratione dicti officij Sindicatus.

S V M M AE.

De quodam decreto Principis in fauorẽ sui iudicis, an il-
lum defendat pro gestis in officio suo.

1 *Appellari non potest à sententia à principe lata.*
2 *Assertioni principis de facto proprio credendum est.*
3 *Dux Mediolani in suo ducatu iura imperij habet.*
4 *Princeps si in conscientia sua aliquem delinquentẽ scit, potest eũ facere suspendere absque processu.*
5 *Et officialis illum exequendo non peccat.*
6 *Leges transgredi licitum est ob delicti atrocitatem.*
7 *Sacrilegij species est dubitare de auctoritate principis.*

7 *Princeps*

Princeps potest dicere iudici, ut sic iudicet, et ita iudicare debet.
Officialis exequendo mandatum principis, est dignus uenia.
Princeps ordinem iuris seruare non tenetur.
10 *Princeps contra formam iuris potest iudicare pœnam excedendo ad aliorum terrorem, uel intuitu pietatis minuenda.*
Et iuri positiuo sine causa derogare potest.
11 *Posita in conditione non sunt in dispositione.*
Princeps ex certa scientia, & de plenitudine potestatis potest iuri alterius derogare.
12 *Facta ex particulari commissione principis, ab ipso facta uidentur.*
13 *Pœna peccatum non transgreditur.*
14 *Verbum, ab omni molestia, quid importet.*
15 *Princeps subscribendo se alicui scripturæ, non præsumitur in eo contenta ignorare.*
16 *Subscribens uidetur confirmare, ac si totam scripturam scripsisset.*
17 *Rescripta plura seu decreta, quando inueniuntur, & in sequenti fit mentio de primo, cessat omnis suspitio falsitatis, subiectionis, uel erroris.*

CONSILIVM XCII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitia.


ISO puncto prædicto, & simul etiam decretorum copia, quatenus mihi videre licuit,
omnibusque maturè consideratis, & conclusiuè loquendo, vti Consulentem decet,
arbitror prædictum N. officialem ad criminalia, siue Sindicũ nõ posse aliquo mõ molestari ex his, vel propter ea, quæ gessit in d. officio, quo pluribus annis functus est. Et si de facto molestaretur, aut contra
eum aliqua inquisitio formaretur, debet omnino absolui a
prædicta inquisitione, necnon etiam ab alijs particularibus
querelis, & imputationib. si quæ contra eum porrigerentur
occasione eorũ, quæ ipse in tali officio, vti Sindicus, & sindicario nomine fecerit. Et in primis considerandum est, ꝙ officium prædictum uidetur extraordinarium, pẽdens totum a
uoluntate, & arbitrio principis, cuius persona, potestas, & auctoritas ĩ d. officio repræsentatur quò ad totum dominium,
& statum eius, quatenus tamẽ ipsi principi placuerit, & adeo
quòd gesta per prædictum officialem ĩ d. officio dicuntur gesta ex particulari, & expressa cõmissione principis, ꝓut hæc
rectè intuenti probantur ĩ decreto electio. d. N. ad prædictũ
officium, & maximè in clausula illa, cum omni arbitrio, potestate &c. ibi, ac si de ipsi⁹ arbitrio, faculate, & cõmissioue mẽtio specialis facta foret, & ĩferius etiam illa clausula, sibiq; ĩ
omnibus, & singulis, statum, & honorem nostrum cõcernentibus, pariant, & obediant, uelut nobis &c. sic igitur gesta ꝑ
talem sindicum, uidentur ꝑ ipsum principem gesta, ut etiam
infra dicetur, & ꝓpterea uidetur, quòd de eis non debeat sin-
1 dicari, † quemadmodũ etiã ab eius sententia uti a principe
lata non potest appellari. l. j. ff. a quibus appel. non li. cum si.
& totũ hoc fundatur in eo, quòd actus gesti per principem
præsumuntur ex iustissima causa gesti, cum causa semper in
principe præsumatur, & talis qualis sufficiat ad actus conseruationem, ut traditur per Cy. Bal. & alios in l. rescripta. C. de
preci. imper. offe. per Bal. & Mod. in l. si testium. C. de testa.
per Ant. de Bu. & alios Cano. in c. cum inter, de renũc. & in
c. quę in ecclesiarum. de const. & per Ale, in consi. 2, uisis codicillis. col. fi. li. 1. & in cõs. 1. circa primum. 2. col. ad fi. lib. 2.
cum multis concor. quę alleg. possent. Hoc ita stante, uidetur in casu isto, ꝙ N. officialis prędictus non possit inquietari, aut molestari magis, quàm posset ipse princeps, si per eũ
omnia gesta essent. Et ista conclus. vlterius consideranda est
indubitáter procedere, attento ꝙ post administrationem d.
officij d. princeps in alio decreto espressè declarauit omnia,
& quęcunq; gesta ꝑ d. N. officialẽ, & sindicũ suũ fuisse gesta
de ipsius pricipis sciẽtia, & cõmissione. Siue ergo d. officialis cũ accusatis corá se de crie, aut cũ his, cõtra quos ĩquisitio
factã erat cõposuerit, siue eos cõdẽnauerit etiã vsq; ad mortẽ
siue etiã executionẽ aliquãdo fecerit absq; sententia, id totũ
dicitur fecisse, principe sic particulariter committente, ꝓut
2 ipsemet princeps asserit, & fatetur in d. decreto. † cuius assertioni, cũ sit de facto proprio, omnino est credendũ, & ita ꝙ
ꝓbatio in contrarium non admittatur, iux. cle. 1. & quę ibi
tradũt doc. de ꝓba. & tradit Fel. in c. cũ à nobis. 1. & 2. col.
3 de testi † Maximè quia, vt dicitur in pũcto, ꝑdictus princeps
dicebatur habere in suo statu iura imperij, & ĩ suis terris ea
omnia poterat, quę põt Imperator in vniuerso, ꝓut de Duce
Mediolani dici solet, vt inquit Ias. post plures ꝑ eum alle. in
consi. cj. immunitas fuit concessa. 3. col. 4. no. & Cur. iun. in
cõsi. lxj. habita diligẽti. 4. col. & in cõsi. 100. ꝑsupponitur in
facto. circa mediũ, vbi etiam generalius loquitur de omnib.
Ducibus, & Marchionibus, & similibus, qui ꝑpetuò sunt inuestiti, vt per eũ. dico. n. quòd in tali principe, qui in suo dominio supremus reputatur, prædicta conclusi. ꝙ eius assertioni standum sit procedit de plano, vt per Fel. in loco pręal.

Nec quisquã admiretur de qualitate istius decreti, dum in
eo inter cętera dicitur ꝙ d. N. aliquãdo cõtra formã iuris cõmunis, vel municipalis ꝓcessit, cõdemnationes faciendo ẽt
ad vltimum supplicium, faciẽdo etiam similes executiones,
etiam absq; sententia, quod non videtur consentaneum, iux.
l. 1. C. de execu. rei iud. cum si. & traditur in l. ꝓlatam. C. de
sent. & interlo omn. iud. nec etiã videtur conuenire iustissimo, & sapiẽtissimo principi, qualis, vt dicitur, erat princeps,
4 de quo agitur: † quoniam ad hoc respondetur, ꝙ immo cuilibet optimo, & ꝓbatissimo principi conuenire potest, quando causa iusta subest, quæ (vt dixi) ꝑsumitur. potest. n. delictũ
esse notissimũ principi, & delinquens publica, & multiplicata infamia notatus, ita vt in consciẽtia sua princeps nouerit
talẽ delinquentẽ debere mori cũ sũma iust. & ideo põt mandare suo officiali, vt eum suspendat absq; processu, vel aliqua
causæ cognitio. & talis officialis ita exequendo non peccat,
quia pro principe, præsertim optimo, sapientiss. & iustissimo, qualis erat iste, ꝑsumitur, vt. s. iusta causa illud faciat. ita
siguãter voluit Cy. post. Iac de Raue. ĩ d. l. rescripta. de prec.
impera. offe. refert, & sequitur, & multum no. Abb. in c. cum
olim, col. pe. de sent. & re iud. & Cur. senior in cõsi. xlix. Memorię recolendę. col. a 1. ver. pręsumitur. n. in principe &c.
5 & ibi ad hoc plures alle. vt ꝑ eum. † Potest & causa esse atrocitas delicti, propter illam. n. licet transgredi leges, vt ꝑ Inn.
in c. r. de constit. & ꝑ Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff.
de his qui not. infa. cum concor. vt ꝑ Hip. in sing. ccxliiij. ta
scis, refert & in consi. lxxvj. licet iam diu in prin. hac igitur
causa, vel pręcedenti, vel etiã quacunq; alia motus fuerit prędictus princeps ad sic committẽdũ, non est quærendum; cũ
6 eã iustissima causa motus ꝑsumatur, † & vltra quęrere, & de
gestis ꝑ eũ, & eius auctoritate dubitare, esset spẽs sacrilegij.
l. 2. & ibi ꝑ doc. C. de cri. sacril. tradit Ias. ĩ d. l. rescripta. & l.
fi. col. pe. C. si contra ius, vel vtil. pub. cũ multis alijs conge-
7 stis ad hoc ꝑ Dec. in cõs. dlxxxviij. viso pũcto. post prin. † satis. n. nobis est, principẽ ꝑdictũ aliqñ sic cõmisisse, cũ possit
iudici suo dicere, sic iudica, & ita indicari debet, vt post alios
ꝑ eũ alle. tradit Matth. de Afflì. in c. inuestitura. in a. not. de
for. fideli. & ꝓpterea ꝑdictus officialis, & sindicus eius non
dicitur, iux. cõmissa iudicãdo, & exequẽdo, deliquisse ꝑ prędi-
8 cta. † Quinimo ẽt ꝙ princeps non fuisset iuste motus, quod
tñ in casu isto minimè credi debet, ꝑdictus officialis exequẽdo cõmissionẽ, & mãdatũ principis esset dignus venia, iuxta
tradita ꝑ Parid. de Pu. in trac. de sindicatu, in ver. familiaris,
col. 12, in ver. miles potestatis, qui eius mãdato. sed sup hoc
non est insistendũ. qm̃ (vt dixi) causa iustissima ꝑsumenda est
oĩno in tã optimo, & iustissimo pricipe. Nec cuiq̃ videatur nouũ, quia credo vbiq; gẽtiũ aliqñ cõtingere, & ego memini ĩ
patria mea Senẽ. sæpe ꝑ superiores magistratus illius ciuitatis capitaneo, siue bargello cõmissũ fuisse, vt delinquẽtẽ
aliquẽ ꝑquirat, & inuẽtũ imediate suspẽdat, dicemus, ne hoc
iniustè factũ, absit ĩ tam celebri repub. fuit ergo iustè factũ,
& causa iustissima ꝑsumitur. si aliter non cõstat, & ita certè est
dicẽdũ in casu nostro; sicut. n. priceps prędictus in cęteris, vt

audio, sapientissimè, & laudabiliter se gerebat, ita præsumen
dum est, quòd fecerit in prædictis cõmissionib. Nec ob. ꝙ
aliquando fecerit eas præter, uel etiam cõtra formam iuris
9 &c. quoniam loquẽdo respectu ordinis iudiciarij, † dico ꝙ
princeps eũ seruare nõ tenet, ut traditur p M.tth. de Afli.
in c.j.§.quid ergo.x.col.de inuest.de re.ali.fa.& ꝓbatur hoc
ratione; quia cũ ordo talis sit iuris positiui, non est dubium
ꝙ ius positiuũ potest immutare.l. omnes popul.ff.de iust.
& in.& §.sed naturalia, & utrobiq; tradit p doc.insti.de iu.
natu. Et p hanc rationem idem dicendum est, si loquamur
10 respectu iudicij, seu sententiæ ferendæ; † nam & ĩ eo potest
princeps cõtra formam iuris iudicare, pœnam. s. excedendo
ad aliorum terrorem, uel etiam minuẽdo intuitu pietatis, iux.
§.sed quod principi, uer. planè. inst.de iu.natur.cum.si. Immo
ẽt sine cã potest prĩceps iuri positiuo derogare, iux.tradita
in d.l.fi.si cõtra ius, uel util.pub. cum si.ut p Cur.iun.in cõ
si cxiij.circa controuersiam. ij. col. & p has uias responde-
tur etiam, si quis in d.decreto consideret cõtineri, ꝙ aliqñ
in tormentis fuit excessus modus, & forte indicijs non appa
rẽtib. fuit processum, nã totũ illud cõmisit princeps, vt ip-
semet asserit, qui ex sua auctoritate poterat iuri scripto de-
rogare, & ita faciens ex iustissima cã fecisse præsumitur per
prædicta, & præsertim pro eruenda veritate forte aliunde ip
si Principi nota, vt ẽt in d.decreto dr. Nec ẽt videtur obst. ꝙ
in d.decreto dicitur, etiam si gesta per d.N. essent in graue,
& grauissimum damnum alterius &c. quoniam in primis
dico, ꝙ istud esset probandum, cum in decreto non affirme-
11 tur, sed conditionaliter ponatur, † & aliàs posita in condi-
tione non sunt in dispositione. l. si quis sub conditione dan
durũ x.ff. si quis om.causa testa, & deinde dici potest, vbi ꝓ
baretur, ꝙ Princeps ex causa, quæ in eo, vt est dictum, præsu-
mitur, potest iuri alterius præiudicare, & maximè ex certa
scientia, & de plenitudine potestatis, iux.l.item si verberatũ.
§.1.& ibi tradit Ang.ff.de rei ven. Alex.in consi.203.perspe
ctis his.col.5.ver.sextò ꝙ præfatus. ibi, & licet supremus.
lib.6.vbi plura alle.& Ias.in cõsi.127.Carolus olim, col.10.
ver.12.facit 2.vol. ad quod etiam plures alleg. possent, sed
gratia breuitatis omittuntur. Et si in aliquo casu quis dixe
rit Principẽ non potuisse alijs personis præiudicare, & ipse
12 probent se damnificatas, † certè cum omnia fuerint facta
ex particulari cõmissione Principis, ab ipsomet facta, & ge-
sta vñr mediãte persona illius officialis, qui.n. per aliũ facit
per seipsum facere vr.l.ita autem.§.gessisse.ff.d adminis.tut.fa
cit l.5.in fi.ff.de don.inter vi.& vxo.& no.gl.in ver. restitu
tionem.in l.fi.C.vbi, & apud quem, & propterea non vr, ꝙ
ipse officialis ex tali causa possit in aliquo condemnari, ma-
ximè attento ꝙ omnis pecunia, & alia vtilitas prædicti offi-
cij peruenit ad manus Principis, ut ipse in d. decreto fatet,
sed super hoc non puto insistendum, quia non arbitror quẽ
posse probare se damnificatum, cui Princeps enim omni iu-
stitia præiudicare non potuerit subsistente iusta causa, quæ,
vt dixi, in Principe semper præsumitur. Ex his ergo constat
nihil in prædicto decreto contineri, quod honestè, & iure
permittente fieri non potuerit ex iusta causa, prout eã semp
adfuisse credendũ est, maximè attenta probitate, & bonitate
prædicti Principis, & per consequens etiam ꝙ dictus officia-
lis non dr in aliquo peccasse, exequendo, quæ sibi per Princi
13 pem commissa fuerunt, † & ideo nullam pœnam meretur,
cum illa peccatũ nõ transgrediatur.l. sancimus. C. de pœn.
nec pœnã meret, qui iure permittente facit, l. Graccus. C.ad
l.Iul.de adult. Et si quis pertinaciter voluerit prædictũ offi-
cialem in aliquo errasse, & terminos iustitiæ trãsgressũ fuis
se in gerendo prædictum officium, quod tamẽ per prædicta
negatur, dicã ꝙ ab omni errore, & peccato suo dr plenè, &
integrè absolutus per d.Principem in prædicto decreto, dũ
in eo dicitur, ꝙ ipsum officialem ex certa scientia, motu
proprio, & de plenitudine potestatis liberat a quacunque
14 molestia, lite, & controuersia, quæ sibi dari posset &c. illa.n.
uerba, a quacunq; molestia &c. propter eorum generalitatẽ
important liberationem ab oi molestia, ẽt si aliàs de iure fieri
seu inferri potuisset, arg.tex.i auc.de fideius.in prin.& l.j.cũ
ibi traditis p Bar.C.de nund.& eius, quod dixit Bar.in l.Lu-
cius.§.tres hæredes.ff.ad treb. ꝓut ita p ꝑdicta inquit Alex.
in cõsi.xj. circa primũ dubiũ. 2.col.ver.nec ẽt debuit.li.1.&
clarius hoc dixit Hip.ĩ l.vnius.§.cogniturũ.9.col.ff.de quæs.
Ad qđ faciunt plura, quæ idẽ Hip.cumulat in consi.lxxx.
q cuncta moderatur. 3.col. dũ ponit importãtiã verbi gene-
ralis, puta quoquo mõ, quocũq;, quibuscũq;, vel sim. cũ itaq;
d.officialis fuerit semel absolutus, & liberatus, & ꝓdẽ ab eo
q talẽ potestatẽ habebat, vlterius ra de cã molestari nullo mõ
põt, quasi sit tutus exceptione rei iudicatæ. Et maximè ita di
cẽdũ est; quia ita exp̄ssè ipse princeps disposuit, vt supra dcm̃
est. Stante igitur prædicto decreto in virtute, & substantia,
ꝓut mihi videre licuit, nõ est dubitan. prædictũ officialẽ nõ
posse de cætero molestari ex his, quæ ĩ suo officio gessit; quia
omnia gessit ex cõmissione principis, & p eundẽ fuerunt ex
post facto cõprobata, & cõfirmata, vt ex ipso decreto apertis
simè cõstat, secundùm quòd supra deductũ fuit, nec rõ suæ ad
ministrationis põt ab aliquo peti, cum abũdantissimè fuerit
reddita ipsi principi, vt in prædicto decreto constat. Nec cõ-
ueniret dubitare, vtrũ ꝑdictũ decretũ uerũ sit, seu verè ab ip
so principe emanauerit quasi bonitati, & ꝓbitati eius nõ cõ
ueniat, qm̃ (ni fallor) nisi verè emanasset ab ipso principe nõ
adesset scriptura propria principis manu facta, nec ꝓpriũ si-
gillũ, nec ẽt consiliariorũ, auditoris, & secretarij subscriptio
adesset, ꝓut hæc nũc adsunt, & pro certo tollunt omnẽ suspi-
cionẽ, & vltra ẽt tollitur omnis dubitatio; qm̃ ex post aliqb.
annis iterpositis, fecit quædã alia decreta, in quib. nulla cadit
dubitatio de ipsorũ veritate, & ĩ eis particulariter de hoc de-
creto princeps meminit illud cõfirmãdo, & de nouo ẽt illud
faciendo, volens ꝙ in omnib.& p omnia in prædictis alijs de
cretis habeatur ꝓ repetito de verbo ad verbũ: quõ.n. hoc fie
ri potuisset, si primũ istud decretũ absolutoriũ princeps nõ
fecisset, & đ eo notitiã nõ habuisset, certè nõ video. Dicamus
ergo, ꝙ d. princeps verè tale decretũ fecit, & quidẽ ex certa
sciẽtia, vt in eo dicitur, & in eadẽ voluntate perseuerauerit,
prout per alia decreta euidentissime constat. Nec admitten-
dum est eiusmodi decretũ probitati eius nõ conuenire; quia
videtur, ꝙ immo cuilibet sapiẽtissimo, ac iustissimo principi
cõuenire possit, capiẽdo semper quãlibet eius partẽ in melio
rẽ sensum, vti fieri debet; vt. s. dicamus, ꝙ omnia princeps fe
cerit ex iustissima causa sibi nota, & quæ per alios præsumi de
bet per ea, quæ supra deducta fuerunt. Ex quib. etiam constat
nihil ob. si casu tale decretũ, siue eius minuta nõ fuerit fcã in
cãcellaria, vel ꝙ non fuerit fcã lingua materna ipsi principi
magis nota, ꝓut aliæ minutæ fieri solent; quoniã cũ ipse prin
ceps subscripserit, seu supra scripserit, non est præsumẽdũ, ꝙ
ignorauerit in eo contenta. iux. doc. Bar. communiter appro
batã in l.1. §.fi.ff. quemad.testa. aperi. & tradit Ale.in l.si ita
stipulatus. §.Grisogonus. 5.col. ver. quantum ad id, quod di-
16 citur.ff.de verbo. obli. † Etenim quis subscribẽdo pinde dr
scripturam approbare, ac confirmare, ac si totam ꝓpria ma-
nu fecisset, vt egregiè tradit Bart.in l.emptor.§.Lucius.ff.de
pac.cum concor d.vt scribit Alex.in consi.cxlvij. ponderatis
his.2.col.ver.ad hoc ostendendum.lib.2.qui postea in 3.co-
lum. magis ad propositum nostrũ dicit idẽ in supra scribẽ
te, prout contingit in casu nostro; quia (vt dictũ est) princeps
sua suprascriptione, iuxta morem suum dicitur d.decretum
comprobasse Præterea omnis, vt dixi, tollitur dubitatio per
alia sua decreta, in quibus amplissimè decretum istud cõfir-
17 matur, vt supra dictum fuit. † nam quando reperitur plura
decreta, seu rescripta, & in sequentibus fit mentio de primo
cessat tunc omnis suspicio falsitatis subiectionis, vel erroris,
secundũ Bal.in l. 2.C.de petit.bo. sub.lib.10. refert, & sequi-
tur Iaso. in l.nec damnosa.in fi. C.de preci.impera. off. de-
clarans sic debere intelligi dictum Bald. ibi prima oppo si.
Et adeo hoc est verum, vt procedat etiam si in primo non
esset clausula ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis,
seu clausula non obstantibus, prout tradit Felyn.in capitulo
nonnulli.in princ.23.colum. versiculo fallit ergo hæc regu-
la, de rescripi. tametsi in decreto, de quo agitur, adsint præ
dictæ clausulæ, vt dictum est.

Stante

Stante itaque prædicto decreto firmo, & valido, prout ast, ac etiam cuilibet optimo Principi conuenienti, declarando, vt supra est dictum, concludendum est, prædictum N. de gestis in dicto officio molestari, aut condemnari nullo modo posse. Laus Deo.

Soc. nepos, Paduæ legens in prima sede vespertinæ lec.

S V M M AE.

De vnione quando dissoluatur.

De castro duobus diuersis temporibus concesso, cuius sit, & consensus requisitus quando debeat interuenire.

Et an sufficiat ex interuallo, & quando quis possit venire contra proprium factum.

1 *Vnio beneficij quando per Papam est facta, eius effectus non tollitur, nisi de vnione iam facta mentio habeatur.*

2 *Consensus in aliquo actu requisitus, an post interuenire possit, & infra nu. 4.*

3 *Facto proprio an quis contrauenire possit, & infra nu. 15.*

5 *L. quoties. C. de rei vend. in quibus casibus procedat.*

6 *Dispositio generalis tantum operatur quò ad comprehensa sub generalitate, quantum particularis quò ad particulariter expressa.*

Dispositio generalis in singularitatem resoluitur.

7 *Clausula, volentes eorum tenores, & formam habere pro sufficiēte expressis, quod operetur.*

8 *Rescripta de stilo curiæ fiant sub hac implicita mentione, volentes eorum tenorem &c.*

9 *Traditio ex iusta causa, siue iusto titulo præcedēti dominij trāslationem operatur.*

10 *Dominium quæritur ei, cui primò res traditur, prioritate tituli non obstante.*

11 *Consensus non liber si interuenit in aliquo actu, perinde est, ac si non sit præstitus.*

12 *Consensus ex interuallo præstitus firmat actum, quando res est integra, & interim nulli ius est quæsitum.*

13 *Consensus patris requisitus in donatione causa mortis facta per filium ex interuallo præstitus, quando eam validet.*

14 *Concedens secundo loco rem, quam primò alijs concesserat, à prima concessione recedere videtur.*

16 *Emācipatio, de qua in l. si post mortē. ff. de ado. quare nō valuit.*

17 *Vendēs, & tradens, licet trāsferat dominium in secundum emptorem, non tamen à primo liberatur, sed ei ad interesse tenetur.*

CONSILIVM XCIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.



ONCLVSIO firmata per clarissi. doct. Bononiæ legentes in eorum elegantissimis cōs. in fauorem illust. D. Rodulphi Campegij; vltra considerata in prædictis consil. uidet reddi dubia ex his, quæ tradit Io. And. in addi. Spec. in titu. de præbē. in prima additio. prout eum referunt, & sequuntur D. de Rota in decis. 160. nota q beneficium unitum. in antiquis, & tradit Ioan. Bapt. Cac-
1 cialup. in trac. de vnionibus. in 9. articulo, † uolunt. n. prædicti, q quando est facta unio alicuius beneficij per prouisionē Papæ, postea de tali beneficio factā nō tollitur effectus unionis, nisi de unione iam facta fiat expressa mentio, eam scilicet dissoluendo. Dico. n. in casu, de quo agitur in priuilegio, seu gratia facta nobilibus illis de Maluetijs sit facta unio castri Duciæ, cum castro Guelphi, quod per prius eisdem fuerat concessum, ut patet in ea. dum dicitur, unimus, annectimus, & incorporamus &c. non debet prouisio de dicto castro Campegijs post dictam unionem, ipsam unionem, & eius effectum tollere, nisi de ea fiat expressa mentio, & ipsius unionis dissolutio, sed in bulla gratiæ concessę Reuerendissimo Cardinali Campegio, & successoribus prædictæ unionis dissolutio, nec de ea fit aliqua mentio, ergo &c. Nec uidetur obstare, si dicatur, q prædicta procedunt, quando unio valuisset, & effectum sortita fuisset, quod non uidetur in casu isto contigisse; quia non interuenerat consensus Imolensium, prout requirebatur, ut in gratia facta Maluetijs in fi. dicitur in uer. uolumus etiam, quòd ad præmissa Imolensium expressus accedat assensus; quoniam uidetur posse responderi primò, q satis uidetur esse, q ex post talis consensus interuenerit: quia uidetur requiri tanquā illorum, de quorum præiudicio agitur, ut etiam inquit unus ex D. Consulentib.
2 in v. car. in uer. confirmatur hoc etiam ex arg. &c. † Quo casu sufficit etiam ex post consensum interuenisse; quia nō dicitur exigi pro forma, & solēnitate actus, ut videtur probari in c. cura. de iure patro. & in c. quàm sit. de electio. li. 6. prout ista iura ita firmando ad hoc alleg. Ias. in l. si qs mihi bona. §. iussu. col. fi. ver. secundò limita. ff. de acquirē. hæredit. dicens, q ita ēt tenent Imol. & Ale. post Bal. in locis per eum allegatis, licet in hoc prædictus dominus Consulens contrarium in loco prædicto firmauerit; sed in casu isto ex post ac
3 cessit consensus Imolensium, ergo &c. † Vel secundò respōderi potest, q licet actus, seu gratia facta Meluetijs non tenuerit, non uidetur, q Papa, qui illam fecit, possit contra eā uenire, cum dici soleat, quem non posse venire contra proprium factum, etiam q non tenuerit, ut l. post mortem. ff. de adoptio. & c. diuersis. in fi. de cleri. coniuga. cum simi. ut per Io. Andre. qui ita firmat post Roffre. in prædicta addit. Spec. in ti. de præben. in prin.

Hæc sunt, quæ primo aspectu me dubiū reddebant aduersus conclusionem per excellentissi. Consultores firmatam.

Sed tamen eis non obst. & ut infra remotis, maturius considerando, verissimam, ac iuri consonam puto conclusionem prædictorum dominorum Consulentium, uidelicet q illustr. D. Rodulphius Campegius non possit a prędictis nobilibus de Maluetijs molestari in sua pacifica possessione castri Duciæ, & iura sua in d. castro pręferenda esse aduersus prędictos de Maluetijs, per ea quę eleganter & copiosè per prędictos Consulentes deducta fuerunt,

Et maximè attento, q gratia primo loco Maluetijs concessa pendebat a consensu Imolensium, quem expressum requirit, & ipsi Imolenses primò de tali consensu requisiti, nedum consentire noluerunt, sed etiam dissenserunt, ut in fa-
4 cto pręsupponitur, † & propterea eorum consensus ex post præstitus talis qualis fuerit non sufficit, vt d. gratia sortiatur effectum, iuxta tradita per Gemin. Phil. Franc. & alios post antiquos in c. si pro te. de rescrip. lib. 6. ut etiam per Cōsulētem dictum fuit. Et hoc eo pręsertim procedit in casu isto, quia antequam prędictus consensus ab Imolensibus pręstaretur, fuit idem castrum, & ex iusta causa cōcessum Reuerē. Cardinali Campegio, & successoribus, cui etiam fuit tradita d. castri possessio corporalis, quā ipse, & successores eius in hanc usque diem pacificè tennerunt, & adhuc etiam tenēt.
5 † Propter qđ sequitur, q ipsi in iure d. castri sūt potiores, & omnino conseruandi per reg. l. quoties. cum sua materia, C. de rei uen. quę nedum loquitur, & procedit in uēditione, sed etiam in donatione. vt ibi est tex. in fi. & omnes doct. tradūt, & ēt in donatione in solutū, quę uēdit. habetur. l. si prędium. C. de euic. & l. fi. ff. qui. ex cau. in pos. ea. & ita tradūt doct. in d. l. quoties. Et si ad istud opponatur, q sumus in cōcessione supremi principis. s. summi Pontificis, & in rebus ecclesiasticis, quo casu plerique dicunt, ex solo titu. ius, seu dominium transferri. Responden. est, vt per prędictos Consulentes plenè responsum fuit, ad quos gratia breuitatis me refero. Non obst. itaque alle. supra in contrarium; quia dū considerabatur unio in gratia facta Maluetijs, quæ non repe ritur dissoluta in concessione facta Campegijs. Nam primò posset forte dici, q immo uirtualiter prędicta vnio dicatur sublata, & sic gratię factę Maluetijs dicatur derogatum, quia in clausula nō obstantib. &c. posita in cōcessione facta Reueren. Cardinali Campegio, & successoribus, sunt uerba multùm pręgnantia, & quę hoc in eorum generalitate dicūtur importare, dum inter cętera dicitur, non obst. priuilegijs indul-

indultis,& literis apostolicis,tam sub plumbo,quàm in forma breuis cōmunitati Imolæ,& quibuscunq; alijs per nos, & quoscunque alios Ro.Pontifices, & sedem Apostolicā cōcessis,& de Cardinalium consilio et consistorialiter habito. Et ex quibusuis etiam magnis, & vrgentissimis causis etiam motu proprio,ca certa scientia,de potestatis plenitudine,sub quibuscunq; tenoribus,& formis,ac cum quibusuis etiā derogatoriarū derogatorijs,alijsque efficacioribus,& insolitis clausulis irritātib.&c.Ex his. n. verbis,& alijs, quæ sequuntur,cum generalia,& amplissima sint,videtur derogatū prædictę gratiæ Maluetiorum perinde, ac si expresse dictū fuis-
6 set,†quia tantum operatur generalis dispositio quò ad comprehēsa sub generalitate,quantum particularis quò ad particulariter expressa.l.si chorus.in prin.ff.de leg.3.cum si.

Facit,quod dicitur,generalem dispositionem generaliter intelligēdā esse.l.1.§.& generaliter.ff.de leg.prestan.cum si.

Item & illud, quod dicitur generalitatem resolui in suas singularitates.l.falsa.§.si.cum si.ff.de condi.& dem. Nec tūc ob.si dicatur,q in prædicta gratia Maluetiorum sūt clausulæ derogatoriæ ad futuras gratias,nisi de ipsa specifica men-
7 tio fieret;† quoniam respondetur,q sufficit,q in cōcessione facta Campegijs dicitur,q summus Pontifex in derogatione præcedentium vult eorum tenores,& formam habere pro sufficienter expressis,& perinde,ac si de verbo ad verbū inserta omnia forent,& expressa, talis.n.clausula idem operatur,q specifica mentio,vt voluit signāter Ang.in l.omnes.in prin. C.de præscr.xxx.an.quem refert,& sequitur Ias.in l.fi.in vltimis verbis.C.si contra ius vel vtili.publ.cum multis concor per eum alle.& vltra eum ita firmat Io.de Ana.in consil. 56.His quæ in facto.dicens,q ita tenet communis opi. Idē etiam firmat Ale.in consi.216.Habita super casu.5.colu.in
8 vers.fortificātur.lib.2. † Et eo magis hoc uidetur dicendū: quia de stilo curiæ est,q fiant gratiæ & rescripta sub illa implicita mentione,ut attestatur An.de But.in consi.5.Visis literis.circa finem,& tradit Deci.in l.certum.3.not.ff.si cert. peta.Stante.n.tali stilo ita dicendum est etiam, q præcedens dispositio expresse contineret,ei derogari non posse nisi de ea specifica mentio de verbo ad verbum fieret, vt egregiè tradit Felyn.in capit.accedens.4.colum.versicu.soleo tamē cōtrariam opinionem.ibi, secundus casus de præscrip. Vel secundò respondetur,quòd dicta in contrarium procederet, quando illa vnio sortita fuisset effectum,prout supra dicebatur; tunc.n.talis vnio cum suo effectu non uideretur remouere,seu tolli,nisi de ea aliquo mō mentio fieret, & euidēter cōstaret de mente Pontificis esse,ut illa tollatur. Sed in proposito non fuit sortita effectū,antequā illud castrū concederetur Campegijs, ergo &c.Illud autem satis apertè demōstratur,attēto q gratia facta Maluetijs,& sic unio prædicta pendebat a consensu Imolensium,quem expressum pro eius cōfirmatione,robore, & stabilitate requirebat,ut in fine eius dicitur in ver.volumus etiam &c.prout etiam supra dicebātur, qui consensus ante concessionem factam Cāpegijs nullo modo interuenit.Quinimmo prædicti Imolenses dissenserunt,vt in facto præsupponitur; & supra etiam dictū fuit. Vnde cum tempore prædictæ concessionis nullum ius esset quæsitum Maluetijs,potuit summus Pontifex prædictum castrum Campegijs concedere,& cum concessio fuerit pura,& simplex, statim valuit nullam habens dependentiam ex futuro. Et eo posito cum castrum illud fuerit realiter traditū Cāpegijs,& ita possessionem eius acceperint, sequitur,q etiam
9 dominium,& omne ius fuit in eos translatum. † Traditio enim ex iusta causa,siue iusto titulo præcedēti operatur iuris & dominij translationem.l.nunquam nuda.in prin.ff.de acquis.rerum domi.& §.per traditionem,& ibi gl.nota.instit. de rerum diuisio. facit l.traditionibus. cum gloss.s. C.de pact. Et hoc adeo verum est,vt procedat,etiam si alius ad
10 eandē rem habuerit titulum, seu causam anteriorem,† semper enim ei dominiū, & ius quæritur,cui primò res tradita fuerit,non obstante prioritate tituli alterius,ut d.l.quoties. C.de rei vendi.cum con.cor.de quibus ibi in 3.gloss. Nō ob. modò duæ responsiones, quæ supra ad hanc responsionem

datæ fuerunt. quoniam replicatur,ut infra. Et dum primò dicebatur,sufficere consensum Imolensium,etiam q ex post interueneerit ex interuallo, prout isto casu interuenit. Respondetur primò,posito q illud dictum in se esset verum,q procedere posset, quando prius non constitisset de eorū dissensu, nam cum primum illi dissenserunt,dicitur euanuisse gratia facta Maluetijs,secundùm q supra dictum fuit. Quādo autem a principio,seu a prima requisitione non contradixissent,& de eorum volūtate nihil ostendissent,posset forte admitti,q eorum cōsensus ex interuallo sufficeret,nisi aliud
11 obstaret,& ita procedant allegata in contrarium. † Secundò etiam respondeti potest,q consensus,qui ex post interuenit(ut mihi narrant)non fuit liber,& simplex: quia Maluetij promiserunt Imolensibus retrodare,& sic uidetur præstitus consensus reuocabilis,& sic resoluendus,cum ipsi uoluerint,quo stante videtur perinde,ac si non fuisset pręstitus,ar. l.qui sic soluit,ff.de sol.& eorum quæ tradit Bar. in l. per diuersas,in 7.q.C.man.cum aliis addu.per vnum ex prædictis
12 Consulentibus in fi.sui consi. † Sed & tertiò, vbi prædicta non procederent, respondetur, q tunc consensus ex interuallo interueniens stabiliret prædictam vnionē,quando res fuisset integra,& alteri interim quæsitum ius non fuisset,iuxta præalleg.c.si pro te.de rescr.lib.6. q nō fuit in casu isto, quia antequam talis consensus pręstaretur,iam erat quæsitū ius Campegijs,vt supra fuit ostensum, & summus Pontifex iam mutauerat opi. quia in effectu recedens ab illa vnione, & gratia facta Maluetijs, concessit dictum castrum Campegijs ex iustissima,& onerosa causa, vt patet ex bulla desuper confecta.Hoc enim posito consensus ex interuallo præstitus nihil operatur in præiudicium Campegiorum per d. c.si pro te.Ad quod optimè facit doct.Bar.communiter approbata
13 in l.tam is.§.filiusfa.in vlt.q.ff.de don.cau.mor. †dum concludit,quòd patris consensus requisitus in donatione causa mortis facta per eius filium,iuxta tex.illum ex interuallo superueniens, tunc donationem præcedentem validat: cū filius persistit in eadē voluntate,& sic nihil noui superuenit, sed si mutauerit voluntatem, secus erit.Sic ergo dicendū est de vnione prædicta, & gratia facta Maluetijs, ut consensus Imolensium ad eam requisitus ex interuallo pręstitus nihil agat,cum noua superuenerint,& sum.Pontifex in eadem uoluntate non perstiterit. Et si dicatur, q Bar. & alij loquuntur de donatione causa mortis reuocabili, & ideo nimirum si variatio voluntatis donantis filij facit, q sequens consensus patris non validat donationem,in qua filius non perseuerauit. Secus uidetur in casu nostro, in quo gratia concessa Maluetijs sui natura non erat reuocabilis. Respōderi pōt,q immo etiam prædicta gratia in terminis nostris poterat dici reuocabilis secundùm q dicam infra. Respondendo ad secundam responsionem. Præterea etiam dicam, q non ea sola ratione in casu Bar. consensus patris non operatur, si ex interuallo præstetur,sed ex eo,quia per prius donatio illa erat nullius valoris,cū in ea talis consensus, q necessariò requirebatur,deesset,& ibi non dicitur donatio reuocata, sed semper inutilis,& istud etiā cadit in casu nostro: quia vnio & gratia facta Maluetijs nō dicitur simpliciter reuocata,sed semper inutilis.Primò ex defectu consensus Imolensiū, qui necessariò requirebatur, postea verò quia summus Pontifex non perseuerauit in eadem voluntate,& istud satis clarè ostēditur,nam cum ipsemet castrum illud Maluetijs cōcessisset, & de recenti præsumendum est, q bene istud sciebat, cū in facto proprio non cadat ignorantia l.fi.cum gl.fi.ff.pro soc.
14 & maximè in facto ita recenti,& ita notabili,†vnde cum illud idem paulò post Campegijs cōcessisset,dicitur in consequentiam velle à prima concessione recedere: cum duo eandem rem insolidum habere nō possint.l.si ut certo.§.si duobus,ff.cōmo.cum si.Et qui vult vnum, vult etiā omne antecedens necessarium ad illud.l.illud.ff.de acq.hæred.cū vulg.

Non obst.demum illa secunda responsio, dum dicebatur quòd Papa non potuit venire contra proprium factum &c.
15 † quia respondetur, & primò dici potest, & hoc verū quis possit uenire contra proprium factum dicitur quoddā Broc

cardum

cardum, aliquando enim reperitur, q̃ possit, aliquando quòd non possit, secũdùm uarietatem casuum, & ita appellat Broccardum Abb. in d. c. diuersis. de cleri. coniu. & inter suas quęstiones Broccardicas, nu. 12. posuit do. Barth. Brixiensis, & in specie quòd quis possit venire cootra proprium factum, quãdo non valuit, est tex. in c. nosti. de elec. & in c. certe. 12. q. 1. vbi glo. not. & in c. quòd quis commisit. 35. q. 9. vbi similitac glo. not. & in l. si cum pater. C. si aduec. rem iudic. cũ multis simi. non ergo in tali Broccardo potest fieri fundamẽtũ.

Secundò etiam respondetur, posito quòd regula in cõtrarium allegata procederet saltem secundùm distin. Bar. in l. si post mortem, supra de adop. & Bartho. Brixien. in d. 12. Broccard. oon tamen debet attendi quaodo factum per nos non valet ex defectu eius, quod nos in eo requiri voluimus, adeo quòd causa inualiditatis dicitur per nos considerata, vel potius ordinata; nam tunc si causa illa adest, & sic actus non ualet; quia non Interuenit, quod volnimus debere interuenire, certè non video, cur contra tale factũ venire non possimus, quia tunc propriè non venimus contra factum nostrum, sed illud pro non facto habentes, cum sit inualidum ex nostro ordine aliter disponimus, & ita ꝓpriè contingit in casu nostro; quia vnio, & gratia facta Maluetijs requirebat ad sui robur, & stabilitatem consensũm Imolensium, & hoc ex voluntare, & ordine summi Pontificis. Vnde cum talis cõseosus deficeret, & sic gratia, & vnio illa viribus careret, summus Põtifex castrum illud Campegijs concedeos noo dicitur venire contra factum suum, sed illud ꝓ infecto habens ex defectu consensus Imolensium, de d. castro aliter disposuit. Et ex his constat iura, quæ in contrarium allegata fuerunt, & plura alia, quæ allegari possent, non obstare, quia non loquũtur in his terminis, sed quando inualiditas aliũde proueniebat.
36 † Et in specie ad d. l. si post mortem respondendo dico, q̃ ibi emancipatio non valebat, quia defuerunt testes, aut quid aliud à iure requisitum, non autem ex eo quòd defuerit aliquid ordinatum per ipsum patrem emancipantem. Et prætereà ad illum tex. datur etiã alia & clara respõsio, videlicet quòd procedat ille tex. quia nedum aderat factum patris, sed etiam longo tempore uixerat filia vt emancipata, prout ibi glo. 2. declarat, quam Bart. & alij ibi sequuntur. Et per eum modum respondet ad d. l. si cum pater. C. si aduer. rẽ iud. quę contra illum videbatur urgere. Ad c. autem diuersi. de cleri. coniuga. in contrarium allegatum seruit etiam illa generalis respousio; quia ibi collatio non valebat ex defectu personæ recipientis; quia erat matrimonio coniũcta, vt ibi dicit, & sic non ex defectu alicuius requisiti p ipsum Episcopum conferentem. Potest tamen etiam particularius ad illum tex. responderi, quòd illud ibi est in pœnam episcopi, qui sciẽter ita inhabilibus contulit, vt ibi dicebat Laur. & ibi glo. refert quæ consideratio nullo modo potest casui nostro adaptari.

Potest etiam & tertiò ad illam secundam respõsionem replicari, quòd Papa in casu nostro non dicitur ita venire contra proprium factum, vt non teneatur conseruare indemnes Maluetios: quia ex quo cum illis videtur quodammodo contraxisse, etiam ipsis contractu isto fuit obligatus. Et ideo videtur, quòd si aliud non obstaret, non euitasset summus Pontifex talem obligationem ex eo quòd alteri idem castrum postea cũcessit. Sed ex eo, quòd Maluetijs remaneret obligatus non impeditur, quin castrum illud, & ius, & dominium trãsferit in Campegios mediãte traditione, sicut hęc omnia ꝓ-
37 bantur in præal. l. quoties. cum materia. C. de rei ven. † Nã qui secundò vendidit, & tradidit, transfert dominiũ in secũdum emptorem, non tamen liberatur à primo, etenim ei tenetur ad omne suum interesse. Et hoc respectu non dicitur venire contra factum suum. Et si aliqua consideratione diceretur venire, à iure toleratur, vt ibi, & ita etiã in casu nostro dici potest, vt modo dicebam. Et ex omnibus supra deductis & alijs plenè congestis per excel. Consulentes cõcludo illustrem dominum Rodulphum Campegiũ habere potiora iura in d. castro Duciæ, & in eius pacifica possessione conseruandum esse.

Maria. Soc. iunior iuriscon. Paduæ legens 1539.

SVMMAE.

De duabus concessionibus eiusdem castri diuersis temporibus, & diuersis personis factis, quæ pręualeat, quando prima erat conditionalis, & conditione pendente fuit facta secunda cum traditione rei.

1 *Datio in solutum venditionis uim habet.*
2. *Princeps ex contractu obligatur sicut priuatus.*
3 *Concessio prima per principem facta praualet concessioni secundæ de eadem re factæ.*
4 *Concessio per uiam contractus facta, non dicitur per secundam sublata, nisi facta de prima mentione.*
5 *L. quoties. C. de rei uen. an procedat in principe, ut infra nu. 16.*
6 *Traditio à non domino facta dominium non transfert.*
7 *Actione reuocatoria tenetur qui sciẽter recipit alteri primò concessam.*
8 *Cap. si pro te. de rescript. an habeat locum quando gratia esset ad certum corpus beneficij. & infra nu. 22.*
9 *Conditio quando impletur, dispositio perinde habetur ac si purè facta fuerit.*
10 *Beneficiatus ab aliquo tenetur ad eum remunerandum quodam naturali instinctu.*
11 *Homines naturali quodam instinctu ad benefaciendũ mouentur.*
12 *Donatio remuneratoria quæ sit.*
13 *Donatio remuneratoria non dicitur mera donatio.*
14 *Gratia remuneratoria ob ingratitudinem reuocari non potest.*
15 *Concessio & traditio de aliquo castro alicui per Papam facta, ualet non obstante prima concessione alteri facta.*
17 *Dominium rei legatæ sub conditione ante impletam conditionem in legatarium non transit.*
18 *Concessio conditionalis alicui facta per principem an prohibeat in alium translationem dominij.*
19 *Dolus & fraus cessat in his, quæ fiunt a summo Pontifice.*
Et dolus committi non potest, ubi est princeps.
20 *Papa si utitur motu proprio non imputatur ei in quem effectus dispositionis confertur.*
Motus proprius excludit omnem subreptionem, & infra nu. 27.
Et excludit retorsionem iniqui iuris alicui concessi.
21 *Scietia uel ignorantia recipientis bona fides, uel mala fides eius non curatur, quando ei fit concessio alicuius rei alteri prius concessa.*
23 *Effectus cum animi destinatione in consideratione habetur.*
24 *Cap. ex parte, el primo. de offi. delega. quomodo procedat.*
25 *Doctoris dictum secundum iura quæ alleg. intelligi debet.*
26 *Dot. Abb. in c. capitulum sancta crucis. de rescrip. dũ dicit, quòd negligẽtia primi sibi praiudicat &c. quomodo intelligatur*
28 *Ius ex facto oritur.*
29 *Princeps quando possit concedere castrum nouo domino inuito populo, & numero sequenti.*

CONSILIVM XCIV.

Dirigat Dominus verba mea in uiam veritatis, & iustitia

CONSVLVI anno præterito in fauorem illustr. dñi Rodulphi Cãpegij, vt .s. ipse in castro Duciæ potiora iura habeat, quã nobiles de Maluetijs, & sic q̃ ipse erat in sua pacifica possessione d. castri conseruandus, prout & plures excel. doct. ante me cõsuluerunt per ea, quæ in prædictis cõsilijs per alios, & per me deducta fuerũt. Nunc verò contra conclusionem in consilio prædicto firmatam videntur excitari dubia quædã subtilia, colorata, & primo aspectu concludentia. Et licet plurima videantur ibi deducta: virtualiter tamen ad infrascripta duo reducuntur, Primo .n. dicitur, q̃ concessio facta Maluetijs dicitur fuisse quidam contractus, & non gratia, & hoc ex eo, q̃ ideo summus Pontifex concessit illud castrũ Duciæ prædictis nobilibus de Maluetijs; quia vice versa illi liberauerunt ipsum, seu sedem Apostolicam a magna summa pecuniarum ipsis debi-

ta,

ta, ut in bulla concessionis prędictæ dr, & sic vr tale castrũ
ipsis nobilibus ꝑ eorũ credito quasi datũ in solutũ, & conse
1 quenter vr quodammodo Initus contractus vẽditionis: † quia
datio in solutũ habet vim vẽditionis.l.si prædiũ.C. de euic.
l.eleganter patri,ff.de pig.act.qui tex.secũdũ Pau.de Cast.ibi
semper adhoc allegatur,& l.fi.ff.quib.ex cau.in poss.ea. com
si. Sic igitur summus Pontifex vr dictum castrũ vendidisse,
& ꝑ precio percepisse remissionẽ crediti a prædictis nobili
bus factã,ex quo vr,ꝙ illa concessio non gratia, aut priuile-
gium fuerit,sed potius,vt dixi, contractus venditionis, ẽt si
in ea esset vsus summus Pontifex verbo,indulgemus, vt de-
clarat Bal.in l.qui se patris.col.pen.ver. hoc scias.C. vnde li
be.refert.& sequitur Dec.in consi.292.Et pro tenui.col. pe.
versi.superest tertia conclusio. quo stante vr necessariò infe-
rendum,ꝙ Papa non potuerit postea talem contractum reuo
2 care,seu illi contrauenire aliquo modo. † Quoniam Prin-
ceps ita ex contractu obligatur, sicut priuatus: vt probatur
in c.1.de probat.& ibi aliquid doct. notant in versi. seruare
deberet, & tradunt Cyn.& alij in d.l. digna vox. C. de legi.
Quinimmo etiam Deus ipse ex sua ꝓmissione obligatur,vt
inquit Bal.in l.1.in prin.ff.de pact.Et si secus diceremus, &
vellemus Principem non obligari ex contractu, ipsi Princi-
pi esset damnosum, quia sic priuaretur quodammodo homi
num consortio,seu commercio,quia nullus reperiretur,qui
secũ cõtrahere vellet,quod certè illi esset graue,& quasi pœ-
nale,arg.l.hi qui sanctã,C.de aposta.& ita p illũ tex.inquit,
& declarat Rom.in cõsi.352.Quæritur primò. col. fi.in fin.
sic itaque vr, ꝙ secunda concessio in casu nostro facta reue-
ren. Cardinali Campegio de d.castro Duciæ non debeat at-
tendi,sed prima illa facta nobilibus de Maluetijs vti irreuo
3 cabilis debeat omnino præualere. † Et maximè, quia sumus
in concessione a Papa facta,& sic a persona ecclesiastica,iuxta
pulchram decisio.Io.And.in c.continebatur.de his,quæ fiũt
a præla.in nouella,ꝙ refert,& sequitur Roma.in consi. 298.
Circa præmissam.2.col. versi. vltimo videtur prędicta quæ-
stio.qui Roma.in d.consi.per totum firmat,& concludit pri
mam quandam concessionem factam per Principem præua
lere secundæ concessioni factę de eadem re per eundem, uel
eius successorem, & loquitur ibi in fortioribus terminis, s.
quando prima illa concessio erat facta ex causa donationis,
fortius ergo ita dicendum videtur in casu nostro,in quo pri
ma concessio videtur facta virtualiter per uiam contractus
4 per supradicta. † Et ad hoc facit pulchra decisio Abb.in cõ
sil.93.In quæstione hæredum.in tertio dubio. 2. volu.dum
concludit, ꝙ prima concessio per viam contractus facta nõ
dicitur sublata, nec ei præiudicatum per secundam factam
per summum Pontificem,non facta mentione de prima, vt
per eũ,& fuit hoc dictũ Bar.in l.fi.C.de loca.prædi.ciui.lib.
11.prout refert,& sequitur Alex.in cõsi.3.Ex his quę.2. col.
versi.sextò accedit.lib.5.cum alijs adductis per Dec.in con-
si.302.Et pro tenui facultate.4.col.in prin. & plenius in præ
allegato consi.292.col. fi. Sic igitur videtur isto casu dicen-
dum,cum in secunda concessione facta Reueren.Campegio
non fiat mentio de prima facta Maluetijs per uiam contra-
ctus. Nec prædictis videtur obstare, si dicatur, ꝙ prædicta
non debent procedere in casu nostro, attento, quòd vigore
secundę concessionis reueren. Cardinalis fuit adeptus pos-
sessionem d.castri,quam Maluetij nunquam habuerunt, &
pro hoc allegatur regula.l.quoties. C.de rei vend. cum sim.
prout ego dicebam in consi. aliàs per me edito in præsenti
causa. Quoniam videtur posse responderi duobus modis.
5 † Et primò,quòd d. l. quoties. cum sua regula non proce-
dit in contractu Principis ex eo: quia Princeps per suum cõ
tractum dicitur transferre dominium sine aliqua traditio-
ne,prout voluit Bal.in præludiis feudorum,secundùm quòd
refert Ias.in d.l.quoties,2.colum.versiculo, secundò infero
ex prędicta ratione.ibi,& pro parte supra dicta, ubi etiã alle
gat alios doc.qui propter hoc communiter cõcludunt,regu
lam.d.l quoties.non habere locum in contractu Principis,
& dicit ibi Ias.quòd huic opinioni non inuenit contradi-
centem,vt per eum.Si igitur mediante illa prima concessio-
ne fcã Maluetijs, cũ sit facta à principe,dicamus in eos fuis-
6 se translatũ ius, & dominium dicti castri. † Sequitur,quòd
postea non potuit transferri in Campegios,licet traditio in-
teruenerit:quia diceret facta à nõ domino.l.traditio.in prin
cipio. ff.de acquiren. rerum domi. & l.nemo plus iuris. ff.de
regulis iur.Ac etiam quia duo domini eiusdem rei in solidũ
esse non possunt. l. si vt certo. §.si duobus. ff.commoda.cum
simi.Meritò ergo videntur, prædictos nobiles de Maluetijs ꝑ
ferendos. Et istud sine dubio procedere videretur, si tene-
remus concessionem illam primam non fuisse contractum,
sed gratiam,seu priuilegium;quia tunc facilius admittendũ
videtur, vt p Principem dominium transferatur sine tradi-
tione, vel possessione,prout post Bal.ab eo allegatum firmat
Ias.in d.l.quoties. tertia columna.versicu. quid dicendum.
7 † Secundò etiam ad regulam d. l. quoties. videtur posse re-
sponderi,quòd non procedit in casu isto ex eo:quia reueren.
Cardinalis, cui facta fuit secunda concessio cum translatio-
ne possessionis,vt asseritur, sciebat primam concessionem fa
ctam Maluetijs,propter quod videtur de fraude participasse,
& ideo videtur,quòd reuocatoria quadam actione teneatur,
vt sic in effectu mediante tali reuocatoria actione præferan-
tur prędicti nobiles de Maluetijs,ita signãter post Albe.Bal.
& Saly.per eum allegatos firmat Ias.in d.l.quoties. col.6.ver
sicu.9.principaliter limita,& in §.item si quis.col.14.versi.
8 extra glo. instit.de actio. † Secundò principaliter contra cõ
clusionem in consilio iam edito firmatam, quatenus pro ea
allegatur cum ibi traditis per doc. tex.in c.si pro te. de rescr.
lib.6.allegatur, quòd decisio illius c.non habet locum,quã-
do gratia & rescripũ esset ad certum corpus beneficij, prout
multùm singulariter videtur cõcludere Gemi.in consi.cvij.
Super 1. dubio.rationib. & iuribus,vt per eum. Vnde cum
in casu nostro istæ duæ concessiones sint ad certum corpus
d.castri, videtur quòd prima pręualere debeat,postquam cõ
ditio eius fuit impleta,quia.s.Imolensium accessit cõsensus,
non obstante quòd interim pendente conditione, idem ca-
strum fuerit concessum reueren. Cardinali Campegio.Quo
niam implementum illud cõditionis videtur retrotrahi ad
tempus concessionis factæ dictis nobilib.de Maluetijs, iuxta
9 l.si filiusfa.in prin.cũ ibi traditis p doc.ff.de ver.ob. † Quã-
do.n.cõditio impletur,dispositio perinde habetur,ac si purè
fcã fuerit, vt ibi traditur,& videtur tex.in l.fi.§.Titius.& ibi
etiam doc. tradunt.ff. de vul. & pup.substi.Et ad prædictam
decisio.Gemi.accedat,quod dicunt Abb.& Fely.in c.capitu-
lum sanctę crucis.de rescrip.dum dicunt illud,quod dicitur
quòd negligentia primi sibi præiudicat,& facit,vt secundus
præferatur,debere limitari,quando agitur de eodem corpo-
re beneficij:quia tunc tale dictum non procedit.vt per Fely.
ibi in 6.col.versico.limita falleotiam hanc. Ex his ergo ui-
detur in proposito,quòd concessio facta Maluetijs veluti pri
ma,& iam purificata præferatur,& ita in terminis nostris in
indiuiduo,vt credo, licet tacitis nominibus videtur determi
nare Dec.in cons.cclxxxix.viso pũcto.p totũ. vbi nonnulla
ex prædictis considerat.& alia quędam vt per eum.Ad quod
etiam facit decisio Ias.in consi.29.Ad eruendam. in primo
dubio.1. volum.Dum cõcludit, concessionem à Principe fa
ctam non tolli per secundam factam alteri p eundem Prin-
cipem. Verùm prædictis minimè obstantibus arbitror con-
trariam opi.de iure veriorem, prout in alio consilio per me
post alios firmatum fuit.à cõclusione.n.in eo posita per præ
dicta non puto recedendum, licet prima fronte videantur vr
gentia. Et quia in prædicto consilio meo, & latius in alijs
antea editis prædicta conclusio satis abunde probata, & iu-
stificata fuit,super eo ad pręsens non insistam gratia breuita-
tis,ad ibi dicta me remittendo.Solùm itaque instabo in reso
lutione contrariorum,de quibus supra,in quo stat omnis dif
ficultas præsentis consultationis. Et pro resolutione eius
quod primo loco allegatum fuit, aduertendum est:quia no-
biles isti de Maluetijs non liberauerunt sedem Apostolicam
insimul,tempore factæ eiusdem concessionis d.castri,sed id
fecerunt per prius ex eorum liberalitate,& nihilo pro dicta
liberatione, seu in eius compensatione recepto, vt sic di:i

non

non possit talem liberationem factam fuisse pro precio d.ca-
stri, cum de eo illis concedendo nihil tunc dictum fuerit, &
cósequenter sequitur, ꝙ non potest dici, quòd d. castrũ eis vi-
deatur venditũ, siue datum in solutum pro eo, quod illis de-
beretur: cum tunc sedes Apostolica nihil eis deberet iam ꝑ
prius liberata, prout clarè in prædicta concessione contine-
tur. Et ex hoc clarè apparet vere, quod primò dicebatur esse
virtualiter per summum Pontificem factã venditio. d. castri,
10 hoc.n. vt dixi, in facto falsum est. † Bene tamen fateri pos-
sum, ꝙ sedes Apostolica, & summus Pontifex pro tali libera-
tione poterant dici quodam instinctu naturali obligati an-
tidotaliter, i. ad remunerandum, iuxta l. sed & si lege. §. cósu
luit. ibi, quamuis ad remunerandũ. ff. de pet. hę. & c. illud, cũ
gl. in ver. compellitur. 8. q. 2. cum si. vt per Dec. in l. cum am
11 plius. §. is natura debet. ff. de reg. iur. † omnis.n. creatura
naturali quodã instinctu mouetur ad benefaciendũ ei q illi
bene fecit, vt per glo. & doc. in d. §. consuluit, & tradunt etiã
doc. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. Hæc tamé obligatio ad
benefaciendum benefacienti, & sic ad remunerandum, nec
actioné producit, sicut nec alia quæuis sola naturalis, nec ẽt
habet effectũ retentionis, si iuris vel facti errore quid trada-
tur, & in hoc differt ab illa naturali, q̃ oritur ex conuétione,
prout hæc plenè traduntur per Bar. & alios in d. l. ex hoc iu
re. non.n. dicitur redacta ad præcepta iuris ciuilis, nec certæ
rei, vel facti prestationem respicit, vt ibi per doc. Et vlterius
ẽt fateor in facto, ꝙ summus Pontifex ad concedendum d.
castrum Maluetijs inter alias rónes ẽt animo remunerandi
motus fuit, vt in d. concessione exprimitur, licet ad id nulla
12 iuris necessitate compelli posset. † Et propterea facile tene-
ri posset, ꝙ prędicta concessio potest dici simplex donatio, li
cet remuneratoria, cum ex sola ipsius Papæ libera voluntate
processerit nullo iure cogente, iuxta l. donari. ff. de reg. iu. &
l. donari. ff. de don. & cósequenter posset dici, ꝙ d. concessio
fuerit mera gratia, & dicatur liberalitatem, & donatio. cóti-
nere, prout vidatur firmare Dec. in d. l. donari. de reg. iu. post
plures, quos all. In hoc tamen non insisto, neque facio funda-
13 mentũ; † quia magis communiter tenetur, quòd immo an
tidotalis donatio, siue remuneratoria non sit mera donatio,
vel mera liberalitas, prout videtur text. in l. Aquilius Regu-
lus. ibi, non meram donatio. &c. & ibi gl. & alij ita tenent. ff.
de don. qđ ẽt voluit Abb. in rub. extra de don. prout eum re-
fert, & sequi videtur Ale. in apostil. ad Bar. in l. 1. ff. de dona.
idem etiam voluit patruus, & do. meus Soc. in cons. ccxcv. in
causa contra filios. in 2. difficultate. 2. vol. & Ias. post alios per
14 eum allegatos in d. l. ex hoc iure. † Et hinc videtur sequi,
ꝙ cũ sit gratia remuneratoria, seu priuilegium remunerato-
rium non fuisset reuocabile ex causa ingratitudinis, prout
post Areti. tradit Fely. in c. nouit. col. 11. ver. limita tertiò. ex
tra de iudi. Sed esto ꝙ non fuerit mera gratia, & liberalitas
cum fuerit facta ẽt intuitu recepti beneficij illius liberatio-
nis sedis Apostolicæ, quam prædicti nobiles de Maluetijs ꝑ
prius fecerant, vt dictum est. Non tamé puto ꝙ trãsiuerit in
contractum, vt in côtrarium arguebatur, ita vt Papa ex ea ue
luti contractu fuerit obligatus. dicetur ergo talis concessio,
& vnio in ea contenta remuneratoria, accedens magis ad gra
tiam & liberalitatem, quàm ad onerosum contractum: cum
pro vero à libera voluntate summi Pontificis nulli necessita-
ti subiecta emanauerit, & nihil eo prætextu consequutus fue
rit. Maximè quia subditis facta fuit, iuxta elegantẽ doct. Bal.
ĩ l. quæ se patris, mihi col. 7. ver. hoc scias. C. vnde libe. tamet-
si videatur quidam quasi contractus quodammodo celebra-
tus inspecta dicta remuneratione, & hoc modo potest intelli
15 gi, qđ † in alio cósi. ad eius finé dicebã, attenta maximè doct.
Aret. & Fely. in d. c. nouit. de iudi. supra relata. † Dicemus
ergo, ꝙ in casu nostro licuit summo Pontifici castrum illud
nouiter Campegijs concedere eo modo, prout concessit cũ
translatione possessionis, & consequenter dominij, iuxta l.
empto. in prin. ibi quæ res &c. ff. de act. emp. & l. clauibus. ff.
de contrahen. em. ibi, quo facto &c. Et talis concessio, & do-
minij translatio debet valere, & conseruari non obstante pri
ma illa concessione & vnione in ea contenta, quæ Maluetijs

facta fuit, cum in eos dominium translatum non fuerit, &
ꝓ hoc stat regula d. l. quoties. C. de rei vend. secundùm ꝙ in
alijs consilijs per alios, & per me dictum, & declaratũ fuit.
Nec ob. ꝙ sumus in dispositione, & concessione principis;
ex qua solet transferri dominiũ sine traditione, & sic dica-
tur, ꝙ fuit per prius translatũ in Maluetios, prout in contra
16 rium arguebatur. † Qm̃ primò posset illud negari, prout in
puncto iuris asserit posse teneri Ias. in d. l. quoties. volens ꝙ
circa translationem dñij ita requiratur traditio in disposi-
tione principis sicut priuati, vt per eum, ꝙ tamé intelligeré
nisi de clara voluntate principis constaret in contrariũ, ꝙ
in casu isto nullibi apparet. Sed posito ꝙ sit vera opi. ĩ côtra-
rium allegata, prout multi tenent, quę saltem procedit, qñ
dispositio principis remanet gratia, vel priuilegium, prout
in casu isto videtur dicendum per prædicta, scdm quã etiã
in contrarium allegabatur. Respondet scdo loco, & per hoc
tollitur omnis difficultas, ꝙ prædicta opinio ꝓcedere pos-
set, quando concessio, vel gratia principis pura, & simplex
fuerit, & sic immediate quò ad principis intentionem sorti
ri debeat effectũ suum: túc.n. ut illud impleatur, ꝙ princeps
voluit, lex specialiter, & fauorabilior inducit translationem
dñij ẽt sine traditione contra reg. l. traditio, C. de pac. & d. l.
quoties, cum si. Sed quando ex inten. principis non debebat
statim sortiri effectum, sed pendebat ex euentu alicuius con
ditionis, non potest dici, ꝙ lex ab initio translationẽ domi-
nij inducat; quia id esset côtra ipsius principis intentioné,
sed illud posset côtingere postea impleta côditione, si aliud
17 non obstaret, † sicut in simili dr̃, ꝙ dominium rei legatæ sub
conditione ante impletam conditionem non transit in lega
tarium, licet aliàs pro regula transire soleat. l. a Titio. ff. de
fur. prout hæc traduntur ꝑ doc. in l. 1. ff. de le. 1. ubi post alios
plenè dixi, Quinimmo ẽt si traditio interuenisset pédéte cô
ditione, non posset dici dominium translatum; quia per cô-
ditionis pendẽtiam dispositio adhuc non dicebatur valida-
ta, seu perfecta. l. cedere diem. ff. de verb. sig. & l. hæc uendi-
tio. in prin. ff. de contrahen. emp. & c. super eo. & ibi tradũt
doc. de conditio. appo. cũ si. & aliàs traditio nuda, & sine cã
dominium non transfert. l. nunquam nuda. in prin. ff. de ac-
quir. rer. do. cũ itaque in casu nostro vnio prędicta, & conces
sio facta Maluetijs non fuisset pura, & simplex, nec statim ex
intentione Pontificis debeat sortiri effectum, sed pédebat ex
consensu Imolensium, sub cuius consensus conditione in ef
fectu uoluit Papa prędictam côcessionem, & vnionem in ea
côtentam sortiri effectum, vt in eius fine dicitur in uer. volu
mus ẽt &c. sequitur, ꝙ pendente prędicta conditione, & sic
antequam consensus prædictus interuenerit non potest dici
dominium in Maluetios aliquo modo translatum ex prin-
cipis priuilegiaria dispositione; quia illud esset contra inté-
tionem Papę. Meritò ergo infertur, ꝙ cum dominium adhuc
esset sedis Apostolicæ, & fuerit dictũ castrũ ex iusta & ratio-
nabili causa, puré, & simpliciter traditũ Cãpegijs, debet dici
in eos trãslatũ dominiũ ꝑ iura vulgaria, & supra dictũ fuit.
18 † Nec dicatur, ꝙ ex prima illa concessione facta Maluetijs
licet conditionali videatur resultare quædam ꝓhibitio alie
nationis saltem, vt facta alienatio eueniente conditione re-
scindatur, ar. l. fi. §. sin autẽ C. cõmu. de le. Qm̃ respôdetur,
quòd talis ꝓhibitio licet resultaret, de qua nũ disputo, cũ
esset inter viuos, & per viã conuentionis facta, non impedi-
ret translationem dñij, iuxta communem opi. doct. de qua ĩ
l. ea. l. C. de côdi. ob. cau. & in l. si ita quis. §. ea l. ff. de ver. ob.
& in l. filiusfamilias. §. qui. ff. de leg. 1. Concludo ergo domi-
niũ d. castri in Cãpegios fuisse translatum, & consequenter
ꝙ apud eos conseruari debet per regulam d. l. quoties. a cu-
ius l. fundamento iam est sublata prima responsio data supra
in allegatis in contrarium. Non ob. etiã illa secunda respon
sio fundata in scientia reueren. Cardinalis, cui facta fuit se-
19 cunda concessio d. castri. † Quoniam replicatur, ꝙ cũ simus
in his, quæ fiunt a summo Pontifice, & sic a supremo Princi-
pe, excluditur omnis dolus & fraus, ut signanter dixit Bal. in
l. rescripta. 2. co. uer. no. ergo hic aliqua de principis &c in-
quit.n. Bal. ibi inter multa singlaria in principe, quòd ubi est

Princeps

Princeps nõ potest cõmitti dolus, allegat l. probatorias. cum
ibi no. in gloss. sup uer. dolus. C. de diuer. offic. lib. 12. Non
potest ergo iu proposito dici, aut opponi de aliquo dolo uel
frande Reueren. Cardinalis recipientis, cũ ista in eo dican-
tur cessare præsentia & auctoritate summi Pontificis sic ope
rante, posito millies q asserta scientia Cardinalis probetur,
quod fortasse non cotinget. Et maximè hoc dicendũ est in ca
su nostro: cum summus Pontifex secuudam istã cõcessio. fe-
cerit motu proprio, & nõ ad petitionem, vel instantiam Car
dinalis. Dico. n. q Reueren. Cardinali nihil petẽti nõ potest
imputari dolus uel fraus; cũ d. cõcessio ex ꝓprio motu sum-
mi Pontificis emanauerit, & quidem ex iustissimis, & proba
bilibus causis, ut in d. cõcessione apertissimè legitur. Ad qđ
uidetur bonus tex. in c. si motu proprio. cum sua materia de
20 præben. lib. vj. † Et ibi i specie Gemi. iu ij. no. dicit, q si Papa
utitur clausula, motu proprio, non est quòd imputetur ei, in
quem cooferttur dispositio, seu dispositionis effectus: sicut ẽt
prædicta clausula, motu ꝓprio, excludit uitium subreptio-
nis: ut p doc. in d. c. si motu proprio, & tradit Corn. in consi.
cccxiij. Aliàs p me. iiij. col. iiij. vo. cũ multis cõcor. q ad hoc
allegari possent. Et sicut etiã d. clausula excludit retorsionẽ
iniqui iuris alicui cõcessa, iuxta l. 3. in prin. cum ibi traditis
per docto. ff. quod quisque iur. & idem est; quia tale ius obti
nenti ex proprio motu principis non est quid imputetur, in
quo possit se fundare, q tale ius velit retorquere. si igitur Re
uerẽ. Cardinali nihil imputari potest, sequitur, q dolus &
21 fraus eius minimè desiderari potest. † Secũdò etiam ad prę
dictam secundã responsiouem replicatur, & tollitur omnis
difficultas: quia dico, q cũ concessio reuerẽ. Cardinali Cam
pegio fuerit facta per summum Pontificem de d. castro tan-
quam de re sua, siue sedis Apostolicæ, sciẽtia, uel ignorantia
Cardinalis non debet attendi, eo. n. casu talis sciẽtia, uel igno
rantia recipientis, siue bona fides, uel mala fides eius non cu-
ratur, ut multũ notabiliter p illũ tex. dicit Bal. in l. omnes, in
pri. i ultimis uerbis. C. de quadrien. pręscrip. dum glos. ibi
reprobat, quæ illum tex. intelligere tentabat i accipiẽte igno
rante, & uerè dictum Bal. qui contradictorem nõ habet, pro-
batur i d. l. omnes. & etiam in l. seqnẽ. dum generaliter, & am
plissimis uerbis dicunt, nullum ius, nullam ve actionẽ dari,
aut exerceri posse contra eũ, i quem princeps alienauit, ẽt si
id fecisset ex titulo lucratiuo: cũ. n. illa iura sic generaliter
loquantur, nec distinguant iter scientem & ignorãtem. ita &
nos gñaliter, & indistinctè debemus itelligere. l. iij. in fi. ff.
de offi. pręsi. & l. item apud. §. generaliter. ff. de iniu. cũ vulg.
Et ex his remanet sublatum primũ fundamentum supra
factum contra conclusionem iu alio consilio firmatã. Qua-
tenus. n. in eo dicebatur, Papã non potuisse contra primam
cõcessio. factam Maluetijs venire, alteri d. castrum conceden
do. Dicimus, q illud posset forte procedere, si eis fuisset ple
nè ius quęsitum, & concessio fuisset pura, & ab initio plenè
valida, vt etiam infra dicam, uel quando prius non fuisset tra
dita possessio Campegijs, qua mediante ẽt dominium fuit in
eos translatum per supra dicta, quæ cessant in casu isto: quia
concessio Maluetijs facta non fuit pura, nec plenè valida, &
Campegijs fuit dominium d. castri acquisitum, ut supra di-
ctum fuit. Meritò ergo debet eis conseruari. Nec dicatur, q
Papa non debuit posse venire contra factũ suum: quoniã ad
hoc plenè fuit responsum in alio consilio, ad quod me refe-
ro. Non obst. modò secundum principale fuudamentum de
ductum supra iu contrariũ: quoniam respõdetur, q imo fun
damentum, quod aliàs fecimus de d. c. si pro te. de rescrip. li.
6. cum ibi traditis per Gemi. & alios optimè probat conclu
sionem aliàs firmatam; nam sicut ibi secunda prouisio facta
pendente conditione primę, i. antequam capitula, de quo ibi
consensus interuenerit, qui in prima prouisione ꝓ cõditio-
ne requirebatur, debet omnino præferri primę prouisioni,
ẽt q ex post pdictus assensus intercesserit, ita ẽt i casu nostro
secunda concessio castri Duciæ facta Campegijs præsertim
cum translatione possessionis, & dominij debet pręferri pri
mæ concessioni factæ Maluetijs, cũ tempore secundę cõces
sionis prędictę consensus Imolensium in prima concessione
pro conditione requisitus nõ fuisset pstitus, posito millies,
q postea præstitus fuerit, de quo tamen põt probabiliter du
bitari, & dici saltem, q non fuerit legitimè pstitus, vt in alio
22 consilio dictum fuit. † Nec tunc ob. q sumus in concessione
certi castri, & sic rescriptum Põtificis esset ad certũ corpus,
propter quod vr in terminis obstare decisio Gem. in d. cons.
107. supra iu contrarium allegata. Quoniam responderi po
test primò, q illa decisio non transit sine difficultate, cũ con
tra eam tenuerit Cardinalis in cle. unica. in 9. q. de conces.
pręben. ut ipsemet Gemi. refert. Et maximè, quia uidetur ea
dem ratio, de qua in d. c. si pro te, vt dicebat Cardinalis vbi
supra. Et licet in vi cõprehensiua, quando rescriptum non
est specifice ad certum corpus, videatur plura comprehẽdi,
vt Gem. dicebat; tamen negari non põt, quin solum vnũ cõ-
prehendatur quantum ad animi destinationem, & quò ad ef
23 fectum, † qui effectus cũ animi destinatione vr habendus
in consideratione. l. 3. C. de inst. & subst. & ibi tradunt doct.
in c. nuper. vbi etiam doct. tradunt de biga. & ita per d. c. nu
per, inquit Spe. in ti. de calũ. in fi. & tradit Dec. allegãdo con
24 cor. in l. si pascenda. col. 1. in fi. C. de pac. † Vel secundò posi
to, q decisio Gem. in casu suo possit ꝓcedere. Dico, q de ea
ad casum nostrum non debet argui; quia sunt casus valde di
uersi, & diuersa ratione sunt terminandi. ex diuersis. n. vt vul
gò dicitur, nõ bene infertur. l. si. ff. de cal. cum si. Et diuersi-
tas ostenditur, nam Gem. loquitur, quando Papa, dũ fecit se
cundã concessionẽ, erat immemor primę, & si memor fuisset
secundam non fecisset saltem pręsumptiuè, adeo q in secun-
da non dr adesse certus consensus Papę propter dictam præ
sumptionem, & in his terminis loquitur tex. in c ex parte.
el j. de offi. deleg. in quo Gem. se fundat secundùm illum tex.
25 debet intelligi eius decisio: † cum dictum doctor. secun-
dùm iura per eum allegata debeat intelligi, iuxta vulgarem
illam doct. Bar. in l. non solũ. §. si liberationis verba. ff. de lib.
lega. tradit Ias. in l. 1. col. 12. ff. de leg. 1. & Dec. in c. 1. in 2. le
ctu. de constit. & fuit dictum Io. And. in c. cum nuncius. de
testi. Sed in casu nostro summus Pontifex tempore secundæ
concessionis erat optimè memor primæ factæ Maluetijs,
vt mihi in facto pręsupponitur. ergo apparet in casu nostro
cessare rationem d. c. ex parte, & consequenter etiam ratio-
nem decisionis Gem. igitur argumentum de ea totaliter ces
sat per locum a cessante ratione. l. adigere. §. quamuis. ff. de iu-
re patro. & c. cum cessante. de appel. cum si. Cum enim in ca
su nostro Papa sciret se aliàs concessisse dictum castrũ Mal-
uetiis, & talis concessionis memor esset, & tamen voluerit il
lud concedere Reueren. Cardi. Campegio, & quidem motu
proprio, ex certa scientia, & de plenitudine suæ potestatis, se
quitur, quòd necessariò dr recessisse ab illa cõcessione prima
facta Maluetijs. Maximè attenta generali & amplissima clau
sula, non obstantibus &c. & cũ derogatione pręcedentium,
& obstantium esprimendo, quòd vult tenores eorũ haberi
pro sufficienter expressis. Hæc enim omnia nõ minus operã
tur, quàm si fuisset expressè dictum, nõ obstante alia conces
sione eiusdem castri iam per annũ facta Maluetijs, vt in alio
consilio diximus. Et potuit summus Pontifex ita facere, cũ
gratia prius facta Maluetiis non fuisset sortita aliquem effe-
ctum, propter pendentiam conditionis eius, immo quasi inu
tilis esset constituta ex defectu suæ conditionis, quia. s. Imo-
lenses, a quorum consensu talis gratia pendebat, iã dissense-
rat, unde summus Pontifex vti de omnibus plenè infurma-
tus, videns primam illam gratiam, seu concessionem nõ sor-
titi effectum, & quidem ex defectu eius, qđ ipse in ea requi-
ri voluit, habens illam pro non facta, uoluit ab ea omnino re
cedere, & sic castrum illud Campegijs concedere, prout in
alio consilio declarauimus. Nec quicquam ob. quòd postea
Imolenses dicantur consensisse, & sic conditio concessionis
facta Maluetijs dicatur ex tali consensu impleta, & debeat re
trotrahi, ut in contrarium arguebatur. Quoniam responde
ri ad hoc potest tribus modis, ut in alio consilio dixi, iõ non
26 repeto. † Nec prędictis obst. quicquam doc. Abb. & Fely.
in d. c. capitulum sanctæ crucis. in contrarium allegata; quo
niam respondetur, quòd illa ꝓcedit, quãdo literę Papę erant
impe-

impetratæ ad idem corpus beneficij purè, ita q prima cõ-
cessio ex intentione Pontificis statim poterat sortiri effectũ
& executioni mandari, quod nõ est in casu nostro; quia (vt
sæpe dictũ est) concessio facta nobilibus de Maluetijs non
fuit pura, sed conditionalis, & ex intentione Pontificis nõ
poterat immediate sortiri effectũ, sed pẽdebat ex consensu
Imolẽsiũ, quẽ sũmus Pontifex voluit interuenire, & eo de-
ficiente, noluit talem concessionem habere effectum; & cũ
postea Imolenses nõ cõsensissent, Pontifex memor talis cõ-
cessionis vti adhuc inualidę eam pro valida habẽs, & inten
dẽs aliter de d. castro disponere ex certa sciẽtia, & motu ꝓ
prio purè, & simpliciter dedit Campegijs ex causa onerosa
in eos possessionẽ, & dominium transferẽdo, propter qđ
omnino concludendũ est, eos in sua pacifica possessione, &
27 veluti veros dominos conseruandos. † Nec potest dici cõ
tra secundam istam concessionẽ, q fuerit aliquo mõ subre
ptitia, cum fuerit proprio motu Põtificis facta, ex quo om
nis subreptio tollitur. c. si motu proprio. de præben. lib. 6.
cum traditis ibi per doctores, & supra fuit dictum. Posset
etiam dici, q doctrina præallegata ex alio in casu nostro nõ
debet quicquã obstare; quia posset procedere, si alia nõ ob-
5 starent, quando ageretur, quis ex duobus debeat admitti, cũ
nemo reperiatur admissus, sed vterque se admitti contẽdit:
at in casu isto iam Reuerẽdiss. Cardinalis Cãpegius fuit ad
d. castrum admissus, & cum possessione fuit in eum tran-
slatũ dominiũ, & vtrũque p multos annos retinuit, & dece
dẽs in illustrẽ dominiũ Rodulphũ filiũ trãsmisit, qui si-
militer vsq; nunc vti uerus dominus dr̃ fuisse in pacifica
possessione d. castri, & ratio diuersitatis sumitur ex prædi-
cta l. quoties. cum sui ratione. C. de rei uendica. ex l. qui ti
bi. C. de hæredi. vel actio. vendi. & l. siue autem. § si duob.
ff. de publicia. Facit. c. si a sede. de præbend. lib. 6. & c. in pa-
ri. de reg. iur. eo. lib. cum si. Non obst. modò consiliũ Decij
689. in cõtrariũ allegato, quod (vt dixi) uidetur specialiter
factum in isto casu ad instantiam istorum nobiliũ de Mal-
uetijs. Quoniam responderi potest, primò q eius auctori-
tati stari non debet contra iura & rationes, de quib. supra.
Et licet ipse fuerit vir supremus: tamen eius auctoritati, &
doctrinæ obijci potest, ut aiunt, q bonus quandoq; dormi
tat Homerus. Vel secundò si quis auctoritati eius deferen
dũ puter, respondetur, q rectè intuenti, non facit ad casum
nostrum, & licet, ut dixi, credam, q super isto casu cõsulue
rit, tamen non fuit de contingentia facti bene informatus.
28 † Et cum ex facto ius oriatur. l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad
l. aquil. cum si. & tradit Bar. in l. j. in 2. q. C. de lit. cõtest. de
cisio super facto sibi proposito facta non debet trahi ad ca
sum nostrum, in quo in aliquib. & quidem substantialibus
factum aliter se habet, quàm præsupponat Deci. in d. cons.
Et in primis diuersitas est in eo, quia Deci. præsupponit, q
prima cõcessio facta nobilibus fuit ex causa onerosa, & q
in ea interuenit pecunia ex parte illorũ nobiliũ, quã Deci. ui
detur interpretari datã pro precio castri illis nobilib con-
cessi, & sic intendit fuisse celebratum contractum uenditio
nis. Et in eo præcipuè se fundat Deci. q certè in casu nr̃o
nõ interuenit, vt ex supra deductis constat. Scđo diuersitas
est, in eo, q Deci præsupponit, summum Pontificem tem-
pore secundæ concessionis fuisse immemorem primæ, &
sic ignorasse se illam primam fecisse, & in eo maximè ẽt
Deci. se fundat, q tamen omnino est falsum; quia immo ip
se Pontifex nedum poterat præsumi memor primæ cõces-
sionis, vt dixi in alio consilio meo, sed ẽt ꝓbatũ est, & ita
mihi in facto p̃supponitur, q illius concessionis optimam
habebat memoriã, vt supra ẽt dixi in eo faciẽdo non leue
fundamentum. Et ex hoc oritur tertia diuersitas, nã Deci.
in prędicta ignorantia se fundãdo dicit, q Papa noluit pri-
mę concessioni, quã ignorabat se fecisse, prędicare: nos
verò per contrariũ dicimus, q immo attenta scientia eius,
& optima memoria illius primæ concessionis faciendæ,
secundam uoluit omnino a prima recedere, velut nondum
validata, & eam habere pro nũ facta, attenta maximè ampli
tudine clausulę, nõ obstantibus &c. secundũ q supra & in
alio consilio dictum fuit. Item & quartò est diuersitas, q
Deci. vr̃ p̃supponere concessionem primã purã fuisse, uel
saltem purificatam, antequã secunda fieret per interuentũ
consensus ciuitatis a Pontifice requisiti, vt ipse in suo con
silio ad finem inquit in ver. accedit, q in prima &c. & ante
dictum uer. semper loquitur de prima concessione, tãquã
de purè, & simpliciter facta, & q ita ipse prę supponat, &
sic q concessio secunda fuerit facta non prę cedente aliqua
conditione primę, sed prima ab initio purè facta com con-
sensu illius ciuitatis, vel saltem per dictum consensum pu-
rificata constare potest; quia si aliter intellexisset, cum esset
excel. cano. certè vidisset suę decis. obstare d. c. si pro te. de
rescri. li. 6. & ei conatus fuisset r̃ndere, sicut nixus fuit re-
spondere d. l. quoties. C. de rei vẽdi. Vel (vt magis credo) si
in hoc, & alijs, de quibus supra, habuisset veram facti infor
mationem, non ita consuluisset. Sed quicquid sit de eius
intẽtione, cũ in hoc nos prę supponamus, q secunda conces
sio fuit facta, antequam Imolẽses consẽsissent, quinimmo
post quã iã requisiti dissenserant, ostenditur etiã ĩ hoc ma-
gna diuersitas facti. Et quia ista & in alijs p̃dictis diuersita-
tibus facti consistit totum fundamentum nostrum, vt ex p̃-
dictis, & ex dictis in alio consilio euidenter apparet, sequi
tur q decisio Decij nostrę conclusioni nihil ob. cũ (vt dixi
29 supra) ex uersis nõ bene arguatur. † Nec ob. q nõ interuene
rit in ista secũda cõcessione facta Cãpegijs cõsensus po-
puli. d. castri Ducię quo populo inuito non vr̃, q Papa pote
rit d. castrũ nouo dñ̃o subijcere, vt voluit Hosti & sequun-
tur alij ĩ c. dilecti. de ma. & obe. cũ alijs all. p Deci. in fi. di
cti consi. in hoc faciente non leue fundamentum, qui idem
dixit in c. j. 3. co. ver. retenta conclusione. extra de proba. &
tradit Ias. ĩ l. debitorũ. post medi. C. de pact. Qm̃ responde-
tur primò, quòd p̃dicta, vbi vera sint, procedũt, nisi ea con-
suetudine cõtrarium seruetur, vt dixit Ab. in c. auditis. col.
v. ver. ĩ secularib. verò. de p̃scri. refert, & sequitur Fely. in d.
c. dilecti. 3. co. ĩ pri. sed (vt audio) summus Pontifex solitus
30 ẽst sic facere, ergo &c. † Vel secundò respondetur, ubi talis
consuetudo non adesset, quòd prędicta procedunt, quando
populus ab initio cõtradixit, sed si passus fuerit nouũ dñ̃ũ
prę sumitur cõsẽtire, & postea reclamare nõ põt, prout ex
multis p eũ deductis firmat And. Barb. ĩ cõs. 11. Illud allerã
in mediũ. 3. col. 2. vol. Sed in casu isto homines d. castri ab
initio nõ cõtradixerũt, immo iã per plures annos, ęquo, &
libenti animo passi sunt in dñ̃m primò reuer. Card. Cam-
pegiũ, & eo defuncto illustrem D. Rodulphũ eius filiũ. er-
go &c. Quinimmo dico, q (vt mihi narratur) nec hodie cõ
tradicũt, sed ei libenter obediũt, ex quo ponitur ad obiectũ
tertia r̃nsio, quia argm̃ cõtrariũ procedit, qñ de cõditione
populi cõstaret, q nũ datur in casu nr̃o. Nõ ob demũ deci-
sio Ias. in d. cõs. 27. in cõtrariũ allegato. Qm̃ ipse loquitur,
qñ ex prima cõcessione, & donatione fuerat etiam facta tra
ditio rei donatę, & licet inter alia in j. fundamento dicat,
quòd etiam si nõ fuisset tradita, idem esset, quia per dona-
tionem a Principe factam transfertur dñ̃ũ sine traditio
ne, & ppea ẽt dicit, q nõ obstat, si ex secunda concessione
res fuisset tradita, vt p eũ, qui alle. Rom. in cõs. ccxcviij. Qđ
ẽt supra in cõtrariũ allegaui. Tñ̃ nihil ob. conclusioni no-
strę; quia loquitur in casu, quo prima donatio fuerat purè,
& simpliciter facta, ita q pẽdẽtiã aliquam nõ habebat pro-
ut ẽt loquitur Ro. in d. cõs. ccxcviij. At in casu nr̃o prima
concessio, vel erat nulla ex defectu conditionis, uel saltẽ pẽ
debat a cõditione in ea requisita, & interim fuit facta con
cessio castri, de quo agitur Campegijs cũ translatione pos-
sessionis, & dominij, merito dicũtur habere potiora iura.
Et ex prędictis rectè intuenti apparebit responsio ad doc.
Bar. in l. fi. C. de loca. prædi. ciui. li. xj. cum concor. supra in
cõtrariũ all. aut. n. allegata ĩ cõtrariũ loquũtur, qñ ex prima
donatione facta erat traditio, vel saltẽ erat purè facta, pp
qđ ex Principis priuilegio trãsfertur dñ̃ũ sine traditione.
Aut saltẽ neutri erat facta traditio, vt ex eorũ lectura cogno
sci poterit. At in casu nr̃o prima cõcessio erat cõditionalis,
& ea pẽdente vel forsã iam deserta fuit facta secũda conces-

ſo cũ traditione rei,& ſic cũ translatione dominij, meritò ergo debet pręferri, vt ex predictis couſtat. Laus Deo.

Mar.Soc.iunior Iuriſcon.ſen.Patricius, Paduę.

A D D I T I O.

In hac eadẽ cauſa contra conſuluit Deci. conſil.689.vt per ipſum Soc. poſt num.9.& ante nu.21.

C A S V S.

Reueren.D. Zutpheldus Vuamdenbeng nobilis Germanus in ſuo teſtamento Romę condito inter cętera dominũ Gaſparem Hoper nepotem ex ſorore primò iuſtituit hęredẽ in certis rebus,& deinde eum vnà cum tribus alijs hæredes uniuerſales inſtituit,uidelicet Ioachin fratrem, Margaritã, & Catherinam ſorores eius,& d.D. Gaſparem filium pręd. ctę Catherinę.

Et diſpoſuit etiam, ut per pręd.ctos hęredes vniuerſales ſatisfieret omnibus eius creditoribus. Et iuter cętera ſic in teſtamento legitur. Item aſſeruit d.dominus teſtato r,ꝙ uenerabilis vir D. Dauid prępoſitus Colbergẽſis debet habere ab eo ſummam 600. ducatorum auri de camera pro antiquis cauſis officij notariatus cauſarum ſacri palatij apoſtolici, quod D.Gaſpar Hoper eius natos poſſidet.

Ideo caſu quo ſumma prędicta 600.ducatorum ſoluta uõ eſſet d.domino Dauid uoluit & mandauit,ꝙ eidem per ſuos hæredes ſoluatur: quia dixit ſ: nou auiſatũ de ſolutione, uel non ſolutioue dictæ ſummæ &c.

Et illud erat: quia d.ſumma erat ſoluenda in partibus Germanię,& teſtator,quid eſſet actum,ignorabat.

Poſt mortem teſtatoris frater eius, & ſorores tanquã proximiores ab inteſtato dicũt ſe adiuiſſe hęreditatem,teſtamentumq; pręfatum fuiſſe & eſſe falſum, uel ſaltem inualidum, quia in eo non fuit ſeruata forma iu patria dicti teſtatoris requiſita ex furma iuris municipalis.

Et vbi teſtamẽtum valeat,dicunt,ꝙ prędictus Gaſpar nepos teuetur cohæredibus pro rata reſtituere pecunias per d. teſtatorem erogatas pro illo officio notariatus empto per ipſum teſtatorem ad commodum,& in perſonam domini Gaſparis uepotis.

Gaſpar verò omnibus contradicit.

Quare de quibuſdam contingit dubitari.

Primò, vtrum pręfatum teſtamentum de iure ſubſiſtat.

Secũdò, vtrum aditio facta per prędictos fratrem & ſorores teſtatoris ab inteſtato fieri potuerit,ita ut valeat iu pręiudicium Gaſparis nepotis.

Tertiò, vtrum dictus Gaſpar teueatur cohęredibus ad precium ſui officij pro eorum rata hęreditaria.

S V M M AE.

Falſitas allegata probari debet, aliàs nou præſumitur: quia inſtrumento ſtandum eſt.

Locus teſtamenti conditi attendi debet circa ſolennitatẽ teſtamenti.

Hæreditas ab inteſtato quaudo dicatur delata, & eo iure adiri poſſit.

De expenſis factis in officio curiæ Romauæ per auunculũ pro nepote ex ſorore vtrum iuri per eũ hæredibus auunculę reſtituendæ,an verò in eis pręſumatur donatio.

1 *Aſſerens aliquid agendo uel accuſando, illud probare debet.*

2 *Inſtrumentum quòd ſit uerum, præſumitur.*

Notarium falſum commiſiſſe non præſumitur.

Et falſitas non præſumitur.

3 *Statuta præter ius commune clericos non ligant.*

Statutum laicorum requirens certam ſolennitatem, clericos non ligat.

4 *Solennitas loci in quo conduntur teſtamenta eſt ſeruanda.*

5 *Cauſa inteſtati ceſſat quamdiu eſt locus cauſæ teſtati.*

6 *Aditione teſtamentum confirmatur.*

7 *[illegible] hæreditatem adire non poteſt.*

Et an liceat repudiare ex teſtamento,ut adeatur ab inteſtato.

8 *Aditio ab inteſtato eſt nullius momenti ſi teſtamentũ ignoretur.*

9 *Commodum ſentiens de re aliqua, debet etiam pati expenſas, uide infra nu.23.*

10 *Caſus omiſſus in iuris diſpoſitione remanet.*

11 *Debitor ſi ſuccedit debitori debitum per aditionem pro ſua rata confunditur.*

Aditio an uim ſolutionis habeat.

Creditor pro parte ſuccedens debitori, à cohæredibus pro eorum rata petit.

12 *Emens aliquid præſumitur de ſuis pecunijs emere.*

13 *Emere nomine proprio & non alieno quis præſumitur.*

14 *Non probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe.*

15 *Auunculus ſi quid emit pro nepote, præſumitur illud feciſſe animo donandi.*

16 *Pater emens nomine filia, an uideatur emiſſe animo donandi.*

17 *Res empta nomine filij, ſi ei emancipato tradatur, dicitur ei donata.*

18 *Coniunctus emens pro coniuncto aliquid ſi eum in ſuis rationib. debitorem conſtituat non uidetur habere animum donandi, ſed repetendi.*

19 *Mulier ſoluens pro coniuncto præſumitur ſoluere animo donandi.*

20 *Donatio præſumitur ob diuitias, nobilitatem, & magnam amicitiam*

21 *Ius idem reddi debet ubi ratio diuerſitatis reddi non poteſt.*

22 *Præcedentia per ſequentia declarantur.*

CONSILIVM XCV.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iuſtitiæ.



RÆ SENS conſultatio pro maiori parte clariſſimam habet reſolutionẽ abſq; aliqua probabili dubitatioue,& ideo breuis ero,& cõcluſiuè loquar vbi dubitatio fieri non debet. Capiendo ergo primam dubitationem dum quæritur, au teſtamentum reuerend. domi. Zutpheldi de iure valeat, arbitror indubitanter prædictum teſtamentum de iure ſubſiſtere,cũ videã illud ſolenniter factum corã ſeptem teſtibus,& de eo reperiatur inſtrumeutum publicum mauu publici, & auctentici notarij. Nõ ob. quòd ex aduerſo allegatur, illud eſſe falſum; quia nou ſufficit ſic allegare, ſed oportet probare, alioquiu faciliimum cuique eſſet omuia teſtamenta falſa redarguere, cũ facile eſſet ita dicere, quod tamen falſiſſimum eſt, vt omuibus eſt no-

1 tũ. † Qui enim aliquid aſſerit agendo vel accuſando debet illud probare. l.q accuſare. C.de eden.& ad hoc facit totus ti tu.de prob. maximè l. actor. cum ſua materia. C. & l.2.& l.verius.ff.eo.cum ſi. Et ſuper hoc non eſt inſiſtendum; quia nulla eſt difficultas, niſi allegata falſitas legitimè oſtendatur.

2 † Etenim pro inſtrumento,& quòd ſit verum pręſumitur. l.cum precibus. vbi Bald.Saly.& alij.C.de probatio.& per illum textum inquit patruus & dom.meus Soc.in conſ.ccxiij. Cum in præſenti.4.col.uerſic.ſecunda concluſio. vbi plures allegat,& tradunt Alex.& Iaſ.in l.iuriſgentium.§.quod ferè. ff.de pact. & non eſt præſumendum prædictum notariũ,qui ſemper fuit maximę fidei, falſitatem commiſiſſe, argumento.l. meritò. ff.pro ſoc. Et iu ſpecie quòd falſitas uõ pręſumatur docet Bal.iu d.§.quod ferè. Alexan. conſi.lxx.viſo proceſſu.2.col. verſi.accedit quia.1.vol.cũ multis concor. vt per Hippol.de Marſi.in conſil.21. Vocem meam exaudi.2.colu. Nec ob. quòd in prędicto teſtamento non fuerit ſeruata forma,& ſolennitas requiſita per ius municipale in patria dicti teſtatoris; quia ſatis eſt ſeruatam fuiſſe ſolennitatẽ iure communi requiſitam, vel iu vrbe Romana, vbi teſtamentum cõ-

3 ditũ fuit,tũ quia Reueren. teſtator erat clericus, † & aliàs ſtatuta pręter ius commune nõ ligant clericos, iuxta c. quæ in eccleſiarum.& c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſtitutionib. & quę ibi doct. tradunt, & iu ſpecie, quòd ſtatutum laicorũ requirens in actu certam ſolẽnitatem non ligat eccleſias, neque clericos, ſiue perſonas eccleſiaſticas firmat Fulgo. in conſil. cv. quædam domina Lucia, colum. fina. verſicul. ſupereſt videre.

videre: tum etiam & secundò posito quòd clericos ligarent
quia non procedit tale statutum respectu testamentorum ali-
4 bi conditorum, † quia in testamentis illa solennitas seruãda
est, quæ reperitur in loco, in quo conduntur, & non in patria
testatoris, secundùm Bar. communiter approbatum in l.ii.C.
quemadmodum testamen. aperian. cum cõcordantibus mul
tis, vt scribit Alex. in consi. 44. videretur prima facie. col. fi.
vers. postremò non obst. 5. vol. sed (vt dixi) testamentum fuit
conditum Romę cũ solennitate ibi sufficienti, ergo &c. De-
bet ita testamentum prædictum valere, & publico instrumẽ
to de eo confecto fides adhiberi, iuxta totũ titulom. ff. & C.
& extra, & in auct. de fide instru. Et quod dicitur in statu-
to patrię testatoris, qd publicis instrumentis in iudicio non
adhibeatur fides, procedit, & locũ habet respectu instrumen
torum ibidẽ cõfectorum, & inter personas subditas, in qui-
bus non interuenerunt solennitates per statutum requisitæ,
vti notissimum est, secũdùm quòd mihi asseritur, & istud co
mitatur ratio. Esset enim satis impium statutum si generali-
ter publicis instrumentis fidem denegaret. Cum ergo in pro
posito testamentum, & de eo confectum instrumentum pu-
blicum solennitatibus illis non indiguerit, vt dictum est, se
quitur, & de eo non loquitur statutum denegans fidem publi
cis instrumentis. Capio modò secundam dubitationem
qua quæritur, vtrum aditio hęreditatis facta per fratrẽ & so-
rorem testatoris tanquam proximiores ab intestato succedẽ-
tes de iure valeat in præiudiciũ domini Gasparis Hoper ne-
potis testatoris, qui vltra particulares quasdam institutiones
erat etiam institutus cum illis hæres vniuersalis. Et breuiter
respondendo arbitror, rem clarissimã esse, ꝙ ei in aliquo nõ
sit præiudicatũ, nã aut prędicti frater & soror sciebant cõdi
tum testamentum, aut ignorabant. Primo casu clarum est, ꝙ
5 ab intestato adire non potuerunt; † quia quandiu locus est
causæ testati cessat causa intestati. l. quandiu. la ij. ff. de acq.
hære. & l. antequam. C. commu. de succes. cum si. causę autẽ
testati iam erat factus locus; quia dominus Gaspar pro sua
6 rata hæreditatem ex testamẽto adierat, † ex cuius aditione te
stamẽtum iam fuit confirmatũ. l. si nemo. ff. de testa. tute. in-
stitu. de hære. quæ ab intesta. l. fi. in prin. & l. si legato. §. fi. de
manu. testamen. cum multis si. Aditio ergo, quã prædicti fe
cerunt ab intestato, fuit inutilis: cũ ab intestato eis non esset
delata hæreditas, & istud ipsi scirent. Et si dicatur, adiuimus
ab intestato reputantes testamentum falsum, aut aliàs inuali
dum. Respondetur, quòd in hoc errabant; cum testamentũ
7 omni iure subsistat, vt dictum est. † Et ita errantes adire non
potuerunt. l. nec is. in prin. iuncta. l. seq. ff. de acq. hære. maxi
mè ab intestato, cum eo modo eis nõ esset delata hæreditas,
vt dixi. Et si iterum dicant, repudiauimus ex testamento,
& ita potuimus ab intestato adire, iuxta. d. l. nec is. §. j. & ꝙ
talis repudiatio inducatur ex eo, quòd voluerunt ab intesta.
adire, ut l. illud. in fi. ff. de acq. hære. Respondetur, quòd si vo
lunt ex testamento repudiasse, nõ propterea potuerunt ab in
testato adire; quia cum iam ex testamento fuisset adita hære
ditas pro parte domini Gasparis, portiones per prędictos re
pudiatæ ad eum pertinerent iure accrescendi, iuxta l. 5. § his
ita. C. de caducis tol. & l. j. cum sua materia, quando non po-
ten. partes peten. accres. & hoc ne aliàs testator diceretur pro
parte testatus & pro parte intestatus decessisse, contra l. ius
nostrum. ff. de reg. iur. cum si. & iura in contrarium allegata
procedunt, quando quis esset solus institutus, vel si plures, si
omnes repudiarẽt ex testamento, verùm si vnus ex institutis
adeat per repudiationẽ aliorũ non aperitur via succedẽdi ab
8 intestato per prædicta. † Secundo verò casu si ignorabant te-
stamentum, eorum aditio ab intestato nullius momenti fuit
tum propter eorum ignorantiam, iuxta d. l. nec is. §. fi. de ac-
qui. hære. cum l. seq. tum etiam propter regulam d. l. quãdiu
la 2. eo. tit. etenim eorum ignorantia non tollit testamẽtum
aut causam testamenti; cum testamentum pleno iure valeat
vt dictum fuit. Remanet ergo firma & indubitata cõclusio
quòd domino Gaspari in nullo est præiudicatũ per illorum
aditionem ab intestato, quæ nullo modo validè fieri po-
tuit. Aggredior nunc tertiam & vltimam dubitationem,
in qua quęritur stante valido testamento vtrũ dominus Ga-
spar teneatur cohæredibus pro rata hæreditaria restituere
9 pretium officij sui, quod dicitur ei fuisse emptũ de pecunia
testatoris, & ideo videtur aliqualis dubitatio. † Nã prima fa
cie videretur dicendum, prædictum Gasparem teneri: nã cũ
ipse Gaspar. potiatur, & gaudeat d. officio, conuenit, vt onus
d. officij eundem respiciat, & ita teneatur ipse pati impensas
in tali officio factas, iuxta reg. c. qui sentit. extra de regu. iur.
lib. 6. & l. secundũ naturã. ff. eo. ti. facit. §. cum autem. in ver.
sed & si post emptionem. institu. de emp. & vendi. cum si. &
hoc eo maximè dicendum videtur: quia testator, qui pro do.
Gaspare pretium prædicti officij soluerat. Et ita prædictum
Gasparem sibi debitorem cõstituerat ex negocio vtiliter ge-
sto, iuxta l. Pomponius scribit, si negocium. ff. de neg. gest.
l. 1. iuncta glo. fi. C. si quis alteri vel sibi. in suo testamento ni
hil de tali pretio disposuit in fauorem do. Gasparis. Non. n.
10 illi tale pretium reliquit, nec ipsum ĩ eo pretio sibi debitorẽ
liberauit † propter quod videtur, quòd casus iste velut omis-
sus remaneat sub regula iuris communis, iuxta l. commodis
simè. ff. de lib. & posth. l. si extraneus. & ibi Bar. & cæteri doct.
11 ff. de condi. causa da. & l. si cum dotẽ. in prin. ff. sol. mat. † re
gula autem communis videtur, quòd quando debitor succe-
dit creditori, confunditur pro sua rata debitum per aditio-
nẽ, sed cohæredibus pro eorum rata tenetur de eo, quod de
bebat satisfacere, iur. l. Stichũ. §. aditio. & ibi tradita p Bar
to. ff. de sol. & l. si ei cui. §. si is qui. ff. de euic. Et melius faciũt
dicta Bar. in l. hæres à debitore. §. fi. ff. de fideiuss. & in l. si his
qui pro emptore. in 6. q. prin. ff. de usuca. dũ vult, ꝙ aditio
non habet vim solutionis, quãdo per illud hæres esset in lu-
cro; quia non conuenit alium damnificari, & prædicta re-
gula bene probatur in l. licet. C. ad l. fal. & in l. 1. C. de hære.
act. nam sicut ibi creditor pro parte succedens debitori à co
hæredibus pro eorũ rata petit, quod sibi defunctus debebat,
ita per contrarium dicendum est, si debitor creditori p par-
te succedat, vt modò dicebam, vnde cũ prædictus Gaspar de
bitor testatoris sit ei hæres pro parte, teneri debet cohæredi
bus pro eorum hæreditaria. Sed tamen his non obstan. di-
ligentius omnia considerans contrariam sententiã vti de iu
re veriorem amplector, & concludo, prędictũ Gasparem ea
de causa ad aliquid nõ teneri vltra suam ratam hæreditariã,
quam creditoribus persoluere debet, prout etiam ad id se pa
ratum offert. Et in primis negatur, quòd testator de sua pro-
pria pecunia tale officium emerit prædicto Gaspari, nec un-
quam poterit hoc probari; nam solùm reperitur, quòd sum-
mus Pontifex proprio motu concessit, & contulit prædicto
Gaspari officium prędictum, prout illud ia per annos 12. &
vltra pacificè tenuit, seu quasi possedit, nec constat, quòd ali-
12 quid p d. officio fuerit datum summo Pontifici. † Et si da-
tum, aut erogatum aliquid fuit, dici potest quòd ipse Gaspar
siue pater eius erogauerit, & ita (vt puto) est in dubio præ-
sumendum, & qui dicit, ꝙ alius pro eo erogauit, debet illud
pbare, vt recte intuenti probatur in l. ad probationem. la 1.
C. de proba dũ ibi in ver. nam res vendicantem, prę supponi
tur, ꝙ si in casu illo expediret fuisse rem emptam de pecunia
sic asserẽtis, deberet illud pbari quasi in dubio credatur em-
13 pta de propria pecunia emptoris. † Quemadmodum etiam
psumitur quis proprio nomine emere non alieno, argu. l. &
magis. ff. de solutionibus, ut egregiè firmat Fabia. de Mõte in
trac. de emp. & uend. in ult. q. prin. 1. col. uer. item ꝙ emens ĩ
dubio &c. Et si dicatur, quòd constat ex ipso testamento, ꝙ
testator uoluit pro d. Gaspare, uel eius offõ teneri ad 600. au-
reos do. Dauid, & ex eo arguatur, ꝙ etiam reliquum pretij à
testatore fuerit erogatũ. Respondetur & de plano, ꝙ tale ar-
gumentum nõ concludit: cum possint ista simul stare, ꝙ uo
luerit ad d. 600. aureos teneri, & non ad aliud, seu ꝙ aliud nõ
14 erogauerit, vt est notissimum, † & aliàs p regula dicitur, ꝙ
non probat hoc esse, quod ad hoc contingit abesse. l. ad proba
tionem. la 2. & l. neque natales. C. de prob. l. non hoc. C. un-
de legi. & cap. in presentia. de prob. cum si.
† Vel secundò posito millies, ꝙ vnquam constaret testa-
15 torem pro d. officio aliquid etiam supra illos 600. aureos

R erога-

erogauisse, adhuc dico, quòd prædictus Gaspar ad aliquid ex
de causa non tenetur; quia id totum dicitur testator auun-
culus eius fecisse animo donandi, & donatio vsq; ab initio
16 valuit. † Et pro hoc primò allego l. filiæ. C. fa. erc. vbi pater
emens nomine filiæ dicitur habuisse animum donandi filiç,
& ideo post mortem patris filia rem emptam præcipuam ha
bebit vt donatam, & licet donatio pp patriam potestatem ab
initio non valuerit, tamen confirmatur morte patris, si non
reuocauit, & in hoc concordant ibi omnes doct. Et si fuisset
filia illa emãcipata, valuisset donatio ab initio, vt ibi per Sal.
& alios. Sic igit' in casu nostro dici debet, q si auunculus ꝓ
domino Gaspare & eius nomine emit officiũ, de quo agitur,
dicitur voluisse ei donare, & cum non esset in eius potestate,
valuit donatio ab initio. Et licet in d. l. filiæ. sit controuersia
inter doc. vtrũ requirat', q res empta noĩe filiæ ei tradita sit.
Bar. n. & sequaces volunt, traditionẽ requiri. Sal. verò & alij
plerique id negant, vt ibi per eos. Tñ in proposito cessat illa
difficultas, ex quo ab initio officiũ, vt ita dicã traditũ fuit do
mino Gaspari, qui illud semper possedit, prout ẽt tẽpore te-
stamenti possidebat, vt ipsemet testatur in testamẽto fatetur,
& sic fm vtranq; opinionẽ in casu nostro fatendũ est, dona-
17 tionẽ interuenisse. Ad idẽ & secundò facit l. ij. C. si quis al-
teri vel sibi, vbi similiter ꝓbatur, q res empta nomine filij,
si ei emancipato tradatur, sua erit, & dicitur ei donata: quia
emancipatio remouit impedimẽtum patriç potestatis, & ita
no. ibi Sal. in casu aũt nostro debuit ab initio valere, cũ non
esset in potestate, & fuerit ita res tradita, vt d. Gaspar semper
fuerit in possessione, vel quasi d. officij. Et licet si essemus in-
ter penitus extraneos, res habere posset difficultatem per id,
quod tradit Bar. in l. quæ dotis. iij. col. ff. sol. ma. Tñ quia su-
mus inter coniunctos, vr, q prædicta procedant ratione con
iunctionis, eo præsertim: quia magna erat affectio testatoris
auunculi in d. Gasparẽ nepotem, non. n. secus, q̃ filius fuisset,
diligebat, vt ex multis ostẽdi põt, vt mihi asseritur, & per cõ
trarium non minor reuerentia, & obseruantia Gasparis in
auũculum erat, quàm si pater esset, prout similiter (vt audio)
ex multis constat. Et licet Bar. in d. l. quç dotis. loquatur de
coniunctis rõnẽ descendentiæ, tñ quidã tenent, illud etiã la-
tius, & ad id facit l. Procula. ff. de prob. Et licet ibi cõcurrãt
quædã alia vltra coniunctionẽ, tñ etiã in casu nostro etiã aliæ
18 concurrunt, vt dictum est. † Et pro ista opinione facit: quia
si auunculus ille non habuisset animum donãdi, sed repeten-
di, vtiq; verosimiliter in aliquo demõstrasset, puta ipsum Ga
sparem debitorem in suis rationibus cõstituendo, arg. l. Ne-
senius. ff. de neg. gest. quod certè non reperitur factum, meri
tò vr dicendum, q si quid erogauit, fecit animo donãdi tam
charo & obseruantissimo nepoti; nã pro eo soluendo pretiũ
d. officij ratione coniunctionis, & maximç affectionis dr id
19 animo donandi fecisse. † Sicut de muliere pro alio ibi con-
iuncto soluente, inquit Bal. in l. j. prope fi. ver. nunquid mu-
lier C. ad velle. Si enim illud est in muliere alioquin generis
auarissimi. l. sed si ego. in fi. iuncta gl. ff. e. ti. & gl. in d. l. j. for
tius dicendũ est in casu nostro in illo auunculo nobilissimo,
ditissimo, & liberalissimo fauore d. Gasparis nepotis, & val
20 de dilecti. † Et q etiam rõne diuitiarum, & nobilitatis, & si-
mul etiã rõne magnæ amicitiæ donatio præsumatur, firmat
idem Bal. & multum nota. in d. l. j. Sed quid vltra, vbi prædi
cta apud aliquem dubia viderentur, omnis dubitatio dr sub-
lata ex testamẽtaria dispositione prædicti auunculi, dum gra
uãt omnes hæredes, vt soluant illos 600. aureos, ad quos pro
causa d. officij dicebat se teneri: ex eo. n. arguitur, vel q nihil
aliud pro d. officio derogauerat, vel si quid erogauerat, quod
volebat esse ad onus totius hæreditatis, quemadmodũ etiam
21 & de illis. 600. disposuit, † nec potest reddi ratio diuersita-
tis, & ideo debet idẽ ius esse. l. a Titio. cum si. ff. de verb. obl.
Præterea si eius intentio fuisset q expensæ in d. officium fa-
ctæ pertinerent ad d. Gasparem, profecto non disposuisset
d. 600. aureos soluẽdos esse per omnes hæredes, sed simplici
ter reliquisset, q onera d. officij, siue expensæ eius respiciãt
ipsum Gasparem tali officio gaudentem, sed quia (vt dixi) in-
tendebat, si quid in illud erogasset, esse donatum domino
Gaspari, ideo disposuit, vt dictũ est. Ex qua dispositione ve-
lut subsequẽti declaratur, qualis fuerit intentio eius, si quid
per prius pro domino Gaspare in tale officium expenderat:
22 † cum præcedentia per sequentia declarẽtur. l. si seruus plu
rium. §. si. cum sim. ff. de lega. j. Et ex prædictis rectè conside
rantibus patebit clara responsio ad allegata in contrarium.
23 † Nam dum primò arguebatur de regula illa, fm naturã, cũ
similibus. Respondetur, illã procedere in dubio, in casu aũt
nostro apparet cõtrarium; quia testator dicitur prædicto Ga-
spari donasse, quicquid pro eo erogasset ex causa dicti offi-
cij, vt dictum est. Vel potest dici, quòd regulæ illi dicitur
satisfactum, vel quia præsumitur, quòd Gaspar de suo pro-
prio erogasset, vt primò loco dicebam, vel quia dicitur ei
pecunia expensa donata, & ita interpretatiuè, & breui manu,
argu. l. singul. ff. si certum peta. dicitur, illam & talẽ pecuniã
expendisse. Ad illud autem, quod secundo loco dicebatur,
respondetur, negando, q in aliquo Gaspar esset debitor testa
toris propter præsumptam donatio, iuxta superius dicta. Et
vbi ante testamentum res fuisset aliquo modo dubia, ex te-
stamẽtaria dispositione reddita est clarissima; vt scilicet te
stator noluerit d. Gasparem propter d. officiũ in aliquo esse
sibi debitorem. Et possumus dicere, q virtualiter casus iste
non fuit in testamento omissus, nam sicut declarauit onus
600. aureorum respicere omnes hæredes, ita necessariò in-
ferendum est, eum voluisse de reliquis expensis, si quas
pro d. Gaspare in dictum officium fecisset, secundum quod
deductum fuit. Laus Deo.

Socinus nepos Paduç legens in prima sede vespert. lect.

ADDITIO.

95 Ad hoc consi. se refert. infra consi. 8. post num. 22. volum. quarto.

SVMMAE.

De codicillis cuius loci solennitas in eis attendatur, & an insolennes valeant inter liberos.

1 *Solemnitas loci conditi actus attenditur.*
2 *Notarius tantam fidem facit in testamento, quantam presbyter parochianus, & infra nu. 3.*
3 *Notarius cum sit publica persona, legalis præsumitur.*
4 *Neptis dicitur esse de liberis.*
5 *L. hac consultissima. § ex imperfecto. an procedat in legato.*
6 *Et an procedat, etiam si pater inter filios inæqualiter disponat.*
7 *Hæres naturaliter obligatus soluere legatum, si soluit, non repetit.*

CONSILIVM XCVI.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitia.



N causa istorũ fratrum & filiorum domini Pet.
Burghesij licet multum egregiè, & abũde scri-
ptũ sit in fauorem Alphõsi, & Iulij contra Io.
Franciscũ, siue eius filiã per excel. Cõsultorem
& mihi vti fratrẽ hono. dominũ Lud. Burghe
sium, tñ mihi res multũ dubia vr, tũ quia codi-
cilli dicuntur posse sustineri, & dici validi, tũ quia, vbi secus
esset, videtur, q Iulius & Alphonsus sibi in hoc prçiudicaue
1 rint soluẽdo, aut se obligãdo, siue bona sua. † Et primum vr
probari: quia cum in solennitate attendatur locus conditi
actus, & sic in proposito ciuitas Romana attendi debeat, in
qua codicilli conditi fuerunt, videtur, q sufficiat disposuisse
fm ius cano. in eo loco seruandum; vt sic duo testes cum no
tario sufficiant: cum in ore duorum vel trium &c. vt. s. tantũ
faciat notarius, quantum faceret presbyter parochianus, iux
ta c. cum esses. de testa. & sicut quemadmodum, idest in tali
presbytero propter maximam eius fidem, & legalitatem quç
2 in eo præsumitur. Ita etiam procedat in notario, qui etiam
præsumitur magnæ legalitatis, & fidei, cum sit publica per-
sona, iusta glo. in versicul. tabularij, in d. §. si verò absunt.
in auctẽn. de hære. & fal. quam gl. multum not. Bald. in auc.
sed cum testator. iiii. colum. versicu. quarto, pone, q res. C. ad
l. fal.

l.fal.& videtur hoc aliqualiter sentire Barb. in d. c. cũ esset.
2.col.versi.nota casum, in quo &c. dum allegat glo.& Bald.
3 in locis prædictis,† videtur.n.ipse fidẽ notarij æquipatare fi
dei presbyteri, vt per eam. Preterea idem videtur in proposi-
to probari per text. in l.hac consultissima. §.ex imperfecto.
C.de testa.dum dicitur, valere inter liberos imperfectam pa-
tris voluntatem, posito ergo quòd isti codicilli possint dici
imperfecti; tamen videtur, quòd valeant maximè in tali lega-
4 to fauore do. Francis.neptis testatoris, † cũ & ipsa de liberis
sit.l.liberorum.ff.de ver.sig. Nec videntur obstare tres so-
lutiones datæ in consilio. Nam prima solutio potest negari
propter generalitatem d.§. ex imperfecto.maximè cum aga-
mus de particulari legato. & non de institutione. & Iaso.ibi
5 in 2.not.nihil dicit pro d.solutione. † Et si dicatur,quòd ta-
lis dispositio non procedit in legato, vt dicitur in 3. solutio
ne,potest similiter negari attenta eius generalitate; non.n.lo
quitur ille tex. magis de institutione,quàm de legato, sed sim
pliciter & generaliter de voluntate patris inter liberos. Nec
etiam videtur secuta secunda solutio, licet videatur magis ꝓ-
babilis ꝓpter auctoritatem quorundam, qui illam videntur
velle. Quoniam & illa negari potest eadem ratione, inspecta
scilicet generalitate d. §.ex imperfecto.& etiam quia si æqua
litas omnino esset attendenda, non esset opus, voluntatem pa-
tris considerare, & illam tueri: quia omnes æqualiter absque
tali voluntate vocarentur, facit auc.quod sina.quæ ibi sequi-
tur, dum loquitur de numero vnciarum,& de signis rerũ sin
6 gularium.† Nam ex d.verbis, si rectè ponderentur, potest in-
ferri, vt procedat dispositio, etiam si pater inter filios inęqua
liter disponat,& non aliter sentiunt doct. in d.§. ex imperfe
cto.& ita expresse dicit ibi Io.Maria Riminal.in x.colu.ver.
pręterea cum hodie.nam inquit quòd ratio illius tex.nõ fuit
illa,quia.s.filij omnino habituri essent hęreditatem patris ab
intestato, quoniam ex ea sequeretur, quòd non procederet il-
le text.si pater filios inęqualiter institueret contra dispositio-
nem.l.fina cum si. C. famil. er. quæ lex bene videtur proba-
re istam opi. vltra generalitatem d. §.ex imperfecto,& istam
opinionem post multos ab eo relatos tenet Rube. in consil.
6.viso & diligenter, nisi tamen esset magna & notabilis inæ-
qualitas, vt per eum. Secundùm verò dictum, de quo supra
videtur probari; quoniam (esto quòd codicilli prædicti tan-
quam insolennes non valerẽt) videtur, quòd prædicti Iulius.
& Alphonsus sibi pręiudicauerint, obligando se, vel bona eo-
rum, ac etiam soluendo, seu disponendo, quod pro solutione
7 videtur haberi. † Quoniam cũ voluntas patris codicillantis
sit clara in tali legato pro eius obseruatione dicuntur hære-
des naturaliter obligati, & obligatio talis ĩpedit soluti repe-
titionem, ac etiam requirit promissionis implementum, seu
executionem, iuxta l.fi. cum materia.C ad l.fal.cum simili.
& tradit Bart. & alij sequuntur.l.1. ff.de condi. indebi. Nec
videtur ob. quòd allegatur, talia facta fuisse per errorẽ facti,
vel iuris dubij, cum sint facta contemplatione illorum codi-
cillorum; quoniam videtur posse dici, quòd immo nullus fa-
cti error præsumitur, cũ ipsi de codicillis meminerint, & no-
titiam habere de illis asserere videantur. Nec video istum
errorem iuris dubij taliter, quòd debeat ęquiparari errori fa
cti in proposito nostro. Et fateor, quòd facta fuerunt omnia
prætextu codicillorũ, seu relicti facti in codicillis, prout rei
veritas est, sed dicam, quòd postquã ipsi nouerunt per d.co-
dicillos patris voluntatem, eam voluerunt implere simpli-
ter alio non considerato, quod eo maximè potest credi; quia
ad illud omnino in foro conscientiæ erant obligati. Ista sunt
quæ me dubium reddunt circa conclusionẽ excel. Consulto
ris,& maximè primũ fundamẽtum de d. §.ex imperfecto. Et
quãuis me nõ lateat, contra prędicta multa posse adduci, pre-
sertim contra vltimum fundamentum, ex quibus conclusio
Consultoris videretur defensata; tamen apud me talis cõclu-
sio nõ transiret sine aliquo scrupulo, & ꝓpter hanc causam
eo etiã addito, ꝙ omnes isti fratres sunt mihi pari cognatio-
ne cõiuncti, & à me pariter dilecti, placuit omnino abstine-
re à consulendo, vel subscribendo. Desiderarem.n.inter eos
litem hanc amicabiliter,& cõcorditer finiri,& non per punctum iuris, prout bonos fratres decet, & vt ita faciãt omnes rogo. Deum orando ut eis modum aperiat, cui soli sit laus & gloria.

Socinus nepos Paduę legens in prima sede vespert.lect.

C A S V S.

Ser Berardus Philippi de Berardis cũ esset matrimonio coniunctus suscepit filium ex quadam muliere soluta, nomine Philippum.

Quo adhuc existente in infantili ætate fuit facta de ipso legitimatio per collegium scriptorum archiuij Romanę curiæ,& fuit habilitatus ad succedendum, tam ex testamento, quàm ab intestato, tam ipsi ser Berardo patri eius, quàm alijs coniunctis. Cuius legitimationis copia transmittitur.

Et creditur, ꝙ talis legitimatio fuerit impetrata ad instantiam Ser Berardi patris,& eo sic procurante.

Cui legitimationi, antequam fieret, Io. Petrus frater ser Berardi & duę eius sorores consenserunt, constituendo procuratorem ad illam petendam, illi consentiendum, & illam approbandam,& ratificandam cum amplissimis clausulis,& obligationibus de non contraueniendo. Cuius instrumenti etiam copia transmittitur.

Et ita legitimatio prædicta postquam facta fuit per procuratorem prædictum, fuit ratificata nomine prædictorum fratris & sororum ser Berardi.

Qui procurator inter cætera dictis nominib. d. ser Berardo pro d.Philippo eius filio sic legitimato recipienti promisit, ipsi legitimationi non contrauenire,& ipsi Philippo, & suis hæredibus litem aut controuersiam non mouere de bonis hęreditarijs d.ser Berardi. Et similiter huius ratificationis,& promissionis copia transmittitur.

Et post d.legitimationem d. ser Berardus semper ipsum Philippum vti suum filium legitimatum tenuit, reputauit, & tractauit,& econtra ab eo pro patre legitimante,& in potestate ipsum habente tractabatur.

Et in suo ultimo testamento eundem filium suum Philippum vniuersalem hæredem instituit pleno iure, si & inquantum voluerit, uel capere potuerit eius hæreditatem.

Et casu quo dictus Philippus nollet, seu nõ posset esse hæres ipsius testatoris, tunc instituit Stanghelinum de Sancto Marino.

Et statim in testamento subditur. Et quia testator desiderabat eius hęreditatem deuenire in filios masculos d.Philippi eius filij si extarent, sin autem, in filias fœminas, ad quos voluit,& mandauit d.eius hæred. deuenire,& deuolui post primam institutionem,& ideo d.Philippo eius filio,& hæredi, & alijs hæredibus idem testator prohibuit, & vetuit alienationẽ,& venditionẽ, donationem,& cuiuscunque generis cõcessionem ad longum tempus in totum, vel in partẽ omniũ bonorum immobilium d.testatoris, & hoc quia, ut supra uoluit dicta eius bona omnia & singula permanere,& deuenire quàm primum fieri poterit, ad filios dicti Philippi,& eius testatoris posteros,& deinde in eius familia permanere &c. Vt hęc latius in dicto testamento legi possunt. Cuius etiam copia transmittitur.

Mortuo dicto ser Berardo Philippus, eius filius iã factus maior habens omnium prædictorum notitiam, vti verus, & legitimus hæres, patris bonis, & hęreditati eius se immiscuit, ea pacificè, & quietè tenuit, & possedit toto tempore suæ vitæ.

Qui tandem moriens sine liberis, eius hęredes in testamẽto instituit D.Camillam eius sororem vterinam,& D Petrũ eius fratrem amitinum cum onere, ut inuicem matrimoniũ contraherent, ut latius in testamento apparet. Cuius copia transmittitur.

Qui do.Petrus,& do.Camilla hæreditatem adiuerunt,& possessionẽ acceperunt bonorũ d.Philippi, seu ab eo possessorum tempore mortis,& per iudicem competentem fuerunt sententialiter in dicta possessione conseruati, & quatenus esset opus, ad cautelam de nouo in dictã possessionem in-

ducti, secundùm formam iuris, & onus matrimonij eis iniũctum impleuerunt,

Modò Stanghellinus institutus, vt in dicto testamento dicti ser Berardi, diceos, se vulgariter substitutũ dicto Philippo in casum volũtatis, & impotẽtiæ, asserens Philippum vti spurium nũquam fuisse capacem, vti substitutus vulgaris petit se mitti in possessionem bonorũ d. ser Berardi, ostendens eius testamentum non deletum &c.

Et si, & quatenus constaret de capacitate dicti Philippi mediãte aliqua asserta legitimatione, vti cessionarios filiorũ d. Io. Petri fratris dicti ser Berardi, petit sibi restitui bona dicti ser Berardi ex causa fideicõmissi, ad quod ipsi filij Ioã. Petri dicũt se vocatos vigore illius prohibitionis alienationis, de qua in testamẽto prædicto, ex quo Philippus sine liberis decessit, & non sunt alij masculi ex familia, seu agnatione dicti ser Berardi,

Opponitur p hæredes d. Philippi primò, quò ad primum caput petitionis, & dicũt, q immo d. Philippus voluit & potuit esse hæres, & sic adiuit, seu se immiscuit, & ideo cessauit penitus vulgaris substitutio.

Et ppterea dicunt, quòd de hoc ad præsens non est disputãdum: quia cum ipsi sint in possessione bonorũ, quę tenebat Philippus p remediũ l. fi. C. de edi. diui Adri. tollen. debent ea conseruari p testamẽtum dicti Philippi. Et quòd opponitur de eius incapacitate, vltra quòd est falsum, est lõgioris, seu altioris indaginis: vnde si de eo est disputãdum, debebat pponi petitorium, maximè cũ Philippus vixerit, & decesserit existens in quasi possessione capacitatis, & sic bene, & iuridice legitimati,

Quantum verò ad secundũ caput, primò respondet, quòd immo ex illa prohibitione alienationis non dicitur inductũ aliquod fideicommissum in fauorem filiorum d. Io. Petri cedentium, vt asseritur.

Secundò posito q sic, dicunt vigore assertæ cessionis nullum ius competere Stanghellino, tũ quia si qua cessio probetur, illa fuit simulata, tum etiã quia sine licentia principis facta de bonis Immobilibus nõ potuit ius transferre in ipsum cessionarium,

Istis sic stantibus, quæritur quid iuris.

S V M M AE.

De quadam legitimatione infantis, cui plurima opponuntur, verum valuerit, & quomodo capitur clausula illa, absque præiudicio venientium ab intestato.

Item de prohibitione alienationis, quando inducat fideicommissum, & an trahatur ad institutionem hæredis.

Et quòd verbum familia, aliquando solùm pro descendentibus capitur.

1 *Substitutio uulgaris per qua uerba fiat.*
2 *Natus ex adulterino, & damnato coitu, patri non succedit, nec ex testamento, nec ab intestato, nec nomen filij meretur.*
3 *Filium habere in potestate quis cogitur inuitus.*
4 *Infans an possit legitimari ab inferiore a principe, qui legitimare non potest, nisi specialiter et a principe concedatur, & infrà numero 21.*
5 *Legitimatio an sine iusta causa ualeat, & infrà nu. 31.*
6 *Legitimatio adulterinorum potius dicitur dispensatio.*
7 *Citari an debeant fratres, & sorores patris facientis filium legitimare, & infra nu. 39.*
Citari debet ille, qui ex actu lædi potest.
8 *Citatio patronorum fit, quando libertus natalibus restituitur.*
9 *Legitimatio uidetur quædam restitutio natalibus antiquis.*
10 *Causæ cognitio in dispensatione requiritur.*
11 *Substitutio uulgaris hæreditatis aditione expirat.*
12 *Legitimatio post mortem patris fieri potest, si de eius consensu appareat.*
13 *Legitimatus nihil est, quàm proprium filiũ ad successionem admitti.*
14 *Citatio si reperitur facta, præsumitur facta ad instantiam patris.*
15 *Ratihabitio patris sequens legitimationem retrotrahitur, & perinde est, ac si ab initio consensisset.*
16 *Consensus in legitimatione sufficit ex post facto interuenire.*
17 *Alienatio feudi ualet sine cõsensu domini facta, si consensus etiã ex post facto interueniat.*
18 *Consensus in quo ab auctoritate differat.*
19 *Ratificatio legitimationis etiam tacita ualet.*
20 *Consensus patris in legitimatione ex temporis diuturnitate, præsumitur, tractando filium pro legitimato.*
22 *Oratio indefinita uniuersali æquipollet.*
23 *Consensus legitimati in legitimatione requiritur, nisi sit infans.*
24 *Infans legitimatus maior factus legitimationem ratam habere potest.*
25 *Legitimatio infantis ualet, ut fiat legitimus, sed non redigitur in potestatem patriam, nisi factus maior consentiat.*
26 *Legitimationem de se factam sciens illi consentire præsumptiuè saltem dicitur.*
27 *Filius legitimatus post mortem patris immiscendo se hæreditati legitimationem ratificare uidetur.*
28 *Legitimatus acceptans relicta sibi a patre, legitimationem ratificare dicitur.*
29 *Ratificatio etiam potest sine uerbis facto fieri.*
30 *Ratificatio legitimationis, & post mortem patris per filium fieri potest.*
31 *Principis uoluntas pro lege habetur.*
32 *Dispensatio facta a principe, uel eius uicegerente sine causa ualet.*
33 *Sententia sub conditione fieri non debet lata tamen tenet.*
34 *Legitimatio quando fit patre uiuente, & consentiente non requiritur alia causa.*
35 *Filios habere successores naturale parentum uotum est.*
36 *Ratio unica quando potest assignari, illa pro expressa habetur.*
37 *Legitimationis iusta causa dicitur carentia liberorum.*
38 *Legitimatio filij facta per patrem liberis carentem, sobole superueniente quò ad effectum succedendi extincta dicitur.*
39 *De hæreditate uiuentis non debemus esse soliciti.*
40 *Citatio agnatorum secundùm communiter doc. quando fit legitimatio filij patre uiuente, & consentiente.*
41 *Et si fiat legitimatio de filio spurio, & adulterino.*
42 *Verba ista posita in legitimatione. absq; tamẽ præiudicio illorũ, qui ab intestato succedere deberent, est intelligenda respectu filiorum legitimorũ, si quos haberet, & non agnatorum ab intestato uenientium.*
43 *Pater instituendo filium legitimatum hæredem, nolens intestatus decedere, non dicitur facere præiudicium uenientibus ab intestato.*
44 *Substitutio uulgaris si non habet locum, substitutus non habet remedium l. fi. C. de edi. di. Adri. tollen.*
45 *Substitutus uolens intentare remedium. l. fin. C. de edi. di. Adri. tol. debet probare casum substitutionis euenisse.*
46 *Exceptio, quòd filius legitimatus est incapax, requirit altiorem indaginem.*
47 *Possidens potest intentare remedium l. fi. C. de edict. di. Adr. tol. ut in possessione confirmetur.*
48 *Prohibitio alienationis facta, ut bona in familia remaneant, an inducat fideicommissum in casu contrauentionis, & infrà nu. 51. & 52.*
49 *Alienare prohibitus instituendo extraneũ, an uideatur cõtrafecisse, & nu. 54. ibi dicitur quòd non, & seq. & nu. 58.*
50 *Testatorem non sufficit aliquid cogitasse, nisi illud disposuerit.*
53 *Conditione deficiente, casus fideicommissi deficit.*
55 *Alienare propriè quando quis dicatur.*
56 *Mors omnia soluit.*
57 *Hæres personam defuncti repræsentat, & censetur eadem persona cum defuncto.*
59 *Verbum dubium declaratur ex uerbis sibi adiunctis disiunctiuè, uel copulatiuè.*
60 *Institutio hæredis effectum non sortitur, nisi mortuo testatore.*
16 *Interpretatio semper debet fieri, ut dispositio adaptetur ad casus possibiles.*
62 *Verba illa in testamento posita, & debeant remanere in familia, quomodo intelligantur.*
36 *Verba præcedentia testamenti declarant sequentia.*
64 *Interpretatio semper debet fieri, ut hæres minus grauetur.*

Verba

65 *Verba ex pāterna linea, quō accipiuntur, & infra nume. 68.*
66. *Princeps si condemnat Titium, & cognationem suam, quomodo illa verba intelligantur.*
67 *Bannitus si sit Titius, & totum latus eius, qui intelligantur banniti.*
69 *Cedens non plus iuris in alium transfert, quam ipse habeat.*
70 *Cessio simulata non valet, nec vllum ius transfert.*
71 *Cessio præsumitur simulata si sit facta partim ex causa venditionis, & partim ex causa donationis.*
72 *Actio competens ad bona immobilia, censetur etiam ipsa immobilis.*
73 *Obligatio, vel actio indicatur mobilis, vel immobilis secundum res ad quas competunt.*

CONSILIVM XCVII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.



ISO puncto, inspectisque omnib. de quibus in eo fit mentio, pro resolutione præsentis consultationis de duobus principaliter est tractandum, prout duo sunt capita petitionis Stanghellini, distinctim tamen proposita. Primò enim videndum est, vtrum ipse sit audiendus, dum tanquam vulgaris substitutus petit se mitti i possessionem bonorum, & hæreditatis ser Berardi de statoris, iuxta l. fi. C. de edi. diui Adr. tol. Et posito q non.

Secundò videndum est, vtrum tanquam cessionarius filiorum fratris dicti ser Berardi possit petere fideicommissum aliquod, prout petit. Circa primum, ne separata confundantur, duo veniūt discutienda. Primum est, vtrum fuerit locus vulgari substitutioni de ipso Stāghellino, vt asseritur factæ. Secundum erit, vtrum in proposito remedio audiri debeat, posito q prædictæ substitutioni fuerit locus, absque tamen præiudicio veritatis. Capiendo igitur primum, dico primo aspectu videri, quòd prædicta vulgaris substitutio locum habuerit; illa enim facta fuit, si Philippus testatoris filius noluerit vel non potuerit esse hæres; vt ex lectura testamenti appa
1 ret, † & prout etiam cōmuniter talis substitutio fieri solet; vt l. cum proponas. C. de hær. inst. & ita etiam intelligitur facta substitutio, si simpliciter dictum fuisset, si hæres non erit, vt traditur in l. 1. ff. de vulg. & pup. & in §. fi. insti. de vulg. subst. sed prædictus Philippus nō potuit esse hæres dicti ser Berardi testatoris, ergo &c. Illud autem videmr clarè probari.
2 † quia dictus Philippus natus fuit ex d. ser Berardo vxorato, & quadam alia muliere, & sic ex adulterio, & damnato coitu fuit procreatus, propter quod dicitur inhabilis ad succedendum patri, tam ex testamento, quàm ab intestato, nec filij nomen meretur, vt in §. fin. in auct. quib. mod. natu. effi. sui. col. 7. & ibi per docto. & quia hoc est notissimum, non insisto aliter in eius probatione. Nec videtur obstare, quòd dominus Philippus fuerit legitimatus p officium, seu collegium scriptorum publici archiuij Romanę curię; quoniā videtur q talis legitimatio ex pluribus non valuerit. Et primò quia in dicta legitimatione nō apparet de consensu prędicti ser Berardi patris, immo videtur eo inscio facta, propter qđ
3 nō videtur valida, † quia nō conuenit, vt quis inscius, & forte inuitus filium habeat in potestate, & suum hęredem, arg. §. licet autem. institu. de adop. ibi, vt eo inuito suus heres agnascatur. Et q in legitimatione sit necessarius consensus patris, firmat patruus, & dominus meus Soci. in consil. xlj. viso indulto. in prin. 3. volumine. Secundò, quia dictus Philip-
4 pus erat infans, † & regulariter per inferiore à principe, quibus conceditur potestas legitimandi, infans non potest legitimari, nisi specialiter hoc ei fuerit per principem concessum, vt voluit Ang. in l. fi. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & in disputatio. nobilis quidam genere. in primo dubio, & tradit Anto. Rosel. in trac. de legitimatione, in 2. li. in 16. col. dum loquitur de causa materiali. 1. col. versi. vnde Comites habentes potestatem &c. sed prædicto collegio scriptorum archiuij talis potestas non reperitur concessa, ergo &c. Tertiò uidetur inualida prędicta legitimatio ex defectu causę iustę & pbabilis: † quia in dicta legitimatione nō uidetur allega
5 ta aliqua causa, quæ in iure approbatur pro iusta causa ad legitimationem, propter quod uidetur, quòd legitimatio non ualeat, argu. eius, quod dixit glo. penulti. prope fi. in l. Barbarius. ff. de offic. prætor. & præsertim cum ista legitimatio facta sit p inferiores a principe, prout determinat Anto. Rosel. in dicto tracta. legitimationum, i dicto secundo lib. dum de causa formali tractat. 2. colu. uersicu. sed dubitatur, an in legitimatione debeat inseri causa, in fi. decens hoc esse notādum, quia propter illud multæ legitimationes destrui pote
6 runt. † Et maximè etiam isto casu sic uidetur dicendum: cū nō simus in pura, & simplici legitimatione naturalium, sed filij adulterini, quę uidetur appellanda dispensatio quędam, & propterea sicut i alijs dispensationibus causa requiritur, ut in § nisi rigor, qui est in capitu. requiritis. j q. vij. cum ibi not. per glo. & doct. cum similibus, de quibus per Alexan. in consi. clxxxviij. perspectis uerbis. ij. col. uersic. septimò, quia i dicta legitimatiōe. 5. uolumi. & per Cor. in consil. primo, i pręsenti ardua. ij. colum. uersic. secundò dicta legitimatio. 3. uol. qui ambo ita arguunt contra legitimationem, super qua consulebant. Quartò contra prædictam legitimatio-
7 nem facit, † quia non reperitur, quòd ad eam fuerint citati frater, & sorores dicti ser Berardi patris d. Philippi, qui sperabāt illi succedere, tali legitimatione nō interueniente & per talem spem eorum intererat illā legitimationē nō fuisse factam, argu. l. nec ei. §. pręterea. ff. de adoptio. ibi, diminuatur spes &c. cęterum in unoquoque actu ad eius ualiditatem citādus est, qui ex eo aliquo modo lędi potest. l. nā ita diuus. ff. de adoptio. d. l. de unoquoque. ff. de iud. cum similibus.
8 † Sic i simili uidemus, q quando libertus restituitur natalibus, debet fieri citatio patronorū, quorum intererat ad non fieri. l. ij. l. penul. & fin. ff. de natal. restitu.

Immo, ut in dictis iuribus probatur, requiritur, q patroni consentiant, sic igitur uidetur dicendum i proposito, q prædictorum fratris, & sororū dicti ser Berardi debuerit inter-
9 uenire cōsensus, uel saltem citatio; † cū legiti matio uideatur quędā restitutio natalibus antiquis, iuxta. §. si quis uerò nō habens. uersi. neque enim a princ. i aucten. quib. mod. natu. effi. leg. & §. natura si quidem, & §. illud tamē a nobis. uersi. & sicut in liberis. in auctent. quibus mod. natu. effi. sui.

Et maximè hoc uidetur dicendum: cū simus in dispensa-
10 tione, in qua (ut dixi) requiritur causę cognitio, † nā ubi causę cognitio debet interuenire, requiritur partis citatio, ut ita dīt doc. in d. l. de unoquoque. Ex his itaque uidetur legitimationem prędictam inualidam fuisse, & cōsequenter, q fuerit locus uulgari substitutioni factę de dicto Stanghellino, secūdum quòd supra dicebatur. Sed istis non obstantibus contrariam opinionem de iure probabiliorē arbitror, uidelicet quòd immo legitimatio prædicta tanquam iure ualida effectū suum sortita fuerit, & sic fuerit ipsum Philippum habilem ad succedendū patri suo, & per consequens q extincta
11 fuerit uulgaris substitutio prædicta, † cū dictus Philippus adierit paternā hęreditatem, seu ei se immiscuerit. l. post aditam. cum materia sua. C. de impube. & alijs substit.

Et in primis non est dubium, legitimationem prędictā fuisse factam ab habente auctoritatem; etenim collegium scriptorum archiuij publici, quod talē legitimationē fecit, amplissimam a sede Apostolica habet auctoritatē, ut ex bulla, seu priuilegio ipsis concessa apertissimè constat: super hoc igitur non puto insistendum. Sed tota difficultas consistit in allegatis supra in contrarium. Eis enim resolutis conclusio prædicta clarissima, & iuridica remanebit. Quare ad ipsorum resolutionem ueniendo, dico q non obstat primū fundamentum allegatum in contrarium. Quoniam respondetur, quòd immo dicta legitimatio fuit facta de uoluntate, & cōsensu dicti ser Berardi patris. Et istud probatur, primò ex instrumento illo mādati facti a Io. Petro, & dicta Marsubilia fratrib. dicti ser Berardi (de quo infra subijciam) nam in dicto īstrumēto narrat, qualiter ser Berardus pater dicti Philippi carēs legitima sobole, desiderat, & uult, dictum eius fi-

lium legitimari, & habilitari, s. ad succedendum, & ab eo ge
niturae maculam aboleri, seu tolli. Ex quibus verbis apertè
ostenditur, quòd legitimatio, quae postea de ipso Philippo fa
cta fuit, dicitur facta de uoluntate patris, & secundùm eius
desiderium. Nec dicatur, q de tali voluntate non constat in
ipsa legitimatione, ex quo in ea nihil de patris consensu, aut
desiderio dicitur. Quoniam dico non referre, quomodo de
12 tali voluntate cōstet, sed satis est, q cōstet, † quemadmodum
dicimus, q legitimatio, quae fit post mortem patris, si de pa-
tris consensu appareat, iuxta auc. lté si quis. la prima. C. de na
tu. libe. fieri potest, quomodocunque talis volūtas probetur
etiam per actum inter viuos, & etiam per priuatam scripturā
vt colligitur ex dictis Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff.
de libe. & posthu. tradit Cur. senior in consi. 16. clarus vir. se
cunda colum. & insignis moder. Lancel. Galiaula in d. §. &
quid si tantùm. columna 15. versic. secundò cadit dubitatio,
& in proposito nostro ita voluit patruus, & dominus meus
Soci. in dicto consi. 41. post princip. tertio volumine.

Secundò probatur voluntas, & consensus praedicti ser Be-
rardi: quia ille fuit, qui procurauit, & solicitauit fieri praedi-
ctam legitimationem. Et hoc primò suaderi potest: quia sic
est verosimile; nam cum Philippus filius tunc esset infans, vt
asseritur, non potuit ipse de se legitimādo supplicare, nec ve
rosimile est, alium pro eo sic petiisse praeter eius patrem; quia
aliorum non intererat, talem legitimationem fieri, sed patris
intererat, ut. s. propriū filiū & ex sanguine eius genitū in suc
cessorem habere posset, prout est commune, & naturale uo-
13 tum parētum, vt in l. scripto. in fi. ff. vnde liber. † & in propo
sito dicitur in. §. ergo sanciendum, in auten. quibus modis
natu. effi. sui. quòd nihil legalius est, quam proprium filium,
ad paternam successionem admitti. Sumpto ergo arg. a vero
simili, quod in iure validissimum est, l. non est verosimile. ff.
quod metus cau. & c. solicitae, de restitutio. spoliato. cū simi-
libus, dicendum est, solum patrem eius procurasse legitima-
tionem praedictam fieri, & supplicationem de ea faciendā fe
cisse, quod. n. alij supplicauerit ab omni verosimilitudine di
citur remotum, & ideo quasi falsitatis imaginem habere vi-
detur, vt inquit Bal. in l. j. C. de ser. fug. tertia colūna, refert
& sequitur Alex. in consil. 27. in causa, & lite. in fi. 2. volum.
Ias. in l. si extraneus, secunda columna. ff. de condi. ob cau. &
Deci. in consil. 645. viso, & perlecto. secunda colum.

14 † Facit quia si reperitur facta citatio, & nō appareat ad cu
ius instātiam, praesumitur facta, seu commissa ad instantiam
partis, vt concludit Aret. in consi. 36. casus talis est. In fi. ita
videtur in proposito dicendum, q ista legitimatio praesuma
tur facta ad instantiam partis, cuius interest, & sic patris.

Secundò euidenter ista paterna procuratio, quòd filius le
gitimetur, probatur per dicta, & testificata per testes exami-
natos in praesenti causa: nam Franciscus Marini secundus te
stis, & dominus Baptista Mellinus octauus testis examinati
pro parte reorum conuentorū illud deponūt. primus. n. de-
ponit, q de commissione dicti ser Berardi Bononiam petijt
cum domino Ludouico Borgerio pro obtinenda legitima-
tione praedicta, & quòd ea obtenta rediit, & illam dedit prae-
dicto ser Berardo. secūdus verò deponit, qualiter dicta legi-
timatio facta fuit cū consensu, instantia, & ratificatione ser
Berardi patris dicti Philippi, ex quibus sic depositis, apertis-
simè patet, dictum ser Berardū procurasse, & desiderasse di-
ctam legitimationem fieri, & sic illi consensisse.

Tertiò multū clarè probatur dicti ser Berardi consensus;
nam quādo dominus Ludo. Borgerius nomine fratris, & so
rorum dicti ser Berardi ratificauit legitimationē praedictā,
de quo infra dicetur, dictus ser Berardus pater erat praesens
ipsam ratificationem nomine legitimati filij recipiēs, & ei-
dem dicto nomine recipienti promisit dominus Lud. praedi
ctus nomine praedictorum fratris, & sororum praedictę legi-
timationi nullo modo contrauenire, ex quo clarè constat pa
trem ser Berardum legitimationi filij sui iam factae apertis-
simè consensisse, & illam ratificasse. Prout etiā constat ex eo;
quia semper post dictam legitimationem pater, & filius inui
cem se habuerūt, & tractauerunt pro patre, & filio legitimo
& naturali, vt deponunt praedicti duo testes.

15 Nec obstat, quòd iā legitimatio facta fuerat; † quia sequēs
ratihabitio retrotrahitur, & facit perinde esse, ac si ab initio
consensum fuisset. c. ratihabitionē, de reg. iur. libro sexto, &
l. hoc iure. §. deiecit. ff. eod. titu. cum similibus.

Et maximè hoc dicēdum est; cum consensus patris solùm
in proposito requiratur, ne eo inuito quicquam fiat propter
praeiudicium, quod ei fieri posset, vt supra arguebatur in con
16 trarium. † Tunc. n. sufficit cōsensum etiam ex post facto īter-
uenire, prout post And. de Iser. tradit Aluaro. in c. 1. in prin.
in col. 7. versi. quaero, an consensus. de prohib. alie. feu. per Fe
17 deri. † vbi concludit, alienationem feudi valere vti cōsensu
domini factam, etiam si consensus ex post facto interueniat
18 vt per eū. † Differt enim consensus ab auctoritate inter cę-
tera, vt licet auctoritas debeat in ipso negocio īteruenire. §.
tutor autem. institu. de auctoritate tutu. tamen consensus po-
test ex post facto interuenire. l. si autem plures. in princ. ff. de
aqua pluuia arcen. & declarat Alex. in cōsi. 106. quò ad prae-
sens. 2. colum. versiculo & differentia est, primo volumine,
19 † & in proposito, quòd in materia legitimationis sufficiat ra
tificatio, etiam tacita, voluit Bal. in l. Gallus. §. forsitā. de lib.
& posth. cum concordantibus, vt per Cur. iuniorem in con-
20 si. 157. praesupponitur in facto, octaua columna. † Demum
cōsensus patris prędicti probatur ex diuturnitate temporis.
Ipse enim sciens legitimationem praedictam esse factam, pa-
tiens fuit ei nō cōtradicens, immo (vt dixi) tractauit semper
ipsum Philippum pro filio naturali, & legitimo, seu legitima-
to vsque ad tempus suae mortis, & sic per annos quindecim,
vel circa, propter quod praesumitur, q consensus eius om-
nino interuenerit vsque ab initio, per ea quę per illū tex. tra-
dunt docto. in l. si filius. C. de petitio. haeredita. & in l. qui in
aliena. §. sed & si non adiret ff. de acqui. haeredi. Alexan. in cō
si. 94. repetitur in causa, secunda columna, versicu. nec ob
stat. septimo volumine, & in simili tradit Ias. in consilio 89.
magnificus, & excelsus. columna fina. versicu. secundò & for
tius. primo volum. Et maximè etiam hoc dicendum est, at-
tento quòd postea ipsum filium sic legitimatū haeredem in
stitui: ... am & ex eo arguitur consensus patris sic instituentis,
cum aliàs non potuisset instituere, validè loquor, ut est notū.

Secundò non obst. quòd de infante secundo loco allega-
21 batur: † quoniā primò tentari posse, quòd immo infans per
habentem auctoritatem à principe legitimari possit, etiam
quòd de infante specialiter nihil dicatur ī eius priuilegio, &
sic in proposito nostro collegium scriptorum. Et hoc atten-
ta generali, seu indefinita illa concessione facta per sedem A-
postolicā praedicto Collegio, dum dicitur, q possit legitima
re notos, manseres, bastardos, & illegitimè conceptos natali-
22 bus restituere, † nam indefinita illa ratio aequipollet vniuer-
sali, iuxta regulam. l. si pluribus. ff. de lega. secundo, & l. si plu
res. de leg. tertio. cum similibus, vt per Dy. & alios in rubri.
de reg. iur. lib. sexto. ita in generali, seu vniuersali concessio-
ne facta per principem, licet de infante mentio specialis nō
fiat, cōcludit Bald. in consilio ducentesimoquarto, super pri
mo articulo, secundo volumine. idem voluit Corne. in cōsi.
177. egregiè discussa. prima columna. primo volumine, &
Ias. in consi. 125. pondus praesentis consultationis. quinta co
lumna, quarto volumine. vbi plures alios allegat, & in consi.
156. quoniam per eximium, quarta colum. versiculo nam ad
hoc vltra. eodem. volu. idem etiam voluit Deci. in cōsi. 55. &
pro tenui facultate, quinta colum. versiculo primo, ergo non
obstat, vbi etiam multos concordes allegat, & idem firmat
in consil. cccxxvj. in casu proposito. 3. col. versiculo secundò
non obstat, vbi dicit, istam esse communem opinionem, & re
ctè intuenti hoc videtur velle Barto. in l. iubemus. C. de emā
23 cipatio. libero. † dum concludit, quòd licet aliàs in legitima
tione requiratur consensus legitimati, tamē secus est in infan
te cum consentire non possit, ponderando pro hoc d. l. iube-
mus, vt per eum, & ita etiam p rationem praedictam conclu-
dit Fulg. in cōsi. 16. casus talis est, A. decessit. secunda colum.
versi. nec ad rem pertinet. & Pau. de Ca. in consilio ccxxix.
viso testamento Reliquiani. versi. sed certè istud magis pro
deit.

dest.& eandem rationem ponit etiam Corn.in dicto consil.
24 177.loco præallegato, Secundò etiam respondetur, & tol-
litur omnis difficultas: quia posita vera opinione in contra-
rium allegata,dico, quòd illa procedit, nisi infans legitima-
tus factus postea maior ratam habuerit legitimationem de
se factã;nam si opinio in contrarium allegata procedit ea ra
tione,idest quia deest consensus infantilis, vnde si postea fa-
ctus maior legitimationi de se factæ consentit,& illam ratifi
cat,cessat ratio prædicta,ergo &c.per locum a cessante ratio-
ne.l.adijcere.§.quamuis. ff. de iure patro. & c. cum cessante
cum si de appellatio. Et quòd sufficiat ratificatio legitimati,
probatur in §.generaliter. ibi,& filij hoc ratum habuerint.
in aucten. quibus mod. nat. effi. sui. & ita firmat Romanus
in consi.144.in proposita consultatione.3.columna. versic.
quarto dubitatur.prope finem. Immo plus dicit Bal.in cõ-
si.146.titulus principis Achaiæ. tertia columna, versicu. &
25 aduerte.primo volumine † videlicet, quòd legitimatio in-
fantis valet, vt ipse fiat legitimus,& sic in eius fauorem, sed
non redigitur in patriam potestatem, nisi factus maior con-
sentiat, ut per eum, quem refert, & sequitur Iason in dicto
consi.125.quinta col.4. vol.
Et quòd ratificatio sufficit, concludit Dec. in d.consi. 55.
quinta columna. versicu.tertiò respondetur, dicens, quòd
ita etiam consuluit Alex.vt per eum,qui idem dixit etiam in
d consi.316.tertia colum.ver. & ulterius. hoc etiam voluit
Salyce.in d.l.iubemus.versi.& adde.C.de emancipatio.libe-
ro.& eum refert,& sequitur Dec.in cons.367. viso puncto.
secunda columna.versi. sed tamen his non obstantibus. vbi
plures alios alleg. & ista opinio est vera, & communis, im-
mo non inuenio illi contradicentem. Sed in proposito di-
ctus Philippus factus maior legitimationem de se factam ap
probauit, & ratificauit, ergo &c. Istud autem probatur pri,
mò: quia,ut per testes probatur,ipse semper vti legitimatus,
& patriæ potestati subiectus patri suo obediebat, & eum vt
patrem legitimum tractabat.
26 †Secundò,quia sciẽs de se legitimationem factam tacuit,
seu ei non contradixit, propter quod dicitur illi cõsentire,
saltem presumptiuè,prout videtur de intentione gl.fi.in l.in
adoptionib.ff.de adopt. dum allegat dictum §. generaliter.
& ita in terminis dixit Dec.in d.consi.55. quinta colum. &
27 in d.consi. 367. secunda columna. † Tertiò apertissimè
probatur ex eo,quòd post mortem patris tanquam filius legi
timatus eius hæreditati se immiscuit bona hæreditaria possi
dendo pacificè,& quietè, & fructus ex eis recolligendo toto
tempore suæ vitæ,quod certè facere non potuisset, nisi me-
diante legitimatione per eum ratificata,& ita in terminis cõ
cludit Deci.in dicto consilio 316. tertia columna, in dicto
versic.& vlterius,quod etiam firmat Ias.in consi. 184. circa
legitimationem.quinta columna, versiculo sed Cæsar ratifi-
28 cauit. secundo volumine,† dicens,quòd legitimatus acceptans
sibi relicta a patre legitimante dicitur legitimationem ratifi
care,cum aliàs relicta illa habere non posset, ut per eum.
Nec dicatur, quòd nulla uerba ratificantia probantur prola-
ta ab ipso Philippo.Quoniam respondetur primò, quòd immo
veritas est in contrarium, & ratificatio probatur expresse fa
cta per dictum Philippum, vt mihi presupponitur. Et ubi
29 hoc non probaretur. † Secundò respondetur, quòd ratificatio
necessariò non requirit verba, sed potest etiam facto fieri.l.
Paulus.ff.rem ratã habe.& ita in terminis nostris plurima al
legando firmat Dec.in d.consi.316. & 367.in locis præalle
gatis,super quo tanquam super re clara vlterius non insistã.
Nec etiam dicatur, quòd tempore prædictæ ratificationis
iam erat mortuus prædictus ser Berardus pater: quia hoc
30 nihil impedit † cum etiam post mortem patris ratificatio
fieri possit, vt per Decium,& Iaso.in predictis consilijs,ma-
ximè in d.consi.Iason.184.quinta columna.versi.nec obstat,
si diceretur. Non obstant modò, quę tertio loco allegaban-
tur de defectu causę, quoniam respõderi potest,primò quòd
quicquid allegati docto.in contrarium dixerint, non vide-
tur iure probari, quòd causa aliqua in legitimatione requi-
ratur ultra voluntatem supplicantis,& principis legitiman-
31 tis, seu habentis ab eo facultatẽ: † nã principis,uel haben-
tis ab eo potestatem uoluntas sufficit,& pro lege habetur.§.
32 sed & quod principi.insti. de iure nat.gentium,& ciui.† Et
licet uideamur esse in dispensatione,quæ sine causa fieri non
solet.Tamẽ si facta fuerit a principe,uel eius uice fungente,
ualebit, quia iure non cauetur eam sine causa factam non ua
33 lere.†Sic in simili dicitur, quòd sentẽtia sub conditione fer
ri non debet,prolata tamẽ ualet, & tenet,ut l.prima.§.biduũ
ĩ fi.ff.quando appel. sit. & tradunt docto.in §.curare.insti.de
actio.istam solutionem,licet hoc simile non alleget.tradit in
terminis Corne. in d.consil.17. colũ.uersi.nec obstat secun
da ratio,tertio uolumine,& ibi respondet ad gloss.in l.Barba
rius.supra in contrarium allegatam,ff.de offic.pręto.& ad a-
lia quædam, ut per eũ,ad quem cum uideri possit,gratia bre
uitatis me remitto. Vel secundò, ubi quis hanc solutionem
simpliciter nõ admitteret, respondetur, quòd saltem ista so
lutio procedere debet in casu isto,in quo prędicta legitima-
tio quò ad ueritatem facta fuit de uoluntate,& consensu pa
34 tris,ut superius ostensũ fuit, †quando enim patre uiuente,
& consentiente fit legitimatio, non requiritur alia causa, ut
rectè intenenti uoluit Alexand. in consil.188.colum.fin.uer-
siculo non obstat septimum argumẽtum, qui nio uolumine.
ita respondens ad argumentum de defectu causæ, quod ipse
supra fecerat, in secunda columna,prout supra ĩ contrarium
allegaui. Tertiò etiam respondetur, quòd immo ista legi-
timatio dicitur facta ex iusta, & probabili causa, uidelicet
quia dictus ser Berardus pater carebat legitima sobole,& ideo
desiderabat dictũ Philippũ habilitari, scilicet ad ei, & alijs
succedendum,prout hoc constat ex præallegato instrumen-
to mandati facti per fratrem,& sorores dicti ser Berardi in
dictum Ludoui. Borgerium,& socium, de quo instrumento
etiam infra meminero; in eo.n.apertè dicitur, ser Berardus
pater sic legitima sobole carens desiderabat dictum filium
suum legitimari,& ad succedendum,& ad alia plura habilita
ri. Et plus dici potest, quòd etiam si nullibi istud appareret
expressum, adhuc tamen ista eadem causa pręsumenda esset,
35 attenta ueritate; quia scilicet legitima sobole carebat,†& na
turale uotum parentum est habere sibi filios successores.l.
scripto in fi.ff.unde liber.attento maximè, quòd quicquid factũ
fuit circa ipsam legitimationem patre sic procurante, & ad
36 eius instantiã factum fuit,ut supra plenè diximus, † nam cũ
sola illa ratio possit considerari,ut quilibet bonus uir facile
arbitrabitur,& sic sit unica,debet haberi pro expressã,& ab il
la argui potest,iuxta nota.per gl.& alios in l.quamuis. C. de
37 fideicommiss. † Ista autem causa, scilicet carentia legitimæ
sobolis in iure iusta, & probabilis reputatur, vt probatur in
§.illud tamen a nobis.in auc.quibus mod.natu.eff. sui.ibi, si
quis ergo filios legitimos non habet, & infra ibi, legitimis,
sicut prædiximus, nõ extantib. & ibi, si pater non habuerit
legitimam prolem &c.& in §. si quis verò non habens filios
legitimos,in aucten.quib.mod.natu.effi. legi. & infra in ver
sic.liceat igitur patri, si legitimam non habeat sobolem &c.
Et adeo talis causa consideratur, vt dixerit Dy. in l. ex fa-
38 cto.in princip.ff.de vulg. & pup. † quòd si post legitimatio
nem filij patri (qui tunc carebat legitima sobole) superue-
nerit filius legitimè natus, legitimatio illa,saltem quò ad effe
ctum succedendi dicitur extingui per argumentum a causa
cessante,prout ibi refert Bar.mihi in secunda columna, ver-
sicu.ultimò hæc l.inducitur per Dyn.& licet Barto. ibi post
Ray.non sequatur opinio Dy.tamen hoc absolutè intendit,
vt scilicet carentia legitimæ sobolis sit bona,& iusta causa le
gitimandi spurium,& in proposito nostro ita concludit Ias.
in consi.127.dubitatur in concurrenti casu,6.colum. versi.
& in quantum est &c.quarto vol.dicens,quòd carentia prædicta
dicitur iusta causa,tam respectu patris,quàm etiam respectu
legitimantis, vt per eum.
Demũ non obstat,quòd quarto loco dicebatur,fratrẽ,& soro
39 res ser Berardi nõ fuisse citatos. † Quoniam rñdetur primò, quòd ex
eo non vitiatur legitimatio,præsertim quò ad hoc, vt legiti
matus patri succedat, nam cum ipsi non potuerint prætende
re probabile interesse ex eo;quia non debent esse solicitì de

hæreditate uiuentis. l. 2. §. interdum. in fi. cũ concordantib.
de quibus ibi per glo ff. de uulgari & pupil. & sic eorũ spes
non erat considerabilis, iuxta. l. post emancipationem. i fi. &
qđ ibi dicit Bar. ff. de liber. leg. eorum citatio nõ fuit necessa
ria: pater enim ser Berardus potuisset uno uerbo eos exclude
re, & quemcunque etiam extraneũ uocare ad eius successio
40 nem. † & hanc opinionem, ut scilicet agnatorum citatio nõ
requiratur, quando legitimatio patre uiuente & consentien-
te fit, firmant Bar. & communiter doct. in l. Gallus. §. & quid
si tantum. ff. de liberis & posthumis. cum multis concordan
tibus, ut ita firmando scribit Corne. ĩ dicto cõsil. 1. tertio uo
lumi. in sexta columna, uersic. nec obstat secunda ratio. Cur
ti. in consi. sexagesimoquinto, super præmissa narratione. co-
lumna decimaquinta, in fi. patruus, & dominus meus Soc. cõ
silio tertio, in causa domini Guidi. tertia columna, uersic. 5.
quia noa. 3. uol. & in consilio nonagesimoquinto, nulli du-
bium. prima colum. in fi. uersic. non tamen declarat. quarto
uolumine, & Decius in dicto consi. quinquagesimoquinto.
secunda colum. & in dicto consil. 367. colum. finali, uersic.
41 4. & ultimò. † & procedit ista opinio, etiã q legitimatio
fieret de spurio, seu adulterino filio, & sic posset dici dispẽsa
tio; quia scilicet semper uiget rõ illa, q pater posset ad libi-
tum agnatos priuare, & quòd ipsi non dicuntur prætẽdere in
teresse probabile, nec habent spem considerabilem, & ita re-
ctè intuenti uolunt doc. in loc. prædict. Secundò etiam re-
spondetur, & tollitur omnis difficultas, nã Ioã. patruus fra
ter ser Berardi, ac etiam sorores prædictæ legitimationi con
senserunt, antequam ipsa fieret, ut cõstat ex supra allegato ĩ-
strumento mandati facti dicto Ludoui. Borgerio, & college,
nã ĩ eo clarè dicitur, q dictus Ludouicus prædictus ipsorũ
nomine legitimationem ipsam fieri petat, & factam quando
cunque confirmet, ut latius in ipsõ legi potest, & ita ipse do.
Ludouicus prædicto nomine eã post legitimationem prædi-
ctam ratificauit, confirmauit, & approbauit, promittens nul-
lo modo contrauenire in amplissima forma: ut constat in
instrumẽto ratificationis per prædictum dominum Ludoui
cum factæ de ipsa legitimatione. Et cũ scirent, talem legiti-
mationem factam fuisse, & ei nunquam cõtradixerint, sed ĩ
eorũ mandato prædicto perstiterint, dicuntur etiã ex post
facto illã approbasse per ea, quæ dixi supra in resolutione pri
mi argumenti in fi. Cum igitur consenserint ab initio, & ex
post ratificauerint, sequitur, q legitimatio prædicta non de-
bet minus ualere ex eo, q frater, & sorores ser Berardi nõ re
periuntur ad eam citati: cũ talis citatio si fieri debuisset, so-
lùm fieri debebat, ne prædictis inscijs præiudiciũ inferretur
& forte inuitis, ut supra in cõtrariũ arguebatur. Cum enim
ipsi sciuerint, & con senserint, sequitur, q nihil contra eã di
cere possunt, argumento. l. non putauit. §. si quis sua manu.
cũ glo. sua. ff. de bono possessio. contratab. Sed dicet aliquis,
adhuc restat scrupulus, nã esto, q legitimatio prædicta de iu
re ualeat; tamen non uidetur, q per eam fuerit aliquo modo
præiudicatum iuribus prædictorum Io. Petri fratris, & soro-
rum dicti ser Berardi, attẽto q in dicta legitimatione expres
sè dicitur, q dictus Philippus possit succedere &c. absque
tamẽ præiudicio illorũ, qui ab intestato succedere deberẽt,
unde cum ipsi fratri suo ab intestato succedere deberent,
42 nõ uidetur, q eis fuerit in aliquo præiudicatum. † Verun-
tamen, & ad hoc respondet, & de facili, & primò posset dici
quòd illa uerba, absque tamẽ præiudicio illorum &c. nõ sunt
simpliciter intelligenda de quibuscunque uenientibus ab ĩ-
testato, sed tantum respectu filiorum legitimorum, si quos
haberet ille, cuius filius legitimatur, seu cũ eo dispensatur,
alioquin nunquã talis legitimatio, uel dispẽsatio posset sor
tiri effectum, uel rarissimè, cũ semper, uel ut plurimum cui
cunq; morienti supersint, qui ei ab intestato succedere pos-
sunt, & ita in terminis in quadam dispensatione de quo-
dã spurio facta concludit Ang. ĩ consi. ducentesimo sexage
simotertio, uiso puncto. quod etiam multi alij sequuti sunt,
ut per Alex. in consi. centesimo octuagesimooctauo. perspe-
ctis. quarta colum. quinto uolumine, per patruum, & domi-
num meum Soc. in consi. quadragesimoprimo. uiso indulto,
quarta, & quinta colũ. tertio uolumi. per Corne. in consilio
trigesimoquarto, in hac quidem. quinta col. primo uolumi-
ne, & per Ioánem Crotũ ĩ l. Gallus. §. & quid, si tantùm. mihi
columna quadragesimaseptima, in pricipio. ff. de lib. & post-
hu. qui omnes ultra allegatos p eos uidentur firmare, quòd
illa uerba, absque præiudicio uenientium ab intestato, nõ de
bent uniuersaliter intelligi respectu quorumcunque coniun
ctorum, sed tantùm respectu descendẽtiũ illius, cuius filius
spurius legitimatus fuit. Verũtamen est, quòd aliqui tenent
contrarium, & ideo super hoc ultra non insisto. Secun-
do loco dico, q si contraria opinio est uera, ut scilicet illa
uerba intelligantur simpliciter de uenientibus ab inte-
stato, saltem usque ad quartum gradum intelligitur, & pro-
cedit, prout uerba sonant, quãdo. s. ageretur de causa intesta
ti, & sic in ꝓposito nostro, si ser Berardus decessisset intesta-
tus, nã tunc dici forte potuisset, quòd Philippus legitimatus
non successisset, nec exclusisset prædictum Ioannem Petrum
43 & sorores ab intestato fratri succedentes. † Secus autem est
quando sumus ĩ causa testati, prout est casus noster: quia ser
Berardus in testamento expressè Philippum filium suum hæ
redem instituit, & noluit decedere intestatus, quo casu non
dicitur fieri præiudiciũ prædictis fratri, & sororibus, quoniã
ser Berardus testãdo poterat quemcunque uoluisset instituẽ
do eos a bonis suis excludere, ita uoluit Baldus in cõsilio du
centesimo sexagesimoquarto, uerba autem, succedere ualeas
inter consilia Angeli, Pau. de Ca. in consilio centesimosecun
do, uidendum est primò. columna fi. uersiculò quartò uidẽ
dum. secundo uolumine, secundùm nouã impressionem. Lu
do. de Sardis in tractatu legitimationum, in quinta quæstiõ
ne septimæ quæstionis principalis, Ludouicus Bologninus ĩ
consilio quinquagesimooctauo, dominus Antonius. colũna
octaua, in fi. patruus, & dominus meus Soc. i consil. ducente-
simo duodecimo, prima cõsultatione. tertia, & quinta colũ-
na. & est communis opinio, prout illam sequendo attestatur
Curtius in consilio septuagesimotertio, super memorata. cò
lumna decima, & ita etiam firmat Decius in consilio 338.
in casu proposito. prima columna, in fi. in consilio 393. con-
sului. in principo, in consilio 576. pro resolutio. secunda
colum. & ĩ consi. 610. uiso schemate, in prin. qui in omnib.
his locis dicit, q secundum communẽ opinonem illa uerba
intelliguntur, quòd licet sit quis habilitatus ad succedendũ
ex testamento, tamen ab intestato non succedit, ut per eum.
Cum igitur in casu nostro dictus Philippus sit expressè ĩ te-
stamento uocatus, sequitur, quòd clausula illa, absque tamen
præiudicio &c. nihil ei dicit obesse. Et maximè hoc dicẽdũ
est; quia dictus Io. Petrus frater, & sorores dicti ser Berardi
uoluerunt & consenserunt, quòd dictus Philip. legitimaret,
& ad succedendũ habilitaretur in eorũ præiudicium, ꝓpter
quod amplius cõqueri non debent, ut ex prædictis constat.
Ex quibus concluditur uulgari substitutioni factæ de dicto
Stangbellino non esse locum, sed eam expirasse per aditionẽ
factam per dictũ Philippum, qui & uoluit, & potuit ex testa
mento patris hæres fieri per prædicta. Et ex his redditur ua-
44 na quæstio secũda ĩ primo capite proposita; † quoniã si sub
stitutio non habet locum, clarum est, quòd ipsi Stanghellino
non competit remedium possessorium, de quo habetur ĩ l. fi.
C. de edi. di. Adr. tollen. & ideo super tali quæstione nõ esset
ulterius instandũ. Verùm ut cõsultanti morem geram, etiã
in ea dicam breuiter, quid de iure sentio, cõclusiuè tamen lo
45 quendo. † Et primò dico, q Stanghellinus ubi aliàs tale
remediũ possessorium tanquam uulgaris substitutus posset
intẽtare, deberet ad uictoriã ꝓbare, & liquidare, q casus sub
stitutionis euenerit, ut per Bartolũ, & omnes in d. l. fin. ma-
ximè per Decium ibi col. nona. per Iaco. de sancto Georgio
colum. quarta, qui dicit, q in practica oporteet probare ꝓue-
nisse casum substitutiõis, quod etiã ibi dicit Cur. col. nona,
uersi. quartò quærit Bar. & est hoc plusquam clarum. sed pro
ueritate ex parte Stanghellini illud nõ est probatũ, ergo se-
quitur, quòd ĩ tali remedio audiri nõ debet. Præterea, & secũ
dò dico, q in proposito de remedio d. l. fin. in fauorem Stã-
ghellini nõ potest tractari, nam mortuo ser Berardo, Philip
pus

pus eius filius,& hæres institutus mittendus erat iu possessio
nem bonorum, quæ per testatorem possidebantur, per teme-
diú dictę l.fin.& ita in veritate missus fuit, idest realiter pos-
sessionem accepit, nemine contradicente. Nec potuisset tunc
Stanghellinus contradicere allegando incapacitaté dicti Phi
lippi; quia illud requirebat altiorem indaginem; quia cú de
illegitimatióe appareret dicere, q erat inualida,& velle illud
probare, longam disputationem requirebat, immo nec de iu-
re id dici, aut probari poterat, vt ex prædictis constat.
46 † Ex quo ergo talis oppositio incontinenti probari nó po
terat, sed requirebat altiorem indaginem, non potuisset per
eam impediri, quin Philippus mitteretur in possessionem vt
hæres scriptus, vt tradunt omnes doctores in dicta.l.fin.pro
ut verè missus fuit,& pacificè, & quietè possedit toto tempo-
re vitæ suæ. Quo stante dico, q quæstio adipiscendæ posses-
sionis bonorum,& hæreditatis dicti ser Berardi per remediú
dictæ.l.fi.sopita fuit,& habuit effectum d.l.fin.realiter in fa-
uorem dicti Philippi, per quem omne ius eius träslatum est
in eius hæredes, nó ergo potest Stanghellinus prædictus vti
tali remedio nunc, cum nec ab initio vti potuisset. Sed si ius
aliquod prætendit, debet vti petitorio,& probare de iuribus
suis, quo non probante Philippus si viueret,& nunc eius hę
redes gaudétes cómodo possessionis venient absoluédi. Núc
igitur non est agendú de possessione bonorum ser Berardi,
de quo omnis quæstio iá sunt sopita, vt dixi, sed agitur de pos
sessione bonorú,& hæreditatis dicti Philippi, quæ certè ad
dictum Petrum, & dominam Camillam hæredes institutos
pertinere debet, prout etiam ad eos realiter peruenit remo-
dio dictę l.fin.& per sententiam iudicis competentis ita fuit
47 iudicatum, vt in puncto narratur. † Et licet per prius ipsi pos
siderent ante declarationem iudicis prædicti, ex hoc tamen
nó ípediutur, quin potuerint vti remedio dictæ l. fi. vt scili-
cet eorum possessio sibi confirmetur, vt voluerunt Cy. Bart.
& alij in d.l.fin.& Guido Papæ in quęstione ducentesimade-
cima nona, edictum diui.in princip.cum concordanti. vt per
Mod. in d.l.fin.maximè Deci.col.decimaseptima, versi.& ad
supra dicta. Et ex his apertissimè concluditur, Stanghelli-
num prędictum nullo modo audiendum esse in prędicto re
medio possessorio, sed debet vti petitorio, si quod ius præten
dit,& probare sibi incumbentia tam & si ei,& verè nullú ius
competat, vt ex prædictis constat, quæ sufficiant circa primá
principalem quæstionem. Circa secundam.q.supra forma-
tam, vt clarius omnia intelligantur, de duobus tractandum
est. Primò, vtrú filijs dicti Ioannis petri ius aliquod compe-
teret ex causa fideicommissi seu fideicommissum aliquod pe
tere possent ex testamento dicti ser Berardi eorum patrui.

Secundò, vtrum illud dicatur translatum in prædictú Stá
ghellinum vigore cessionis per eos factæ, & sic vtrum ipse
vti cessionarius ad fideicommissi petitionem admittatur.

Circa primum primo aspectu videtur dicendum, quòd di
cti filij Ioannispetri sint vocati per fideicommissú ad bona
testatoris; nam testator prohibuit ea alienari per Philippum
filium,& hęredem institutum, quia voluit bona sua immobi
lia sic alienari prohibita in eius familia permanere, quod vi-
detur intelligendum, idest in eius agnatione, iuxta l. pronun
48 ciatio.§.2.ff.de verbo.significa. † Ex qua prohibitione, cum
nó sit nuda, sed appareant personæ, cuius contemplatione fa
cta fuit, inducit fideicommissum in fauoré talium persona-
rum, saltem in casu conuentionis, vel.l.filiusfamil. §.diui.cú
ibi no.per Bar.& alios.ff.de leg.1.vnde cum de familia,& a-
gnatione ser Berardi solùm supersint filij dicti Ioánis Petri,
49 videtur, q ipsi vocentur ad fideicommissum, † maximè post
quá Philippus alienare prohibitus videtur contrafecisse iu
stituendo in suo testamento extraneos, & qui ei ab intestato
non erant successuri, iuxta doctrinam Bar in l.peto.§.fratre.
ff.de legatis secundo,& in l.cum pater.§.cum inter, eodem ti
tulo,& in l.si ita quis.§.ea lege. ff.de verborum obligatio.&
tradunt doctores in d. §.diui.maximè Ias.mihi colúna vige
sima secunda, ver.nunc teneo contrarium. Veruntamen hoc
non obstante, potest multum probabiliter dici cótrarium,&
concludi, q immo dicti filij Ioannis Petri non dicuntur vo
cati ad aliquod fideicommiss. cum in veritate de eis nulla sit
facta mentio, nec ad aliquid sint vocati. Et in istis fideicom-
missis,& dispositionibus testamentarijs dici solet, hoc nó re
peritur scriptum, ergo dici non debet etiam q forte de eo co
50 gitauerit testator, † quia non sufficit aliquid testatorem co-
gitasse, aut voluisse, nisi illud disposuerit. l.quidam cum filiú
.& ibi doc.tradunt. ff. de hære. insti. Ad quod bene facit. l.si
sponsus. §. si quis rogatus.ff.de dona. inter vir.& vxor. tradit
.Alexan.in l.3.ad fin.C.de liber.præteri.& Ias.in consilio 96.
do. Ioannes.3.col.4.vol. Non obst. allegata in contrarium,
in quibus stat omnis difficultas: quoniam responderi potest
51 duobus modis. † Et pro declaratione primæ responsionis pré
mitto, quòd quando ex prohibitione alienationis inducitur
fideicom. illud regulariter nó íducitur simpliciter post mor
tem prohibiti, sed tantùm in euentum contrauentionis, hoc
est, quádo prohibitus contra testantis prohibitionem aliena
uerit, ita declarant doctores, maximè Alexander in l. qui
Romę.§.cohæredes.ff.de verborum obligationi.& ibi etiam
plenè scribit patrus, & dominus meus Soci.5. & 6. col. vbi
in indiuiduo ita firmat, quando prohibitio simpliciter fit, vt
52 bona in familia remaneant. † Et licet quando esset facta pro-
hibitio alienationis extra familiam conddito; vt bona in fa-
milia remanerét, posset forte aliud dici, vt ibi per eú loquen
té ex intentione Bar. tamen vbi in prohibitione nó sit dictú
extra familiá, sed solú sit dictum, vt í familia bona remaneát,
prout isto casu contingit, vera videtur conclusio prædicta,
vt.s.fideicómis. solùm inducatur in casu contrauentionis, vt
per eum ibi,& ita videtur cóis opinio, vt scribit Dec.in con
si. 412. & pro tenui. 2. & 3. col. Hoc ita posito ad argumen-
tú cótrarium respondetur, dicendo, q Philippus filius,& hę-
res testatoris nó cótrauenit voluntati, & prohibitione pater
nę: non.n.alienauit, vendidit,& donauit, nec ad longum tem
pus cócessit bona imobilia in totum, vel in parte, in quos có
53 tractus testator fieri prohibuerat, † ergo sequitur.q non ve-
nit casus fideicómissi, conditione eius deficiente, iuxta.l.qui
hęredi,& l.Męuius.ff.de conditio.& demon.si.n.solùm in ca
su contrauentionis illi de familia ad fideicómis.erant vocati,
& non fuit aliquo modo contrauentum, sequitur, q fideicó-
54 mis.non dicitur factus locus. † Et si dicatur, q imo Philip-
pus dicitur cótrauenisse instituédo in suo testamento prædi
ctos dóm Pet.& do.Camillá extraneos, quasi q sub illa pro-
hibitione alienationis dicatur ꝓhibita ét hæredis institutio
per d.l.peto.§.fratre.ff.de lega.2.prout in allegatis in contra
riú dicebatur. Responderi pót hoc negando, & concluden-
do, q imo in proposito casu non sit prohibita hæredis insti-
55 tutio; quia qui hæredé instituit, nó videtur alienare, † ná alie
nare propriè illa videtur, qui rem à se viuente remouet in a-
liú trásferendo, puta védendo, donando, dádo insolutú, vel
in doté, vel quid simile faciendo, quo viuens ipse priuetur re
illa, quę alterius fiat, vt sic tantú per actus inter viuus aliena-
tio propriè dicatur fieri, iuxta l.fi.C.de rebus alienis nó alie
nádis.& l.1.C.de fundo dot.dú dicit, q alienatio dicitur om
nis actus, p quem transfertur dominium. Facit ét c.null.de
rebus ecclesiæ non alienan.& ita rectè intuenti videtur velle
Ias.in §.item si quis in fraudé.3.col.instit. de actio. Ille ergo
ꝓpriè dicitur alienare, qui ré aliquá in aliú transferendo il-
la semetipsú priuauit, quod profectò non dicitur contigisse
prędicto Philippo, qui viuens nunquá aliquid de immobili-
bus à se viuente remouit in quempiá trásferando, sed solùm
56 per morté, † quæ oia soluit.§.deinceps.in auc.de nup.col.4.
vnà cum dictis bonis totum mundum reliquit,& faciédo hę
57 redes, quos fecit, non videtur † q bona dicatur alienasse, cum
hęres personam defuncti repræsentet,& eadem persona cum
defuncto reputetur, vt í auc.de iure iur.à mor.præsti.in prin.
Et inuenio, q hanc opinionem firmat concludendo Ange.
in consi.7. ex dicto themate, secunda columna, & in consil.
quinquagesimo septimo, domina Andrea, quarta colum. ver.
secundo videndum, qui certè pulchris,& subtilibus ratio-
nibus mouetur, de quibus ad eum remitto, cum per om-
nes videri possint, ita etiam consuluit Alexander in consil.
cétesimo quinquagesimoquinto, visis & accuratè. secúdo uo-
lumine.

lumine,& Ias.in d.§.diui.dicit,se aliàs sic consuluisse, & iu-
dicatum fuisse Paduæ,licet dicat se tunc aliter sentire, & ita
reperio, quòd cōsuluit in consilio 101.super præmissa. per
totum,& in consilio 120.domina Dorothea. per totum, pri
mo volumine. Et licet ista opinio simpliciter posita sit pe-
riculosa,per dictum §.fratre.& per allegata supra in contra-
rium,& maximè per dicta per Ias. in d.§.diui.tamen in casu
isto videtur de facili procedere,vt scilicet concludamus,per
prohibitionem alienationis in testamento ser Berardi factā,
non esse prohibitam institutionem hæredis,sed solùm alie-
nationem, quæ inter viuos fieret: quia satis clarè colligitur
ex verbis testamenti, quòd testator solùm,& duntaxat probi
bere voluit alienationem inter viuos.
58 †Et primò hoc ostendit;quia cū testator prohibuerit alie-
nationem, venditionem,donationem,& concessionem ad lō
gum tempus,& clarum sit,quòd vēdere,donare,& ad longū
tempus concedere sunt actus inter viuos,debemus dicere,q
verbum alienationē, sic generaliter positum debet intelligi
tantùm inter viuos,& non per institutionem hæredis, tū q
59 per eam non fit propria alienatio,vt supra dixi,†tum etiam
quia verbum vnum aliàs per se dubium declaratur ex verbis
sibi adiūctis disiunctiuè,vel copulatiuè, vt voluit Romanus
in consi.231.præmissorum doctorum.in 2.responsione, re-
fert,& sequitur patruus,& dominus meus Socinus in l.1.pri
mo not.ff.de reb. dubijs. Propter quod in proposito dicen-
dum est, quòd verbum illud alienationem posito quòd esset
in se dubium,declarari debet per illa verba alienationem,&
donationem &c. vt scilicet sicut illa solùm inter viuos pro-
cedunt,ita ostendant,quòd verbum alienationem, solùm im
portet illam alienationem,quæ fit inter viuos. Secundò, hoc
idem ostenditur ex pœna,quam testator alienanti,& contra-
uenienti apposuit, dum eos punit in certa quantitate dāda
per contrauenientem hospitali: nam ista pęna solùm conue
nit alienanti inter viuos,non autem in instituente hęredem
60 in testamento;†quoniam cum hæredis institutio non sortia
tur effectū, nisi mortuo testatore,c.cum Marte.de celebrat.
mis.cō similibus,sequitur,q dictus Philippus,cum sit mor-
tuus,non potest pati pœnam in quantitate pecuniæ per eum
soluēda hospitali,sed eam pœnam pati potest solùm, qui in-
ter viuos alienaret,quo stante dicendum est in proposito, q
prohibitio alienationis per testatorem facta debet intelligi
tantùm de alienatione inter viuos, in qua tantū conuenit &
61 locum habere potest pœna imposita alienāti.†Semper enim
fieri debet interpretatio,q dispositio adaptetur ad casus pos
sibiles l.Lucius.§.j.ff.ad munici. facit l.si qs ita. & quod ibi
dicunt doc.ff.de cōdi.instim.& ista sit prima respōsio ad ar
gumentum supra in contrarium factum. Secundò etiam ad
idem argumentum principaliter respondetur, posito quòd
prima responsio non procedat,absque tamē veri præiudicio
62 †& dico,q verba illa,& deinde in eius familia pmanere &c.
non debent aliquo modo intelligi respectu agnationis sim-
pliciter consideratæ, vt sic filios dicti Ioannis Petri compre
hendant,sed debent intelligi respectu descendentium ipsius
testatoris,& Philippi eius filij,vt sic intelligamus familiā ip
sius testatoris,vel Philippi effectiuè, idest, quā ipse effecerit,
& sic pro eius descendentibus. Esto.n.quòd familia alicuius
comprehensiuè accipi possit, idest in qua ipse comprehendi
tur, & sic capi possit pro agnatione simpliciter considerata,
vt arguebatur in contrarium. Tamen quando de voluntate
proferentis aliter apparere potest,capietur effectiuè,vt dictū
est,sed in casu isto de voluntate testatoris apertè dicitur con
stare,quòd illa verba capiantur effectiuè,ergo &c. Istud autē
probatur:nam in testamento dicitur,quòd testator deside ra
bat in filios,vel filias dicti Philippi bona sua peruenire,& sic
mandauit ad eos talia bona post primam institutionem deue
nire,& deuolui,& ea de causa prohibuit alienationē,subdēs,
& hoc quia(vt supra) voluit dicta eius bona deuenire, q̄ pri-
mū fieri poterit, ad filios dicti Philippi, & eius testatoris po
steros,ex quibus verbis euidentissimè apparet, quòd solū re-
spectu descendentiū dicti Philippi fecit prohibitionē,& dū
statim subdit,& deinde in eius familia permanere, debet in
telligi respectu aliorum descēdentium dicti Philippi, vt sci
licet de filijs eius in nepotes, & de nepotibus in pronepotes
transeant,& postea in alios descendentes,& eo respectu fecit
prohibitionem alienationis nedum ipsi Philippo eius hære
di,sed etiam alijs hęredibus,idest filijs,& descendentibus di
cti Philippi,vt.s.de eis in eiusdem testatoris, vel Philippi fa
miliam transeant, & in ea permaneant bona dicti testatoris,
capiendo verbum familia effectiuè,secundùm quòd supra di
63 ctum est,†ita enim verba alia testatoris demōstrant,quę pro
cedunt,per quæ conuenienter sequentia declarantur.l.si ser
uus plurium.§.fin.cum simili.ff.de legatis primo.& sic vide-
tur omnino concludendum sub verbo familia,non compre
hendi filios Ioannis Petri. Quod etiam, & secundò ex alio
satis clarè ostenditur:nam testator,si Philippus non esset hę
res,nō vocauit Ioānem Petrum fratrem eius, nec eius filios,
sed extraneos quosdam,ex quo demonstratur, non fuisse de
eius intentione,vt ad illius bona aliquo modo vocarentur vi
gore alicuius fideicōmis. orti ex prohibitione alienationis;
si enim sensisset, aut voluisset testator deficiente prole dicti
Philippi bona sua peruenire ad dictos filios Ioānis Petri fra
tris eius, vtique,& fortiori ratione ordinasset,q ad eos deue
nirent, vbi Philippus hæres nō fuisset eos substituendo,sum
pto argumento a verosimili,iuxt.l. non est verosimile. cum
simi.ff.quod met.cau.illud non fecit: quia per substitutionē
vocauit extraneos,& non prædictos filios fratris, ergo vero-
simile est, quòd eos etiam voluerit vocare ad aliquod fidei-
cōmiss. in defectum lineæ dicti Philippi, sed ea deficiēte ex-
tinguitur omne fideicommiss. & per cōsequens sequitur, q
testamentum dicti Philippi pleno iure valuit, & hæredes in
eo instituti liberè, & absque onere fideicommissi succedunt
in bonis prædictis. Et ad prædicta,& sic quòd verba illa, in
eius familia,capi debeant effectiuè, & nō comprehensiuè,&
consequenter q non comprehendant prædictos filios dicti
64 Ioannis Petri fratris testatoris,facit;† quia semper in dubio
debet fieri interpretatio, vt filius, & hæres testatoris minus
grauetur,l.vnum ex familia.§. si rem.ff.de legatis secundo,&
sic vt fideicommissum, quod dicitur grauamē,l.cohæredi.§.
cū filiæ.ff.de vulg.& pup.minus sit, & pauciores personę ad
illud dicantur vocatæ,quòd certè erit in casu nostro,capien-
do effectiuè illa verba,in familia eius &c.quia tunc solùm de
scendentes erunt vocati. Et pro ista cōclusione facit pulchra
65 decisio Bart.in consi.85.in quæstione prædicta. † dum vult
quòd verba,ex paterna linea,in casu suo debent accipi effecti
uè,& non comprehensiuè. Item facit pulchra doctrina Ioan.
66 And.in c.vbicumque, de pœn.li.6.in nouel.† dum cōcludit
q si princeps condemnat Titium;& cognationē suā,illa ver
ba,cognationem suam,intelliguntur de descendētibus,& sic
capiuntur effectiuè. Et hanc decis.refert, & in simili casu se-
quitur Are.in consil.39.in facto dicitur.volēs, q si quis, pu
ta Caius,& sui fiant rebelles.illa verba,& sui, capi debēt pro
67 descendentibus,& sic effectiuè,vt per eum,†quod etiā in si-
mili firmat Nel.de sancto Gemi.in tracta.bannitorū,in pri-
ma parte primi temporis.in 9.q.cōcludēs,q si banniatur Ti
tius,& totū latus eius,solùm descēndentes Titii comprehen
dentur,& sic illa verba,& totum latus eius,accipiētur effecti-
68 uè.†In simili ēt q verba,ex linea patris, q̄ possunt capi effe-
ctiuè,& comprehensiuè,capi debeant effectiuè, concludit pa
truus, & do.meus Soc.in consi.33. circa præsentem.5.col.3.
vol. Et de verbis ex progenie,talis idem cōcludit Cor.in cōs.
317. videtur prima facie.2. col.5.vo. volens capi dicta verba
tantum pro descēdētibus talis,& cōsequēter effectiuè, sic ita
que in casu nostro dicēdū uidetur, vt verba illa,in eius fami-
lia,non comprehensiuè, sed effectiuè capi debeant, secundū
quòd supra dictum est maximè concurrentibus his duobus,
scilicet q summus in dispositione grauatiua hæredes, & quòd
ita verosimiliter testator vř voluisse, vt ex prædictis constat.
Ex quibus videtur de iure concludendum,prędictis filijs Io.
Petri nullum fuisse delatum fideicomm.ex testamēto ser Be-
rardi eorum patrui, nec eos aliquid ea de causa petere po-
tuisse. Ex quo sequitur, quòd Stangbellinus vti eorum ces-
69 sionarius nullum ius habere,nec quicquam petere pōt,†quo
niam

niam illi filij cedentes non plus iuris in eũ transferre potuerunt, quàm ipsi haberent. l. traditio. ff. de acq rer. domi. l. nemo plus iuris. ff de reg. iur. & cap. nuper. de dona inter vir. & vxo. cum si. Et sic sequitur, non esse opus de alia q. supra posita disputate. Veruntamen vt super ea etiam consultanti morẽ gerã, breuius dicam, quid iuris in ea sit, posito, absque tamen veritatis præiudicio, ꝙ filijs prædicti Ioã. Petri sit delatum aliquod fideicom. ex testamento dicti ser Berardi. unde breuiter, & conclusiuè loquendo dico, quòd Stanghellinus prædictus nullo modo ex asserta cessione audiri debet, posito ꝙ de ea legitimè constaret; quoniam per eam nullũ ius dicitur acquisitum prædicto Stanghellino tanquam inualidam, & inutilem Et licet plura contra cessionem prædictam opponi possint, duo tamen præcipuè reddunt eã peni-
70 tus inutilem. † Primum est; quia si qua cessio facta ostendatur, illa fuit simulata, nam (vt mihi præsupponitur) fuit facta pro certo precio, vt sic videatur habere formã venditionis, sed illud precium, ꝙ præsupponitur solutum filijs prædicti Io. Petri, fuit immediate per eos restitutum prædicto Stanghellino, quo dato, sequitur, ꝙ talis cessio non valet, nec vllũ ius transferi in Stanghellinum prædictum, quinimmo cedẽtes eo casu dicuntur omnem actionem perdidisse per l. ab Anastasio. C. manda. & ita in terminis declarat Bar. in l. per diuersas in 3. col. uer. quæro quid si tibi &c. eo. tit. cum quo ibi
71 transeunt communiter doct. † Immo si cessio facta eẽt partim ex causa uenditionis, & partim ex causa donationis, ptę sumeretur simulata, & non valeret, vt habetur in d. l. ab Anastasio, & est illud in odium redimentis litem, prout post Bar. p eũ relatũ dicit Ale. in consi. 18. in causa, & lite. 2. col. versi. nec ad hoc ob. 5. vo. fortius ergo in casu isto non potest dicta asserta cessio valere, cum totum precium fuerit restitutũ, & vbi aliquo modo valeret; quia. f. precium non probaretur restitutum. Non tamẽ posset Stãghellinus plus petere, quàm verè erogauerit, ut est casus in d. l. per diuersas. in uer. ita tamen vt si quis: & ibi doc. declarant, super quo tamen nó insisto; quia verè precium fuerit restitutum, vt mihi præsupponitur. Secundũ est, per quod asserta cessio redditur inutilis; quoniam dicitur continere alienationem bonorum immobiliũ, si enim ex prohibitione alienationis induceretur aliqđ fideicom. illud certè esset respectu bonorum immobiliũ; cũ de eis solùm sit facta prohibitio, ex lectura testamẽti cõstat,
72 † & licet non cedantur bona illa, sed actio ad illa competẽs tamen talis actio dici debet immobilis; cum ad immobilia competat, vt est glo. in ver. numeranda. in auctẽ. de nõ alienan. aut permu. §. 1. colat. prima, cum concordantibus alleg. per Pau. de Cast. & Ias. in l. stipulationes non diuiduntur. in prin. in secundo nota. ff. de verb obl. vbi ego etiam aliquãdo
73 dixi, in 1. no. † firmatur enim ibi conclusio cõmuniter approbata, ꝙ obligatio, vel actio indicatur mobilis, vel immobilis secundùm res, ad quas sunt, vel competunt. Quo posito dico, ꝓ talis cessio dicitur fuisse inualida, & nullius momenti; quia facta fuit sine auctoritate, siue licentia Illust. Ducis Vrbini, contra formam decreti Ducalis editi de an. 1474. Et licet forte in prædicta asserta cessione reperiatur scriptũ reseruata licentia illust. Ducis &c. tamen hoc non sufficit, si realiter probetur, ꝙ talis licentia fuerit impetrata, seu cõcessa, ꝙ certe (vt mihi narratur) nunquam fuit, nec probari potest. Nec si ex post licẽtia obtineretur, cessio illa iã inualida validaretur: quoniam rectè intuendo prædictum decretum, talis licentia debet omnino præcedere alienationẽ, aut translationem, & in casu nostro cessionem bonorum immobilium, vt probatur in dicto decreto, in ver. *se prima non bauno licentia da noi &c.* & supra etiam in versi. sequen. dũ dicitur, *ne alcuna persona debba, ò possa riceuere, ò accettare per alcun modo, titulo, a ragione, ò ragion de detti beni, se prima non ha detta licentia.* Hæc enim verba omnino volunt licẽtiã ab initio interuenisse, & vbi non interuenerit statim in decreto, puniuntur contrahentes in amissione bonorum trãslatorum, & precij inter eos conuenti applicandorum cameræ fiscali, vt patet in eo ibi, *fatto pena* &c. nulli autem dubiũ est in casu nostro, ꝓdictũ Stanghellinũ cessionẽ prædictam acceptasse, nulla præhabita licentia ab ill. st. Duce, ergo sequitur, nedum ꝙ cessio non valuit, sed etiam ꝙ ille debet perdere precium. sic ergo concluditur ex hoc secũdo fundamento, ꝙ tali cessione nullum ius dicitur translatum in prędictum Stãghellinum. Addo & tertium fundamentum, quia (prout nuper post superius scripta intellexi) emanauit nouiter Ducale quoddam decretũ, ꝙ nulla litis redẽptio fieri possit, & facta etiam non sortiatur effectum ex iustis, & ꝓbabilib. causis, ut in eo continetur. Quo stante valido, de quo non est dubitandũ, iuxta tradita per Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. sequitur, ꝙ cessio prædicta de iure ualere nõ debet, nec aliquid transferre in dictum Stanghellinum, quoniam ille dicitur litem redemisse, vt ex ipsa cessione cõstat, maximè dum ita dicitur, ꝙ filij dicti Io. Petri cedentes non sunt potentes ad litigandum propter eorum paupertatẽ, ꝙ etiam ipsi execrãtur lites: ex his enim uerbis multum apertè ostenditur, quòd Stanghellinus dicitur litem redemisse, ꝓut etiam exitus declaratur, quia postea litem redemptam intentauit, se mouit aduersus prædictos do. Petrum Tosinutu, & D. Camillam eius vxorem reos conuentos, qui (vt ex prædictis patet) ab utraque petitione ueniunt absoluendi, & ita concludens puto Soc. nepos Paduæ legens. 1534.

C A S V S.

Dominus Io. Iacob. de Canipatijs Veronen. in testamento suo dominam Catherinam eius vnicam filiam hæredẽ instituit vniuersalẽ, & si sine filijs decesserit, substituit Bartholomeum, & Laurẽtiũ fratres ipsius testatoris, & eorũ hæredes.

Mortuo testatore prædicti substituti non habẽtes notitiã testamenti, neque substantiæ per testatorem relictæ: cum essent satis pauperes, & minus prudentes, conuenerunt cũ dicta D. Catherina, & eius marito, per quos fuit illis testamenti tenor non in totũ narratus, sed tantum quòd in casu, quo D. Catherina decederet, ut supra, testator substituerat ipsos fratres, conuenerunt inquam, quòd datis sibi duca. 52. renunciarent, & extinguerent substitutionẽ de eis factam. Et ita receptis diuerso tamẽ tempore prædictis 52. aureis, renũciauerunt similiter diuerso tempore, & voluerũt prædictã substitutionem non habere aliquam vim, cõcedentes ipsi D. Catherinæ liberam facultatẽ disponendi de bonis patris eius &c prout latius in instrumento publico constat, cuius copia transmittitur.

Præsupponitur ex post apparuisse, & verum esse, quòd hæreditas ꝑdicti testatoris erat valoris a 500. aureorũ, vel circa.

Decessit postea D. Catherina sine filijs.

Quæritur, nũquid prædicti fratres testatoris possint venire ex causa prędictę substitutionis, & ita fideic. petere, non obstante prædicta eorum conuentione.

Et si iustitia patiatur, petitur consilium in fauorem dictorum fratrum, prout per alios consultum fuit.

S V M M AE.

De quadam transactione, siue renunciatione fideicom. futuri, verum scilicet in ea habeat locum l. de his. ff. de transac.

Item an in l. 2. C. de rescin. venditio.

Et utrum propter enormem læsionem, siue enormissimã rescindi possit.

1 *Transactio quando dicatur facta.*

2 *Transactio fit de re dubia.*

3 *Transactio valida an possit fieri in his, quæ ex testamento pendẽt nisi inspectis, & cognitis uerbis testamenti, & infra nu. 5. Et quare hoc statutum fuit.*

4 *Scire leges, uel quid aliud dispositum, non est uerba eorum tenere, sed uim intelligere.*

5 *Ordo mortalitatis est, ut seniores præmoriantur.*

6 *Fideicommissum cõditionale pendente conditione per morientem fideicommissarium non transmittitur etiam ad proprios filios.*

7 *Parentum uotum est, filijs diuitias parare.*

8 *Consensui nil est tam contrarium, quàm error.*

10 *Erranti in trãsactione succurrendum est, etiam si in ea sit dictũ inspectis, & cognitis uerbis testamẽti, ita ꝙ asseruit, se plenè informa-*

informatum de tenore testamenti.

11 *L. de his. ff. de transac. an procedat etiam in pacto gratuito, & in fra nu. 13.*

12 *Renunciatio fideicommissi, quæ fit inter fratres in diuisionibus, ualet, secundum communem opin. nisi habita notitia testamenti.*

14 *Transactio fieri potest occasione futuræ litis.*

15 *Transactio, in qua est læsio supra dimidiam iusti pretij, potest rescindi.*

16 *Transactio uidetur quædam emptio, & uenditio.*
Venditor sicut non tenetur, si aliqua res euincatur, ita nec transigens, si id quod trāsigendo dimisit aliquo recepto euincatur.

17 *Remedium l. ij. C. de rescin. uen. procedit etiam in transactione. Et an debeat æstimari uerus ualor rei, uel dubius euentus litis in transactione, ut locum habeat remedium.*

18 *Deceptio ultra dimidiam iustæ æstimationis dubij euentus litis si est in magna quantitate competit remedium d. l. ij.*

19 *Transactio etiam si fuerit iurata, quando excessus deceptionis est magnus, succurrendum est.*

20 *Læsio enormis, seu excessus magnus, quando cognoscatur.*

21 *Conuentionis uim magis quàm uerba inspicere debemus.*

22 *Fideicommissum petenti si de renunciatione opponatur, replicatione doli succurrendum est.*

23 *Doli suspicione non caret, qui pro paruæ quantitate inducit aliquem ad renunciandum amplum fideicommissum.*

24 *Dolus ex indicijs, & coniecturis probatur.*

25 *Dolus ex læsione enormi arguitur.*

26 *Dolus re, ipsa interueniēs ab læsionem enormissimam dolo ex proposito æquiparatur quò ad effectum saltem rescindendi contractum.*

CONSILIVM XCVIII.

Dirigat Dominus uerba mea in uiam ueritatis, & iustitiæ.



VIso puncto mihi exhibito, ac elegantissimo cōs. D. Hier. Buchiç doc. egregij, mihi uti fratris bn. & olim acutissimi discipuli mei, unà cū subscriptiōe excel. Noalis uti patris obseruandissimi, omnibusq; maturè & diligenter consideratis. Tandem inclino in eorum sententiam, ipsamq; de iure uerā, & æquissimā arbitror, uidelicet q̃ pdicti fratres a petitiōe fideic. minimè sint repellēdi prætextu cōuētionis, & renūciatiōis, de qb. i pūcto. Et ad ita dicendū plurib. dimissis, quæ subtiliter, eleganter, & lōgo apparatu p excel. Consultorē disputata fuerunt, præcipuè, & principaliter moueor ex trib. Præsupponēdo tamē prius, q̃ cōuētio cū renūciatiōe, de quibus agit. Et quæ inter partes prædictas inita fuerunt, & dici debent quędā transactio super fideic. siue sup dubio eius futuro euentu. † Cum. n. fuerint da

1 ti 52. aurei prædictis fratrib. ut omnē fideic. spē dimitterēt, & sic interuenerit aliqua datio, trāsactio meritò dici potuit. iux. l. transactio nullo dato. C. de trans. & iux. definitionē trāsactiōis traditā p Azo. i sūma illius ti. dum dicit, q̃ trāsactio ē de re dubia nō gratuita facta pactio, uel saltē fuit pactū habens uim transactionis, iux. l. ij. C. de pac. cū sua materia;

2 tuā sicut trans. fit de re dubia, & lite incerta aliquo dato &c. ita fuit istud pactū de dubio euētu fideic. licet nō sup aliqua lite, put ē i d. l. j. tametsi ibi aliq uoluerūt, q̃ tale pactū possit dici transac. ut uidetur sentire Bar. ibi i ult. op. & i simili pacto, q̃ sit trāsactio, uidetur tex. i l. de fideicōmisso. C. de trans. & ita p illū tex. uidetur tenere Cur. iu. i d. l. j. i vj. opp. gl. quod profecto uidetur tenēdū; eū nō fuerit gratuita pactio, & (ut dixi) fit de re dubia. Nec ob. l. j. ff. de trāsf. quia posset dici, q̃ ibi cōiuncta capiat p difinitiōe, iux. l. sepe. ff. de uerb. sig. Sed quicquid sit, si quis uelit appellare trans. proprie, & strictè, est tamen largè, & improprie, ut post alios uoluit Ias. i d. l. j. in 5. no. uel saltem dicitur talis pactio, quę (ut dixi) uim transac. habere debet, præsertim quò ad ista dicenda. Hoc ita posito, dico prædictis fratrib. prædictā conuentionē, & renunciationē minimè obesse ex trib. Primò per te

3 gu. l. de his. ff. de transf. & l. j. §. quemad. test. aper. cū si † Cæterum. n. de iure, q̃ in his, quę dependent ex testamento, transactio ualidè fieri nō pōt, nisi īspectis, cōgnitisq; uerbis testamenti, & ita concorditer dicunt utrobiq; doc. & hoc iure nostro indubitatū, sed isti fratres non inspexerunt, neq; cognouerūt uerba prædicti testamenti, & si quis cōtrariū asserat, debet illud probare; quia semper dicenti, & neganti icū bit pbatio. l. ij. ff. de proba. l. actor. C. eo. & l. si quidem. C. de excep. cū alijs concor. alle. p gl. i d. l. ij. ergo sequitur, q̃ prædicta trāsac. de iure nō ualuit, & istud summa ratiōe statutū fuit. Et primò fauore ulti. uoluntatis, ut. s. defunctorum uoluntates facilius sortiantur effectū, q̃ publicè expedit, ut l. vel negare. ff. quemad. test. aper. Itē & secundò in odiū hæredum occultantiū testamenta, put hæc habentur per gl. & doc. in d. l. de his, maximè per Ias. in j. no. Sed dicet quis, immo prædicti fratres habuerunt plenā notitiam testamenti, cū de eo fiat expressa mentio in prædicto instrumento transactio. ergo satisfactum uidetur solēnitati, de qua i d. l. de his, cum si. nō. n. est necessarium, quòd oculis corporis uideatur, & legātur uerba testamenti, sed satis est, quòd intelligatur, & cognoscatur tenor, & importātia ipsorū uerborum, & illud, quod

4 in effectu in testamento disponitur; † quia scire leges, uel quid aliud dispositum nō est uerba earum, uel dispositionis tenere, sed uim, & potestatem uerborū habere, & intelligere. l. scire leges. & ibi do. ff. de legi. & i pposito determinat Bar. cum quo omnes transeūt in d. l. de his. ut ibi asserit Ias. in 4. col. Bar. in l. ciphi. ff. de opt. leg. & i l. ij. Romę. §. duo fratres. & ibi etiam alij. ff. de uerb. obli. Veruntamen, hoc non obstāte, dico in proposito nostro, ueram esse conclusionem supra

5 positam, & p resolutione aduertendū est, † quia aliquando transigens, licet testamenti uerba non legerit, habet tamen plenam notitiam omniū in testamento cōtentorum perinde, ac si legisset, & tunc procedit opi. Bar. & communis in cōtrarium alleg. quę etiam ratione fundatur; quia. s. cessat omnis ratio. d. l. de his. non enim pōt dici, quòd hæres quicquā celauerit: cum transigens omnia plenè nouerit, nec etiā impeditur publicus fauor i exitu testamētorum; quia iam exitum habent, si in notitiam transigentis uenerunt, & ipsa omnibus bene cognitis uoluit transigere, qui poterat suis iuribus & beneficiis renunciare l. si quis i cōscribēdo. C. de pac. cum simili. sed iste non est casus noster. Aliquando uerò transigens, qui uerba testamenti non uidit, narratur aliquid ex contentis in testamento, sed non omnia aperiuntur, ita quidem ut ipse non omnia nouerit, & tunc non procedit opin. Barto. sed perinde est, ac si nihil uidisset, argumē. l. inciuile. ff. de legi. & per consequens dici debet, transactionem nō ualere, per reg. d. l. de his. non enim procedit opi. Bar. & communis in cōtrarium allega. nisi quando transigens habuerit perfectam notitiam in testamento contentorum, ut per doc. in locis prædictis, & in specie ita declarat insignis doc. Iac. de sancto Georg. in d. l. de his, in prin. & istud absq; aliqua hæsitatione tenēdum est, quando illud, quod transigens non nouit, sed ei fuit celatum, tale est, quod si ab eo fuisset cognitū, eum facile retraxisset a tali transactione, in quo pro nero fundatur decisio d. l. de his, ut ex dictis doctor. ibi colligi potest, & iste est propriè casus noster. Animaduerto enim, quòd in testamento substitutio erat facta nedū de ipsis fratribus, sed etiam de eorum hæredibus, quòd debet intelligi de eorum descendentibus, iuxta l. ex facto. §. fin. ff. ad trebel. quod quidem ipsi fratres nunquam intellexerunt, sed crediderūt se duntaxat substitutos, put eis in dicto instrumento transactionis narratum fuit, propter quòd facile prædictam trāsactionem fecerunt, quam certe uerosimiliter non fecissent, si etiam eorum filios nouissent substitutos, ergo &c. Istud autē ni fallor, facile ostendi potest, nam cum ipsi essent seniores prædicta D. Catherina, uerosimile erat, eos prius morituros maximè cū ipsad. Catherina iā esset adulta, robusta, & bo-

6 næ ualetudinis. † Ordo. n. mortalitatis est seniores p̄ mori, iux. l. ni & si parētib. cū ibi no. ff. de iof. tes. & iux. l. p duos. §. cū i bello. ff. de reb. dub. cū si, quo stāte ipsi fratres substituti

conij.

considerabant, q̧ si decedebãt ante d.D.Catherinam fideic.
extinguebatur, neq; per eos poterat transmitti in eorum fi-
7 lios; † quia fideic.cõditionale pẽdẽte conditione p morientẽ
fideicõmissariũ nõ trãsmittitur, ẽt ad proprios filios, quic-
qd dixerit gl.in l.is cui.ff.de ac.& obl.,put ibi firmãt Bar.&
alij gl.illam reprobantes, ita etiã dicunt omnes post gl. in l.
vnica.C.de his qui ante aper.tabul.& in l.cũ filio.ff.de lega-
tis t.vbi aliqñ dixi, & de hoc est tex.in quo oẽs se fundãt in
l.vnica.§.sinautem aliquid sub conditione.C.de cad.tol.,p-
pter qđ ẽt, q̧ isti fratres sperarent dominã Catherinã sine li
beris morituram, cũ iam per plures annos eam sterilẽ uidis-
sent, facile, vt dixi, pro minimo transigerunt videntes ordi-
ne naturæ se præmorituros, & ita fideicom. omnino extin-
guendum. Verùm si sciuissent, q̧ ẽt eorum filij erãt uoca-
ti, & consequenter, q̧ etiam post eorum mortem fideicõ.cõ-
seruabatur in persona suorum descedentium, profectò (si re-
ctè iudicare velimus) fatebimur, q̧ talem renunciationẽ, &
8 transactionem non fecissent, vel saltem nõ ita de facili: † cũ
commune uotum parentũ sit parare filijs diuitias.l.scripto.
in fi.ff.vnde lib.cui voto per talem transactionem uidebãtur
aduersari, qđ non est verosimile, eos facere voluisse. Vnde sũ
pto argumento a verosimili, iuxta l.non est verosimile.ff.qđ
met.cau.cum si.& iuxta gl.sing.& cõiter approbatam in l.ex
le pactũ.§. fi.ff.de pac.concludendum est, q̧ si bene nouissẽt
tenorem prædictæ substitutionis non sic transegissent. Me-
ritò ergo transactio, & contrauentio prædicta non debet de
iure valere, & effectũ sortiri, cũ aliter se habeat substitutio,
quàm ipsi crediderint, & quàm eis narratum fuerit, ex quo
ostendimus, q̧ ipsi in tali transactione, & renunciatione dicũ-
tur errasse, & consequenter non cõsensisse. † Cum nihil sit
tã cõtrariũ cõsensui, quàm error, l.si per errorem.ff. de iur.
om.iud.& ideo valere non debet talis trãsactio per reg. d. l.
de his. quia non potest dici, q̧ cognouerint verba testamẽti
10 cũ in eis errauerint. † Et adeo uerum est erranti in transa
ctione per d.l.esse succurrendũ, vt procedat hoc, etiam si in
ea fuerit dictum, inspectis, cognitisq́ue verbis testamenti,
seu q̧ transigens asseruerit se plenè certificatum de serie, &
tenore testamenti, nam talibus verbis non obstantibus, si cla
rẽ constiterit eum errasse, illi succurrendum est, vt cõstat ex
his, quæ in pulchra q.dicunt Ange. & Imo. in l. t.ff.queãd-
mo.test.aper.& Ang in d.§.duosfratres, & ita prædictos refe
rendo signanter determinat Ale.in cõs. 188. Viso processu.
3.col.ver.fortius dico, q̧ posito &c.2.volu.refert & sequitur
Cor.iunior in l. sub prætextu. 2.col.uer.2.aduerte in quan-
tum &c.C.de trãsac. Nec prædictis obst.si quis pertinaciter
dixerit, q̧ non sumus in vera & propria trãsactione, cum ta-
lis pactio non emanauerit occasione alicuius litis.
11 † Qm̃ vltra supra dicta (quibus dictũ est, q̧ immo debet di-
ci transactio saltem largè, cum sit pactio non gratuita, & de
re incerta) Respondetur, q̧ dispositio d.l.de his.,pcedit etiã
in pacto, vt voluit ibi gl cũ qua transeunt ibi Iac.Butr. Bar.
Bal.& Ange.pp identitatem rõnis, vbi etiã idẽ voluit Odof.
vt refert, & sequitur Ang.in cõs.94. Pro parte negatiua mi-
hi.6.col.ver.videamus igitur dictum secundum dubium &
licet plerique teneant contrarium, quos uidetur sequi Iaso.
in d.l.de his.2.col.in fi.tamen eorũ opinio procedere posset
in pacto gratuito per rationem Ias.ibi, qui per talẽ ratiõnẽ
manifestè vult, q̧ sua opinio non procedat in pactione non
gratuita, prout fuit in casu nostro. Et rõ vr̃ in promptu: quia
talis pactio, cum non sit gratuita, & sic sit similis trãsactioni
debet eius vim habere, & secundùm transactionẽ regulari.
12 † Ad quod bene facit; quia regula d.l.de his.attenditur ẽt
in renunciatione fideicommissi, quæ inter fratres fit in diui
sione bonorũ communiũ, vt.s.nõ valeat nisi habita vera no-
titia testamenti, vt cõcludit Bar.in d.l.qui Romæ.§.duo fra
tres.in 5.q.ff.de ver.ob.& eius opinio est communiter appro
bata, vt ibi dicit Ias.allegando d.l.de his.cum si.Id.n.ex eo vi
detur procedere; quia talis renunciatio uidetur similia trã-
13 sactioni, ita ergo & hic. Et ista opinio, † q̧ d.l.de his ,pcedat
ẽt in pacto, maximè nõ gratuito, vt est casus noster, est in pra
ctica amplectenda, prout ibi dixit Cor.secundũ q̧ ipse refert &

& sequitur in consi.135.De pluribus, post prin.2.volu. Vel se
14 cundò rñderi, q̧ immo etiam in casu isto potest dici facta
occasione litis.s.quę de futuro nasci poterat, quod sufficit,
vt est tex.in l.1.C.de transac. dixit Bar.in l.causas.C.eod.&
declarãt doc.in d.l.j.ff.de transac.maximè Ias. & Iaco.de san
cto Georg. vnde cum in casu nostro potuisset de lite aliqua
dubitari, si conditio fideicommissi fuisset vnquam impleta;
nedum pp dubium euentum fideicommissi, sed etiam simul
propter timorẽ futuræ litis, dicũtur partes deuenisse ad præ
dictã compositionem, & concordiã. Meritò dici potest tran-
sactio, cũ fuerit non gratuita pactio. Hoc ergo primo funda
mento concludendum est, prędictã renũciationem, & trãsa
ctionem tanq̃ de iure inualidam prædictis fratribus non no
15 cere. † Secundò moueor, & dico prædictã renunciationem.
& transactionẽ non obesse prædictis fratribus fideicommis-
sum petẽtibus. Eo q̧ in ipsa fuerunt enormiter, immo enor-
mißimè læsi. Et supra dimidia iustæ ęstimationis prædicti
futuri, & incerti euẽtus. Hoc.n.p̃suppositum debet eis succur-
ri ad instar venditoris, qui in venditione dicitur læsus vltra
dimidiã iusti pretii, pp q̧ potest venditionem rescindere, vt
est tex.in l.2. C.de rescin. vend & ibi plenè per doc. Etenim
16 remediũ illius l procedit ẽt in transactio. † Quæ vr̃ quędã
emptio, & venditio, qui.n.transigendo aliquid recipit, vide-
tur omne ius suũ vẽdere ,p eo, quod recipit, sicut ille, qui vẽ
dit hæreditatem, iuxta l.2.in prin.ff.de hære.vel act.vendi.&
sicut talis vẽditor non tenetur, si res aliqua euincatur, vt ibi,
ita etiã nec transigens, si id quod transigendo dimisit aliquo
recepto, euincatur, vt l.si pro fundo.C.de transac.& ibi Iaso.
17 prope fi.videtur facere talem æquiparationem. † Et q̧ reme-
dium d.l.2.C.de rescin.vend.procedat ẽt in trãsactione, est
doctrina Bar.in l.si quis cum aliter.ver.quæro, quid in cõtra
ctu transac.ff.de verb.obl.in l.si societatẽ.§.arbitrorum col.
pen.ff.pro soc.& in d.l.2.ver.quęro, vtrum hęc.l.habeat lo-
cum in contractu transactionis. & declarat Bart.non deberi
considerari veram rei, de qua agitur, ęstimationẽ, sed quanti
valebat dubius ille, & futurus euentus litis, puta. q̧ licet res,
de qua erat qõ, valeret cẽtum aureis: tamen cõi ęstimatione
euẽtus ille dubius, & spes nũ valebat nisi 30.nam nunc si in
transactione non recepetit. 25.& sic vltra dimidiã illius ęsti
mationis futuri euẽtus fuerit deceptus, poterit vti remedio
d.l.2.& ista fuit opi.gl.in l.Lucius.§.fi.ff.ad treb & cum ea
sic illam intelligendo transeunt ibi Ray.Barto.Ang. Imo.&
Pau.de Cast.hanc opin.tenent etiam Anto.de But. Cardina.
Imo.& Abb.in c.cum causam.de emp.& vendi. Ange.Imol.
Pau.de Cast.& Rom.in d.l.si quis cũ aliter. de verbo obliga.
cũ multis alijs relatis per do.Maria.Soc.auum meum in con
sil.85.Viso compromisso.2.& 3.col.qui sequendo istam opi.
dicit, q̧ est magis cõis, quamuis multi tenuerint contrariam
opi. Idẽ ẽt dixit hanc opi sequẽdo Dec.in consi.60.Viso the
ma.3.col, dicens, q̧ ab ea in iudicando non est recedendum.
eandẽ opi.tenuit do.Fran.de Rampo.in quodã consil.incip.
Ego Fran.de Rampo.in prin.& Saly. in suo consil.incip.Ma
thasias.in fi.prout refert, & sequitur Cor.in consi.166.Circa
primũ.3.col.in prin.t.volu.& ibi dicit, quòd ista opi.dicitur
æqua, qui idẽ dixit in consi.161.Visis copia.5.col.3.vol.vbi
plures concordantes alle. & eidem opinioni videtur inhære
re idẽ Cor.in consi.284.Copiosè quidem.j.col. in fi.4.vol.
licet dicat per multos teneri contrariã opi. istã opi.sequitur
etiã Io.Bap.de S.Seue.in trac.de transac.in 12.q. princi. vbi
asserit, q̧ ita cõiter tenetur. Idem etiã tenet, & communiter
teneri affirmat do.Fabia.de Monte in trac.de emp.& ven.in
8.q.princ.4.col. hanc opi.firmat etiam Alex.quasi in termi-
nis nostris in consi.89. Viso puncto.4.col.versicu.2.respon
deo.2.volu.vbi multis allegat concordantes, & eandem opi.
tenuerunt Cald.& Ioan.de Ana.in consi.suis, prout eos post
multos alios refert, & sequitur Dec.in consi.203.Vt vera re
solutio.2 .col.vbi licet dicat articulum satis dubium, asserit
tamen istam opin. esse magis communem. Et pro certo si
quis bene considerauerit doc.pro ista parte, & etiam pro con
traria, inueniet pro ista opinione plures numero, & etiã ma-
ioris auctoritatis, itaque non arbitror ab ea in iudicando, &
in

tis consulendo recedẽdum esse, præsertim quia per eã obuia
tur fraudibus, vt inquit Aous meus in d.consi.85.& ita ego
aliàs consului io patria mea Senensi,& ita fuit iudicatum.Et
18 ista opin.saliẽ,& sine dubio debet attẽdi & obseruari,† quã-
do deceptio vltra dimidiã iostę extimationis illius dubij euẽ
tus sit in magna quãtitate, put erat in casu,in quo aliàs cõsu
lui, vt sic alia opinio procedat, qđ quis decipitus in parua
quantitate supra dimidiam, prout ita distioguẽdo signanter
19 determinat Corn.in d.consi.166.3.col.1.vol.† Qui plus di
cit, videlicet, q̃ q̃ñ excessos deceptioois est magnus, succurrẽ
dum est decepto, etiam q̃ transactio fuerit suo iusamento fis
mata,& istam consideratiõẽ,& distinctiõẽ parui & magni
excessus amplectitur etiam Dec.in d.consi.203.& in consil.
210.Visa transactione.2.col.ver.negari tamen nõ potest.&
in consi.479. In controuersia.colum.fi.ves.ex qoibos patet.
sed sic est, q̃ in caso nostro deceptio istorum fratrũ est supra
dimidiam æxtimationis illius dubij, & futuri euentus. Et
quidem in magna quantitate, ergo &c.hoc autẽ probatus, nã
cũ bona testatoris essent valosis ducatorum 2500.io circa,
vt in facto præsupponitor, quisq; prudẽs pater fami.æxtima-
ret, & emeret illud incestum fideicõmissi, & sic dubiũ futu-
rum eueotum ad minus pro tertia parte dictæ summæ, atten
to maximè q̃ domina Catherina iam per plures annos viro
cõiuncta sterilis fuerat, & pro sterili habebatus, prout rei ve
20 ritas fuit.Et si quis non acceptet hanc æxtimationẽ,† Nemo
tamẽ mihi negabit, quin pso qointa parte debuerit æxtima-
ri, & sic pro ducatis 500.vnde cum solùm isti fratres recepe
rint ducatos 52.constat, deceptionẽ eorum fuisse nedum vl
tra dimidiã in magno excessu, sed etiam in maximo, fuerunt
n.decepti supra octuplum eius, qood receperunt, vt de se pa
tet.Et oulli dubium fore arbitror, q̃ ipsi dicereotur decepti
so magno excessu vltra dimidiã, etiã q̃ æxtimatio prędicti fu
turi euentus reduceretur ad summã 200. vel etiam 150.du
catorum, cũ excessus esset etiam tunc supra sextã partẽ, iuxta
doctr.Basto.in l.si societatem.§.arbitrosũ.5.columna.ff.pro
socio.& quilibet vir bonns pro magno excessu haberet: alte-
ro.n. de duobus istis modis solet cognosci excessus magnos,
seu enormis læsio, vt declarat Dec.in cõsi.39.Iusidica.col.fi.
prope fi.Quare stantibus prædictis, non est dubitandũ hoc se
cũdo fundamẽto illis esse oĩno subueniendũ. Eo addito, q̃ si
rectè aduertatur renunciatio secũdo loco facta de parte Lau
rentij, dicitur facta etiã sub titulo venditionis, propter quod
respectu eius partis dicimus esse extra præcedentẽ dispu. Et
ita sine dubio procedit remedium d.l.2.C.de rescin.ven.&
disputatio prædicta seruiat quantum ad renunciationem de
parte Bar.primo loco factã. Nisi quis dixerit, nec forte im-
probabiliter, etiã illã posse dici venditionẽ saltẽ quò ad pro-
positũ d.l.2.cum certo precio facta fuerit, licet verba nõ sic
21 sonare videantur† inspiciendo magis vim,& effectũ conueo
tionis q̃ verba, arg.l.insulã.ff.de pręsc.uer.cũ si.super quo tñ
nõ facio magnam vim, oec aliter illud firmo veluti nõ neces
22 sarium, cum prædicta satis sofficere videãtur. † Tertiò & vl
timò eisdem fratribus subueniendũ puto pp dolum do. Ca
therioæ & Bernardini mariti eius, quem dicuntur adhibuis
se aduersus prędictos fratses pauperculos,& ignosãtes, vt.s.
prædictã transactionem, seu renunciationem, venditionẽ,&
cessionem facerent, vt sic eis petentibus fideicomm.si de tali
renũciatione opponatur, replicatione doli æquissimè succur
ratur, iuxta totũ tit.ff.& C.de dolo.& ff. de excep. doli. & est
tex.satis ad psopositũ in l.si cum te, iuncta declaratione glo.
ibi super ver.exceptione.ff.de pac.& in l.cum posteaquã.iun
cta gl.C.eo.ti.facit l.si quis cum aliter, cum materia.ff.de ver
23 bo.obliga. Et licet fostaise tentari posset, † q̃ interuenerit
verus dolus,& ex proposito, eo quòd Bernardinus sciens quã
titatem bonorum hęreditariorum,& eorum precium verita
tem tacendo, videtur induxisse pręedictos fratres oĩum igna
ros ad remittendum tam amplum fideicommissum pro tam
parua quãtitate, non.n.caret suspicione doli, arg.l.qui oẽdũ.
C.de hęr. vel act.ven.& l.Iulianus.§. per cõtrarium.ff.de ac.
emp. cũ oon sit verosimile, aliàs prædictos fratres voluisse
pro tã parua quantitate ius succedendi in magna hæreditate

perdere, vt in simili sentit glo.io l.1.§. si parens.ff. si quis a
pa.fu.manu.& probatur, quia nemo pręsumitur uelle iacta-
24 re suũ.l.cũ de indebito.ff.de probatio.iũcto titu.† qđ dici so
let, dolum probari ex indicijs & cooiectoris solom.C.de do
lo.cum concos.ibi per gl.allegatis, vt sic dicamus, q̃ ille per
suaserit dictis fratribus, in illa hæreditate pauca fuisse.Tõ
sup hoc nõ insistendo, nec quicquam firmando, dico, q̃ do-
lus in casu nostro dicitur interuenisse re ipsa propter eoos-
mẽ,& enormissimam læsionem psædictorum fratsum.Hoc
est dicere, q̃ ex quo ipsi fuerũt sic enormiter læsi, periode ha
betur, ac si dolosè fuerint ad sic agendum inducti. Et dr̃ tũc
25 dolus re ipsa adhibitus,† ex enosmi.n.læsione arguitus do-
lus, vt vr̃ probasi in l.si superstite.C.de dolo.ibi, si læsa es im
modicè.innuit.n. ibi tex. q̃ si ibi non essemus inter patrem
& filiã daret̃ actio de dolo, ergo &c.Facit etiam in arg.l.om
nes.§.Lucius ff.quæ in fraud.cred.& uidet̃ tex.io d.l.si quis
cum alites,& ibi tradũt doc.de verb.ob.ita etiã uoluit Bart.
in d.§.arbitrorum.vbi etiam Ale.in apost.& Bar.io l.si & ibi
Ale.in apost.ff.de præto.stipu.Bald.in c.1.§.item sacram.in
4.q.de pace iu.fir.& est apud nostros doc.commune dictũ,
vt per Corn.io d.cõs.166.& in cõs.15.In præsenti.colum.
5.in prin.3.vol.in cõs.cxlvij.Omisso.2.col.in fi.in consilio
cclxxxiij.Pars dicti.4.col.& 284.Copiosè.1.col.in fi.4.vo.&
tradit Deci.in d.consi.203.217.& 479.qui etiam idem di-
xit,& longè prosequutus fuit in consi.180.Visa senuncia-
tione.4.col.& tradit Cor.iu.in cõs.141.Habita diligenti.2.
26 col cum multis concos.qui allegari possent,† & omnes præ
dicti doc.asserunt, dolum istum re ipsa interueoiente ppter
enormissimam læsionem æqniparari dolo ex proposito, sal-
tem quò ad effectum annullandi, uel rescendendi contractũ,
licet forte diuersu modo illud fiat, ut per eos in locis prædi
ctis. Quibus sic stantibus, cum læsio istorum fratrum fuerit
nedum enormis, sed etiam enormissima, vt ex prædictis cõ
stat, satis aperta frõte cõcludẽdum est.eis aliquo mõ subue-
niendũ esse aduersus præsumptum dolum prędictorũ Ber
nardini,& vxoris saltem p viam replicationis, secundum qđ
supra diximus,& proot etiam declarat Pau.de Cast. in d.l.si
superstite.C.de dolo. saltem dicendo, q̃ nunc dolo malo fa-
ciunt opponentes de prædicta renonciatione, quæ in se dolũ
habere dr̃, iuxta d.l.si quis cũ alites, cũ his, quẽ ibi tradunt
doc.de verb.obli. Omitto plusima, q̃ dici possent vltra præ-
dicta particulasites,& in specie ad anoullationem,& rescis-
sionem venditionis, & renunciationis vltimo loco factæ de
portione Laurentij, de quibus plenè & doctè supra per ex-
cell.Consultorem dictum fuit.Ad quem me remitto,& vnà
cum eo ex rationib.prædictis coocludo, ioridicum,& æquis-
simom esse istis paupesculis fratrib.subuenire, eosq; a tam
maxima,& enormissima læsiooe subleuare. Laus Deo.
Maria.Socin.iunior iuriscon.comes & eques, Paduæ. 1537.

ADDITIO.

Num.17.cons.ad quod se refert est 129.num.48.volum.primo.

CASUS.

Dñs Lucas de Vgeris nobilis Brixiẽ.a Comite Palatino ab Imperatore amplam auctoritatem habente petijt legitimari Io.Christophorũ eius filium, asserẽs eum natum ex se,& domina Martha solutis,& ita legitimatio facta fuit.

Ex post in testamento suo iste dominus Lucas hæsedẽ instituit illum Io. Christophorum filium suum legitimatũ hęredẽ uniuersalẽ, subdẽs, q̃ volebat talem institutionem valere & tenere, etiam quòd oon esset filius eius, amore Dei.

Allegatur, q̃ d.Lucas nuoquam ex d.Martha filium prædictum suscepisset, imo etiam antequam ipsa domina Martha nasceretur,& etiam post carnaliter se coniuoxit cũ D.Annũciata matre d.D.Marthæ,& q̃ de eo est publica vox & fama,& ita fama legitimè probatus,& probatus ẽt pes duos testes factum ipsũ, quilibet, n. deponit se uidisse actualiter dominum Lucam supra corpus dominæ Annunciatæ exercẽtẽ rõ veneream,& carnaliter eam cognoscẽtẽ, diuersis tamen temporibus,& locis.

Extant

Extant etiam aliqui testes deponentes, ꝙ domina Annunciata dicebat,& confitebatur, prædictam D. Martham fuisse filiam domini Lucæ prædicti, sunt tamen testes singulares respectu temporis,& loci.

Extant etiam aliæ quædam coniecturę; ut ex processu apparet.

Illis sic stantibus queritur utrum prædicta hęredis institutio possit aliquo modo annullari, seu dici nulla usque ab initio tanquam facta de incapace,uel qualibet alia ratione.

Et pro parte affirmatiua consuluit clariss. D. Camillus Buzius,cuius consilij comprobatio petitur ab excellentia uestra,si iustitia patiatur.

S V M M AE.

De probatione,ꝙ quis certam mulierẽ carnaliter cognosceret in genere, utrum scilicet fieri possit per testes singulares, & ꝙ saltem probatur per testem singularem de facto cũ fama publica.

Et de legitimatione,utrum valeat,si in ea non exprimitur qualitas illegitimitatis.

Et ꝙ institutio de incapace non ualet,ẽt si fiat amore Dei.

1 *Testes singulares in loco & tempore an probent.*
2 *Testis unius dictum fidem alterius debilitat.*
3 *Testes an dicantur singulares in actu multiplicabili, & infrà num 7.& num.17.*
4 *Vsurarius an quis probetur per testes,quorum unus dicit de quantitate uni data sub usuris, & alius de alia, & infrà nu. 18.*
5 *Fama cũ uno teste an carnalem copulam probet,etiam si sit unus ex testibus famam probantibus & infrà nu.24.*
8 *Possessio probatur, si unus testis dicit, quòd uidit me per unum annum possidere,alius per alium annum.*
9 *Testium singularitas duplex est.*
10 *Probationes imperfectæ quando sunt eiusdem generis, debent simul iungi.*
11 *Instigatio alicuius in aliquem ad litigandum probatur per duos testes deponentes de diuersis actibus instigationem denotantibus,nec singularitas obstat.*
12 *Hæreticum aliquem probare sufficit per testes singulares.*
13 *Iurisdictio probatur per testes singulares.*
14 *Possessio per testes singulares probatur.*
15 *Confessio debiti probatur per testes singulares.*
16 *Testes uti singulares non sunt repellendi, quando ratio concordiæ eorum est eadem ueritas.*
19 *Per testes singulares probatur aliquid in genere, puta quem esse infamem, furiosum,uel hæreticum,uel usurarium.*
20 *Vsurarius manifestus quis dicatur.*
21 *Mercator dicitur,qui sæpius emit & non semel,aut bis.*
22 *Nomina in delictum sonantia uerificantur in una actu.*
23 *Vsurarius probatur ex fama, & quibusdam indicijs.*
25 *Fama uerosimilis cum uno teste super facta plenam probationem facit.*
26 *Causa quanda dicatur criminalis.*
27 *Fama cum uno teste de ueritate facti cum alijs indicijs in criminali probat.*
28 *Probatio copulæ imperfecta ualet,ex quo copula est difficilis probationis.*
29 *Probatio minus legitima admittitur in his, quæ sunt difficilis probationis.*
30 *Affinitas contrahitur per illicitum coitum & adulterinum.*
31 *Filius incestuosus dicitur ille,qui est natus ex aliquibus,qui erant affines facti per illicitum coitum.*
32 *Legitimatio ut sit ualida,debet fieri mẽtio qualitatis spurietatis. & infrà nu.37.& 38.ubi latè.*
33 *Legitimatio facta de filio nato ex filia spirituali an ualeat nulla facta mentione de tali qualitate,& infrà nu.38.*
34 *Legitimatio si non ualet,non ualet etiam institutio de legitimato facta.*
35 *Citatio an sit necessaria in legitimatione,seu potius dispensatione de illegitimo facta.*
36 *Legitimatio facta per Imperatorem, seu eius Comitem in terris Venetorum respectu bonorum in eis existentium non ualet.*
39 *Matrimonium non potest dispensatiuè contrahi in casibus de iure diuino prohibitis.*
40 *Legitimatio ut ualeat,debet fieri mentia agnatorum,ut constet legitimantem eis præiudicare uelle.*
41 *Legitimatio ad feuda non ualet, nisi princeps sit certificatus, ꝙ extant agnati quibus præiudicetur.*
42 *Institutio de incapace non ualet,etiam si fiat amore Dei.*
43 *Interpretatio talis semper esse debet, ut dispositiones,aut prohibitiones sint ludibrio.*
44 *Actus nostri à sola uoluntate nõ regulantur,sed etiam à potestate facientis.*
45 *Nil est quod aliquam actionem agat, ad quam potentiam non habeat.*
46 *Potestas & uoluntas hæc duo sunt, in quibus constat effectus omnium humanorum actuum.*

CONSILIVM XCIX.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis,& iustitia.



VISO themate ꝓposito, necnon elegãtissimo, doctissimoque consilio excellentissimi Consultoris mihi uti fratris maioris, & honorãdi, qui ꝑfecto præsentem consultationem adeo subtiliter cum summa doctrina, & ita copiosè discussit,& resoluit, ut amplius qd in ea desiderandum non videatur, nec locus additioni relictus. Mihi ergo de subscriptione requisito satis esse uideretur simpliciter conclusionem per eum firmatam comprobare. Veruntamen, ut iustitiæ, consultanti, & mihi ipsi satisfaciam,& difficultatem presentem uideat degustasse, placuit paucula quędã scribere nonnulla dictis per eũ addẽdo.

Tota itaque difficultas consistere uidemr circa tria.

Primò, nunquid pędictus Io. Christophorus, qui asseritur legitimatus, sit filius domini Lucę incestuosus tanquam natus ex muliere, cuius matrẽ ꝑ prius ipse dominus Lucas carnaliter cognouerat. Secundò posito ꝙ sic, vtrum de eo facta legitimatio valuerit, vt sic tanquã legitimatus fuerit rectè hæres institutus. Tertiò posito ꝙ non, utrum saltem ualuerit institutio hæredis de eo facta amore Dei, etiam ꝙ non esset filius, prout dicitur in testamento. Circa primum prima consideratione uideret forte dicendũ, quòd nõ possit dici filius incestuosus, seu ex ĩcestuoso coitu natus, nã domina Martha mater eius nullo uinculo cõsanguinitatis erat coniuncta prædicto domino Lucæ, ex quo ipsum Io. Christophorum concepit. Nec uidetur rectè & legitimè ꝓbarũ ꝙ dominus Lucas per prius carnaliter cognouisset dominã
1 Annunciatam, † nam illi duo testes, qui de tali coniunctione deponunt, uidentur in suo dicto singulares, cum diuersis locis & temporibus deponant, & ideo illis non dẽt credi, iuxta regulã l. iurisiurandi. C. de test. & dicit ibi Bal. s. columm. versi. deinde no. rationem, ꝙ plures testes singulares ẽt in magno numero non probant plus, quàm vnus solus, imo
2 minus: † quia sæpe dictum vnius debilitat fidẽ alterius, secundũ Bal. in d. l. de quib. col. antepen. versi. sed nunquid testes. ff. de legi. tradit Alex. in consi. 21. Repetito. post princ. 4. vol. & Dec. in consi. 133. Viso processu. 3. colum. versi. se-
3 cunda testis. † Nec videtur obstare, quod hic agitur de probando actu multiplicabili, uel de aliquo in genere, propter quod uideretur illos testes in effectu non esse singulares, & consequenter probare, iuxta tradita per doc. post glo. in l. ob carmen. §. si testes. ff. de test. cũ alijs alleg. supra per clarissimum Consultorẽ. Quoniã videtur posse respõderi, ꝙ immo in proposito istud nõ videtur sufficere, & ꝙ imo illi testes tã quã singulares non ꝓbẽt; quia cũ quilibet deponat de diuerso coitu, certè non est alicui credendũ, cũ in suo dicto sit solus, sicut in simili de ꝓbõne usurarij ꝑ hãc rõem & alia plura concludit Ab. in cons. 42. Ex multis agitatis, ferè per totã

1.volumi. firmat enim ibi post multos ab eo relatos,† ꝙ non
probatur; quem fuisse usurarium per testes, quorum vnus
deponit de vna quantitate vni data sub usuris, alius de alia;
quia verè secundum eum sunt testes singulares,& ideo nulli
eorum,cum sit in suo dicto solus, debet credi. idem uoluit
Alexand.qui & exempla ponit in consi.72.Inspecto diligen-
ter.3.col.uersi.secundò præsuppono,primo uol. Sic ergo &
in casu nostro dicendum uidetur. Nec etiam uidetur obsta
5 re,ꝙ de tali cognitione carnali sit probata fama,† quæ cum
uno teste super facto solet facere plenam probationem,iuxta
tradita per Abb.Are.& alios in c.ueniens. il 1.de test.cum
alijs supra per Consulentem deductis. Quia uidetur illud
in casu nostro non habere locum,agitur.n.de probando cri-
mine coitus illiciti,immo adulterini, cum domina Annun-
6 ciata esset matrimonio cõiũcta, ut mihi præsupponitur† cõ-
sequenter videmur esse in causa criminali, in qua fama cum
uno teste non probat,ut est gl. super uer.illorum,quam ibi se
quuntur doc.in d.c.ueniens.quã gl.sequitur & dicit esse sin-
gularẽ Imo.in l.interesse.in fi.ff.de acqui.poss.ꝙ etiã firmat
Ias.alios cõcordes allegãdo.in cõs.167.Formatæ sunt, colu.
fi.ver.præterea.& fortius.4.vol. Sed istis non obst.diligẽ-
tius cõsiderãdo cõtrariũ verius arbitror, & sic in proposito
rectè & legitimè probari carnalem coniunctionem fuisse in-
ter pdictos dominũ Lucã,& Annunciatam,antequam domi
nus Lucas ex prædicta Martha dictum Ioan. Christophorũ
suscepisset,prout per excell.Consultorem iuridicè, ut puto,
conclusum fuit per ea,quæ plenissimè per eum deducta fue-
7 runt.Et ista conclu.procedet sine scrupulo,si allegata in con-
trarium remoueantur.Quare dum primò dicebatur p illos
duos testes uelut singulares nihil probari, licet deponãt de
aliquo in genere,siue de actu multiplicandi,responderi põt,
ꝙ illud saltẽ in proposito nostro nõ uidetur uerũ,nam cum
quæratur,utrũ dominus Lucas cognouisset carnaliter d.An
nunciatam,antequam ex Martha filium genuisset,nõ restrin
gendo hoc ad aliquem locum,uel ad certum tempus,& asse-
ratur hoc verũ fuisse,& ꝙ d. dominus Lucas solitus erat cũ
ea conuersari, eãque carnaliter cognoscere, certè per dictos
testes vñ talis assertio probari: quia uterque illud dicit,& sic
sunt cõcordes in hoc, de quo quæritur, licet sint singulares
respectu loci & temporis, de quibus non quæritur; quia nõ
agitur de probando aliquo particulari coitu,qui ad tẽpus &
locum certum debeat reduci, sed agitur de probando hoc
simpliciter etiam in genere,ꝙ ambo testes dicũt,& attestan
tur,ergo &c.Et ꝙ dicti testes illud probent,& dicãtur in hoc
concordes,probatur primò per id,quod dicit gloss.fin. in d.
§.si testes,cum qua Bartol.& alij ibi communiter transeunt,
8 † vult.n.ꝙ si aliquo me posedisse,& ex testibus per me pro-
ductis unus dicat, ꝙ uidit me possidere per unum annum,
alius per alium annum,& sic de cæteris,dicuntur probare,&
teitet eorum testimonium; quia hoc solùm quæritur, an
posse.derim,quod omnes testes dicunt, licet varient in tem
pore,sic ergo dicendum est in casu isto,ut dixi. Secundò p-
batur per doc.Bal.in rubri.de contro.uer.inuesti.columna 1.
9 uersiculo est ergo duplex singularitas. † inquit.n.ꝙ singulari
tas una est obstatiua, quando.s. agitur de probando in spe-
cie & instãtaneo, alia est adminiculatiua,ꝙñ.s.agitur de actu
in genere probando,qui sit reiterabilis, & isto casu dictum
vnius testis, licet aliquo respectu singularis adminiculatur
alteri,& cum eo coniungitur ad probãdum.& istam doctri-
nam communiter sequuntur doc. vt per clarissimum Cõsul
torem dictum fuit,qui plurimas auctoritates ad hoc allegat,
ut per eum,& vltra eum ita etiam dixit Barb.in consi 29. Il-
lud afferam in med.7.col. ver.modò in proposito.1.volu.in
cons.25.Præclarè scripsit.2.col.ver.est quędam singularitas.
& in consi.lxx.Præclarè scribit.1.Regum.8.col.ver.& si qui
spiam opponat.2.uo l. Crot.in trac.de test.nu.325.uer.8.
sit conclu.Caccial. in l.ad monẽdi.ff.de iureiu.& ibi Cur.
iunior nu.60.in ver.circa doc.Bar.Cum itaque hic agat de
probanda in genere prædicta carnali coniunctione, q̃ erat
reiterabilis,& multiplicabilis,sequit, quòd singularitas bo-
rum duorum testium respectu temporis,& loci dicitur inui

cem adminiculatiua,& debent eorum dicta coniũgi ad pro-
10 bandũ.† Et licet talia dicta sint probationes imperfectæ qua
libet per se considerata:tamen debent simul iungi, attento
ꝙ sunt eiusdem generis, prout plenè deductum fuit supra p
dominum Consulentem,& vltra eum tradit Corne.in cons.
34.Circa principale.2.col.uersi.tamen quia nuj libet.2.vol.
Tertio facit doctrina Ang. in consil.235.Punctus est,quędã
11 domina Margarita.2.col.vbi concludit in casu suo,† ꝙ insti
gatio alicuius in aliquem ad litigandum probatur per duos
testes deponentes de diuersis actibus instigationem denotã-
tibus,nec singularitas obstat; quia uerè & in effectu nõ sunt
testes singulares,cum agatur de probanda instigatione, quæ
est quoddam genus, in quam ambo cõcordãt; quia depositi
actus talem instigationem demonstrant, licet quilibet actus
solùm per vnum testem probetur.Idem dicunt Ang.& Imo.
in§l.ex facto.§.item quæro.ff.de uulg.& pupilla.substitutio.
vt refert Deci.in c.licet causam.6.col.de probat.Sic ergo uf
dicendum in proposito de hoc generali.s.ꝙ dominus Lucas
se commisceret cum dicta Annunciata,& eam carnaliter co
gnosceret,vt supra, licet vnus specialis coitus solùm p vnũ
12 testẽ probetur,& alius p aliũ. † Quartò facit: quia habemus
ꝙ ad probandum aliquem esse hęreticum, sufficit, ꝙ vnus te
stis deponat,ꝙ negauit vnum articulũ fidei,& alius,ꝙ nega-
uit alium, nam licet illi testes in se sint singulares; tamẽ qa
agitur de probãda hæresi in genere,non habentur pro singu
laribus,& probant,prout concludit Iacob.But.in l.Arriani.
C.de hęretic.& post eum Bal.in consil.465.Visis dictis arti-
culis & dictis testiũ,quarto volumine,refert & sequitur Cor
ne.in consilio nonagesimo primo.Visa facti narratione.col.
decimaquarta, versi.tamen dum agitur &c.primo volu.& in
dicto consil.34. 2. volu. Idem dixit Saly.l.quicunque.C.
de hęreticis,& Hippoly.in consi.5.Non auferas de ore meo.
5.columna.Ioan.de Anania in c.primo,in fine,de hęreticis,
lib. 6. & Ale.in consilio decimo.Maturéque digestis.secũda
columna,versic.præterea testes discordes,sexto volu.Simili-
13 ter & primò facit,quia videmus † ꝙ si uolo probare iurisdi
ctionem,& unus testis dicat,ꝙ uidit suspendi unum furem,
alius testis deponat de alio fure,dicitur probata iurisdictio,
licet testes in suis particularibus dictis uideantur singulares.
14 † Sic etiam si uolo probare possessionem, & vnus testis di-
cat, quòd uidit colligere fabas, alius, quòd uidit colere uel
seminare, nam etiam tunc rectè probatur possessio, licet
testes singulares in suis dictis uideantur. Satis enim est,
ꝙ concordent in genere illo, de quo probando agitur,uide-
licet, quòd iurisdictionem, vel fundum possidebat, ita
signanter concludit Ang in sua disputatione, Athẽsis miles.
& voluit Specula.in titu.de inquisitione.§.primo.uersi.quid
si vnus,cum multis concordantibus, ut per Corneum in di-
cto consilio nonagesimo primo.2.volumi.& 34.2.uolum.&
in consi.134.Reperio me aliàs.2.columna,1.volumi.in con
silio 595.Licet in hac,secũda & tertia col.& in cons.286.Pro
præsentis consultationis decisio. 4.col.3.uolumine.Sextò fa
cit decisio Pau.de Cast.in consilio 304.Iudex est minister,dũ
15 concludit, † quòd si testes deponant de diuersis confessioni
bus debiti, debitum probant, licet circa confessiones sint
singulares: quia dicit ipse, non inducuntur illi testes prin
cipaliter ad probandum confessionem, sed ad probandum
debitum, quod ex ipsa confessione probatur. Et istud
consilium refert & sequitur Corr. iunior in consilio sexa-
gesimoquarto. Præsupponitur in facto,4.columna. in
principio. Sic ergo dicemus in proposito ubi principaliter
non agitur de probando coitu,sed de probanda affinitate in
ter dominum Lucam, & Martham,quæ resultat ex coitu ip
sius domini Lucæ & Annunciatæ matris dictæ Marthę.
Possent,etiam alia plura similia,seu plures similes decisiones
16 allegari, sed gratia breuitatis dimitto. † Et demum præ-
17 dicta confirmantur pulchra ratione: † quia testes nunquam
sunt sãquã singulares repellẽdi,quando ratio cõcordiæ eorũ
est eadem ueritas,licet diuersis medijs percepta ab illis,vt si-
gnanter declarat Bal.in l.actor.3.colum.in prin. C.de pro
batio.refert & sequitur Corn.in dicto consilio 34.2.vol.sed
in

in proposito sic est: quia carnalis copula inter dominum Lo
cam & Annunciatam ex qua resultat affinitas prædicta. dici
tur ratio concordiæ istorum testium, hoc est dicere in eam
ambo concordant, & sic dr̃ eadem veritas, licet per diuersa
media percepta, ergo sequitur, q̄ testes isti nõ debent dici in
effectu singulares, sed q̄ probent, si non omnino directè sal-
tem in ratione signorum seu significatorum, vt dicunt Bal.
& Cor. in locis prædictis. Et ideo dixit Alex. in consi 53. In
17 causa vertente. col. fi. 1. vol. † q̄ testes non possunt dici singu
lares, si deponunt de actu reiterabili. satis enim est, q̄ cõcor
dent in eundem rei finem, licet in particularibus nõ cõcor-
dent, ut ex omnibus decisionibus prędictis apparet, & p̄ hoc
per omnes allegator. l. qui sententiam. C. de pœn. Et ultra p̄-
dicta etiam firmat, & plura congerit Ioann. de Ami. in cõsi.
primo. In causa & lite, colum. 26. & Stepha. Bertran. in con-
si. 238. Prouidi viri. 2. colum. 2. volum. Hipp. de Marsi. in cõ
si. 5. In causa Ioannis. 1. colum. in fi & Ludo. Bolo. in consi.
36. Cor mundum crea. 4. colum. ver. item videmus.

Et ex his apparet responsio ad id, quod in contrariũ dice-
batur: q̄a licet respectu particularis coitus quilibet sit solus
in suo dicto: tamen sunt concordes in genere, & in eundẽ
finẽ, videlicet, q̄ carnaliter dominus Lucas cognouerat An-
nonciatam, & sic q̄ contracta erat affinitas inter ipsum &
prædictam Martham, ut infra dicam. Et istud sufficere uide-
tur per prædicta. Nec obstat, quod de vsurarij probatione
18 in contrarium allegabatur. † Quoniam primò dici posset,
quòd immo; quicquid dicant Abb. & Alex. in contrarium al
legati, forte verior est opin. quòd etiam vsurarius eo modo
probatur per ea, quæ supra dicta fuerunt, maximè in quarto
fundamento, & q̄ immo vsurarius per tales testes probetur,
signanter determinat Ange. in dicta disputatione, Astensis
miles. mihi col. 16. & est de intentione Bal. in d. consi. 465.
dixit Barb. in d. consi. 25. Præclarè scripsit Plato. 3. colu. ver-
sicu. & idem si probetur amasia, vel usurarius. 2. vol. & rectè
intuenti ita voluit Corne. in d. consil. 134. in fin. 1. volum.
34. 2. volum. & 286. 3. vol. Vbique enim allegat, & sequi vr̃
Ange. in prædicta disputatione. Et placeat domino iudica-
turo videre prędicta consilia: quoniam decisio Cornei in
quolibet plurimum facit in proposito, ut scilicet ex istis testi
bus sit probatum, q̄ dominus Lucas pro amasia tenebat do
minam Anounciatam, & eam carnaliter cognoscebat, & ita
sit probata affinitas inter eum & dominam Martham prædi
ctam. Hoc idem de vsurario probatur ex doctrina Alex.
post alios per eum relatos in consilio 92. Viso opportunè,
4. col. versicu. nec obst. si dicatur. 5. volu. & in d. consi. 106.
19 vol. dum concludit, † q̄ per testes singulares in se bene p̄-
batur aliquid in genere, puta quem esse infamem, quem esse
furiosum, quem esse hæreticum, vt per eum: idem ergo dicẽ
dum videtur de vsurario, in quo a prædictis non videtur con
siderabilis ratio diuersitatis. Vel secundò posito, q̄ sit verũ,
q̄ de vsurario dicunt Abb. & Alex. allegati in contrarium, po
test dici de eo ad casum nostrum non valere argumentum,
20 † nã vsurarius manifestus non dicitur quis ex eo, q̄ semel
fęnori dederit, aut bis, sed requiritur, q̄ pluries fecerit, & pa
lam & paratus fuerit ad fœnerandũ; iuxta gl. in ver. manife
stos in c. 1. de vsu. lib. 6. ita declarat Bar. in l. 2. uer. quando-
21 que quęritur & c. ff. de fur. † sicut dicimus de mercatore, vt
. s. nõ dicatur, qui semel, aut bis emit, & vẽdit, sed qui sæpius
facit, vt l. 1. in prin. & ibi glo. ff. de tribut. tradit Bart. in ru-
bri. ff. veter. 3. colo. & in l. legatis. in prin. in 3. q. ff. de leg. 3. Se
cus est in proposito; quia affinitas, de qua agitur, contrahitur
ex vna tantùm cõiunctione carnali, vt est notum, vnde ad ca
sum nostrum melius est argumentum de hæretico, qui ex
vna tantum infidelitate dicitur, iuxta c. primum. de hæreti
22 cis, † & sentit Bar. in d. rub. dũ dicit pro regula, quòd nomi
na sonantia in delictum verificantur in vno acto, quàm sit
de vsurario, sed hæreticus probatur per testes singulares, vt
dictũ est, ergo &c. Posset & tertiò dici, si quis vellet de vsu-
23 rario ad casum nostrum arguere, † quòd etiam vsurarius
probatur ex fama cum quibusdam indicijs, vt post glo. tra-
dunt Innoc. & alij in c. cum in dioecesi. de vsu. cum concor-
dantibus, ut per Fulg. ĩ consi. cxxxviij. Visis præcepto &c. se
cunda colum. in versicu. adest etiam, & tradit Geminia in c.
primo. §. & quia, colum. fin. de usu. lib. vj. Sed hic adest fama
publica, & indicia plura, seu argumenta, de quibus supra per
excellentissimum Consulentem, ergo &c. Sed ulterius in
stãdo posito, sic q̄ per istos duos testes veluti singulares non fie
ret plena probatio per ea, quæ in contrarium allegata fuerũt
24 de quo non parũ dubitari potest, † adhuc tamen in caso isto,
& absque dubio rectè probatum est, prædictam carnalem co
pulam interuenisse, attento q̄ de ea probatur, & iuridicè pu-
blica vox, & fama, quæ iuncta cum uno teste de veritate facti
inducit plenam probationem per tradita per doctores in d.
cap. veniens. de testibus. etiam si testis ille sit vnus ex testibus
famam probantibus secundùm Baldum in l. Gallus. §. ille
casus. ff. de liber. & posthu. & plenè per dominum Consulen
tem dictum fuit, & vltra eum ita refert, & videtur sequi Ias.
in l. admonendi. col. 91. ver. dixit tamẽ alibi notabiliter Bal.
ff. de iureiuran. & pro singulari ponit Marsi. in singu. 585. p̄
bationes diuersi generis. Facit etiam pulchra doctri. Bal.
25 in l. proprietati. C. de probatio. † dum dicit, q̄ fama verosi
milis iuncta cum vno teste super facto facit plenam proba-
tionem, quam doctrinam refert & sequitur Barba. in consi-
lio 14. Deum inuocent adiutorem. 3. colomna, 3. volumine,
& ideo dicunt optimum esse iustificare famam per aliquas
coniecturas, sed in proposito fama ista est verosimilis, & plu
ribus coniecturis iustificatur, ergo &c. Nec obst. quòd ui-
deamur esse in causa criminali, prout in contrarium argue-
batur. Quoniam respondetur primò, negãdo, q̄ simus in cã
26 criminali, † quia immo sumus in ciuili, licet agatur de pro
batione criminis, nec enim dicitur causa criminalis ex eo so
lum, q̄ in iudicio fiat criminis probatio, sed tunc dicitur cri
minalis, quando agitur ad pęnam applicandam fisco secun-
dùm gl. Bar. & magis communem opinionem in l. 3. ĩ prin.
ff. de sepulc. viola. vel quando agitur simpliciter vt delinquẽs
puniatur secundùm Abb. in rubr. extra de iudic. in 3. q. licet
eius opinio reprobetur per Alex. in apostil. ad Bartol. in d. l.
3. vel secundùm quosdam quando agitur, vt quis puniatur
pęna corporali, vt per Bar. & Abb. in locis prædictis. in caso
autem isto nullum istorum interuenit, vt de se patet, sed so-
lùm agitur, q̄ probato illo crimine coitus illiciti, & adulteri
ni dicatur contracta affinitas, de qua supra, ergo potest dici,
quòd simus in causa criminali, quamcunq; opinio. ex prędi-
27 ctis tenere velimus. † Posset & secundò dici, quòd hic vltra
famam & testem de veritate facti p̄dsunt plura indicia, vt est
assertio dictæ Annunciatæ, & alia, vt per dominum Consul-
torem, quod sufficeret etiam in causis criminalibus secundũ
Baldum in l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de edendo, cum con
cordan. allegatis supra per prędictum Cõsultorẽ, & vltra eũ
idẽ voluit Geminia. in d. c. primo. §. & quia. col. fi. de vsuris.
& Are. in cons. 13. Viso diligenter. in 6. colom. uersic. quod
probo. Super hoc tamen non puto insistendum: quia prima
solutio est clarissima. Sic igitur concludo plenè & legitimè
probari prędictam carnalem coniunctionem domini Lucæ
cum Annunciata matre dominæ Marthæ, antequam ipse ex
28 Martha filiũ suum Io. Christophorum genuisset. † Et vbi ẽt
probatio non esset ita perfecta, sicut in alijs casibus requirere
tur, in proposito tamen debet attendi, ex quo prædicta copu
la est de sui natura difficillimæ probationis: tunc. n. imperfe
ctæ probationes coniungũtur ad plenam probationẽ, vt per
dominum Consulentem sapientissimè ostensum fuit.
29 † Et vltra eum, q̄ minus legitima probatio admittatur in
his, quæ sunt difficillimæ probationis, & q̄ sufficiant conie-
cturę, voluit Angel. in consilio 218. Visa narratione. 4. colũ-
na in princip. ibi, ex his ergo coniecturis, tradit Corne. in
consilio 35. Circa primum. 6. columna, versicu. & in casibus.
1. vol. & in cons. 224. Multùm diffusè. 2. col. in prin. 3. volu.
patruus meus Soci. in cons. 96. Considerata cõtingentia. 2.
col. 4. vol. & Curt. senior in cons. 76. Super motiuis. 3. col. in
fin. versic. facit quia in istis.

Hæc quò ad primam quæstionem, in qua consistit põdus
præsentis consultationis.

30 † Et stante resolutione eius, de qua supra, sequitur,ut iam
dixi, cõtractam affinitatem inter dominum Lucam,& Mar-
tham impeditiuam inter eos, licet prędicta cõiunctio carna
lis fuerit illicita, & adulterina,iuxta tradita p glos. & docto
res in cap.discretionem, de eo qui cogno.consanguin.uxor.
suę.& in c. per tuas.cum concordantibus allegatis supra per
clarissimum Consultorem,& tradit Marsil.in sing.ccliiij.ex
illicito coitu,& patruus meus Soci.in consi.cxix. Circa pri-
31 mum.prope fi.iij.uolu. † Et consequenter sequitur,q coi-
tus postea secutus inter ipsam Martham & dominum Lucã
fuit incestus, & incestuosum filium pcreauit, capit.nullum
cum sequen.xxxv.quæstio.iij.& cap.lex illa.uersicu. incestus.
xxxvj. quæstione.1. & l.fin. ff. de ritu nupt.cum similibus,ut
per Alexandr.in consil. ccxxix. Ponderatis his.ij.colum.uer-
sicu.quòd autem fuerit incestus.sexto uolu.est gl.uersicu. san
cimus,& ibi doc.tradunt in auct.de incest.nup.in princip.co
lum.ij. & tradit Angel. Areti.in tracta. maleficio. in uersic.
Che hai adulterato &c. colum.xx. secundùm nouam impres-
sionem,in uersicu. habeas etiam aduertentiam. Si ergo ioan.
Christopborus dicit filius incestuosus domini Lucę,sequi-
tur,quòd ab eo hæres institui non potuit,ut in §.fi.in aucten.
quibus mod.natu. effici.sui. collat.7.& tradit Spec.in titu.
de instrumen.editio.§. compendiose.uersicu.secundò oppo-
no contra testamentum. cum alijs adductis supra p clarissi-
32 mum Consultorem. † Circa secundam quæstionem licet
uerissima sit conclusio, legitimationem prædictam de iure
non ualuisse per ea,quæ eleganter,& doctè adducta fuerũt in
consilio, & maximè ex illo fundamento; quia.s. dicitur talis
legitimatio subreptitia, cum non fuerit ipsi legitimanti ex-
pressum,q d. Ioan. Christophorus esset filius incestuosus, p
ut p Consulentem deducitur. Tamen uidebitur,fortasse ali
cui contrarium,negando totaliter illud fundamentum,& di
cendo, quòd immo non fuit necesse exprimere prædictam
qualitatem,sed satis fuit,dominum Lucam in supplicatione
dixisse ĩ genere . q d.Ioan.Christophorus erat natus ex se &
domina Martha solutis,prout ĩ simili determinat Ias.in cõ-
sil. xi. Spectabilis & generosus uir. ij. colum. uersi. secundò
33 moueor.iij.uolu.† ibi enim uidetur uelle,q ualeat legitima-
tio facta de filio nato ex filia spirituali.i.ex ea, quam quis ex
sacro fonte leuauit, licet de tali qualitate nulla sit facta men
tio,ut per eum,& tamen inter eos erat prohibitum matrimo
nium, ut extra de cogn. spiritua.p totum. Verùm hoc non
obstante uerissimum arbitror, quod supra & iuridicè,ut pu-
to, conclusum fuit p dominum Consultorem, scilicet quòd
prædicta legitimatio de iure nõ ualuerit, & consequenter q
d. Ioan.Christophorus tanquam legitimatus hæres institui
34 non potuerit,ut scilicet institutio sortiatur effectum:† nam
cũ legitimatio non ualuerit,non ualebit etiam institutio de
eo facta tanquam de legitimato uelut cessante causa institu-
tionis quasi errore ciuilis cognationis factæ,argu.l. si pater
tuus,& l.nec apud.C.de hæredi. instit.cũ his quæ ibi dicunt
docto.maximè Corne. & Iaco.de S.Georg.ita dixit Paul.de
Cast.ĩ l.eam quam.in ij.colum.C.de fideicommiss.& Deci.in
consi. cccclij. Consultum. ad fi.Et ultra adducta supra p cõ
sultorem,ita determinat Fulg.in consil. xxxiij.Engelpertus
de sancto.iij. col.de quo consilio meminit prædi.Iac.ĩ d.l.si
pater. Et ista conclusio ultra fundamentum subiectionis
35 de quo supra, fundatur etiã alijs duobus fundamentis,† pri
mò.s.ex defectu citationis agnatorum in prædicta legitima
tione nõ factæ. Nã cũ nõ sit propriè legitimatio, sed potius
dispensatio ex quo.d.Ioã Christophorus erat filius incestuo
sus,talis citatio fuit necessaria,& ea nõ facta,dispensatio prę
dicta ualere non potuit, ut tradit patrous & dominus meus
Soci. In d.l.Gallus.§.& quid si tantùm, & in consi.cclij.quo-
niam in præsenti.col.xiii.uer. non omitto.Ias.ĩ d.§.& quid
si tantùm.col.antepenul.uersi.secundò notabiliter limita,cũ
concor. ut plenè, & elegantissimè p dominum Consultoré
deductum fuit,& ita doc.nostri tenere solent,ut ipse multos
allagat,& ultra cũ ita firmat dominus Maria. Soc.auus meus
in tract. de citatio.in ij.arti.prin.in uer.xxiij.procedit ĩ legi
timatione,& in uer.xlvii. in dispensatione,& etiam ĩ uersic.
30.casus in legitimatione. in fi. vbi allegat consi.Petri de An
cha.241. Ex tenore priuilegij, allegatum supra per dominũ
Consulentem,& etiam allegat aliud consil.Ioan.de Ana. vt
p eum,& idem voluit Io.Crot. in l.Gallus.§. & quid si tan-
tùm,de lib.& posth.col.38.ver.4.limitatur , & Dec.in con-
36 si.338.In casu proposito.sub nu.7. † Secundò ex defectu po
testatis legitimantis, nam cum illa sit ab Imperatore non vi
detur habere vires in dominio Illustrissimorum Venetorũ,
qui nullo modo recognoscũt Imperatorem in superiorem :
vt sic talis legitimatio non valeat saltem respectu bonorum
in dominio Venetorum existentium , prout in terminis con
cludit Ias.in consi. 70. Super vtraque legitimatione , prout
supra per clarissimum Consultorem deducitur,& ego memi
ni me vidisse in his terminis pulcherrimum consilium pa-
trui mei D.Bartho.Soc.dum Senis essem,qui optimis ratio-
nibus ita concludebat,& credo,q fuerit illud cõsiliũ,qđ sub
scribit,& comprobat Ias.in d.consi. 70. Sed vlterius dico ,
q etiam reiectis his duob. fundamentis,legitimatio,de qua
agitur , seu potius dispensatio ratione subreptionis dicitur
inualida,prout per Consulentem concluditur,& hoc præci-
puè me inducit in huius legitimationis inualiditatem; nam
37 quicquid in contrarium fuerit allegatum,† vera & cõis con
clusio est,q suppressio qualitatis spurietatis, seu illegitima-
tionis vitiat legitimationem tanquam subreptitiam , quãdo
talis qualitas , si fuisset expressa redderet filiũ illum odiosio
rem, & certè induceret legitimantem ad non legitimãdum,
uel saltem non tam facile,q sufficit,vt rescriptum fiat subre
ptitium,& inualidum,iuxta cõiter tradita per doct.in c. su-
38 per literis.de rescript.cum simil. †Debet ergo exprimi qua
litas illegitimitatis,& ea nõ expressa, legitimatio non valet,
prout plenè tradit Benedi.de Plum.in l.1.ff de nata.resti. cũ
multis concord.vt per Deci.in d.consi. 338. In casu propo
sito.2.colu. & in consi.176.Pro resolutione.3. columna, &
abunde supra per dominum Consultorem deductum fuit.
Et vltra eum ita voluit Albet.de Rosa.in rub.C.de natu.lib.
ita etiam firmat Fulg.in d.cõsi.23.in primo dubio. patruus
meus Soci.in consi.47.In præsenti consultatione, 5. colum.
ver.5.quia in priuilegio.4. vol.Alexan.in consi. 87. In causa
mota per Auge. colu.fi. versi. iuuari etiam potest. 3. volum.
Andr.Barba.in consi.9.Illud in medium referam, in princ.
& in 5.col.ver.pręterea dicit etiam.4.volu. & Hipp. de Mar-
sil.in singula.492.in legitimatione. cum igitur in proposito
non fuerit dictum,q iste Ioan. Christophorus esset natus ex
coitu incestuoso,sequitur hanc legitimationem , seu dispen-
sationem vti subreptitiam non valere. Et cum hæc , vt dixi,
sit communis opinio, non esset curandum de opinione Ias.
in contrarium allegata,siue cuiusque alterius, qui in contra-
rium allegaretur. Quia nephas esset in iudicando a commu
ni opinion e recedere , nisi euidenter falsa ostenderetur per
iura vulgaria . Et quòd ita sit cõis opinio,assetit eam sequẽ-
do D.Marti.de Laude in tracta.de legitimatione.col.37. se-
cundùm parùam impressionem . Sed vltra instando circa
mentem Ias. potest dici , quòd ipse illud pro firmo non ha-
buerit, nec ex eo motus fuerit ad consulendum in casu illo,
vt patet ibi in col.fi.ver.a.respũdeo,ut res ista.dicit enim, q
immo in eo casu fuit expressa in specie, & in indiuiduo qua
litas illa illegitimitatis,ut per eum,qui dicit , q propter hoc
res caret dubitatione. Ex quo constat , q ex eo principaliter
motus fuit ad consulendum, cum tali expressione non facta
res non esset sine dubitatione.Nec immeritò quia auctoritas
Innoc.& Io.And.in c.fi.de fili.presbyte.in quibus Iaso. in lo
co.in contrarium allegato facit præcipuũ fundamẽtũ , ei nõ
seruit,nã Innoc.in libro suo nihil dicit ad propositũ,& Io.
And.loqtur in casu multũ separato,loquitur.n. de qualitate
Comitatus,vel Ducatus, quæ repitur in adultero , inquit.n.q
de ea non est opus facere expressã mẽtionẽ,sed satis est dice-
re,q erat natus ex soluta,& coniugato, & illud pôt tolerari ;
quia ex tali qualitate nõ magis inter illos erat phibitũ matri
moniũ , nec filio aliud nomẽ nascebat vltra adulterinũ. Sed
in casu Ias.& ẽt nostro,ex qualitate tacita matrimoniũ impe
diebatur.s.rõne cognationis spiritualis in casu Ias.In nostro
vero

verò ratione affinitatis, de qua supra, & aliud nomẽ nascitur, quia
dicitur incestuosus, meritò ergo videmr, quod exprimi debebat
qualitas per cõmunem opinionem, de qua supra. Et plus etiã
dici possit, posita etiam decisione Iaso. pro vera, quòd ex illa
ad casum nostrum non debet argui, cum sint casus diuersi, &
diuersitas rationis considerari possit. Nam in casu Iasonis
cum matrimonium iure positiuo esset prohibitum, poterat
39 ex dispositione Pontificis contrahi. † In casu verò isto secus,
cum esset prohibitum de iure diuino, iuxta id, quod legitur
Leuit. 18. in ver. turpitudinem vxoris tuę, & filiæ eius nõ re
uelabis. Et ibi dicitur, quod talis coitus incestus est: non. n. stan-
te tali prohibitione potest fieri dispensatio, iuxta c. literas.
circa medium. de restitu. spoliato. & ibi tradunt doct. Super
his tamen vlterius nõ insistam; quia quicquid Ias. & alii per
eum allegati dixerint, cõmunis opi. & iudicio meo vera est,
quod qualitas illegitimitatis, maximè icestuositatis, de qua in ca
su nostro, erat exprimenda, & quod ex eius suppressione legiti-
matio, siue dispensatio redditur subreptitia, & inualida per
supradicta. Posset etiam dici subreptitia ex alio; quia. s. in ea
40 nulla est facta mentio agnatorum domini Lucæ, † nam posi
to quòd eorum citatio nõ fuisset necessaria; tamen de eis de-
buit fieri mentio, vt ex eo cõstaret, legitimantem illis voluis
se præiudicare, puta quòd extabant fratres, aut filij fratrũ,
aut patrueles, vel eorum filij, vel similes, facile enim esse pos
set, quod Comes ille nõ legitimasset, seu potius dispensationem
illam non fecisset, si nouisset aliquam ex prædictis persona
extare, ne illi præiudicaret, vel saltem non tam de facili, ita
post Vber. de Boh. ab eo relatum voluit Ant. de Bu. in ca. per
venerabilem, mihi col. 13. versi. exigitur tamen, quòd fiat mẽ
tio agnatorum, & infra in ver. idẽ tenuit Vbertus de Bobio
de agnatis, qui filij sint legitimi, idem voluit Corne. in con-
si. 93. Primo aspectu, 3. col. ver. constat. n. quod Papa, secundo vo
lumine, vbi etiam refert ita tenuisse Ioan. And. in additioni-
bus Spec. vt per eum, idem videtur firmare Are. in cõsi. 167.
41 Magnifici & excelsi domini. circa finem, † dicens non valo
re legitimationem ad feuda, etiã si illud expressè diceretur,
nisi Princeps legitimans certificatus esset, quod extabãt agnati,
quibus per legitimationem præiudicabatur. Hoc etiam vo
luit Bertran. in consi. 110. Visis quibusdam prætẽtis copiis,
quinta colum. post medium vsque in finem, secundo volumi
ne. Super hoc tamen nõ facio præcipuum fundamentum, &
vlterius non instabo: quia præcedens fundamentum clarissi
mum est, & solum sufficit ad annullandam legitimationem;
seu potius dispensationem, de qua agitur. Et annullata ea
sequitur, quòd institutio hæredis facta de dicto Ioã. Christo
phoro legitimato non potest sortiri effectum, vt supra dictũ
42 fuit. Hæc quò ad secundam quæstionem. † Circa tertiã breuiter
insistendo, & conclusiuè loquendo absque aliqua hæsi-
tatione cõcludendũ est, ex tali assertione testatoris de sua enixa
voluntate dum dixit, & omoimodo volebat eum fore hæ
redem amore Dei, etiam si non esset filius, non validari præ
dictam institutionem ex defectu habilitatis instituti. Nã cũ
Ioan. Christophoros sit filius domini Lucę incestuosus, aper
tè sequitur, quòd à patre suo Instimi nõ potuit: vt dictũ fuit
supra in fine primæ quæstionis. Et licet aliàs quando quis
instituitur sub nomine filij, etiam si nõ sit filius, valeat insti-
tutio, si constet de omnimoda, & præcisa volũtate testatoris
de eo instituendo, etiam si non esset filius, & hic de tali volũ-
tate satis constet: tamen illud procedit, quando ita institutus
erat habilis & capax institutionis; quia scilicet illum talẽ po
terat testator hæredem facere, dummodo voluisset. Sed si eũ
instituere nõ poterat propter ipsius incapacitatem respectu
ipsius testatoris, nisi quod de pręcisa, & enixa voluntate con-
staret, nũquam valebit institutio de eo facta, prout etiam su
pra per clarissimum Consultorem dictum fuit. Alioquin si
amore Dei facta institutio, vt isto casu contingit, de quolibet
indistinctè valeret, sequeremr, quod esset aperta via fraudandi
leges prohibentes filios spurios, vt incestuosos instimi. Faci
le. n. pater talis dicere posset loquendo de suo filio spurio,
vel incestuoso, instituo Semproniũ amore Dei, & volo quòd
omnimodo habeat hæreditatem meam, quod certè nullo mõ
43 est tollerandum, † quoniã semper fieri debet talis interpre
tatio, ne legũ dispositiones, aut prohibitiones ludibrio fiãt,
iuxta c. si ciuitas. de sentẽtia excõmunicationis, libro sexto,
cum similibus. Itẽ ẽt, quod vna via esset prohibitum, alia cõ
cederetur cõtra regulam, cum quid vna via, de regulis iuris,
libro sexto. Cum itaque iste Ioann. Christophorus vti ince-
stuosus filius domini Lucæ non sit capax paternę hæredita-
tis, vt dictum est, ipsius patris voluntas quãtumlibet præcise
& enixa in contrarium nõ debet attendi, † nõ enim actus no
44 stri a sola voluntate regulantur, sed etiam a potestate facien-
tis. l. multũ interest. C. si quis alteri vel sibi, & supra per cla-
rissimum Consultorem dictum fuit, Quod vltra eum pro-
45 batur in l. qua ætat. ff. de testamentis, nihil enim est † quod ali-
quam actionem agat, ad quam non habeat potentiam, vt legi
tur apud magnũ Auerroem. Vnde dicebat Boetius lib. 4. de
consolatione philosophiæ, duo esse, in quibus omniũ huma-
norum actuum constat effectus, potestas. s. & voluntas, quo-
rum si alterum desit, oibil est, quod perfici possit. & ita Boetium
allegando firmat Andre. Barba. in consilio suo impresso in-
ter cõsilia Curtij senioris, nu. 66. quod incipit sapiẽter opti
mus pędixit Psalmista. col. 15. & Deci. dixit in consil. 198.
Et pro tenui. 2. col. ver. pędictis tamen non obstantibus, sed
potentia domini Lucę in proposito deficiebat, vt dictum est,
ergo &c. Et sic ex his & aliis per Consultorem deductis, vnà
cum eo cõcludo, institutionẽ hæredis de dicto Ioanne Chri-
stophoro factam de iure non valere. Laus Deo.

Soci. nepos Paduæ legens 1539.

C A S V S.

Excellẽtissimus artium, & medicinæ doctor dom. Ludoui
cus Carentius ciuis Patauinus existimans quandam Annam
esse eius filiam naturalem, petijt eam legitimari a Comite pa
latino habente ad illud amplissimam potestatem ab Impera-
tore, & in supplicatione exposuit, qualiter ista Anna nata
erat ex eo, & quadã muliere soluta, & sic erat ei filia natura-
lis tñ, & ita mediante tali supplicatione fuit facta legitima-
tio prædictę Annæ per prædictam Comitẽ Imperialẽ anno
Domini millesimo quingentesimo trigesimosexto, prout la
tè in instrumento desuper confecto apparet.

Deinde cũ pędictus do. Ludouicus de anno M. D. xxxix.
in lecto iaceret grauissima infirmitate detẽtus, asseritur fecis
se quoddam mandatum eximio iur. doctori domino Prosdo
cimo Placiolæ ad petendum nomine suo pędictam Annam
legitimari, etiam si nata fuisset ex muliere coniugata, vel ali-
ter qualitercunque nata esset, etiam quòd non esset filia præ
fati domini Ludouici, vt sic in omni casu legitima remaneat
tã si ex soluta nata foret, quã ex matrimonio copulata, sicq;
legitima reputari possit adoptata, seu arrogata, vt latius in in
strumẽto mandati legitur, cõfecto die sabbati nono mensis
Augu. Et eodẽ die præfatus d. Prosdocimus vti procurator do.
Ludouici vnà cum prædicta Anna petierunt ipsam Annã di
ctã domini Ludouici filiam, siue non, siue ex muliere soluta,
seu coniugata natam, aut quocunq;, sed in domo sua educa
tam, & tanquàm filiam tentam ab alio Comite Imperiali am
plissimam auctoritatem habente legitimari, & omnem geni
turæ maculam amoueri, & in filiam, si non sit filia, arrogari
fieri, & dari dicto do. Ludouico, & ita per prædictum Comi-
tem Imperialem factum fuit, prout latissimè constat in in-
strumento desuper confecto.

Decessit postea, & paulo post do. Ludouicus prædictus in
testatus, & quasi immediate, & forsitan ante eius mortem eo
tamen inscio, & prædictus dominus Prosdocimus accepit in
vxorem prædictam Annam.

Quæ per suũ procuratorem fuit missa in possessionẽ om-
niũ bonorum pędicti do. Ludouici uti eius filia legitimata.

Nunc quidã proximiores coniuncti prædicti domini Lu
douici, qui eidem ab intestato succederent, si pędicta Anna
succedere nõ posset, petunt se declarari hæredes, & pędictã
Annã oino expelli, asserentes eã nullo modo succedere posse.

Vnde stantibus prædictis, quæritur quid iuris.

S V M M AE.

De ltimatioue, q in ea qualitas spurietatis dēat exprimi.
Quòd non cadat in non filijs.
Et uteum possit fieri ad petitionem patris per Imperatorem, vel eius Comitem inter non subditos.
De arrogatione q fiat coeā indice cōpetenti, peincipis tamen auctoritate, & q non potest fieri pee procuratorem.

1 *Legitimatus à legitimo non differt sed ei aquiparatur.*
2 *Legitimandi facultatem habēs spurios, & alios non legitimè natos, fœminas legitimare non potest.*
3 *Legitimar i quis pluries potest.*
4 *Imperator an imperet in uniuersu mūdi ditioae, & infrà nu. 28.*
5 *Imperium in altissimo suo situ, & circulo est summa potestas nullis circundactu limitibus.*
6 *Legitimatio na possit fieri per Comitem Palatinum in terris ecclesia de consensu patris legitimandi, & infrà nu. 15. & 23.*
7 *Filius naturalis patri in duabus uncijs seceedit.*
Natus uerò ex damnato roita in nihilum.
8 *Legitimatio secundùm communem opinionem uitiatur per suppressionē qualitatis persona legitimanda.*
9 *Legitimatio reducit ad pristina tempora, quibus omnes legitimi nascebantur.*
10 *Legitimatio non potest fieri per Comitem palatinum in terris domino. Veuetorum quò ad bonu ibi existentia absque consensu illustrissimi Dominij.*
11 *Venetorum illustrissimum dominium in suis terris habet liberum imperium, & dicitur supremus princeps, nec Imperatorem in superiorem recognoscit.*
12 *Legitimatus ab uno principe non obtinet ab intestato bona hareditaria, qua legitimants non sint subditu.*
13 *Imperator non potest legitimare quò ad bona temporalia in terris ecclesia, nec in alijs ei noa subiectis, & infrà nu. 17. & 18. vide infrà nu. 23.*
14 *Imperator nec quò ad tēporalia inter non subditos nō legitimat.*
16 *Iurisdictio uoluntaria ubique exerceri potest, dummodu inter subditos fiat.*
19 *Legitimatus per Comitem palatinum non potest succedere patrē sacerdoti, nec in eius bonis.*
20 *Princeps inter non subditos non potest etiam iurisdictionem uoluntarium exercere.*
21 *Comes imperialis non potest legitimari in ducata Mediolani.*
22 *Imperator, aut eius Comes non potest ex defecta potestatis legitimare clericum.*
24 *Imperator aut eius Comes etiam ad instantiam patris non pōt legitimare in ciuitate Florentia.*
25 *Legitimutus ab Imperatore non succedit in bonis in terris ecclesia existentibus.*
26 *Legitimatio facta per sequens matrimonium sine dotalibus instrumentis non operatur quò ad successionem in bonis existentibus in terris Imperij.*
27 *Papa, uel Imperutor in terris sibi non subditis in temporali iurisdictione non potest legitimare filium alicuius, etiam patre petēte quò ad successionem, nisi consentiente domino temporali illarum terrarum.*
29 *Legitimatio non conseruatur secundùm magis communem opinionem ratione prorogatu, iurisdictionis de persona ud personam, secus de loco ad locum.*
30 *Legitimatio est de reseruatis principi potestatem habenti.*
31 *Subditus dominio Venetorum quò ad legitimationem non potest sine consensu dominij se subijcere Imperatori.*
32 *Iurisdictio legitimandi nō est prorogabiles per patrem alteri principi subiectum.*
33 *Filius arrogatus patri arrogatori succedit.*
34 *Comes habens facultatem arrogandi eam, nisi inter subditos Imperij exercere potest.*
35 *Arrogatio dēt fieri auctoritate principis arrogātis & arrogati.*
36 *Arrogatio factu coram iudice incompetente non ualet.*
37 *Arrogationis forma.*
38 *Formu non sernata actus redditur nullius.*
39 *Officio duplici regulariter quis fungi non debet.*
40 *Arrogatio per procuratorem fieri non potest, & quare.*
41 *Arrogatio fit per interrogationem & responsionem ad instar stipulationis.*
42 *Arrogatio sine adoptio naturam imitatur.*
43 *Arrogatio siue adoptio noa est in patrimonij administratione. Idem in manumissione.*
44 *Legitimatio secundùm magis communem opinionem licet sit extra patrimonium per procurutorem fieri potest.*
45 *Arrogatio & legitimatio in quibus differant.*
46 *Arrogatio prasentiam arrogantis requirit.*

CONSILIVM C.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitia.



RO habenda bona & vera resolutione præsentis consultationis uiso puncto pṛdicto, & omnibus scripturis cum eo mihi exhibitis de duobus peincipalitee videndū puto. Et primò, utrum pṛdicta domina Anna viī filia legitimata succedere possit ab intestato pṛdicto D. Lodouico Garentino vigore primæ, aut saltem secundæ legitimationis de ea facta. Secundò, vtrum saltē venire possit tanquam filia adoptata, siue arrogata. Circa primum dubium uidebitur fortasse cuipiam prima facie, quòd
1 ista Anna tanqnā filia legitimata succedere possit, † si quid
legitimatus non differt a legitimo, sed ei æquiparatur, ut in §. illud tamē. ver. sit igitur licentia, ibi, nihil a legitimis filijs differentes &c. in auct. quib. modis natura. effici. sui, & in §. si igitue licentia patri. in auctentico, quibus modis natura. effici. legitimi. cum similibus. Sicut ergo legitimi, & naturales filij patri suo intestato succedunt, ut auctent. in successione, & in corpore vnde sumitur. C, de suis, & legitimis, ita & ista Anna legitimata succedere dēt, & de hoc sunt textus apeetissimi in prædictis auct. quasi per totos titulos.

Quod autem sit legitimata, in quo videtue consistere difficultas, satis probare videtur ex prima legitimatione, & multo foetius ex secunda, p quā videntur suppleri defectus, si q fuissent in prima. Vnde aut dicimus hanc mulierē esse filiā naturalē, & natā ex soluto, & soluta, prout in supplicatione primę legitimationis narratur, & tunc non videtue dubium eam fuisse optimo iure legitimata per illā primam legitimationē. Etenim magnificus, ac claeis. Comes, qui illam fecit, amplissimam habet auctoritatem ab Imperatore legitimandi oēs, & quoscunque illegitimè natos cum expressione ista, videlicet, tā masculos, q̄ fęminas &c. pp quod sublata est difficultas, quæ in casu isto potuisset oriri ex pulchra, & solenni decisione Signorol. de Homode. in consil. 184. In quæstione veetente, pee totum, & in consi. 219. Factum sic se
2 habet. col. penul. † vbi vult, quòd habens potestatem legiti-
mandi spurios, & alios non legitimè natos, non possit legitimare fœminas, & illam decisionem sequitur Dec. in consi. 455. Consultum fuit. secunda colu. vbi etiam allegat alios ita tenere, licet contrarium tenuerit idem Dec. in l. fœminę. col. 19. ff. de reg. iu. Dico. n. q prædicta decisio, posito q sit uera, non procedit in casu nostro, cū in amplissimo priuilegio pędicti magnifici Comitis sit expeessum ēt fœminis. Aut uerò dicimus, q fuit nata ista Anna ex muliere coniugata, uel aliter quomodocunque, & tunc dicendum uidetur, q saltem ex secunda legitimatione dicatue legitimata, attento quòd ita cōtinetur in eius supplicatione, & ita etiā in ipsa legitimatione exprimitue. Nec dubiū est, magnificū ac claeis. Comitē secundo loco legitimantē talē potestatem habeee, cū in eius amplissimo priuilegio concedatur ptās legitimandi naturales, spurios, incestuosos, sacrilegos, adulterinos, nepharios, māseres, nothos, siue masculos, siue fœminas, quocūqne nomine cēseantue, & quoscūq; naraliū defe-
3 ctus patientes. † Nec ēt dubitandū est, eā potuisse pluries legi
timari, & ex pleniore legitimatione iuuari, vt egregiè tradit Pa. de Cast. in consi. 227. Viso testamento Reliqniani, cum concordantibus, vt scribit Dec. in consi. 338. In casu pro

Posito.3.col.& in cõsi.393.Consalui superiorib.diebus.2.col.& in l.1.2.col.C.de carbonia.edic.

Nec prædictis videtur obstare, ꝙ simus in subditis illustrissimo Venetorũ dominio,& Comites pdicti dicuntur habere auctoritatẽ ab Imperatore,& consequenter videtur, ꝙ non potuerint legitimare extra iurisdictionem ipsius Imperatoris, per ea,quæ infra dicentur.

4 † Quoniam videtur posse responderi,primò,quòd imo Imperator de iure imperat in vniuersa mundi ditione, quæ uidet ascendentem,& descendẽtemS olem , & quæ ex vtroque latere est,vt inquit tex.in §.hæc considerantes.in auc.vt omnes obedi.iudic.prouinc.& tradit Baldus in procemio digestorum,secunda col. † vbi etiã subdit,ꝙ Imperium in altissi

5 mo suo situ, & circolo est summa potestas nullis circũducta limitibus: sic igitur videtur, quòd auctoritas eius sit de iure in Patauinam ciuitatem, & eius ciues, tamẽtsi nunc realiter subdit Imperio Illustrissimoi im Venetorum. Præterea & secundò dici potest, quod in casu isto non debet attendi ratio in contrarium allegata; quia non sumus in iurisdictione contentiosa,in qua potest procedere, sed sumus in uoluntaria iurisdictione, vnde videtur sufficere, quòd interuenerit consensus prædicti domini Ludouici patris,& prædictę Annæ eius assertæ filię, de quorum præiudicio agitur:ipsi. n. ita consentientes videntur prorogasse iurisdictionem prædictorum magnificorum & clarissimorum Comitũ Imperialium.Nec curandum erat de prædictis cognatis domini Ludouici,quia cũ ipse potuisset eis præiudicare proijciẽdo bona sua tu mare,fortius debuit illud posse per actum ciuilem legitimationis,,put hęc egregiè firmat Bal. in procemio C.

6 3.col.vers.iuxta hoc quæro,† vbi concludit,Comitem Imperialem posse legitimare in terris ecclesię,quando legitimatio fit ex ordine,& consensu patris.& idẽ voluit Pau.de Cas. in simili in consi.222. Visa quadam dispensatione,per totũ, prout illos refert & sequitur Deci.in consil.117.Pulchrom est dubium.col.fin. verf.2. non obst quod supra dictũ est de legitimatione,& id em voluit idem Deci.in consilio 55. Et pro tenut uer.3.non ob.istis tamen non obstantibus contra riam opi.vt i de iure probabiliorem tenendam arbitror, & concludo,prædictam Annam ex aliquo ex prędictis legitimationibus venire non posse ad successionem prædicti domini

7 Ludouici intestati.† vbi.o.aliqua legitimatio non esset,si esset verè filia naturalis,nata.f.ea cõcubina,quę sola fuisset in dubitato effecta D.Ludouico coniuncta, de iure communi succederet patri tantùm in duas vncias, sed taliter ex damnato coitu nata esset,in nihilom succederet, prout de his est tex.in auct.licet.§.ab intestato.vsque in fin.& in corpore vnde sumitur.C.de natu.libe. sed(vt audio)ex iure municipali Patauinę ciuitatis nõ esset in aliquo vt hæres patri successura,ẽt quòd esset uera filia naturalis. si igitur aliqua ex prædictis legitimationib.pdictę D.Annę prodesse nõ põt,ut infra ostẽdam, sequitur, quòd ipsa debet omnino exc udi ab hęreditate dicti domini Ludouici . Qd autem nulla legitimatio ei prosit,ostẽditur concludenter ex infrascriptis.

Et in primis contra primã legitimationẽ facit, quia mu liet ex qua asseritur nata dicta D. Anna,vt mihi narratur, eo tempore coniuncta matrimonio,& consequenter ipsa Anna dato quòd ex ea muliere nata fuisset,nõ poterat dici verè,& simpliciter filia naturalis , sed potius spuria,& adulterina, quo stãte dico,ꝙ prima legitimatio dr inutilis rõ subreptio

8 nis.† Nam vera & cõis conclusio est, ꝙ suppressio qualitatis in legitimanda persona existentis vitiat legitimationem tãquã subreptitiã,qñ qualitas suppressa talis est, quę si fuisset expressa,redderet personã legitimandam odiosiorem,& forte induceret legitimantem ad non legitimandum,vel saltem ad nõn tam facile legitimãdũ,ꝙ sufficit, vt rescriptum reddatur subreptitium,iuxta tradita cõiter per doc.in c. super literis.de rescrip.ad quod plurimã cumulari possent, q̃ tñ gratia breuitatis omittuntur: debet itaq; , cũ quis legitimatur,exprimi qualitas illegitimitatis,seu spurietatis, & ea nõ expressa legitimatio ñ valet;vt voluit Alb.de Rosa.i rub. C.de natu.libe.Fulg.in cons.22.Hengelpertus.in primo du

bio,Alexan.in consi.87.In causa mota.col.fi.versic.iuuari ẽt potest.3.lib.Barba.in consilio 9. Illud in medium afferam. in prin.& in 5 col.4.vol.patruus,& D.meus Soc.in consilio 47.In præsenti consultatione. 5.col.vers. 5 . quia in priuilegio.4.vol.& plenè tradit Benedi.de Plumbi.in l.1.ff.de nata li.rest.cum multis alijs concor.ut per Deci.in præalle. cõsi. 338 In casu ,ppositio. 2.col.& ꝙ ita cõiter teneatur asserit ita sequẽdo Mattn.de Lau.in tract.de legitimatione.col.37, secundum paruã impressionẽ,& Stepha.Bertran.in cons.135. Quia scienti legẽ.in fi.1.uol.sed in ,pposito in prima legitimatione qualitas istius Annæ,ꝙ sit spuria nata ex muliere cõiugata,& sic ex coitu adulterino fuit suppressa,& fuit dictũ, ꝙ erat simpliciter filia naturalis nata ex soluto,& soluta, ergo &c.Et ita in indiuidua in terminis nostris firmat Prępo. in c.per venerabilẽ,col. 39. ver.quid si fiat legitimatio , qui filij sint legi. Fateor tamẽ ꝙ ista rõ non esset potens ad vitiãdam secũdã legitimationẽ;quia in ea talis subreptio nõ cõsideratur,cũ in ea exprimatur, ꝙ petitur legitimari, ẽt si ex coniugata muliere nata esset, vel aliàs quomodocunq; & qua litercunq; esset nata &c. Sed tenet ex rõne pdicta, ꝙ secũda legitimatio non possit impugnari: arbitror tamen , ꝙ illa & simul etiam prima reddantur inualidæ ex alijs.

Et primò: quia (vt audio) prędicta Anna nõ fuit cõcepta, aut generata p dñm Ludouicũ,nec nata fuit ex prædicta mu liere,quæ cũ eo cohabitabat,sed per eam fuit callidè & dolose supposita,prout, fm ꝙ mihi asseritur, probabitur. Et de hoc maxime capitur præsumptio ex eo, ꝙ in asserto mandato ad petẽdũ secũdã legitimationẽ,posito ꝙ sit verũ: quia (vt audio) suspitione non caret,dicitur,ꝙ et si filia D.Ludouici nõ eẽt,petatur illã eidẽ in filiã assignari,seu arrogari,,p ut ẽt postea supplicatũ fuit,qd ,pfecto nõ fuisset dictum,aut factũ,si de filiatione nõ fuisset vehementer suspicatũ,seu po tius pro certo habitũ partũ fuisse suppositum ; quia non est verosimile,ꝙ talis nota imponeretur illi mulieri,quę erat val de dilecta,nisi propter notitiã veritatis,arg.c.literas.extra de sump.& in iure validissimũ est argumentum ab eo quod est verosimile, vt ibi probatur, & est tex.vulgatus in l.non est ve rosimile.ff.quod met.cau.cũ si.& ideo aliàs dicebat Bal.in L 1.3.col.C.de ser.fugi,ꝙ hẽr imaginẽ falsitatis,qd est remotũ a verosimili, vt refert, & sequitur Ale.in conf.27. In causa & lite.in fi.2.vol.& Dec.in consi.644.Viso & perlecto.2.colu. de hoc tamen,quia in facto consistit, remitto me ad id,qd ,p- babitur,& circunspectione iudicare debentis uidebitur. Sed eo posito pro vero, dico aperta fronte nullam ex prædictis legitimationibus prodesse prædictæ Annæ : quoniam legitimatio ,solùm fit de filijs ex nobis natis, sed minus legitimẽ,

9 † auferetur. n. nota illegitimitatis & reducuntur ad pristina tempora, quibus omnes liberi,& legitimi nascebãtur, vt hęc oia probãtur in auc.qbus mod.natu effi.legi. & quibus modis effi.sui.p totos titulos.ridiculũ aũt esset dicere, legitimari eũ,qui sit nobis filius fm carnem , sed tũc innotus est modus adoptionis, vt.ff.& C.& instit.de adop.p totũ.si igitur in proposito nostro domina Anna nõ erat filia D Ludouici, legitimatio de ea facta in aliquo ei ,pdesse non põt.Et si dicatur ꝙ eo casu veniet tanq̃ arrogata, ,put ẽt arrogata fuit,dicã de hoc infra in secũda dubitatione Sed vlterius, & secundò posito sine veritatis præiudicio,quòd dicta Anna sit filia dicti D.Ludouici,& quidẽ verè & ,ppriè naturalis, & sic nata ex soluto,prout cõstat ex supplicatione pro prima legitimatione,quã ipse conditdit,& in bono sensu existens fecit. Ad huc tñ dicẽdũ est eã nõ posse iuuari ex aliqua ex istis legitimationib.: qm ambas arbitror in hoc inutiles, attenta rõne legitimãtis & legitimatæ psonæ, licet enim magnifici & cla rii.Co mites,qui illas fecerũt, habeãt ãmplissimã potestatem legitimãdi a serenissimo Imperatore,& certè ita amplam sicut nunq̃ alicui cõcessũ legerim,nihilomin us talis facultas nõ potuit exerceri in psona pdictę dominę Annę asserta,fi-

10 liæ D. Ludouici † nã Imperialis Comes hñs quãtũlibet am plissimã potestatẽ,ñ pt legitimare in ciuitate Patauina perso nas illius , iuta ’ıs quò ad bona in eius territorio existentia absque consensu Illustrissimi dominij Venetorum, cui Pa-

 tauina

tauina ciuitas,& eius homines sunt subiecti, attēto q illust.
dominium Venetorum in toto suo dñio in aliquo non reco
gnoscit Imperatorē, aut alium aliquo modo in superiorē,
sed dicitur habere plenum, liberum,& totalem imperiū, &
omnimoda iura imperij hēt, seu vim Imperatoris, & siue
11 hoc sit de iure, siue de facto, ad pręsens nō psequor: † cū sa-
tis sit constare,& notorium esse, q tale illust. Dominiū in to
ta sua ditione,& in omnib. ciuitatib. sibi subiectis liberū hēt
imperiū, & dr supremus princeps neminē aliquo modo in
superiorem recognoscens,& pręsertim Imperatorem, maxi-
mè loquendo de ciuitate Patauina, cum in eam Imperator
nullam exerceat iurisdictionē per se, aut per eius officiales
tēporales, aut perpetuos uicarios, q in proposito sufficit ad
inualidandam legitimationem ab imperiali Comite factā,
vt per Ias. in consi. statim allegando. 2. col.& cum hęc in fa-
cto, vt dixi, notissima sint,& consequēter etiam in iure, ali-
ter non prosequor. Et ubi sit opus, apertissimè demonstrabi-
tur. Et pro nunc sufficiat allegare Ias. in consi. 70. Super vtra
que. 1.& 2. col. 3. no.& in l. 1. 3. col. vers. in Serenissimo dñio
Venetorum. C. de som. trin. & fi. cath. in quibus locis pluri-
mos doc. allegādo firmat tale illust. Dominium non subesse
aliquo modo Imperatori, qd etiam dixit insignis mod. Ioā.
Fran. de Ripa in lib. 2. interpretationum. in prin. sub nu. 9.
Conclusio autem supra firmata, q legitimatio pręedictę
Annæ, quò ad successionem, de qua agitur, per imperialem
Comitē fieri non potuerit, immo nec ab ipso Imperatore,
probatur ex his, quæ dicit Innocen. in c. per venerabilē. qui
12 fil. sint legit. † inquit. n. ipse, q legitimatus ab vno Principe
non obtinebit ab intestato bona hæreditaria in terra, quę
non sit subdita legitimanti, vt per eum, cuius dictum sequū
13 tur ibi doc. magis communiter. † plus etiam dicētes, q nec
Imperator, qui solet dici vniuersalis dñs, poterit legitimare
in terris ecclesiæ etiā quò ad bona temporalia, nec ēt in alijs
ciuitatib. ei aliquo modo non subiectis, vt ibi tradunt Ioan.
And.& alij maximè Abb. in 7. col.& Henric. Boic. in 2. colu.
qui alios referunt,& plures rōnes per doc. ibi videri possūt,
& ideo ad eos me remittendo aliter non prosequor.
Et licet pleriq; voluerint in certis casibus contrarium: vt
colligi potest ex his, quæ plenissimè tradit ibi Præposi. tamē
opi. prædicta uidetur magis communiter recepta, prout ex
infra dicēdis apparebit, quam etiam firmat Bar. in l. qui in p
14 uincia. ff. de ritu. nup. † dicentes, q Imperator, nec quò ad tē
poralia inter non subditos legitimat, ex qua opin. inferēdū
est in proposito nostro, legitimationes, de quibus agitur, nō
fuisse validas quò ad personas,& bona nō subdita Romano
Imperio, prout propriè est casus noster. Hinc egregiè consu-
luit Pet. de Anch. in consi. 320. Primum dubium non est. in
15 1. difficultate. † q Imperator, aut eius Comes non potest le
gitimare in terris ecclesiæ personas temporali iurisdictioni
ecclesiæ subditas quò ad successionem respectu bonorū sub
eadem ecclesię ditione positorum, & eius opi. licet aliqui
tenuerint, contraria v. detur tenenda vti verior, per rationes
suas,& etiam vti communior, vt ex infra dicēdis cōstabit, &
hanc opin. si rectè ponderemur, uidetur etiam tenere Capra
16 in consi. 2. cum viso,& considerato. 4. col. & 5. † dum sępe
dicit, q potest iurisdictio uoluntaria vbiq; exerceri, modò in
ter subditos id fiat, ut per eum, & hoc pręcipuo fundamēto
in casu suo concludit, legitimationem factam extra territo-
rium ualere, quia. s. facta fuit inter subditos, & respectu bo
norum subiectorum. sentit ergo, quòd non ualuisset, si de nō
subditis imperio ageretur, vt est casus noster. hoc idem fir-
mat Lucas de Penna in l. eos. co. penu. uer. & vt manifestius
17 loquar. C. de his qui spōte mune. sube. li. 10. † inquit. n. q q̄-
uis Papa, vel alius princeps possit aliquem illegitimum face
re legitimum: non tamē habebit locum talis legitimatio in
his q̄ sūt de alterius iurisdictione, nec talis legitimatus obti
nebit bona, quę sunt in ciuitate, vel prouincia non subiecta
legitimāti, & all. Inn. in d. c. p uenerabilē, idē ēt uoluit Cor.
in cons. 1. in pręsenti. 4. col. uersi. 3. ex alio. 3. volu. vbi quā-
18 plurimos alios allegando † dicit, q Imperator in terris ec-
clesię ex defectu iurisdictionis legitimare non potest, & li-
cet postea in eo consilio concludat pro legitimatione. s. q va
leat; tamen illud ideo dicit: quia erat facta de subditis impe-
rio Romano, quando autem essemus in non subditis, dicit es
se tenendum, q non valeret, vt per eū ibi. 7. col. ver. nec ob.
quod vltimo, idem ēt voluit in consi. memini. col. 3. in fi. cū
seq. 4. vol.& vtrobique dicit, q ita distinxit Pet. de Perus. in
quodā suo consi. vt ibi p Cor. qui pro ista distinctio. ēt alios
doct. alleg. Et pro prædicta conclusione facit pulchra deci-
sio patrui, & dñi mei Soc. in consil. 65. super proposita. 2.&
19 3. col. lib. 3. † dū concludit, q legitimatus per Comitē Impe
rialem non potest succedere patri, sacerdoti, aut in eius bo-
nis,& hoc ex defectu potestatis: nam cum in casu illo perso-
na sacerdotis, & eius bona sint exēpta a iurisdictione impe-
riali, non poterit Imperator, aut eius Comes in sua legitima
tione circa ipsa aliquid disponere, nec in eis cuiquā pręiudi
care, ēt q pater ille sacerdos legitimationem petendo videre
tur consentire; quia eius consensus in eo non debet attendi,
20 vt ibi p dominū meū Soc. † nullus. n. princeps inter nō sub-
ditos pōt iurisdictionem aliquam exercere ēt voluntariam,
vt per Alexan. in consi. 67. consideratis his. col. fi. primo vo-
lu. vbi in proposito ex tali ratione cōcludit, legitimationem
quandam non valere. Accedat prædictis singularis decisio
Cur. senioris in consi. 73. super memorata. col. 30. versicu. 5.
21 principaliter, dū determinat, † q Comes imperialis nō pōt
legitimare in ducatu Mediolani,& q Dux ille dicitur habe-
re iura imperij, vt per eū, vnde si illud est verū in ducatu Me
diolani, in quo loco aliquo modo Imperator dicitur supe-
rior quia s. dux ille dicitur ab Imperatore in feudū recogno-
scere, fortius est ita dicendum in casu nostro, in quo illustr.
dominium Venetorum nullo modo ēt circa ciuitatē Pataui
nā recognoscit Imperatorē superiorē, vt est notissimū,& su-
pra dictū fuit. Facit ēt, quod firmat Deci. in consi. 150. dubi
22 tatur principaliter 3.& 4. col. vbi concludit † q Imperator,
aut eius Comes nō potest legitimare clericum ex defectu po
testatis, cum in personas clericorū nullā habeat iurisdictio-
23 nem, nec ei clerici dicuntur aliquo mō subditi, † & sm eum
non ob. si dicatur, q immo in terris ecclesiæ pōt legitimare
filiū alicuius eius patre volēte; quia posito eo pro vero, respō
detur, q debet intelligi, dūmodo id fiat inter subditos, vt per
eū, qui alleg. Pet. de Peru.& Cor. in cōsi. supra alleg. & p ean
dem rationē idē Deci. in consil. 557. accuratè. in secundo du
bio post duos celebratissimos doct. Florentinus concludit,
24 † q Imperator, aut habens ab eo auctoritatē nō potuit eo tē
pore legitimare in ciuitate Florentiæ, ēt ad instantiā, & peti
tionem patris: cū in ea Imperator nullam exerceret iurisdi
ctionē,& hāc suā conclusionē ex pluribus probat, vt per eū,
ad illum. n. cum per omnes videri possit, me remitto, conclu
dens si id dicit respectu ciuitatis Florentiæ,& eius dñij, for
tius dici debet in casu nostro respectu dominii illustr. Rei
pub. Venetorū, cū eā nō recognoscere Imperatorē in supe
riorē clarius, exploratiusq; sit, quā de Florētinis dici possit.
Prædictā opi. firmat ēt insignis doc. do. Barth. Cassan. Gal
25 lus in cōsi. 31. factum tale est. 4. col. ver. hinc videmus † con-
cludens, q legitimatus ab Imperatore nō succedit in bonis
existentibus in terris ecclesiæ; quia licet legitimatio sit volō
tariæ iurisdictionis: tamen ex quo in ea dispensatur persona
respectu rei, nō trahit effectum suum extra territorium, seu
iurisdictionē legitimantis, & dicit, q ita communiter tene-
tur per doc in d. c. per venerabilē, prout ăi supradictū fuit.
Rursus prædictis accedat pulchra, & notab. dec. Ang. in
consi. 59. Titius existēs, in tertio dubio, relata,& approbata
p Cur. iuni. cōsi. 136. quidā vasallus. per to. dicūt. n. prædicti
26 doct. † q legitimatio facta per subsequens matrimoniū si-
ne dotalibus instrumētis non operatur quòad successionem
in bonis existētibus in terris imperij: eo quia talis legitima-
tio dicitur fieri solū auctoritate iuris canonici, q nō pōt cir
ca successionē quicquā operari in nō subiectis sedi Aposto-
licæ, vt p eos, qd certè est valde notādū, & sicut illud puenit
ex defectu potestatis Apostolicę sedis in nō subditos, ita etiā
in casu isto dicendum est de ista legitimatione, vt. s. non ope
retur quoad successionem bonorū existētium in dominio,
&

& territorio illustr. reipu. Venetorum, cũ illorum respectu
serenissimus Imperator nullem habeat potestatẽ, seu iurisdi
ctionem, vt ex prædictis constat. Et hancconclusionem fir-
mat etiam egregius docto. Mat. de Afflic. io c.j.§.naturales
27 in 2.no.in 2.col. si de feu. fue. contro.inter do.& agna. † cõ
cludens, ꝙ Papa, sine Imperator io terris non sibi subditis in
temporali iurisdictione noo potest legitimare filium alicu-
ius, etiam patre petente quò ad successionem, nisi consentiẽ
te domino temporali illarum terrarom, dicẽs ꝙ ita seruatur
in regno Neapolitano, sic igitur legitimationes, de qnibus a-
gimus, cum Imperiali auctoritate factę fueriot, non debent
valere quò ad successionem sine consenso illust. dominij Ve
netorum, cui Patauina ciuitas dicitur subdita. Et demũ hanc
conclusionem in terminis proprijs egregiè consulẽdo firma
uit. Ias. in d. consil. 70. 3. volu. dicens, ꝙ ita ente cum consu-
luerat patruus, & do. meus Soci. cuius cõsilij subscriptio fuit
d. consi. Ias. ꝙ ego com Senis essem, memini me vidisse, prędi
ctum consil. do. mei Soci. licet inter impressa nõ reperiatur,
cõcluserunt ergo prædicti doct. ꝙ Comes imperialis nõ po
test legitimare in ciuitate Patauina, vt. s. valeat legitimatio
quoad successionem bonorum in d. ciuitate, & eius comita-
tu existentium, etiam patre petente, ex defectu iurisdictionis
secundùm quòd supra demõstratum fuit, vt ibi per Iaso. qui
nonnulla ex prædictis, & alia quædam alleg. vt per eum vi-
28 deri potest. † Et ex prædictis rectè intuenti constabit, alleg.
in contrarium minimè obstare, nam dum primò dicebatur,
ꝙ Imperator imperat in vniuerso mundo &c. patet esse fal-
sum, quia quicquid olim fuisset, de quo non intendo disputa
re, notorium est hodie, quòd in multis partibus mundi nul-
lã habet iurisdic. prout inter cætera est exẽplum in proposi-
to nostro in toto dominio illustr. Venetorum, vt supra fuit
dictum, & cum ita de facto seruetur, sufficit, ac si de iure ita
esset, si de eo quis, licet temerariè, dubitaret, prout in simili
dicit Deci. in d. consil. 557. 3. colum. Dum autem secundo
loco dicebatur, ꝙ saltem deberet legitimatio conseruari ra-
tione prorogatæ iurisdictionis; cum simus in iurisdictione
voluntaria, attento consensu præfati d. Ludouici, dico quòd
29 responsio ex iam dictis colligitur. † licet. n. plerique doc.
ita tenuerint, vt. in contrarium allegabatur: tamẽ cõmunior
& verior opi. est in cõtrarium: vt per doc. in locis prędictis,
illa. n. prorogatio si quo casu esset admittenda. posset procede-
re tantùm respectu loci, non autem quantùm ad personas, &
bona, nunquàm enim inter non subditos potest quis legiti
30 mare, & in eo prorogatio fieri non potest, † cum legitimatio
sit de reseruatis principi potestatem habenti, & dicitur actus
ipsius principis, vt declarat Deci. in d. consi. 150. & 553. ad
31 finem. † Et præterea dicendum est, quòd prefatus d. Ludo-
uicus, si vnquam consensit, non potuit se submittere impera
torię iurisdictioni sine consensu domini sui, & sic illust. do-
minij Venetorum, prout de hoc videtur casus in d. c. per ve-
nerabilem, prout ibi Anto. de Bu. & alij no. qui filij sint le-
gi. & in specie Abb. ibi in 10. no. & in 6. col. circa prin. expres
32 sè concludit † ꝙ talis iurisdictio non sit prorogabilis per pa
trẽ, qui est alteri principi subiectus, prout etiã in terminis
declarant, & firmant Ias. in d. consil. 70. 2. col. ver. confirmo
prędicta, & Mat. de Afflic. in d. §. naturales. io 2. no. 2. col. cir
ca med. quę opi. absque dubio procedit saltem respectu suc-
cessionis in bonis non subditis legitimanti, per ea quę supra
dicta fuerunt in multis ex allegation. supra factis, ex quibus
constat, hanc esse communem conclusionem, vt. s. istæ legiti
mationes in casu nostro nihil operentur quoad successionẽ,
a qua io iudicando recedendum non est per iura volgaria.

Hęc de prima q. sufficiant. Capio modò 2. q. in qua quę-
ritur, vtrum do. Anne possit succedere saltem vt filia arroga
ta, posito ꝙ verè non sit filia prędicti do. Ludouici, prout mi
hi asseritur, non esse. & prima fronte dicendũ videtur, ꝙ pos
sit: nã inter cætera, quę continẽtur in amplissimo priuilegio
magnifici, & clarissi. Comitis secundo loco legitimantis, cõ
tinetur ẽt, vt valeat quibusuis concedere posse aliquem sibi
in filiũ arrogare, vt patet in d. priuilegio, in ver. valeatis ẽt
quibusuis, vnde cũ in casu nostro fuerit supplicatũ, vt præ-
dicta do. Anna, si eius filia non sit, detur in filiã iure arroga-
tionis prędicto do. Ludouico, illudq́ue magnificus, et claris.
Comes expresse fecerit, dicẽdo, & idem do. Ludouico filiam
legitimam offerimus, dedimus, & arrogauimus &c. videtur
clarè concludẽdum, arrogationem factam fuisse: cũ. n. in ma
gnifico Comite fuerit potestas, & voluntas, & ad actum arro
gationis deuenerit, non videtur dubitandũ de validitate ip
33 sius, † quo posito non est dubium, ꝙ patri suo arrogatori in
testato prædicta Anna sic arrogata succedere debet; vt est no
tissimũ, & colligitur apertè ex ti. insti. de hęre. quę ab intest.
defe. p totum, maximè a. §. et bi qui, vsque in fi. & probatur ẽt
in l. nec ei. §. præterea, & in l. si arrogator. cũ sue materia. ff.
de adopt. & io l. cum adoptiuis. C. eo. & expressè hoc dicitur
in §. j. præalle. tit. de hære. quæ ab int. defe. Sed tñ hoc nõ ob
stante contrarium de iure verius est, & procul ab omni dubi
tatione concludendum est, prędictam Annã, nec vt arrogatã
succedere posse; quia prętensa arrogatio fuit, & est nullius ro
boris, vel momenti, non quidẽ ꝙ magnificus, & clar. Comes
qui eam fecit, non dicatur habere priuilegiũ super concedẽ
da arrogatione; hoc. n. fateor, prout clarè dicitur in priuile-
gio prædicto in d. ver valeatis ẽt &c. sed dico eam nõ valuis
34 se principaliter ex duobus, vel tribus. † Et primò: quia cũ il
le magnifi. Comes talẽ facultatẽ habeat ab Imperatore, nõ po
test illã exercere, nisi inter subditos Romani imperij per ea,
quæ dicta fuerunt supra circa legitimationem, cum. n. cõce
dere potestatẽ arrogãdi sit iurisdictionis licet volũtariæ, ex-
tra territorium exerceri non põt l. fi. cũ si. ff. de iur. om. iu. &
35 supra in pręcedentibus dictum fuit, † & cũ dicatur, ꝙ arroga
tio debet fieri principis auctoritate, vt l. s. §. j. ff. de adop. &
l. 2. & l. arrogationem. C. eo. ti. debet intelligi de principe ar-
rogãtis, & arrogati nõ de alio, qñ. s. est princeps superior nul
lum recognoscens aliquo modo in superiorẽ, per ea quæ su-
pra dicta fuerunt circa legitimationẽ, vnde cũ illustr. domi-
niũ Venetorũ sit in proposito nostro personarũ, de quibus
agimus, princeps superior neminẽ recognoscens in superio
rẽ, vt supra plenè dictũ fuit, debebat in hac arrogatione eius
auctoritas, & non Imperatoris interuenire, qđ cũ factũ non
36 fuerit, meritò ista arrogatio dicitur nulla. † Secundo etiã dr
nulla; quia non fuit facta coram iudice cõpetenti, vti de iure
fieri debuit, vt l. j. vbi Ang. & alij, & l. adoptio. C. de adop.
& dicit Bertr. in consi. 190. visis. nu. 3. & prout ẽt in priuile
gio prefati magnifici, ac claris. Comitis exprimitur: in eo. n.
dicitur, valeatis ẽt quibusuis concedere posse aliquem sibi in
filiũ arrogare coram iudice ordinario, vel delegato plenè co
gnoscẽte, quę in huiõi arrogatione curia Romana requirãt.
37 † & sic data est forma in arrogatione seruanda, vt. s. qui vult
arrogare, impetret licentiã a præfato cler. Comite, & postea
ea obtenta ex rescripto, & auctoritate eius accedat coram iu
dice, qui de causa cognoscat, & habita causæ cognitione ille
talis arroget in filiũ, quẽ optabat, hæc aũt forma seruata non
fuit, nec iudex aliquis cõpetẽs fuit aditus, vt de causa cogno
sceret, ergo &c. forma. n. nõ seruata actus redditur nullus, l.
38 Iulianus. §. sed & si quis. ff. de exhib. cũ si. Nec dicatur, ꝙ præ
fatus magnifi. Comes erat iudex cũ amplissimo prefecti offi
cio in ciuitate Patauia fungeretur pro illustris. Venetorum
dñio: quia ex eo non dicitur iudex cõpetens inter prædictas
ꝑsonas, sed earũ iudex dicitur magnificus Prætor illius ciui
tatis, & præterea magnifi. Comes prædictus non interuenit
39 vt iudex, sed omnia fecit, vt imperialis Comes, † & regulari-
ter duplici officio quis non fungitur, seu vicem duorum ho
minũ non sustinet, l. si plures. ff de pac. cum concor. ibi p gl.
alle. Sed licet ex prædictis causis prędicta asserta arrogatio
reddatur nulla, possentq́; in ea alij defectus cõsiderari, iuxta
l. nã ita diuus. cũ sua materia. ff. de adop. & iuxta tradita per
Ang. in cõsi. 93. visis, & inspectis. in 1. 5. & 3. co. & p Dec. in
consi. 499. conclusionem. ad si super illis tñ vlterius nõ insi
stendo. Tertio loco dico, ꝙ ex alio clarissimo, & indubitato
fundamento prætẽsa arrogatio nulla fuit, & omnino inuali-
da; quia. s. in ea nõ interuenit personaliter persona d. Ludo-
uici, q (vt asseritur) volebat prædictã Annã in filiã arrogare,
40 † nec potuit tale quid facere p procuratorẽ, prout de hoc ẽ tex.

apertus,& ibi Bar.& omnes tradant in l.post mortem.§.fin.
ff.de adop.& ibi in spē Alb.de Ros.dicit, ꝙ adoptio per aliū
fieri nō potest, etiam ꝙ ad illud habeat mandatū,tradit Bar.
in l.ita autē.§. gessisse.ff.de admi.tu. & in l.Gallus.§.forsitā.
41 vbi plenè per Mod.ff.de lib.& posth. Et huius decisio,ratio
triplex potest allegari. † Prima est; quia in arrogatione ad
instar stipulationis per verborum solennitatem fit interro-
gatio, & responsio, iuxta l.2.§.j.ff.de adop. & dixit Ang.in
prædicto consi.93.3.col.meritò requiritur præsentia ita,vt
nec per procuratorē fieri possit, prout hanc rationē assignat
Fulg. in d.l.post mortē.§.fi.& eū refert, & sequitur patruus
& do.meus Soc.in d.§.forsitan. 2. col.ver.secunda cōclusio.
42 Secunda ratio est; quia adoptio, siue arrogatio imitatur
naturam inquantum potest l.adoptio.n.ff. de adop. & §.mi-
norem.insti.eod.tit.vnde sicut vera, & naturalis filiatio non
potest fieri per procuratorem, ita nec ēt ficta,& istam ratio-
nem assignat Bar.in d.l.ita autem.§.gessisse.de admi.tut.
43 †Tertia etiam ratio allegabatur:quia.s.adoptio,siue arro-
gatio nō dicitur esse in administratione patrimonij, & ideo
non potest fieri per procuratorem, sicut de manumissione,
dicit gl.in l.nec mulierē.C.de vind.lib. & apud consi.manu.
& istā rationē assignat Bar.in d.§.gessisse, & in d.§.forsitan.
44 vbi ēt do.me.Soc.& alij sequuntur.† Et si dicatur, ꝙ etiam le
gitimatio videtur extra administrationem patrimonij, & ta-
men potest fieri per procuratorem, prout est magis commu
nis conclusio docto.in d.§.forsitan.& in d.l.post mortem.§.
fi.respondetur,posito ꝙ illa opi.sit vera, ꝙ inter casum,& ca
45 sum magna est differentia,† nam per arrogationē lex dispo-
nit circa substantiam filiationis;quia efficitur filius,qui non
erat in legitimatione. in legitimatione autē stāte substantia,
filiationis additur qualitas; quia de illegitimo fit legitimus,
meritò lex facilius illud cōcedit, cū facilius inducatur quali
tas cū substātia,iuxta no.in l. talis scriptura.§.fi.in gl.fi.ff.de
leg.j. cū si. ad hoc ꝓpositū in indiuiduo allegatis per Nico.
de Nea.in l.excusare.ff.de excu.tu.cuius lect. imprimitur cū
lectu.Bar.& ita hāc rationem differentię refert,& cōmendat
Iaso.in d.§.forsitan.4.col.ver. adde ꝙ alio modo.Præterea,&
secūdò arrogatio dicitur actus ipsius patris arrogantis,meri
tò eius persona debet interuenire; cum simus extra admini-
stratione patrimonij, sed legitimatio dr actus ipsius princi-
pis patre supplicante,seu cōsentiente; in ea.n.disponit prin
ceps,& ius legitimatis concedit,at in adoptione, vel arroga-
tione pater arrogans disponit;quia arrogat,meritò in ea pro
pria persona patris debet interuenire, nō sic in legitimatio
ne,prout hanc rationem assignat Bar. & sequuntur alij in d.
46 §.forsitan. † Sed vlterius dicam, quicquid de his tribus ra-
tionibus quis sentiat,de eis non esse multùm curandum, cū
habeamus expressā decis.legis in casu nostro in d.§.fi.& cō
muniter doct.omnes ita cōcludunt firmantes per illum tex.
arrogationem requirere pręsentiam arrogantis, & per pro-
curatorem fieri non posse. Ex prædictis itaque omnibus in
trepidè cōcludendum puto, primò & ante omnia præfatam
Annam succedere aliquo modo non posse prædicto do. Lu-
douico,neque vti filiam naturalem;quia vel non est talis,vel
non dicitur ita legitimata, vt succedere possit,neque ēt vti fi
liam adoptatam, siue arrogatā; cum asserta arrogatio fuerit
& sit nullius momenti. Secundò successiuè eidem do. Ludo
uico intestato decedenti successisse eius proximiores sangui
ne coniunctos. Soc. nepos Paduæ legens. 1540.

C A S V S.

Alexāder Furega nobilis Mātuanus habebat ab episcopa-
tu Mantuano in feudum antiquum quasdam petias terrarū,
seu vnam possessionem,quam donauit monasterio,& monia
libus sanctæ Mariæ de Misericordia ciuitatis Mantuæ, asse-
rens de hoc se habere licentiam Reueren.Cardinalis,Episco
scopi,& administratoris d.episcopatus Mantuæ, quæ tamen
assertio non probatur vera.

Sed ex post per aliquot dies Locumtenens prędicti Re-
uerēd. Cardinalis,dicens se id facere vigore quarundā litera
rum ipsius Cardinalis prædictam donationem confirmauit
& ratificauit nomine pręedicti administratoris,& eodē nomi
ne prædictas Moniales inuestituit de prædictis terris, prout
hæc oīa latius patent in scripturis desuper cōfectis, quarū
copia transmittitur.s.primò copia antiquæ inuestituræ,quā
habebat Alexāder pręedictus cū suis fratrib.secundò donatio
nis prædictę,ac etiam literarum, de quib.supra, atque etiam
inuestiturę nouiter factę ipsis Monialibus.

Decessit modò D. Alexander sine filiis masculis, superstitibus sibi quibusdam fratrib.siue filiis fratrum,& sic superstitib.agnatis, qui præsupponuntur vocati ad ipsum feudū vigore antiquæ inuestiturę, & de hoc non fit dubitatio.

Quæritur modò,nunquid isti agnati sint admittendi contra pręedictam donationem,asserentes eam non potuisse illis ignorantibus præiudicare,an uerò contra, cū contra eos allegetur Mantuæ extare cōsuetudinem, quòd alienatio feudi facta de consensu domini directi pręiudicat etiam agnatis.

S V M M Æ.

De feudo antiquo quòd alienari non possit in pręiudiciū agnatorum,etiam cum consensu domini.

Et de consuetudine contraria,an valeat,& quomodo sit intelligenda.

Et de ratificatione,quòd non trahitur retro in præiudiciū eius,cui interim est ius quæsitum.

1 *Consuetudo est tanquam lex obseruanda.*
2 *Consensus alicuius quando requiritur ratione sui præiudicij,non est necessarium,ꝙ in ipso actu interponatur,sed sufficit ex post facto interponi per uiam confirmationis, uel ratificationis.*
3 *Feudum antiquum de sui natura est transitorium ad agnatos ultimi decedentis sine masculis.*
4 *Facto alieno quis feudo priuari non debet.*
5 *Etiam si concurrat uoluntas domini feudi.*
6 *Alienatione facta per uasallum de feudo antiquo illud dicitur aperiri agnatis,ut illud recuperare possint.*
7 *Consuetudo contra ius scriptum,& tertio præiudicans dicitur inualida.*
8 *Consuetudo Galliæ,ꝙ alienatio feudi ualeat, non intelligitur in præiudicium agnatorum, quibus iam erat ius quæsitum.*
9 *Consuetudo mala,longæua,& approbata seruari non debet.*
10 *Statuta contra iustitiam naturalem non ualent,nec per generalē superioris confirmationem dicuntur confirmata.*
11 *Consuetudo, quòd feudum alienetur irrequisito domino, ualet, quando domino nullum infertur præiudicium.*
12 *Consuetudo irrationabilis circa feudum nō ualet, sed dicitur corruptela.*
13 *Consuetudo, quæ est contra regulas iuris,ad casus similes non extenditur.*
14 *Consuetudo tantum habet de effectu,& potentia,quantum habet de usu.*
15 *Consuetudo dicitur esse stricti iuris,& proprios terminos non excedit.*
16 *Ratihabitio non semper consensui ab initio æquiparatur.*
17 *Consuetudo nil aliud est, quàm tacitum pactum ciuium.*
18 *Consuetudo,ꝙ feuda diuidantur per patrem inter filios non extenditur,ut pater possit uni prælegare.*
19 *Ratihabitio nunquam trahitur retro in præiudicium eius,cui interim fuit ius quæsitum.*
20 *Pactum iuratum in inuestitura feudi appositum quid operetur.*
21 *Inuestituræ tenor cum suis pactis ante omnia inspici debet, & derogat omni naturæ feudi.*
22 *Loquens cōditionaliter nō dicitur specificè, & simpliciter loqui.*
23 *Facta non præsumuntur,nisi probentur.*
24 *Consensū asserēs in aliquo actu interuenisse,illum probare debet.*
25 *Commissarius fines commissionis excedere non debet.*
26 *Consensus præstitus cum conditione non impleta,non potest dici consensus adesse.*
27 *Damni notabilitas,quomodo probetur.*
28 *Leges quilibet scire præsumuntur.*
29 *Opponere de iure tertij,an sit licitum.*

CONSILIVM CI.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.



INSPECTIS puncto, & scripturis, de qui
bus in eo fit mentio, omnibusque diligen-
ter consideratis, resolutio præsentis consul-
tationis visa est admodũ dubia. Nam primò
aspectu videbatur omnino p̃iudicatũ agna-
1 tis prædicti Alexandri donantis; † quoniam
attenta consuetudine, de qua in puncto, quæ tanquam lex vi-
detur obseruanda, iux. l. de quib. cum materia. ff. de legi. & §.
ex non scripto. inst. de iure nat. gen. & ciui. cũ sim. dicitur ip-
sis agnatis præiudicatum, si in tali donatione interuenit con-
sensus directi domini, qui certè videtur interuenisse: nam lo
cum tenens inspecto tenore literarũ Reueren. Cardinalis ad
ministratoris episcopatus Mãtuæ directi domini ipsius feu-
di eius nomine tali donationi cõsensum præstitit illã confir-
2 mando, & ratificando. † Nec videtur quicquam obstare, q
talis cõsensus nõ fuerit ab initio in tali donatione præstitus;
quia ratificatio illa retrotrahitur. c. ratihabitionem, de regu.
iur. lib. 6. quando. n. cõsensus alicuius requiritur ratione sui
præiudicij, non est necessarium, quòd in ipso actu interpona-
tur, sed sufficit etiam, quòd postea subsequatur per viam con
firmationis, vel ratificationis, prout propriè fuit in casu no-
stro, vt l. fi. C. ad macedn. & l. donationes. la. j. in fi. C. de don.
inter vir. & uxo. l. 1. § prodest. ff. quo. lega. & c. 1. in prin. ibi,
vel postea ratum nõ habentibus &c. de alien. feu. pater. cum
concor. vt in proposito nostro alleg. Curt. iunior in cõs. 1. fa
cti contingentia, 6. colum. & in suo tract. feudorum, in quar
ta parte, in materia alienationis feudi. in 2. q. circa secundam
regulam formata. Nec etiam videtur obstare, si dicatur con-
sensum Reueren. Cardinalis non videri isto casu p̃stitum, cũ
in suis literis dixerit, quòd consentire nolebat, quando resul
taret notabile præiudiciũ episcopatui, quòd isto casu videtur
euenisse; quia cum illud monasteriũ donatarium semper vi-
uat, dicitur sublata spes reuersionis feudi ad episcopatũ, quã
habebat, si apud laycos p̃mansisset; quoniam ad hoc videtur
posse responderi, quòd apud Reueren. Cardinalem istud præ
iudiciũ nõ videtur esse tale, propter qd nolit consentire, cũ
iam sciret in omnem euentum talẽ spem esse perdendam, &
non est dubium, quòd aliquo casu cõsentire voluit, videlicet
si cũ paruo damno sui fieri posset, vt in literis apertè dicitur,
& tamen etiam eo casu, & semper spes illa veniebat perden-
da, p̃pter qualitatem donatarij, vt supra, sic igitur videtur, q
de tali præiudicio non senserit Reueren. Cardinalis, & sic vi-
detur, quòd eius consensus videatur rectè præstitus, & p con
sequens, quod etiam agnatis dicatur præiudicatũ vigore præ-
dictæ consuetudinis. Istis tamen non obst. maturius, diligen
tiusque omnibus cõsideratis, & stantibus veris his, quæ in fa-
cto præsupponuntur, contrariam opin. de iure probabiliorẽ
arbitrar, quẽadmodum, & rectè (ni fallor) visum fuit excellẽ-
tissimo Aduocato dom. Francisco Galuagno, mihi vti fratri
honoran. & olim acutissimo discipulo meo. Et pro clario
3 ri demonstratione veritatis, † præsuppono, quòd cum feudũ
de quo agitur, fuerit, & sit antiquũ, ut mihi in facto præsup-
ponitur, de sui natura transitorium ad agnatos ultimo loco
decedentis sine filijs masculis, qui tamen agnati sint de descẽ
dentibus primi inuestiti, & tales agnati sunt habituri feudũ
suo proprio iure ex prouisione primi inuestiti, & ex gratia,
& concessione cõcedentis, & nõ ex aliquo facto illius agnati
qui nouiter decessit, vt declarat Bar. in l. vt iurisiurãdi. §. si li
beri. ff. de oper. liber. & tradit Andr. de Iser. in c. 1. §. qd ergo.
colum. fi. de inuest. de re alic. fa. cum infinitis concor. qui alle
gari possent, sed gratia breuitatis dimittũtur, & quia hoc est
clarissimũ. Sic igitur in casu nostro isti agnati Alexãdri nu-
per defuncti dicuntur uocati ad feudũ istud ex concessione
& gratia concedentis, & ex prouisione primi inuestiti eorũ
ascendentis, & non ex aliquo facto prædicti Alexandri.
Et ex hoc sequitur, quòd per ipsum Alexandrum, aut ali-
quod eius factum nullum potuit inferri præiudicium prædi
4 ctis agnatis; † non. n. conuenit eos per factum Alexãdri iure
suo priuari, non ab ipso Alexandro eis proueniente, p̃ut vo-
luerunt Dyn. Ang. Pau. de Castro, & alij in l. apud Iulianũ. §.
si quis alicui. ff. de lega. 1. tradit Alex. in cõsi. 107. in causa Ni
colai. post principium. libro quarto, & plenè de hoc scribit
Iaso. in consi. 7. uertitur controuersia. 5. & 6. col. incipien-
do. ibi in uer. quartò adhuc. 5. vol. Et ista conclusio adeo
5 vera est, vt procedat, † etiam si cum facto dom. Alexandri vl-
timò defuncti concurrisset voluntas, & cõsensus domini di-
recti istius feudi, & sic in casu isto Reueren. Cardinalis & ad
ministratoris episcopatus Mãtuani, prout signãter declarat
Bal. in c. primo. §. hoc quoque. de success. feu. refert, & sequi
tur Ias. in d. consi. 7. & Cur. iunior in trac. feudorũ, in quar-
ta parte, in tertia regula. 1. col. & est de hoc tex. in terminis
in c. 1. in prin. de aliena. feu. pater. & ibi omnes doct. not.
Et ista procedunt de iure scripto, secundùm quę inferunt,
quòd secundùm iuris scripti regulas isti agnati Alexandri
nuper defuncti admittuntur ad recuperandũ bona feudalia
per ipsum donata prædicto monasterio, etiam quòd uere in-
teruenisset in tali donatione consensus prędicti domini dire
6 cti, † quia vera, & magis communiter approbata cõclusio est
quòd facta alienatione per vasallum de feudo antiquo, illud
dicitur aperiri agnatis, vt. s. ipsi recuperare possint saltẽ mor
tuo alienante, p̃ut videtur tex. in c. primo. §. Titius. si de feu.
contro. sit inter dominum, & agna. & ĩd. §. hoc quoq; & ibi
gl. n. Iac. de Belu. Andr. de Iser. Bal. & alij, de success. feu. Et
dicit In. de Imo. in c. 2. de feud. quòd in iudicando non est tu
tum recedere ab ista opi. Et illam esse communem, & tenẽ-
dam asserit Iaco. de San. Geor. in suo tract. feu. in ver. & cum
pacto de non alien. 7. col. ver. sed quæro de pulchra quæstio-
ne, & Cur. iunior. i trac. feud. in quarta cõclusione. 5. partis
prin. & ita etiam firmat Alex. in consi. 3 n. quoniam omne da
tum, quarta col. 1. vol. & Cur. senior in consilio 48. memorię
recolendæ. col. 2 1. versi. secundò respondetur.
7 † Istis modò sic stantibus primò dici potest, quòd allegata cõ
suetudo cũ sit contra ius scriptum, & præiudicet tertio in iu
re suo, potest dici inualida, iux. elegantẽ doct. Matth. de Af-
flic. in c. primo, 7. col. de feu. cog. & maximè quia ista consue
tudo, posito tamen quòd probetur; quia absolutè non præsup
ponitur, videtur omnino irrationabilis, vt ibidẽ per Affl. de
claratur. Et quòd sit irrationabilis patet, quia secundùm eã
posset vasallus cum domino cõuenire dolosè ad damnum, &
præiudicium eius agnati, qui post dictum vasallum ad feudũ
vocabatur vigore antiquæ inuestituræ. Et ad hoc plurimum
facit pulchra decisio Dec. in cõsi. ccviij ad clariorem. quarta
8 col. ver. & p hoc respondetur. dũ concludit in casu suo, † q
consuetudo existens in Gallia, quòd valeat alienatio feudi, nõ
intelligitur in præiudiciũ agnatorum, quib. ius esset quæsitũ
vigore dictæ inuestituræ, vt per eum. Sic igitur secundũ præ
dicta cõsuetudo ista Mantuana, si probetur, videtur, quòd de
beat intelligi dummodo non fiat agnatis præiudicium respe-
ctu antiqui feudi in iure eis quæsito ex antiqua inuestitura, p
9 ut propriè contingit in casu nostro. † Facit etiam; quia con-
suetudo mala quantumcunque longæua, & ab omnibus appro
bata non ligat, neque seruari debet, vt not. Ange. per ill. tex.
in auct. vt nulli iudic. §. primo. negandum. n. non videtur, q
prædicta cõsuetudo dicatur mala, cum sit contra ll. & in præ
iudicium tertij, & ita ius tertio auferens, videtur cõtra iusti-
tiam naturalem, quæ est, vt nemini ius suũ auferatur, & me-
10 ritò propter hoc non debet valere, † prout de statutis cõtra
iustitiam naturalem, vt. s. non valeant, nec dicantur confirma
ta per generalem confirmationem superioris, dixit Bal. in c.
ad nostram. de proba. prout ibi refert, & sequitur Fel. col. fi.
11 † Facit etiam, quia consuetudo, quòd feudũ alienetur irre-
quisito domino, solùm ualet, quando domino nullum fit præ
iudicium, sed plenum ius eius reseruatur, sed si præiudicare
tur, non valet, vt egregiè uoluit Bal. in cõsi. 9. factum tale est.
col. 4. versic. surgit hic nouum dubium, primo uolumine.
Sic igitur uidetur dicendum in casu nostro, vt nõ valeat con
suetudo, quòd feudum alienetur irrequisito agnato, cui ius
est quæsitum in eius præiudicium.

† 12 Et

12 † Et generaliter, q consuetudo circa feudum irrationabi-
lis, & quæ continet iniquitatem, non valeat, sed potius dica-
tur corruptela, dixit And. de Iser. in prælud. feudorum, refert
& sequitur Affl. in c. 1. §. mulier habens, secunda colu. & in
§. si de feu. fue. controu. inter dominum, & agna. Cum igitur
consuetudo sit talis, sequitur, q valere non debet in præiudi
cium agnatorum. Et hoc sit primum fundamentum in fa-
uorem istorum agnatorum. Secundum fundamentum est:
quia dico posito millies, q consuetudo prædicta probetur,
& procedat etiam in præiudicium agnatorum: tamen nõ pro
cedet, nec erit attendenda in casu nostro, nam illa debet intel
ligi tantùm in casu, in quo fuit seruata, & ad alium casũ tra-
hi non debet, q probatur primò: quia regula est cõmuniter
13 approbata, † q consuetudo, quæ est contra regulas iuris, non
extenditur ad casus similes: vt voluit Cy. in l. qđ uerò. ff. de
legi. prout refert, & sequitur Affl. in c. 1. in princ. in vltimis
verbis, de feu. cogn. & docet Floria. in l. venditor. §. receptũ.
ff. si serui. vend. sed ista consuetudo dicitur contra iuris regu
14 las, vt patet ex prædictis, ergo &c. † Secundò generalius
loquendo istud probatur: quia consuetudo tantum habet de
effectu, seu de potentia, quantum habet de vsu, seu quantum
in vsu continetur, vt signanter voluit Bal. in l. fi. C. commu.
vtri. iud. 3. col. in versi. vnũ aliud quæritur, & in c. 1. in prin.
5. col. in versi. not. q etiam consuetudo &c. de his qui feu. da
re poss. prout refert, & sequitur Cur. senior in cons. 11. statu
to Parmensi. 2. col. in fi. & Cur. iun. in cõs. 171. materia præ
sẽtis cõsultationis. quarta col. prope fi. vbi & alle. Ate. & alios
doc. in varijs locis, vt per eũ, meritò ergo cõsuetudo vltra
casum, in quo loquitur, non extenditur.

15 † Quod & tertiò probatur; quia cõsuetudo dr̃ eẽ stricti iu-
ris, & proprios terminos non excedit, c. qđ ad trãslationẽ, &
ibi Abb. in vltimo notab. de off. leg. & voluit Bar. in l. 1. §. si
quis hoc interdicto. ff. de itin. actu. priua. & de hoc esse com
munem regulã inquit Cur. iunior in cõs. 55. facio primã cõ-
clusionẽ. 2. col. quod etiam dixit in d. cõs. 171. loco præalle.
Meritò ergo consuetudo strictè debet interpretari, ar. l. quic-
quid astringendæ. ff. de verb. obl.

Et ista duo eo maximè procedunt, quãdo cũ primo cõcur
runt, hoc est, q consuetudo sit iuri contraria; vt per doc. in
locis prædictis, vt sic omnia simul iungendo, dicamus con-
suetudinem iuri cõtrariam vti stricti iuris strictè interpretã
dã, & in proprijs terminis sui vsus intelligendã; quia dũta
xat tñ habet de potentia, & effectu, quantum habet de vsu;
sed cõsuetudo, de qua agitur, posito q probetur, & procedat, dr̃
iuris scripto contraria, vt ex prædictis constat, ergo vti stricti
iuris tãtum habet de effectu, quantum de vsu, & vltra extẽdi
nõ debet. Attẽto maximè q dicitur etiam onerosa, & præiu-
dicialis agnatis, sed sic est, q ista cõsuetudo in vsu suo solum
habet, vt mihi narratur, quando alienatio fit verè cum cõsen
su domini directi, hoc est quando consensus directi domini
interuenit in ipsa alienatione. ergo non debet extendi, & ha-
bere locum, quando talis consensus in alienatione non inter
uenit, dato q ex post facto videatur aliquo modo interuenis
se ratificatio. Negari. n. non potest re ipsa, & in facto diuersũ
esse ab initio consentire, & ex post ratum habere, ut de se pa-
16 tet. † Et licet aliquando ratihabitio æquiparetur consen-
sui ab initio, vt supra in contrarium arguebatur; tñ illud nõ
semper procedit, vt patet ex his, quæ tradunt Bar. Ale. & alij
in l. bonorum. ff. rem ratam haberi, & alibi sæpe, & inter cæ-
tera non procedit in casu nostro, ne consuetudo iuri contra-
ria, quæ dicitur stricti iuris, extẽdatur ad alium casum, quàm
in quo sit inducta, & sic plus habeat de effectu, quàm de vsu
cõtra prædicta. Dico itaq; in proposito nostro, q donatio &
sic alienatio feudi, de qua agitur, fuit realiter facta absque cõ
sensu domini directi, & sic extra terminos consuetudinis,
meritò nullius sui momenti, maximè in præiudiciũ agnato
rũ, quib. dicitur apertum feudum, ut saltem vocentur post
mortem illius Alexandri donatoris, prout supra deductũ fuit.

Et pro prædictis, q consuetudo non trahatur ad istum ca
sum, facit, prout etiam excellentissimus Aduocatus conside-
17 rauit, † quia cõsuetudo nihil aliud est, quàm quoddã tacitũ
pactum ciuium, vnde sicut pactum non extenditur, iux. l. si
vnus. §. ante omnia, & ibi tradunt doct. ff. de pactis, ita & nec
18 consuetudo extendi debet. † Hinc est, q consuetudo, q feu
da diuidantur per patrem inter filios, non extenditur, vt pa-
ter possit vni prælegare, tametsi prælegatum videatur quædã
diuisio, prout voluit Old. in cõs. 237. perlectis, & diligenter
attentis, quem refert, & sequitur Felyn. in c. audiris. 7. colu.
versi. consuetudo est pactum &c. de præscr. Tertiò in fauorẽ
agnatorũ facit; quia posito, q aliàs ratificatio superueniens
sufficeret, & q ad talem casum traheretur consuetudo, quod
tamen est falsum per prædicta, adhuc in casu isto agnatis istis
19 non præiudicaret prædicta ratificatio; quoniam † nunquam rati-
ficatio trahitur retro in præiudicium eius, cui interim fuit
ius quæsitum, iux doctr. Bar. & aliorum in d. l. bonorum. rem
ratam haberi. Nunquam. n. ratificatio operatur, quando res
non est integra, ut ibi per doct. & dixit Barto. in l. si vxor. §. si
quis vxorem. in 2. opposi. ff. ad l. Iuliam de adult. Io. And.
in c. ratihabitio, de reg. iu. lib. 6. Bald. in l. ordo. C. de execut.
rei iudi. cum concor. multis, & per Alexand. in consilio 167.
quoniam res. post prin. ver. præterea dico. 6. vol. & in consil.
78. viso, & diligenter. quarta col. versi. quartò respondeo. 5.
vol. & firmat & Affl. in decisionib. Neapolitanis, nu. 286.
Iac. de Prafitio cum alijs, de quibus per excel. Aduocatum,
sed sic est, q in casu nostro istis cognatis post alienationem,
& donationem factam sine consensu domini directi fuit q̃si
tum ius, & apertum feudum, & non domino, vel saltem uo-
niaut post mortem dicti Alexandri; cum simus in feudo anti
quo, vt supra fuit dictum in præsuppositis, ergo sequitur, q
superueniẽs ratificatio directi domini eius præiudicare nõ de-
bet; sicut. n. consensus domini aliàs de iure ad aliqd sufficiẽs
non operatur, neq; attendi debet, si ex post superueniat, quã-
do tertio ius est quæsitum, nec ei præiudicat, vt ex prædictis pa-
tet, ita etiam dicendum est de consensu domini, qui in casu
20 isto fuisset sufficiẽs de cõsuetudine. † Quartò facit quia in
inuestitura facta ipsi Alexandro, & fratribus, & ita & in alia
antiqua inuestitura facta eorum patri adest expressum pactũ
iuramento firmatum, q ipsi non possint alienare bona feu-
dalia, nec de eis, aut eorum parte aliquem contractum facere
sine speciali, & expressa licentia Reueren. dom. directi, & ta
le pactum debet aliquid operari iux. tradita per Curtium iu
niorem in tractatu feudorũ, in quarta parte, in 41. & vltima
causa priuationis in prima regula in 2. col. ver. quarta decla-
ratio est, dicam igitur, q operabitur hoc, vt. s. licentia, & cõ
sẽsus domini specialiter, & expressè debeat interuenire, prout
verba sonant, posito q forte alias sufficerent æquipollen-
tia, & consequenter dicatur cõuẽtũ, quòd cõsẽsus domini,
qui ex cõsuetudine Mantuana sufficere solet, debeat speciali
ter, & expressè interponi, & aliàs alienatio nõ valeat, & non
est dubium, tale pactum valere; cum in feudis pacta ferè oĩa
21 valeant, & sint seruanda, † semper. n. tenor inuestituræ cũ suis
pactis debet ante omnia inspici, & derogat omni naturæ feu
dali, vt est tex. in c. 1. prout ibi multum not. Bal. de duob. fra
tribus a cap. inuesti. ad quod plura cumulari possent, vt per
Iasonem in consi. 233. præiens consultatio, quarta colum.
vers. 6. ad prædicta. 2. vol. & consi. 136. præsupponitur in fa-
cto. 3. col. vers. item ista est una maxima. quarto uol. & p Al-
bertum Brunum in consi. 39. circa antedictum casum. 4. col.
& p alios in uarijs locis, quos omitto; quia hoc clarum est, &
in materia feudorum dicitur una maxima, ut inquit Ias. in
d. consi. 136. Modò in proposito, dico, q talis consensus
in casu nostro non interuenit, nisi specialis, & expressus, er-
go &c. Illud autem probatur: quia Reuerend. Cardinalis
administrator episcopatus Mantuani in suis literis expressè
non cõsentit, immo dubitatiuè loquitur, & uult rẽ diligẽter
cõsiderari, & vult postea Illustriss. Duci eius fratri morẽ gero
re, si illud potest fieri sine notabili præiudicio episcopatus, &
sic locutus fuit cõditionaliter, ex quibus verbis nõ põt colli
gi expressus, & specialis consensus; vt requirebatur ex forma
pacti, & inuestituræ. cũ conditio se habeat ad esse, & non esse
22 vt est notum. † Nec qui loquitur conditionaliter, dicitur
simpliciter, & specificè loq. iux. doct. Bar. in l. j. in prin. post
oppos.

oppositiones,ff.de vulg.& pup.cum qua transeunt magis cõ
muniter doc. vt ibi per Alex.& alios, & voluit etiã hoc Bal.
in consi.269.quidam nomine. 1. vol. Et plus etiam dici po-
test,q conditio prædicta nõ probatur,nec potest dici imple-
ta,ut statim dicam , ergo &c. Præterea & quintò, vbi etiam
prædicta omnia non procederent (quæ tamen iuridica uidẽ
tur) in fauorem prædictorum agnatorũ facit, quia absolutè
dici potest,alienationem, & donationem prædictam esse fa-
ctã absque aliquo consensu, & licentia Reuer.dom. admini-
stratoris,etiam quòd postea nomine eius videatur interuenis
se ratificatio mediante persona ipsius Locumtenentis. Et si
domini directi,& sic ipsius Reue. Administratoris licentia,
& consensus nõ interuenit in pdicta donatione, sequitur, q
sumus extra terminos prędictę consuetudinis, & per conse
quens,q alienatio prędicta non potuit aliquo modo nocere
istis agnatis in iure eis iam quæsito mediante antiqua inue-
stitura,secundùm ea quæ supra in prin.dicta fuerunt. Quòd
autẽ donatio dicatur absolutè facta sine consensu domini p
batur; nam quòd a principio talis cõsensus nõ interuenerit,
23 est plusquã clarum, nullibi.n. de eo apparet, † & cum illum
interuenisse sit facti,non præsumitur,nisi probetur,ad quod
vulgo allegatur.l.in bello.§.factę.ff.de capt.& postlim.reue.
licet mihi hoc nõ probet ille tex.sed tamen probatur in l. si
emancipati.C.de collat. in versi. probatis &c . Et licet in ta-
li donatione videatur talis consensus præsupponi ; tamen si
24 aliter non probatur,non pręsupponitur, ut dixi,† & asseren
ti illũ interuenisse incũbit suę assertionis pbõ.l.actor.C.de
pb.& l.2.ff.e.ti.cũ si.Sed dico ẽt,q nec ex post facto põt di-
ci talem consensum per uiam ratificationis interuenisse;quo
niam in literis Reuer.Administratoris talis consensus nõ ex
primitur,sed solùm dicitur, q eius Locumtenens , ad quem
literæ diriguntur,annuat votis illustrissimi, & excellentissi-
mi Ducis, si ipse Locumtenens omnibus diligenter cõsidera
tis inuenerit id fieri posse absque multo dãno suo, & notabi-
li pręiudicio sui episcopatus. Verùm si sine pręiudicio nota
bili fieri nõ poterit,nõ consentiat,sed cũ excusat apud excel
lentissimũ Ducem,& sic ex talib.uerbis manifestè patet,ipsi
Locumtenenti esse factum mandatum limitatum,seu qualifi
25 catũ s̃m importantiam illorum verborum,† cuius mandati,
& commissionis fines nõ licebat tali commissario excedere,
l.diligenter.ff. manda.§.is qui exequitur.inst.de manda.& c.
cui de non sacerdotali.de pręben.lib.6.cum sim.

Hoc ita stante dico, quòd Locumtenens in sua ratificatio
ne & in inuestitura,quas fecit nomine Reueren. Cardinalis
excessit fines mandati, q2.[sic] assensit uotis illust. Ducis nõ ob-
stante q dãnũ ipsius Cardinalis,& episcopatus esset magnũ,
26 & notabile,& † consequenter dico, quòd non fuit impleta
conditio,sub qua Reueren. Cardinalis consensit, secundùm
quòd supra dicebam , meritò eius consensus non potest dici
ad esse.l.qui hæredi.§.Plautius.vbi Bar.& dom.meus Soc.ff.
de cond.& dem.l.cedere diem.ff.de verb.sig.& l.1.§. finaũt,
27 C.de cadu.tol.cum infinitis similib.† Notabilitas autem dã-
ni,& præiudicij ipsius episcopatus inter cętera, quæ gratia
breuitatis omitto, pbatur ex quãtitate feudi,seu eius magno
valore,nam (ut mihi in facto præsupponitur) excedit valorẽ
ducatorum duorũ millium, quæ summa cuilibet bono uiro
uidebitur magna etiam respectu episcopatus,arg.eorũ, quę
tradit Bar.in l.admonendi.col.pe.ff.de iureiu.in versi.sed est
aduertendum,quæ dicantur causę magnę,cum quo transeũt
doctores,ut ibi per Iasonem,& Cur.iun.& mihi videtur, q
de hoc senserit Reuer.Cardinalis in suis literis , quando di-
xit, *senza nostro molto danno* , & similiter etiam quãdo dixit,
senza notabile preiudicio. nam cum sciret donationem debe-
re fieri monasterio S.Mariæ de Misericordia, iam sciebat il
lud non moriturum,& cõsequenter sibi auferri omnẽ spem
reuersionis,iux.c.primũ.§.inde potest præsumi,& ibi doc.
28 & maximè Moder.tradunt,de alien.feu.† quilibet.n. psumi
tur scire ll.l.legis sacratissimę,C.de legi. unde iã sciebat Re
ueren.Cardinalis damnum illud perdendę spei reuersionis
sibi imminere,& certũ esse, & ideo quando in suis literis di
cit dẽre cõsiderare,an pręiudiciũ sit notabile, siue an sit ma-
gnũ damnum, videtur omnino habuisse respectum ad valo
rem,& ęstimationem feudi,siue ad eius quantitatem,an.s.sit
magnum,vel paruum,seu magnæ, vel paruæ æstimationis, at-
tento maximè quòd in literis illostrissimi Ducis , p quas pe-
tebatur consensus eius Reueren. Cardinalis,nõ poterat certi
ficari de prędicta æstimatione,siue quãtitate feudi;quia solũ
in eis fit mẽtio vnius possessionis,seu prędij,quod potest esse
magnum. puta cẽtum bubulcarum,& vltra,& etiam paruum,
puta viginti,aut vigintiquinque bubulcarũ,vel quid simile.
Sic igitur videtur , q in hac dubietate , & incertitudine exi-
stens Cardinalis commiserit suo Locumtenẽti,quòd si inue
nerit omnib.bene cõsideratis ex donatione,quæ faciẽda erat
inferri episcopatui magnum, & notabile præiudiciũ nõ as-
sentiat, si autem modicum consentiat. Cum autem præiudi-
cium esset magnum,& notabile, vt est dictũ,non debebat Lo
cũtenens assentire,& ideo quando postea consensit,fecit con
tra voluntatẽ Reueren. Cardinalis, & dicitur excessisse fines
mandati: meritò sequitur, quòd donatio pdicta remanet fa-
cta sine consensu directi domini , & propterea non sumus in
terminis consuetudinis de qua supra,quæ solũ procedit,quã
do alienatio fit de cõsensu domini. Reiecta ergo prædicta
cõsuetudine à casu nostro, remanet,quòd ex prædicta dona-
tione nullum potuit inferri pręiudicium agnatis istis,qui vi
gore antiquæ inuestituræ dicuntur ad feudũ vocari,secundũ
quòd supra declaratum fuit. Et stantibus istis non est ne-
cessaria disputatio , vtrum istis agnatis liceat de iure tertij
opponere;non.n.veniũt per istam viã,sed dicunt ex antiqua
inuestitura se vocari post mortem prædicti Alexan.non ob
stante alienatione,seu donatione per eum facta,secundùm ea
quæ supra in principio dicta fuerunt. Quibus non obstat al
legata cõsuetudo ciuitatis Mãtuæ;quia illa procedit solum,
quando alienatio fuisset facta cũ consensu domini directi, &
sic Reueren. Cardinalis,quòd certè isto casu non cõtingit,vt
29 modò dictum fuit. † Et vbi etiam in casu isto agnati dice-
rentur opponere de iure tertij,essent audiendi, cum eorũ in
tersit,iux.doctr. Bar.in l.2.circa medium ff.de exceptionib.
rei iudicatæ.Item etiam, quia dicuntur in effectu habere cau
sam,& ius suum ab episcopatu Mantuano ex gratia,& proui-
dẽtia eius in antiqua inuestitura, tũc.n.licet de iure tertij op
ponere, vt declarat Bal.in auc.qui rem.2.col.versi.subsequen
ter quęro,emphyteuta non soluit &c. C.de sacr.san.ecclesijs,
put hoc prosequitur excellentissimus Aduocatus , super qui
bus non puto insistendum,quia non sunt necessaria,cũ (vt di
xi) non sumus in tali disputatione. Et ex prędictis omnibus,
vel singulatim , vel saltẽ simul cõsideratis resultat manifesta
conclusio in fauorem prędictorum agnatorum, vt.s.ipsi sint
omnino admittendi ad petitionẽ dicti feudi, non obstantib.
his quæ supra in contrarium allegabantur,quibus ex iam di-
ctis apparet clara,& iuridica responsio. Laus Deo.

Mar.Soc.iu.iuris.Senensis patritius,Paduæ legens.1540.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit Curt. iun.consil.171. & contra Gozad. consil.90.vbi vide quod annot & ipsum Socin.consi.55.in 4.

CASVS.

Illustrissimus quondam Federicus Dux Vrbini asserens ge
nitorem suum titulo donationis,seu potius remunerationis
concessisse nobili viro quodã Antonio de Statis pro se,& hę
redibus suis castrum Montisbelli cũ omnib. suis iuribus, &
pertinentijs &c.& hoc suadentibus meritis,fide,& probitate
eius erga dictum genitorem, donationem prædictam,seu re-
munerationem cum omnibus suis capitulis ratificauit,& ap-
pbauit domino Adoardo suo, & Iulij fratris nomine peten-
ti,& recipiẽti,dicẽs se id facere fretus, q dicti Adoardus, &
Iulius paternas virtutes imitẽtur, & in eadẽ fide, & deuotio-
ne persistant, ac erga se,statumq; suũ laudabiliter, & bene se
gerant,prout latius in d. confirmatione apparet, cuius copia
transmittitur.

Ex post prædictus Adoardus,& Ioannes Ludouicus filius,
& hēs domini Fabricij alterius fratris dicti Adoardi, & qui-
libet eorum pro sua tertia parte vendiderunt dictum castrũ
Montisbelli illustrissimo Duci Vrbini , & sic sola tertia pars
remansit

remansit prædicto domino Iulio alteri fratri prędictorum Adoardi,& Fabritij.

Decessit postea dictus D. Iulius, & ei supeefuerunt Comites Antnoius,& Iulius posthumus, quneũ nomine postea pariter & sua mater eorũ domina Perablanca emit ab illustrissimo Duce Vrbini prædictas duas tertias partes dicti castri, & in instrumento desuper confecto fuot amplissimæ clausulæ ad contractum venditionis pertinentes, & quædam aliæ, ut ex ipsius copia, quę traosmittitur, uideri potest.

His peractis decessit domina Perablãca, & postea decessit Comes Antonius eius filius superstitibus sibi Comite Nicola filio masculo,& Anna, &'Catherina filiab. fœminis, ac ẽt Comite Iolio fratre eius.

Demum decessit Comes Nicola prædictus intestatus sibi superstitibus dominabus Anna, & Catherina sororibus, & hęredibus vniuersalibus, necnon etiam prædicto Comite Iulio patruo eius.

Quęritur nunc, nunquid pędictæ Anna,& Catherina uelut hæredes fratris debeant admitti etiã ad partem illã prædicti castri Montisbelli, quæ ad eorũ fratrem nuper defunctum spectabat.

Et quia hoc videtur pendere ab eo, utrum scilicet castrũ prædictum iure feudi concessum fuerit, uel ne, ideo de hoc solùm quęritur.

SVMMAE.

De donatione in remuneratione, & comprobatione eius de quodam castro, utrum.s.impuerer feudum.

Et similiter de quadam venditione, an sit facta iure feudi.

Et vtrum semper sit feudum, vbi de fide fit mentio.

Et quòd in dubio res quęlibet præsumitur libera, & non feudalis.

1 *Feudalis concessio uidetur, quando in ea dicitur, quòd concedit propter fidem.*
Feudum à fide denominatur, & quare.
2 *Seruitia personalia directis dominis pro feudis præstari solent.*
3 *Feudum alicui concessum in aliquem transferri non potest nisi per uiam subinfeudationis.*
4 *Quis in sua dispositione non præsumitur uelle impossibilia comprehendere.*
5 *Actus quilibet sic interpretari debet, ut ualeat.*
6 *Feudalis res semel effecta, uidetur, quòd semper sit feudalis.*
7 *Vasallus feudum recipiens magnã habet à domino suo dependentiam.*
8 *Feudum an possit concedi per uiam uenditionis, & inf. nu. 33.*
9 *Princeps, uel dominus, quando in concessione vtitur uerbo dono, dicitur donationem liberam facere, & non feudalem.*
10 *Rex si donat aliquid non exprimendo, quod sit feudum, dicitur rem illam liberè donare.*
11 *Donatio dicitur fieri libera & nõ feudum, quando in uerbis dispositiuis concessionis fit mentio de donatione.*
12 *Verbum, concedo, in dubio donationem importat.*
13 *Quid quando in concessione importante donationem sunt aliqua uerba feudum etiam importantia.*
14 *Dominij appellatione in dubio directum dominium uenit.*
15 *Dictio, ut, sicut dictio, sicut omnimodam similitudinem importat.*
16 *Per feudalem concessionem utile tantum dominium transfertur.*
17 *Res qualibet libera præsumitur.*
18 *Donatio fauorabilior redditur ob merita praecedentia, qua est irreuocabilis.*
Nec per liberorum superuenientiam reuocari potest.
19 *Donatio ob benemerita à minore facta non requirit ad eius firmitatem cursum x. uel xx. an. post maiorem ætatem.*
20 *Priuilegiũ benemeritis concessum, dicitur proprio motu principis concessum, licet regulariter cõtrarium præsumatur, et amplius non dicitur priuilegium, sed beneficium.*
21 *Confirmatio de aliquo castro facta per principem, nil innouat, nec facit, quòd castrum, quod non erat feudum sit feudum.*
22 *Confirmationis natura est confirmata roborare, et no infringere,*
23 *Relatum dicitur cum suis qualitatibus esse in referente.*
24 *Feuda quare concedantur.*
25 *Feudum nõ debet dici, licet in cõcessione fiat reseruatio fidelitatis, si de donatione in uerbis dispositiuis mentio fiat.*
26 *Feudum nõ potest dici sine inuestitura, uel eo quod pro inuestitura habeatur.*
27 *In feudis fidelitas iure obligationis debetur.*
28 *Verba secundùm subiectam materiam intelligi debent.*
29 *Dispositionis una pars aliam maximè dubiam declarat.*
30 *Fidelitatem omnes subditi domino iurare debent.*
31 *Concessio facta iure proprio, & ad proprium, & in perpetuũ feudo non conuenit.*
32 *Clausula illa ĩ cõcessione posita, ad habendum, & faciendum de rebus uenditis quicquid placuerit, non conuenit concessioni feudi.*
Vasallus de feudo etiam pro anima disponere non potest.
34 *Feudum quid sit.*
35 *Corrigere s. ipsum nemo præsumitur.*
36 *Contraria duo simul stare non possunt.*
37 *Iuramentum fidelitatis in feudo quid importet.*
38 *Principi recõmendati speciem seruitutis habere non dicuntur, sed liberi dicuntur.*
39 *Dominus, & superior quis potest dici ratione protectionis, & defensionis.*
40 *Bona libera, & allodialia domino loci ratione iurisdictionis, & superioritatis subiacent.*
41 *Feudum non potest uendi per unũ fratrem in alterius fratris præiudicium sine eius consensu.*
42 *Sorores exclusso patruo fratri succedunt.*

CONSILIVM CII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.



NON sum immemor, iam annus est, & ultra me quoddam consilijs subscribendo, cõsuluisse in fauorem illust. Comitis Iulij, ut s. ille fuerit admissus ad castrum Montisbelli, uti feudum suis maioribus concessum exclusis dominab. Anna,& Catherina sororib. Comitis Nicolæ nuper defuncti sine liberis loquẽdo de parte dicti castri, quæ ad ipsum Comitẽ Nicolã viuentẽ pertinebat, & id feci pręsupponendo, prout etiam mihi in facto pręsupponebatur, quod apud prædictos Comites, & eorum maiores castrum prędictum fuisse uti feudum per Illustrissimũ Vrbini Ducẽ illis concessum; & intentionem meam fundaui in natura feudi, quod est ut transeat ad masculos, & cuius fœminæ regulariter sunt incapaces, ut in d. consi. uideri potest. Et licet ex post aliqua viderim in facto tunc mihi incognita, ex quib conclusio per me facta in d. consi. posset reddi dubitabilis; tamẽ ab ea minimè recederem, sed quod scripsi, scripsi, & ei nouiter adhęreo.

Nunc autem reuocatur in dubium, quod tunc in facto pro uero præsupposui, prout tunc mihi præsupponebatur, vidẽ. s. prædictum castrum Montisbelli fuerit in feudũ concessum, an verò liberè, & vt allodiale donatum fuerit, & postea pro parte venditum respectiuè ad contractus, qui exhibẽtur. Et certè prima fronte uidetur, quod fuerit concessum in feudum, & tanquam feudum debeat iudicari, quemcunque contractum inspiciamus, nam primò concessio d. castri, siue donatio facta quondã domino Ant. de Statis per illustrissimũ Comitem Guidãtonium olim Vrbini Ducem fuit facta propter merita, & fidẽ ipsius domini Ant. versus illustrissimum concedentem. Similiter etiam eiusdem concessionis, seu donationis confirmatio ex post facta filijs prædicti domini Ant. per illustrissimũ Federicũ filium prædicti Guidantonij pariter Vrbini Ducem facta fuit propter fidem, & deuotionẽ dictorum filiorum, de qua erga se, & Statum suum confisus fuit illust. Federicus, ut in dicta confirmatione apparet, in ver. freti quod dicti Adoardus, & Iulius paternas virtutes imi-
1 tentur, & in eadẽ fide, & deuotione persistant &c. †Cum igitur

tur ĩ dicta donatione primò, & deinde in eius cõfirmatione
dicamr, quòd ꝑpter fidem facta fuerunt, videtur sequi, quòd
fuerit feudalis concessio; nam licet fides, seu fidelitas capi
possit varijs respectibus; tamen per excellentiam dicitur in
feudis, ob quam causam feudum sic denominatur à fide, ꝙ
in eo principaliter, & magis quàm in alijs fides consideretur
declarat Bal. in præludijs feudorum. 3. col. in versi. 2. quæro
& ibidem Aluar. 4 uol. 5. col. in uer. quare autem appelletur
feudũ, & est tex. ubi doc. not. in c. 1. §. fin. per quos fiat inue.
Dicamus ergo, quòd mentio fidei, seu fidelitatis in prædicta
concessione, & eius confirmatione per excellentiam debet ĩ
telligi respectu feudi, ar. §. sed quoties, inst. de iure naturali,
& ita videtur arguere Abb. in consi. lxxxij. quamquam in his
dubijs. 3. col. versi. insuper præsupponitur. 1. uol. Et præte-
rea in instrumento prędictę confirmationis asseritur, ꝙ prę-
dictus do. Antonius faciebat seruitia illustrissimo Guidanto
nio, & quòd propter talia seruitia, & eius benemerita fcã fuit
prædicta concessio, seu donatio: meritò etiam ex hoc videtur
2 posse argui, quòd in feudum talis concessio facta fuit; † cum
ꝑ feudis soleant præstari seruitia dominis directis, loquẽdo
de seruitijs psonalib. vt voluit Cy. in auc. ingressi. col. fi. ver.
circa pręmissa. C. de sac. san. eccl. & Bal. in auc. si quas ruinas.
eo. tit. col. 3. in ver. 5 probatur. qui clarius idem voluit in ad
3 dit. Spec. in tit. de loc. 3. col. vt refert, & sequitur Ias. in pręlu
dijs feudorum, mihi in 5. col. in prin. † Præterea, & tertiò
quòd prædicta concessio primo loco facta, & subsequenter
etiam confirmatio feudalis videtur posse suaderi; quia (vt au
dio) dicimr, quòd illustrissimus Guidantonius, & post eũ Fe-
dericus prædicti habent totum Ducatum Vrbini in feudum
à sede Apostolica, & (vt dicitur) ꝑ se, & hęredib. masculis, do
nec reperiãtur, & cætera. sub quo Ducatu inter cetera ĩ castrũ
Montisbelli, de quo agitur, videtur comprehendi. ꝑpter qđ
videtur, quòd non potuerit per prædictos illustrissimos Du-
ces in aliquem transferri, nisi per viam subinfeudationis cũ
eisdẽ pactis, vt est tex. in c. 1. §. profecto. & ibi doc. dicunt, de
lege Corra. Non ergo videtur, quòd potuerint dictum castrũ
liberum, & vt allodiale cõcedere; quia ipsi non sic babebant,
& cũ possent solum (vt dixi) subinfeudare, in dubio prędicta
concessio, & postea eius confirmatio debent præsumi factę p
4 viã feudi, † tum quia quis non præsumit uelle in sua dispo-
sitione sibi impossibilia comprehendere. l. Lucius. §. pẽ. ff. ad
municip. cũ si. facit in argumentum. l. si quis ita. ff. de cond.
5 inst. † cum etiã quia actus quilibet sic debet interpretari, ut
ualeat. l. quoties. & l. ubi est. ff. de reb. dub. & l. quoties in sti
pulationib. ff. de uerb. obl. cum sim. Si igitur inspiciamus pri
mam illam concessionem, & ipsius confirmationẽ postea sub
secutam, uidetur, quòd dictũ castrum Montisbelli possit ap-
pellari feudum per prædicta. Sed & si inspiciamus contra-
ctũ uẽditionis per illustrissimum Guidobaldum Vrbini Du-
cem factæ de anno M D I I. uidetur similiter, quòd uenditio
6 prædicta facta fuerit, ut de feudo: † tum quia res semel effe-
cta feudalis, uidetur, quòd semper sit feudalis, sicut dicimus
quòd res semel effecta alienabilis, perpetuò est alienabilis,
ut l. pater filium. §. quindecim. & ibi docto. tradunt. ff. de
legat. tertio, tum maximè propter quædam pacta in dicto
contractu uenditionis inter partes conuenta, ĩ uer. hoc tñ ad
dito, & specificato &c. ibi. n. inter cętera dicit, ꝙ ipsi empto
res, & eorũ descẽdentes remaneant, & remanere intelligãtur
sub pfato illustrissimo dom. uenditore in protectione, & di-
cti emptores intelligantur recõmendati in habendo amicos
pro amicis, & inimicos pro inimicis, ut oĩmodo dependẽtiã
habere intelligãtur à pręfato illustrissimo domino &c. uide-
7 tur enim, ꝙ eiusmodi pacta propriè in feudis cadãt, † nam
uasallus feudum recipiens magnam babet à domino suo de
pendentiã, uideturque eidem recommendatus, & debet ha-
bere amicos domini pro amicis, & inimicos pro inimicis, &
dici solet, ꝙ debet faydam, idest inimicitiã leuare, & ideo so-
lis masculis regulariter feudum competere solet; quoniã id
fœminæ facere nequeunt, iux. tradita per gl. & alios commu
niter in c. 1. §. hoc autem notandum. super uer. legib. in fin. q.
feu. dare possunt. Et propter hoc ultimum, posito quòd es-
set feudum, memini me in alio consilio dixisse, ꝙ non debe-
bat transire ad fęminas. Nec videtur obstare, ꝙ fuerit sup
isto castro, vel parte eius factus contractus uenditionis, &
8 emptionis, † nã ẽt feudum tali modo vr posse cõcedi, ut est
tex. in c. 1. ad finem ibi, uel nisi emerit feudum. de feud. natu.
& in c. j. post prin. ibi, vel nisi beneficium de communibus
bonis fuerit emptum, de benefi. fratris. cum si. Hæc sunt quę
primo aspectu quẽquã inducere possent ad credendum, ꝙ in
proposito nostro castrum Montisbelli debeat dici feudum,
& quòd in eo, vt in re feudali succedatur.

Ex quibus fortasse motus fuit, qui aliàs in facto mihi prę
supposuit, vt iam dixi, ꝙ verum esset feudum. Et hoc stante
procedit conclusio, quam aliàs in præallegato consilio firma
ui in fauorem præfati Comitis Iulij. Veruntamen prædictis
non obstantib. diligentius omnia considerando, contrariam
opinionem vti veriorem amplector, & concludo, castrum ꝑ-
dictum olim apud dominum Antonium de Statis, & postea
apud eius posteros non fuisse, nec hodie esse vt feudum, sed
fuit, & est vti res libera, & allodialis, quamcunque acquisitio
nem, siue quemcunque contractum inspiciamus. Et incipiẽ
do a prima cõcessione olim facta per illustrissimum Ducẽ,
siue comitem Guidantonium, quę tantum ostenditur per re
lationem de ea factam in eius confirmatione, quam postea fe
cit illustrissimus Dux Federicus, dico, & concludo, quatenus
ex d. relationę colligi potest, ꝙ dictum castrum non fuit da-
tum in feudum, sed fuit purè, simpliciter, & libere donatũ ꝑ
dicto quondam Antonio de Statis, & quidẽ in remuneratio
nem suorum laborũ, & meritorũ, vt probant illa verba, ei-
dẽ donasse, seu potius remunerationis titulo pro se, & hære-
dib. suis cõcessisse &c. † quãdo. n. dominus in cõcessione vti
tur verbo dono, vel simili importãte donationẽ dicitur per
eũ fieri libera donatio, & non feudalis concessio, ut pulchrè
concludit Old. in cõs. 109. ex psenti themate. in primo du-
bio, & post Oldradum ita firmat, & defendit plenè ad partes
disputãdo Alb. de Ros. in rub. C. de donat. in vlt. q. & eius di
cta quasi ad verbum referens hanc opinionem sequitur Iac.
de San. Geor. in trac. feu. seu in sua inuestitura feudali, super
uersi. inuestiui talem. 3. co. in ver. sed quæro de quæstione, &
ita ẽt voluit And. de Iser. in c. 1. in fi. in add. ex quib. cau. feu.
10 amit. † inquit. n. ꝙ si Rex rem aliquam donat non exprimen
do, ꝙ sit feudum, dicitur rem illam liberè donare, & quidem
inter uiuos, & non erit feudum; vt per eum, & ibidem hoc
sequitur Iser. referendo Matth. de Affl. col. penu. in versi. vlt.
dominus Andreas hic &c. hanc opinionem sequitur etiam
Paul. de Cas. in cons. 161. in præsenti causa. col. fi. Ale. in cõs.
24. ponderatis his, quæ in themate. quarta col. versi. nec di-
catur, ꝙ fœminæ &c. lib. 5. & Dec. in consi. 32. & pro tenui.
1. col. ver. non obstat, ergo &c. in consi. 108. ad clariorem. 2.
col. ver. postremò aduertendum, in consi. 269. consultus ab il
lustr post princ. in cõs. 390. quoniam ex facto ius orit, quar-
ta col. uersi. tertiò in eadem prima inuestitura, & in consilio
11 413. cõsuluit accurate. per totum. † Omnes. n. prædicti in ef-
fectu volunt, & maximè Dec. in cons. 213. ꝙ quando de do-
natione fit mentio in verbis dispositiuis, dicitur fieri libera
donatio, & non feudalis cõcessio, & in hoc est communis do
ctorũ conclusio, vt ex prædictis cõstat, meritò ergo ita est di
cẽdũ in casu nostro; cum in verbis dispositiuis fuisset facta
mentio donationis, vt ex verbis, de quibus supra, colligi po-
test. Et plus etiam: quia in prędicta donatione dicitur,
de rebus donatis &c. ipse donator &c. & eundem donatio-
nem &c. & supra scriptam donationem &c. adeo ꝙ uidetur
procul ab omni dubitatione, ꝙ prima illa concessio fuerit
donatio, & non feudum, prout uerba clarè sonant, vt dictum
est. Quinimmo etiam illud verbum concessisse, similiter
12 donationem demonstrat, † nam uerbum cõcedo, in dubio
donationẽ importat, ut inquit Bar. per illum tex. iuncta glo.
in l. vxori. § fi. ff. de leg. tertio, prout refert, & sequit alios cõ
cordan. allegando Ias. in cons. 45. factum sic se habet, in pri
13 ci. 1. uo. † Et licet quando in cõcessione, in qua verba aliqua
important donationẽ, essent ẽt verba aliqua importãtia feu-
dũ, puta quia diceretur, quòd concedit ut in feudũ, vel quid
simile

stari; quoniam illud procedit, quando uasallus occasione feu-
di recepti in ipsa inuestitura promittit seruitia talia præstare,
& sic seruitia in feudis considerantur futura. s. post concessio-
nem, & inuestituram feudalem præstanda; in casu autem no-
stro fit mentio de seruitijs præteritis; dicitur. n. q diu ad eius
seruitia fuerat &c. quæ seruitia iã præstita induxerunt illust.
Guidantonium ad faciendam donationem prædictam, sicut
etiam supra dictũ fuit de meritis, & fide dicti dom. Antonij,
& propterea meritò dicitur, quòd donauit, seu potius titulo
remunerationis concessit, ut in d. confirmatione apertè legi-
tur; & quoniam ista sunt clarissima, & neminem sup eis pu-
to hæsitaturum, propterea alterius circa ea non instabo. Et
si dicatur, quòd immo prædicta confirmatio facta fuit prætex
tu fidei, & seruitiorum de futuro, de quibus sibi præstandum
confidit illustr. Dux Federicus: ut patet ibi i uersi. freti, quòd
Adoardus &c. ut i contrarium allegabatur. Respondetur plu
rib. modis. Et primò dico, quòd quæcunque uerba i dicta
confirmatione reperiantur, cum de feudo nulla mentio fiat,
& uti de feudo nulla fuerit facta inuestitura, nõ debet dici feu
26 dũ, † nam sine inuestitura, uel eo quod pro inuestitura habea
tur, nõ potest dici feudum. c. 1. quib. mod. feu. consti. potest,
cũ sim. & ibi dicunt doc. & tradit Matth. de Affl. i d. c. 1. col.
pen. ex quib. cau. fue. amit. Illa autem uerba, freti, quòd d. A-
doardus &c. nõ importaut feudum, nec habent uim inuesti-
turæ, sed aliter intelliguntur, ut infra dicetur, ergo &c. Se-
cundò respondetur, quòd ex prædictis uerbis feudũ argui non
27 potest, tametsi de fide & deuotione futura loquantur; † quo-
niam in feudis fidelitas debetur iure obligationis, ut d. c. 1 io
fi. & expressè promittitur, & cum iuramento, ut in titu. quali
ter iurare debeat uasal. & i duob. tit. seq. & ibi doc. declarãt,
at uerba prædicta in casu nostro hoc nõ importãt, sed solùm
demonstrant confidentiam, quam de illis Adoardo, & Iulio
habebat illustr. Dux Federicus, q intelligi debet, uidelicet q
bene se gerent & in fide, & deuotione erga se, & statum suum
permanebunt uirtutes paternas imitando, & sic quemadmodũ
pater eorum uiuens fecerat, qui quidẽ non seruierat, nec fue-
rat fidelis, uti uasallus, siue feudatarius, cum nullũ feudũ ha-
beret, sed ex sua bonitate, amore, & deuotione, quib. uti sub
ditus prosecutus fuerat ipsum, & illustr. genitorem eius, pro-
pter quæ fuit postea motus prædictus illustr. genitor ad doná
dum, & tit. remunerationis cõcedendum castrum prædictũ,
secundùm quòd supra deductũ fuit, & ista cõsideratio, vt pu
to, est pura veritas. Potest etiam tertiò responderi, quòd cum
in casu nostro clarè constet, quòd donatio facta fuerit, & ver-
ba illa, de cõfidentia fidei, & deuotionis sit dubia: quia posito
absque præiudicio veritatis, quòd possint intelligi respectu feu
di, negari tamen nõ potest, quin etiã aliter intelligi possint,
scilicet vt modò dixi, debét dicta verba in dubio sic intelligi
vt per verba clara declarentur, & sic quòd non alterent dona
28 tionem, & consequenter quòd feudum non inducant: † tũ
quia verba debent intelligi secundùm subiectam materiã. l.
si vno. in princ. vbi Barto. ff. loca. & cap. solitæ. vbi doctores
notant, de maiori. & obed cum sim. est bonus tex. & ibi Alua.
& alij notant in c. 1. §. si si de feu. conten. sit inter dominũ, &
29 agnatũ. † Tum etiam, quia vna pars dispositionis declarat a-
liam maximè dubiam. l. vtrum. & ibi sumat Ange. ff. de peti.
hæred. & l. quemadmodum. §. fi. & ibi Flor. cũ sim. ff. ad legẽ
aquiliam, & tradit patruus, & dom. meus Soc. loquẽs de vna
parte statuti, vt. s. aliam declaret, in cõs. 9. Viso statuto. a. col.
3. volu. & in consi. 46. Eleganter & subtiliter. 3. col. 4. volum.
& Cor. in consilio 182. In causa vertente. 3. col. 3. volu. cum
multis alijs, qui ad hoc allegari possent. Item, & quartò re-
spõdetur, & tollitur apertè omnis difficultas, nõ licet in præ
dicta cõfirmatione narretur illa confidẽtia, & sic videatur fie
ri mẽtio de fide futura, propter, quod videatur posse argui feu
dum. Tamen quando postea confirmat in verbis dispositiuis,
expressè dicitur, supra scriptam donationẽ, & remuneratio-
nem ratificamus, & approbamus, & quidem cũ omnibus ca-
pitulis & obligationib. in ea expressis, ex quib. verbis plusq̃
manifestè apparet, q nihil fuit immutatũ, sed donatio, & re-
muneratio, prout erat, fuit confirmata. Merito ergo non po-
test dici, q inductũ fuerit feudum, ex quo prius non erat, &
de eo nulla inuestitura facta fuit, & eo præsertim; quia si cũ
suis capitulis fuit dicta donatio approbata, ergo cum trãsla-
tione dominij directi, & cũ ptãte, vt possent illi de reb. dona
tis disponere, vt olim poterat illustrissimus Guidãtonius, cũ
inter cætera hæc cõtineantur in prima illa donatione, ex qui
bus manifestè colligitur, q non potest dici feudum, vt supra
dictum fuit. Et quod de fide futura dicitur in d. versi. freti,
quòd dicti Adoardus &c. debent, prout etiã supra dixi, intel
30 ligi aliter etiã ratione feudi, puta ratione subiectionis; † om
nes. n. subditi domino suo fidelitatẽ debent, vt declarat Bar.
in extrauaganti ad reprimen. in ver. totius fidelitatis, & Iaco.
Aluar. in c. j. quid præce. debe. an inue. vel fide. in uer. no. tex.
quòd fidelitas, & ita in proposito respõdet Pau. de Ca. in præ
allegato consi. 161. col. fi. versi. nec ob. q appellat eum fidelẽ,
& idem voluit Cor. in consi. 16. Aperta frõte. col. 5. ver. nisi
respondeatur, quòd gratia ista. j. vol. Non omitto, q quan-
do ex prædicta confirmatione, aut suis clausulis præiudicare
tur aliquo modo dominab. Annæ, & Catherinæ sororibus di
ctis comitis Nico. & filiab. comitis Antonij, quondam comi
tis Iulii antiquioris, possent pro sua rata ex persona suorum
auorum talem confirmationẽ non acceptare, cum prædictus
comes Iulius antiquior nunquã mãdauerit illam peti, nec ẽt
ex post illam ratificauerit, sicut etiã eam postea, nec comes
Antonius, nec comes Nicola illam nunquam ratificauerunt.
Verùm super hoc non puto insistendum: quia prædicta satis
superque sufficiunt. Demum non obst. tertium fundamẽtũ
sumptum ex c. j. §. profecto. de lege Corra. prout in cõtrariũ
allegabatur. Quoniam respondetur negando, quòd castrum
Montisbelli fuisset apud illustrissimum Ducem Guidãtoniũ
iure feudi à sede Apostolica, quinimmo dico, prout mihi as-
seritur, q erat apud eum iure plenæ proprietatis, & vti res li
bera, & ideo nil mirũ si eo modo & libere donare potuit, &
quicunque asserit, q haberet in feudum a sede Apostolica si-
mul cũ Ducatu Vrbini debet hoc probare. Tum ex regula l.
a. ff. de prob. & l. actor. C eo. ti. cum sim. Tum etiã quia quæli
bet res apud quemcumque præsumitur libera, & (vt dicunt)
allodialis ut supra dictum fuit, ex quo sequitur, q asserẽs cõ-
trarium habet præsumptionẽ iuris contra se, & ideo ei onus
probandi incũbit, etiã ubi aliàs non incũberet, ut l. sine pos
sidetis, cum ibi traditis per gl. fi. & doc. super ea. C. de proba.

Nec sufficit allegare, q habeat illustrissimus Guidãtonius
Ducatum Vrbini in feudum: quoniam non sequitur, ergo &
castrum Montisbelli, cum ipse, aut sui antecessores nõ acqui
sierũt totum statum simul, & eodem modo, sed diuersis mo
dis, & temporibus, unde facile esse potest (prout pro uero mi
hi asseritur) q castrũ istud liberum haberet. Et ex feudo Du-
catus Vrbini non est arguendum ad castrum Montisbelli, nõ
enim probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse l. nõ hoc.
C. unde legi. & l. neq; natales. C. de prob. cum si. Quinimmo
q non haberet illud castrum iure feudi suaderi uidetur ex
duabus præsumptionibus, quæ in contrarium allegabantur.
Dico. n. q nemo præsumitur facere, quod non põt, & q qui
libet præsumitur velle actum suũ ualere, ut supra dicebatur,
unde cũ illustrissimus Guidãtonius liberè donauerit, & do
minium directum transtulerit, & cum plena potestate dispo
nendi ad arbitrium donatarij. certè credẽdum est, q nisi po
tuisset, ita non fecisset per prædicta, sed si habuisset in feudũ,
id facere minimè potuisset, ergo ne tantus. & tam sapientissi
mus Princeps dicatur fecisse, quod nõ poterat, & sic actũ in-
ualidum, omnino præsumẽdum est, q apud eum castrũ istud
esset uti res libera, & allodialis. Et eo maximè hoc dicendũ
uidetur; quia postea succedente tempore illustrissimus Dux
Guidobaldus partem dicti castri, quæ ad eum redierat iure
proprio, & ad proprium uendidit dominæ Terræblancæ, &
alijs, prout de hac uenditione statim dicetur. Hæc sufficiant
quantum ad primam illam donationem, & comprobationẽ
eius postea secutam. Si uero considerare uelimus uenditio-
nem, quæ de quibusdã partibus dicti castri facta fuit, adhuc
idem omnino dicendum est, ut. s. ex ea non sit aliquo modo
31 cõstitutum feudum; † quoniam facta fuit iure proprio, & ad

proprium

proprium, & iu perpetuũ, vt clarè dicitur in d. instrumẽto, ꝙ
nõ conuenit feudo; quia in vasallum nou transit vt propriũ,
sed tantũ iure vtilis dominij, vti res dñi directi, & nõ in per
petuum, cum ad dominum redeat ex defectu lineæ, per fello
niam, per alienationem, & alijs modis, vt est uotum, & habe-
tur iu titulo, quibus modis feud. amit. primo & secundo.
Item fuit facta venditio d. partium pro omui, & quocun-
que iure ad illustrissimum venditorem quomodocũque spe-
ctante, & præcipuè ratione vtilis, directi, pleni, & plenissimi
dominij. Immo etiam ratioue signoriæ, & superioritatis
uihilo penitus reseruato venditori, vt in dicto instrumẽto le
gitur, quòd certè nou conuenit trausferenti, seu coustituenti
feudum, cum tantum vtile dominium transferat, & directũ
pro se retinear cum superioritate, vt supra dictum fuit.
Cousiderandum etiam est, quòd iu dicto instrumẽto sem-
per appellatur vẽditio, & de feudo uullum verbum ponitur,
nulla fit inuestitura, nec aliquod præstatur iurameutũ fideli-
tatis, meritò debet dici simplex venditio, & non feudi consti
tutio per ea, quę supra dicta fuerunt circa primam illam do-
nationem, & eius coufirmationem. Quod etiam ex eo pro-
31 batur; † quia in clausula illa, ad habẽdũ &c. datur emptori-
bus, & eorum hęredibus plena, & libera facultas faciendi, &
dispouendi de rebus venditis, quicquid eis perpetuò placue-
rit, quod est alienum à iura feudi; cum vasallus de eo dispo-
nere non possit etiam pro auima c. x. §. donare. qualiter olim
feod. alie. pote cum simil. Sic igitur concloditur ex prędicto
contractu venditionis, & emptionis non posse dici constitu-
tum feudũ, sed fuit simplex, & libera venditio, vti de re libera
33 & allodiali. † Et licet aliquando reperiebatur, ꝙ etiá feuda
vendantur, vt iu c. 1. ad fi. de feu. natu. cũ sim. supra in cõtra
rium allegatis. Tamen illud posset procedere, quando appa-
ret expreſsè, quòd feudũ venditur, vt in dictis iuribus, sed re
gulariter quando fit venditio, & nulla fit mentio feudi, nõ di
citur fieri iure feodi, maximè attento quod feuda ex sua regu
34 lata natura cõceduntur gratis, & absque pretio, † & ideo so-
let definiri feudũ, vt sit beniuola actio gaudium tribuens ca
pienti, secũdùm Iaco. de Ardizo. proui refert, & sequitur Bal.
in prælud. feud. 4. col. qui etiam subdit, ꝙ dicitur concessio
feudi gratiosa, vt per eum, & cousequenter siue pretio; datur
enim beneficium illod ex beneuolentia, & sic non ex pretio,
iuxta definitionem aliam, quam ponit Iaco. de sancto Geor-
gio in præallegata sua inuestitura feudali super versi. in feu-
dum. iu princip. Nec prædictæ conclusioni obstant duo alle
gata in contrarium. Nam dum primò dicebatur, quòd res se
mel effecta feudalis &c. clarè respondetur negando, ꝙ istud
castrum fuerit vnquá feudale apud istos Comites de Statis,
vt apparet ex prædictis, & hoc iu proposito sufficit. Tametsi
ad argumentum posset aliis modis responderi, sed non curo
gratia breuitatis, & quia nou est necessarium. Ad illod autẽ,
quod secundo loco dicebatur de pactis in dicta venditio-
ne insertis in ver. hoc tamen addito &c. respõdetur, quòd ex
eis non debet quoquo modo argui feudum: quoniam istud
est impossibile, & repugnantiam coutineret; nam cũ pleuũ,
& plenissimum, utile, & directum dominium cum omnibus
alijs iuribus nihilo reseruato sit trãslatum, ut dictum est, nõ
potest dici, quòd sit feudum, iu quo fit reseruatio directi do-
35 minii, & quorundam aliorum iurium, ut dictum fuit, † alio-
quin iste contractus sibi inuicẽ repugnaret, & diceretur qua
si seipsum corrigere, quòd nõ est dicendum, arg. l. non ad ea,
36 ff. de cond. & demon. † & eius quod dicitur, duo contraria,
& repugnantia simul stare non posse, l. hæc uerba, ff. de uer-
borum significa. com sim. Ex quo ergo uerba prædicti pacti
feodum importare non debent, alio modo intelligentur. Di-
cam itaque, quòd importent fędus quoddam inęquale; quia
dicti emptores uigore eiusmodi fęderis dicuntur remansisse
in protectione illustrissimi Ducis, & eidem recõmendati, ꝙ
37 quidem ualde distat a natura feudi; † in feudo enim iuramẽ
tum fidelitatis, quod præstatur, speciem quãdã seruitutis im
portare uidetur, ut in simili uoluit gl. 3. in l. si usus fructus
legatus. ff. de usufruct. ubi illam notat Bald. qui idem, & cla-
re dixit in c. 1. §. 1. super uersi. collocandam. si de feud. fuer.
contro. ubi etiá hoc dicit Affl. & ĩ l. libertas. in prin. ff. de stat.
38 huminũ. † illi uerò, qui sunt alicui Principi recommẽdati,
nõ dicunt habere speciem seruitutis, sed dicuut liberi, ut de-
clarat Bart. in l. non dubito. per illum tex. ff. de capt. & postl.
reuer. in l. 1. C. de excusat. mun. lib. x. cũ concordantib. mul-
tis, ut per Socium nostrum ĩ consi. lxxiiij. In præsenti con-
sultatione. ij. col. uersi. præterea dictum castrum. 1. uolu.
Et ratione prædictæ protectionis, & recommendationis
dicunt isti de Statis habere quandam dependentiam ab ipso
illustrissimo Duce, qui eo respectu potest dici dominus, &
39 superior eorum, † cũ ratione protectionis & defensionis quis
possit dici dominus. l. interdum. §. qui tutelam. ff. de furt. ꝑ-
ut ad hoc allegat illum textum Barto. in proœmio ffdorum. 2.
colum. ĩ uersic. item probatur quia &c. Et similiter etiam
quod dicitur ĩ dictis pactis, ut isti de Statis emptores habeãt
amicos pro amicis, & inimicos ꝑ inimicis, intelligitur ratio
ne prædictæ protectionis, & fęderis inæqualis: sæpissime. n.
inter principes, inter ciuitates & castra fiunt eiusmodi con
uẽtiones, sed ex eis nõ infert ad feuda, ut est plusquã notissi-
mum, & experientia docet, quæ dicitur magistra rerũ. capi,
quàm sit. de electio. libro vj. Et sic patet non obstare, quod
ego in alio consi. dicebã de uasallo, qui debet leuare faydam,
idest inimicitiam, quod mulieri non conuenit. nã ego fateor
illud esse verum, quando esset feudum, & in inuestitura feu-
di esset tale pactum, nam tunc etiam quòd feudum esset em-
ptitium, non transiret ad fœminas, vt dixi in dicto consilio.
Sed in casu nostro nõ sumus in feudo, sed in re libera & allo
diali, & pactum prædictum cum ceteris dicitur initũ in qua
dam confęderatione, quæ dicitur facta, secundùm ꝙ dictum
fuit. Potest etiam dici, quòd illa verba, in habendo amicos
pro amicis &c. debeant referri potius ad illustrissimum Du-
cem, iuxta verborum ordinem, quàm ad Comites de Statis.
Dicitur enim, quòd dicti emptores intelligantur recommen
dati in habẽdo amicos pro amicis &c. quasi dicat, iu hoc eos
recepit illustrissimus Dux commendatos, vt habeat eorum
amicos pro amicis &c. sed vtcunque intelligantur, solùm fę-
dus quoddam demonstrant, & nou feudum per prædicta.
Posset etiam dici, quòd omnia contenta iu dicta clausula,
hoc addito &c. intelligãtur expressa inter partes respectu cu-
iusdã subiectionis ex parte emptoris, & superioritatis ex par
40 te venditoris, s. ratione iurisdictionis; † quouiam etiam bona
libera & allodialia subiacẽt domino loci ratione iurisdictio-
nis, & superioritatis, vt egregiè scribit Old. in consilio 49.
Cõsueuit dubitari, circa finem. vt refert, & sequitur Iason in
prælud. feudo. in 8. diuisio. in fine. & mihi est iu colum. 39.
in fi. Remanet itaque ex prædictis conclusio, quòd castrum
Montisbelli apud istos Comites de Statis nunquam fuit, nec
hodie est vti feudum, sed vti res libera & allodialis.
41 † Quod etiam ex eo videtur suaderi; quia duo ex filijs do-
mini Antonij primi donatarij portiones suas vendiderunt
vti res liberas, & pleno iure ad eos spectantes, quòd certè fa-
cere non potuissent in præiudicium alterius fratris sine eius
cousensu, si castrum illud apud eos fuisset vt feudũ, vt est cla
rum, & probatur in c. j. de alienatione feudi paterni, vbi oẽs
tradunt, & pro regula ponit Curt. in dicto tractatu feudorũ.
charta 47. 2. colum. Et quod ipsi domino vendidissent, quẽ-
admodum etiam si ei renunciassent, fratri eorum nõ pręiudi
cassent, nisi durante vita ipsorum refutantium, vt per eundẽ
Cur. in dicta charta 47. 3. colu. versi. extenditur hæc regula.
& tamen venditio prædicta vti de rebus liberis valuit, & fra
ter eorum venditorum nullum ius habuit ad venditionem
rescindendam. Quod vel ex eo ostenditur, quia postea filij
prædicti fratris, vel qui eorum nomine fecerũt, redemerunt
prędictas partes, & sic cõstat, ꝙ ipse illustrissimus Dux, & ip
si de Statis semper habuerunt castrum prædictũ nõ pro feu
do, prout verè nõ est, sed pro re oĩno libera, & allodiali, pro
ut uerè est, ut ex prædictis constat. Et stante prædicta con-
clusione pro uera, sequitur, quod in dicto castro succedi de-
bet non secũdùm naturam feudi, sed sicut in ceteris bonis li
42 beris. † Et propterea sequitur, ꝙ Comiti Nico. nouiter de-
functo etiam in dicto castro pro sua portione successerunt
eius

rius sorores, vt proximiores eorum, patruo exclnso, iuxta au ctcn: cessante, & quæ habentur in corpore vnde sumitur. C. de legiti. hęred.

Nou obstantibus his, quæ dixi in alío consilio; etenim cõ clusio, quam ibi firmaui, procedit præsupposito, ꝙ dictum castrum esset feudum, prout tunc mihi pręsupponebatur, & ita ego præsupposui, prout in principio dicti consilij apparet. Laus Deo.

Soci. nepos Paduæ legens 1541.

A D D I T I O.

In hac eadem causa consuluit Bero. consil. 152. volum. secundo.

S V M M AE.

De feudo accepto ita quod in eo, sui de domo sua succedant, & non extranei, an transire possit ad transuersales de agnatione.

Et an aliquo respectu sit hæreditarium.

1 *Feudum ad directum dominum redit deficiente linea inuestiti antiqui.*
2 *Verba. sui de domo sua, in inuestitura posita, quomodo intelligantur, & inf. nu. 11. 24. 29. & 32.*
3 *Verba secundùm subiectam materiam semper sunt accipienda.*
4 *Inuestitura verba debent intelligi secundùm materiam feudorum.*
5 *Feudum secundùm naturalem naturam feudorum solùm ad descendentes primi inuestiti transit, non autem ad eius transuersales.*
6 *Feudum si cõcedatur Titio, & hæredibus, de quibus intelligatur.*
7 *Feudũ si sit concessum tibi pro te, & filijs tuis masculis, & fœminis, qui intelligantur vocati.*
8 *Fœminæ secundùm naturã feudi, si quando ad feudum admittuntur, non vocantur extantibus masculis.*
9 *Verba illa, & hæredibus suis, quid importent.*
10 *Verba illa in inuestitura posita, pro masculis, et fœminis, quomodo intelligantur.*
12 *Feudum nouum cum consensu domini directi, an possit in extraneum alienari.*
13 *Verbum, sui, in materia feudali capitur pro hæredibus, & inf. nu. 27. & uide inf. nn. 36.*
14 *In feudo nouo nõ succedunt nisi hæredes ultimi uasalli, uel saltem primi inuestiti.*
15 *Feudum paternum & antiquum non differunt.*
16 *Feudum non potest alienari etiam cũ consensu domini in præiudicium agnatorum.*
27 *Feudum nõ potest etiam renunciari directo domino in præiudicium agnatorum eis non consentientibus.*
18 *Inuestitura feudi semper inspici dẽt, quæ omni natura feudorum derogat.*
19 *Domus in materia feudali pro agnatione capitur.*
20 *Verba debent intelligi secundùm communem usum loquendi.*
21 *Intellectus omnis est extraneus, qui non sonat in auribus uulgi, etiam si propria significatio repugnaret.*
22 *Feudum regulariter ad transuersales transire non potest, nisi ex forma inuestituræ uocentur.*
23 *Verba in inuestitura posita, quòd sui hæredes succedant, cõprehendunt etiam transuersales.*
25 *Interpretatio semper est facienda, vt uerba aliquid operentur.*
26 *Verbum, quodlibet, etiã minimum in inuestitura positum aliquid debet operari.*
28 *Inuestitura facta de feudo, pro se, & hæredib. suis quibuscunque, quomodo intelligatur.*
30 *Feudum nouum acceptũ pro se, & descendentibus, an posit uendi, aut renunciari in præiudicium descendentium.*
31 *Feudi antiqui natura nõ mutatur, nec nouum efficitur ex quibuscunque uerbis in inuestitura positis.*
33 *Feudorum tres sunt species.*
34 *Feudum in dubio an debeat dici hæreditarium, & nun. 34.*
37. *Argumentum à verosimili procedit.*
38. *Dominus feudi in dubio videtur velle illud illis cõcedere, pro quibus inuestitus recipit.*

CONSILIVM CIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitia.



IN CAVSA istorum nobiliũ de Comitib. quam habent contra filios, & hæredes quondam magnifici, & clarissimi domini Ioannis Pisani, cõclusionem firmatã in fauorem nobilium de Comitibus per excellentissimum Consultorẽ mihi vti patrẽ honorã. dubiam primo aspectu reddere videntur infra scripta, in quib. (ni fallor) stat punctus & tota difficultas præsentis consultationis.

Dico enim in primis, quòd feudum istud decimale, de
quo agitur, quando fuit concessum Bernardino, & Ludouico
filijs domini Nicolai de Comitibus, videtur fuisse concessum
vti feudum nouum, & illo tunc deuolutum ad mensam
episcopalẽ per mortẽ quondam domini Prosdocimi iunioris
sine descendentibus habilibus ad dictum feudũ, prout clarè
hoc videtur cõtineri in inuestitura facta prædicto Bernar-
2 dino, & Ludo. de anno 1502. † Et vltra hoc videtur proba-
ri; quia cũ defecerit totaliter linea masculorum descendẽtiũ
ex antiquiori domino Prosdocimo primo inuestito, videt. ꝙ
feudum redierit ad dominum directum, & sic ad episcopatũ
Patauinũ, iux. c. primũ. de beneficio fratris. & c. primo. §. 1.
de successione feudi. & capit. primo. §. cum autem. vbi per do
cto. qui feudum dare possunt, cum similibus. & est glo. & ibi
tradunt doctores in l. ex facto. §. finali. ff. ad trebellianum.

Nec videtur obstare, quòd i inuestitura antiquioris domini Prosdocimi legitur feudum sic fuisse concessum, quòd sui de domo sua succedant, & non extranei, quasi quòd illa verba velint vocare omnes de domo, & familia Comitum etiã transuersales, vt infra dicetur.

2 † Quoniam videtur posse responderi, quòd immo dicta ver
ba videntur intelligenda solum de suis de domo sua, scilicet
a se descendentibus: nam cum verba ista, de domo, varijs mo
dis in iure capiantur, vt per Bartol. in l. tutelas. ff. de capi. di-
minut. per Pa. de Cast. in consilio nonagesimo secundo. No-
tandum est. circa mediũ, libro primo, secundùm nouam im
pressionẽ, & tradit Corne. in consilio quinquagesimoquin-
to, pro decisione. tertia columna, primo volumine, in cõsilio
ducentisimo decimo sexto. Viso testamẽto. 2. columna, secũ-
do volumine. in consilio centesimo nonagesimoseptimo. In
proposita consultatione, secunda columna, tertio volumine,
& in consilio quadragesimoprimo. Videtur in hac. tertia co-
lumna, quarto volumine, & Barbat. in l. cum acutissimi. mi-
hi columna sexagesimaprima. C. de fideicõmiss. & inter alia
capiantur, pro omnibus descendentibus ex eodem sanguine,
vt per Bartol. & alios in dictis locis. Videtur, quòd ita capi
3 debeant in dicta inuestitura: † quoniam, vt vulgò dicitur, ver
ba semper sunt accipienda secundùm subiectam materiam. l.
si vno. in princip. ff. locat. & ibi not. Bartol. c. solitæ. & ibi
tradunt docto. de maior. & obed. cum similib.
4 † Et in proposito, quòd verba inuestituræ debeant intelligi
secundùm materiam feudorum, de quibus agitur, tradit An-
dre. de Iserni. in capitulo primo. de eo qui sibi, vel hęredibus
suis. & Aluaro. in capitulo fi. si de feud. fuer. controuer. pro-
ut eos refert, & alios concordantes allegat Alber. Brun. in cõ
silio octuagesimo. Omnipotentis Dei. prima columna, & tra-
dit Alexander in consilio vigesimosexto. Ponderatis his. ter-
tia columna, versiculo debet ergo.
5 † Dico ergo, quòd de natura regulari feudorum, & secun-
dùm eorum consuetudines feudum solum transit ad de-
scendentes primi inuestiti, non autẽ ad eius transuersales, vt
d. c. 1. de succes. fratrum, cum alijs supra deductis, ergo videt

neceßariò dicendum, ꝙ verba illa, de domo sua, tantùm de de
scendentib. intelligi debeant, ut sic intelligantur secundùm
6 subiectā materiā, & ei deseruiunt, † sicut in simili videmus,
ꝙ si feudū concedatur Titio, & hæredib. suis intelligitur so
lū concessum pro eo & descendentib. & non pro omnib. hę
redib. solùm ex eo quia sic materia feudalis, seu feudi natura
expostulat, vt traditur per oēs in d. l. ea facto. §. fin. & videmr
tex. in c. j. §. & si clientulus. de non alie. feu. & in c. fi. si de feu.
fue. contr. & est hoc cōe dictū apud doc. nostros, vt per Ale.
7 in d. §. fi. † Sic. n. habemus, ꝙ si concedo tibi feudum, pro te,
& filijs tuis masculis, & fœminis, nō intelliguntur omnes
simul vocati tam masculi, quàm fœminæ, sed ordine succesſi
uo. s. prius masculis, & eis non extantib. fœminæ, & istud quia
illa verba, pro masculis, & fœminis, debēt deseruire subiectæ
materię feudali, & secundùm eius naturā intelligi, quæ illa
8 est, † ut fœminę si quō admittendæ sunt, nō vocentur extātib.
masculis. c. j. §. filia verò, & ibi Bal. not. de succeſſ. feu. & c. 1.
§. quinetiā. vbi Bal. & Alu. in tit. episcopum vel abbatē. Sic
igitur dicēdū videtur in casu nostro de illis verbis, de domo
sua, vt intelligantur de descendentib. & nō de transuersalib.
ratione subiectæ materiæ, vt dictū est. Et hoc videtur facien
dum, etiam si verba paterentur aliquā impropriationē; nam
9 etiā in prędictis duob. casib. verba impropriātur. † Quoniā
in primo verba illa, & hæredib. suis, ea propria importantia
significant oēs hæredes, & succeſſores. l. in annalib. C. de leg.
l. sciendum. in prin. l. hæredis appellatio. & l. hęredis appella
tione. ff. de verb. sig. & constat ex toto tit. instit. de hæredum
10 qualit. & diffe. & ff. C. & insti. de hæredib. instituendis, † in se
cundo verò verba illa, pro masculis, & fœminis, cū sint copu
lata ex eorum propria natura omnes simul vocant, & virili
ter. l. reor. §. cū in tabulis. ff. de duob. reis, & l. si quis Titio.
ff. de usufr. accresc cum si. & tradunt doc. in l. Gallus §. qui
dam rectè. ff. de lib. & posth. & tamen in vtroq; à ꝓprietate
tali receditur, vt verba intelligantur secundùm subiectā ma
teriam feudalem, vt ex prædictis constat. Esto ergo, ꝙ pro
pria significatio illorum verborū, de domo sua, omnes agna
tos etiam transuersales cōprehendat; tamen videntur intelli
genda tantùm de descendētib. D. Prosdocimi primi inuestiti
11 ratione subiectæ materię. † Ad quod facit: quia dicta verba
ad ipsum D. Prosdocimū relata possunt intelligi effectiuè. s.
de domo sua. i. de domo, quā ipse effecit, & sic de suis descen
dentib. item & contētiuè, hoc est, in qua ipse cōtinetur, & sic
de tota agnatione, in qua se reperitur, sicut i simili de linea ali
cuius dicimus, vt tradit patruus, & do. meus Soc. in cōs. 33.
Circa præsentem. 4. & 5. colu. 3. vol. Et eo posito videtur, ꝙ
debeat intelligi effectiuè, & sic pro suis descendentib. sicut ēt
de linea concludit Soc. in d. cons. 33. Quibus sic stantibus
sequitur, ꝙ feudum istud in persona dominorum Bernardi
12 ni, & Ludouici videtur fuisse nouum. † Et eo posito videtur
quòd illi potuerint de eo disponere cum consensu episcopi
domini directi, ēt ꝙ dispositio facta fuerit in beneficium ex
tranei, & ad præiudicium suorum filiorum, prout post An
dream de Isernia scribit Iac. Aluar. in c. 1. circa finem prin
cipij. de alienatione feudi paterni, & videtur hoc probari in
c. 1. §. 1. de prohibit. alienatio. feud. per Federicum, & in c.
primo. §. si verò. de alienatione feudi, in generalitate dictorū
iurium. Si igitur dispositio, & alienatio prædicti feudi fieri
potuit, & sic valuit, non videtur, ꝙ in præsentiarum Bonifa
cius, & Paulus filij dictorum Bernardini, & Ludouici de
Comitibus possint retractare, & maximè, quia eorum paren
tes disposuerunt de tali feudo illud renonciando in manib.
episcopi, qui postea inuestiuit quondam clarissimum domi
num Aloysium Pisanum, prout sic de consuetudine seruari
in alienatione feudi decimalis, inquit Cardin. in c. 2. tertia
colum. in decima quęstione, de feud. & refert, & sequitur Ias.
in c. 1. 4. col. qui feu. dar. possunt. Sic igitur ex hoc primo
fundamento concludendum videtur, prædictos Bonifaciū,
& Paulum non esse audiendos.

Quod etiam secundo loco ex alio videtur dicendum posi
to, ꝙ feudum istud diceretur antiquum: quoniam videtur
quòd fuerit hęreditariū attenta inuestitura facta antiquiori
domino Prosdocimo; nā cum in ea dicatur, quòd sui in tali
13 feudo succedāt, videtur quòd debeat exponi, s. hæredes, † quia
verbum, sui, in dubio in ista materia capitur pro hęredib.
ut volunt Andreas de Isernia, & Baldus in capitulo primo,
an agnat. vel filij, secundùm quòd refert, & sequitur Alexan
der in dicto consilio vigesimosexto, libro quinto, in dicto
versi. debet ergo referri, & Albe. Brun. in dicto consi. octua
14 gesimo. quarta columna. † Quo stante sequitur, quòd nul
lus potest ad prædictum feudū admitti, nisi sit hæres ultimi
vasalli, uel saltem primi inuestiti, ut per doctores in dicto ca
pitulo primo, an agnat. uel filij, & per Alexandrum, & Alber
tum Brunum in locis prędictis, & fuit dictū Bar. in l. ut iuris
iurandi. §. si liberi prima columna. ff. de operis libertorum,
& tradit Curtius iunior in tractatu feudorū, charta octaua,
columna prima, ad finem, & in secunda columna, & Ias. in l.
secunda, colum. antepenultima, in principio, iunctis plurib.
ibi præcedētib. C. de iure emphyteutico. sed isti Bonifacius,
& Paulus nō sunt hæredes domini Prosdocimi antiquioris,
nec Bernardini, & Ludouici eorum parentum vltimo loco
decedētium, ergo &c. Hæc sunt quę prima fronte me in præ
senti consultatione dubium retinebant contra conclusionē
excellentissimi consultoris. Veruntamen eis non obstanti
bus, prout verè non obstant, ut statim dicetur, conclusionem
prædictam uti iuridicam amplector, & vnà cum excellentis
simo Consultore cōsulo istis nobilib. de Comitibus Bonifa
cio. s. & Paulo veluti comprehensis in antiqua inuestitura cō
petere ius ad prędictum feudum, eosq; posse dicti feudi alie
nationē per eorum parentes factā rescindere, & reuocare. Et
fundamentum est: quia hoc feudum in ista nobilissima fami
lia dicitur antiquum, & pro ea vniuersaliter acquisitū ex gra
tia & concessione episcopi Patauini illud concedentis, & ea
prouisione illius D. Prosdocimi, qui tempore suo inter pri
marios iurisconsultos habebatur. Siue velimus dicere, ꝙ in
persona D. Prosdocimi iunioris diceretur feudū paternū cū
esset ꝓnepos D. Prosdocimi primi inuestiti, & sic nō esset
vltra quartū gradū, iux. capitulum primū. §. j. de succes. feu.
15 Sed de nomine non curo: † quia paternū & antiquum in ꝓ
posito nō differunt, & sæpe in iure ista nomina cōfundūtur.
c. j. §. his ergo. de succes. fratrum: & de grad. succe. in feu. &
c. j. post prin. ibi, paternū aūt voco &c. de natu. succe. feo. &
vtrobiq; doc. tradūt, & declarat Ias. in ꝑlu. feu. in 3. diuis. mi
hi col. 27. & Cur. iun. in tract. feu. char. 7. col. 2.
16 † Quo posito manifesta sequitur cōclusio, ꝙ nō potuerūt
postea Bernardinus, & Ludouicus vltimo loco de d. feudo in
uestiti illud alienare, aut aliter disponere etiam cū consensu
Episcopi domini directi in præiudicium agnatorum vocato
rū, vigore primę inuestituræ. c. j. de alienatione feudi pater
ni, vbi doct. not. cū si. prout etiam dixit excellentissimus Cō
sulēs, & hoc pro regula in materia feudali ponit Cor. iun. in
17 tract. feudorum, char. 47. 2. col. † Et adeo uerum est hoc ꝙ
procederet, etiam si ipsi liberè renūciassent domino Episco
po, & alteri non vendidissent, nam nec talis renunciatio no
ceret agnatis prędictis, qui ei nō consensissent, vt idē Cur. in
quit in d. char. 47. col. 3. versi. extenditur hæc regula. Tota
ergo difficultas est videre, vtrū prædicti Bonifacius & Pau
lus vigore primæ inuestituræ sint vocati, & certè inspecto te
18 nore ipsius, † qui supra omnia inspici debet, & omnē natura
feudorū detegat, vt est notissimū, & in feudis ꝓ vna maxima
habent doct. nostri, prout post Bal. Alu. & Marti. de Laud. per
eum relatos declarat Ias. in prælu. feu. in quarta diuisione, mi
hi col. 31. Inspecto inquam inuestituræ tenore dicēdum est.
prædictos Bonifacium, & Paulum esse vocatos; nam cū in in
uestitura dicatur cum hac conditione, ꝙ sui de domo sua
succedant, non autē extranei, apparet omnes de domo voca
tos esse, ꝙ debet intelligi, s. de familia & agnatione de Co
19 mitib. † Dominus. n. in ꝓposito nostro capitur pro agnatio
ne, iuxta l. pronunciatio. §. secūdo, in versi. cōmuni iure. ibi,
dum dicitur, qui ex eadem domo, & gēte proditi sunt. ff. de
verb. signi, & supra per dominum Cōsulentē dictū fuit, &
ita pro agnatione domum poni dicebat Iac. de Are. in l. 1. in
princ. ff. ad Senatusconsultum Silania. quod Barto. ibi dicit

esse notabile,licet illi textui non congruat, vt per eum,& tra
dit de boc ibi insignis Mod.Io.Igneus col.12. cum aliquib.
seq.vbi uidetur tueri expositionem illam Iaco.de Aret. Sed
quicquid de tali expositione dicendum sit,licet domus capia
tur plurib.modis, tamen vbi non capitur pro materiali do
mo constante ex solo,parietibus,& tecto,sed refertur ad per-
soná ex communi vsu loquendi capitur pro tota agnatione,
vt inquit Cor.in d.consi.56.quarto vol. & in alijs consilijs
supra allegatis.Et idem etiam voluit Pet.de Anch.in consil.
152.Plura sunt dubia.2.col.cum multis alijs,qui ad hoc alle
gari possent,sed isti Bonifacius, & Paulus sunt de nobili fa-
milia,& agnatione,& sic de domo de Comitibus,vt est notũ,
20 ergo sunt vocati per illa verba de domo sua,† etenim tritissi-
ma regula est, verba debere intelligi secundùm communẽ
vsum loquendi.l.Labeo.vbi not.Bar.ff.de supellc.lega.l.libe-
rorum.§.quod tamen Cassius.vbi gl.& Bar.ff.de lega.3.gl.&
21 doct.in cap.preterea.de uerborum signifi. † & dicit Bal. in
titu.de pace Constan.in versic.Opizoni.quòd omnis intel-
lectus est extraneus, qui non sonat in auribus vulgi, & in-
ter alia allegat capitulũ ex literis.i.de sponsalib. Et proce-
dit hoc,etiam si propria significatio repugnaret,ut per Abba
tem in cap. quáuis.de uerbo.signific.cum multis alijs, qui
allegari possent.

22 † Et licet isti Bonifacius, & Paulus sint transuersales ipsi
D. Prosdocimo primo inuestito, ad quos regulariter feuda
trãsire nõ solẽt.c.1.§.1.de succes.fratrũ &c.& c.1.de duob.
fratrib.de nouo benefi.inuest.cum sim.Tamen si ex forma in
uestiturę etiam transuersales uocentur,debent admitti,& in
uestitura attendi debet.c.1.de duobus fratribus a capit.inue
sti.& ibi Bal.no.& tradit Pręposi.in d.c.1. in secundo nota.
de duobus fratribus de nouo benefi.inuesti.& supra etiam di
ctum fuit,& quia hoc est clarum, non insisto in allegationi-
bus. Vnde cum tenor inuestiturę vocet illos de domo,
idest de agnatione, dicitur uocare omnes etiam transuer-
sales, ergo &c.

23 † Immo etiam quòd non esset dictum de domo sua, trans
uersales venirent sub illis verbis,q sui succedant,ut in simi-
li voluit Bal.p illũ tex.ĩ l.petitionẽ.C.de aduo. diuer.iudic.
refert & sequitur Bertr.in cõs.180.Viso casu.in prin.lib.1.
Et prędictam conclusionem in casu nostro quisque aperto
iure admittet,si allegata supra in contrarium resoluantur,
in quibus stat omnis difficultas.

24 Quare ad ipsorum resolutionẽ deueniẽdo d co,† quòd nõ
obst.dum primò dicebatur,q verba illa,de domo sua &c.de
beant tantùm descendentes importare,ut sic interpretentur
secundùm subiectam materiam feudorum.Quoniam respõ-
detur,& de plano,illud procedere,nisi uerba sic accepta sup
25 flua essent,& nihil operarentur. † semper enim cuiusque di-
spositionis sic facienda est interpretatio,ut uerba aliqd ope
rentur.l.si quando.de leg.1.& c.si Papa.de priuileg.in 6. cũ
sim.& tradit Bal.in rubri.C.de contrahen.emp.in 9.quæst.
26 † asserens,q quodlibet uerbum etiam minimum censeri de
bet positum cum effectu aliquid operandi,prout etiã firmat
Ale.in consi.195.Perspectis instrumentis.col.2.in uersicu.
2.probatur.lib.6.& tradit Marsi.in consi.21.Vocem meam
exaudi.6.col. ad fi.cum infinitis concordan.qui ad hoc alle-
gari possent,sed si illa uerba acciperẽtur pro descendentibus
27 tantùm,superflua omnino essent,ergo &c. † Istud autem
ostenditur;quia descendentes omnes iam erant uocati per il
lud uerbum sui,nam intellectum illud uerbum secũdùm su-
biectam materiam feudalem tantùm descendentes, & quidẽ
masculos comprehendit, cum ipsi solùm regulariter in feu-
dis succedãt,ut supra dictũ fuit,& istud uoluit Alex.in dicto
consi.56.lib.5.in 3.col.uer. & cum uerba debeant intelligi.
Quo stãte uerba illa,de domo,nihil penitus operarẽtur, un-
de ut operentur,& non frustra dicantur apposita, debent im
portare omnes de domo,& sic de agnatione domini Prosdo
cimi etiam transuersales,& maximè quia istud conuenit cõ
muni usui loquendi, secundùm quòd supra dictum fuit.
28 Et ad hoc in simili optimè facit: † quia si quis inuestiatur
de feudo pro se,& hæredibus suis quibuscũq; verba illa nõ
restringunt ad descendentes, licet sic subiecta materia postu
laret, sed intelliguntur etiam de extraneis,aliàs ad feudũ nõ
admittendis,& hoc ne uerbum illud uniuersale,quibuscunq;
sit superfluum,& nihil operetur,& istud uidetur probari ĩ c.
1.de feu.nõ hab.prop.natu.feu.& ita per illum tex.dixit Bal.
in l.1.xxxiiii.q.ff.de rerũ diuisi.asserens ita esse ex mẽte Cy
ni ĩ l.liberti.C.de ope.liberti. uideas ibi ĩ iii.col.idem uoluit
Bal.in c.imperialem.i prin. de prohib.alie.feu.p Fede.Ripã
in l.id tempus.§.1.ff.de usucapio.Alexã.in l.quędam §.nihil.
ff.de edend. & Barba. in l. cum acutissimi.C.de fide.col.lxx.
prout eũ, & prędictos omnes refert, & sequitur Curt.iun.in
tract.feudorum.char.xxx.colum.quarta. ubi dicit,hanc opi.
communiorem esse,licet aliqui tenuerint contrarium,ut per
eum,qui eam aliquibus comprobat, & etiam uidetur ample-
cti,quando talia uerba sunt prolata ab homine,&(ut ipse in-
quit) hanc opin.tenet etiam Fel.ĩ c ĩ præsentia. mihi.co xiii.
uersi.fallit ista conclusio.de probat.& ultra Curt.ibi hanc o-
pinionem tenuit Abb.ĩ consi.iii.Nitar ĩ pręsenti.quarta co.
in fi.lib.ij.Ale.in consi.cxcv.supra allegato.iii.col.& in cõs.
vij.Attentis & ponderatis.ij.col.lib.vij. Ias.in usib.feu.col.
xvi.& seq.uersi.tertiò limitatur,& ĩ colum.fin.uersi. feudum
hęreditarium.Dec.ĩ consi.lxxviii.Licet in casu.iii.colum.in
consi.clxxxv. In causa istorum. secunda columna, & in con-
sil.cccxcv. In causa magnifici.5.col.Hippo.de Marsi ĩ consi.
lxxx.Qui cuncta moderatur, nu.xlii.& idem Cur.in eodem
tracta.char.xliiij col.iiij.uersi.quartò signanter.& ĩ cons.1.
Facti cõtingentia sic se habet, post prin. ubi asserit hanc opi
nionẽ esse uerã,& commmunẽ, sicut ergo ĩ casu prędicto,ne
uerbum illud, quibuscunque,remaneat sine effectu & ,ppter
eius generalitatẽ intelligitur etiã de hęredib.extraneis,aliàs
inhabilib.ad feudũ, ita in casu nostro uerba,de domo sua,sic
generaliter,seu indefinitè posita, ut aliquid operentur, debent
etiã de agnatis transuersalibus intelligi,licet alias nõ admit
terentur. Et licet Cur.in dicto tractatu,ĩ d.charta xxx.refe
rat Aret.& dominũ meum Socinum circa illud uerbum,qui
buscunque tenere contrarium; tamẽ de eorum opinione nõ
uidetur curandum, cum contra eos sit communis opinio.

Et præterea eorum auctoritas seruiret nobis in casu no-
stro;nam quilibet eorum ideo nolebat includi extraneos hę-
redes, quia etiam sine eo uerba aliquid operabũtur, ut p eos
& Cur. ibi, uolunt ergo Aretinus, & Soc. q si uerba aliàs ni
hil operarẽtur, nõ debet fieri restrictio de habilitate ordina
ria,& hoc propriè est in casu nostro; quia pro uero uerba,de
29 domo sua, aliud operari non possunt. † Et per hanc uiam
apertissimè tollitur, quod dicebatur, q uerba de domo sua
uidebantur accipienda effectiuè, & non contentiuè; quoniã
illud posset ,pcedere, quando sic effectiuè accepta aliquid o-
perarentur,aliàs intelligi debent contentiuè per prędicta.

Et maximè quia sic se habet communis usus loquendi: ut
supradictum fuit. Et stantibus prędictis remanet firma cõ-
clusio,q istud feudum decimale,de quo agitur,nõ fuit nouũ
in persona Bernardini, & Ludouici,sed ut acquisitum fuit
30 ut antiquũ. Quo stante † nõ est opus intrare illam difficul
tatem,utrum.f.suscipiens feudum nouum pro se,& descendẽ
tibus possit illud uendere, aut renunciare in pręiudiciũ de-
scendentium in qua doct.uario modo loquuntur,ut p Cur.
in dicto tractatu, charta xlvij colũ.1. & charta xlv. columna
j.ij. & iii.& ipse ĩ dictis locis,si bene ponderetur,uidetur tene
re,quòd nõ possit,quando ĩ consecutione feudi nihil de suo
erogauit,sed totum prouenit a gratia,& beneficio conceden-
tis,ut per eum,quod propriè conueniret in casu nostro,cum
prædicti Bernardinus, & Ludouicus talem feudũ habuerint
gratis,& sic per hanc uiam etiam ubi esset feudũ nouum, eo
rum filij Bonifacius,& Paulus fuuerent iustitiã:sed super eo
non curo longius insistere,quia uerè feudũ dicitur antiquũ,
vt ex prædictis constat. Nec tali antiquitati feudi quicquam
derogatur,neque efficitur nouum ex aliquibus verbis positis
31 in inuestitura facta Ludo.& Ber.† quoniam qualiacunq; ver
ba fuerint,ẽt si expressè dicerent de feudo nouo,non facerẽt
nouum in pręiudicium illorum Bonifacij,& Pauli,& aliorũ
agnatorum.c.1.& ibi not.de vasal.decrepi.ætat & cap.1.

vbi etiã doct. in agn. vel fil. Bal. in præl. fe. in §. diuus. cũ alijs cõcordantib. per Curtium in tractatu feud. char. 7. col. 3. ad fi. & supra per dominum Cõnulentem, qui etiam alijs modis ad istud respõdet, vt per eũ. Remansit ergo istud feudu antiquũ, & vt de antiquo iudicãdum est. Nec tũc ob. qd vltimo loco allegabatur in cõtrarium, videlicet ꝙ feudum est hæreditarium, & præfati Bonifacius, & Paulus non sunt hæredes &c, quoniam respondetur de plano, negãdo feudum illud esse aliquo respectu hæreditarium, sed totũ dicitur ex
32 gratia, & beneficio cõcedentis, † nam cum illa verba, seu de domo sua, exponi debeant, idest, omnes de sua agnatione, & familia de Comitib. sequitur, ꝙ dicitur feudũ familiare, nõ autem hæreditarium, iux. declarationem Bal. in l. cum virum. col. fi. ver. extra quæro. C. de fideic. quã refert, & sequitur Ias. in vsib. feu. in §. diuus. seu velimus dicere, ꝙ dicatur feudũ simpliciter ex pacto & prouidentia concedentis, & nullo respectu hæreditariũ, vt solẽt loqui doctores nostri, vt patet ex dictis per Ale. in d. cons. 26. li. 5. & alibi sæpe, & plenè habetur per doct. maximè per Affl. in c. 1. 4. & 5. col. ac agn. vel
33 fil. † vbi post alios declarat reperiri tres species feudorũ, quantum pertinet ad propositum nostrum, s. hæreditarium merũ, puta susceptum pro se, & hæredib. quibuscũque, vel si quid simile exprimatur, vt ꝑ Ias. in dicta 15. diuisione, ex pacto & prouidentia, quod supra appellaui familiare, puta ꝑ se, & filijs, vel descẽdẽtib. vel quid simile, item mixtũ, qd de vtroq; participat, puta pro se, filijs, & hæredib. suis, vel quid simile.

Primum transit ad omnes hæredes ẽt extraneos, vt supra dictum fuit. Secundum ad solos liberos, & non tanquã hæredes, & ideo non est necesse, ꝙ sint heredes, sed sufficit, quòd sint de liberis, & proximiores. Tertium verò vti mixtum requirit vtronque. Dico ergo. ꝙ allegata in contrarium procedunt in prima, vel tertia specie feudorum, in his. n. requiritur, ꝙ quis sit heres, vt ad feudum admittatur. Nos verò sumus in secunda specie, s. in feudo, quod simpliciter dicitur ex pacto, & prouidentia, siue familiare, & ideo nõ est opus, ꝙ Bonifacius, & Paulus sint hæredes domini Prosdocimi primi inuestiti mediate vel immediate, nec etiam suorũ parẽtũ, sed sunt admittendi tanꝗ de domo, & familia nobilium de Comitib. & proximiores, prout etiam fuerunt admissi eorũ parentes, prout ex eorum inuestitura apparet. Et quòd nos simus in secunda specie feudorum, de qua supra, constat; quia in antiqua inuestitura nullum est uerbum, quod sonet in hæreditariũ, nũquã. n. de heredib. fuit facta mẽtio. Nec tũc ob.
34 † ꝙ in dubio feudũ dẽr dici hæreditarium, & quod acceptũ pro se & suis intelligitur. s. hæredib. vt voluit Alex. in d. consilio 27. cum alijs in contrarium alleg. Quoniam respondetur, posito, quòd eius opinio sit uera, licet de ea dubitari possit, quòd nos nõ sumus in dubio, † cum sint uocati omnes de
35 domo, nulla expressa qualitate feudi hæreditarij periude, ac si dictum esset, quòd sui agnati succedant, quo casu nõ esset dubiũ, quòd diceretur simpliciter feudum ex pacto, & prudẽtia concedẽtis sine mixtura hæreditarij; ut patet ex traditis
36 p doc. in d. c. 1. an agn. uel fil. † & dictũ Ale. & aliorũ in contrarium allegatum, si esset uerũ, posset procedere, quãdo uerbum sui, simpliciter poneretur, & ab adiuncto uerbo non declararetur, ut in casu Ale. in d. consi. 26. in quo dicebatur, ꝑ se, & suis, nam cum posset intelligi pro suis liberis, uel agnatis, itẽ & ꝑ suis hæredib. in dubio capitur pro hęredib. sed in casu nostro dictũ est. sui de domo, quod exponitur, idest, sui agnati, ut supra dictum fuit, & sic uerbum, sui, nõ remanet dubiũ, sed declaratur ab illo uerbo adiuncto, de domo, quo stãte et secundùm Ale. & alios in contrarium allegatos nun debet dici aliquo modo feudum hæreditarium, sed remanet purum & simplex feudum familiare, seu ex pacto & prouidẽtia concedentis, meritò ad illud fuur admittendi isti Bonifacius, & Paulus, etiam quòd non sint heredes suorum parẽtũ, nec antiquioris domini Prosdocimi primi inuestiti, non. n. uocãtur ut heredes, sed tãquã de domo, & sic de agnatione de Comitib. ut ex predictis constat. Ex quibus remanet conclusio excellentissimi Consulentis uerissima, & ab omnib. cõtrarijs defensata, ut. s. nobiles Bonifacius, & Paulus de Comitibus ueniant ad feudũ hoc decimale tanꝗ antiquũ, & acceptum pro omnibus de domo & agnatione illius D. Prosdocimi antiquioris primi inuestiti. Ad quod non parum facit ue rosimilis mens ipsius domini Prosdocimi primi inuestituram recipientis, & Episcopi concedentis; nam cũ per prius istud feudum fuerit apud dominum Zachariam Triuisanũ, & postea apud dominum Nicolaum de Mediolano cũ ampla potestate, ut etiam ad extraneos hęredes peruenire posset, non placuit domino Episcopo ita generaliter & liberè cõcedere, nec ipsi domino Prosdocimo placuit restringere ad descendentes tantùm, maximè cum haberet unicum filium, & Antonium alterius Antonij de Comitibus sibi transuersalem, & etiã filium Nicolaum multũ diligeret, & alios ut eos uel eorum descendentes proprijs liberis substitueret, ut mihi narratur. Ob quam causam electa fuerit media uia, ut. s. nõ solũ descẽdẽtes domini Prosdocimi uocarentur (ꝑut forsitã volebat dominus Episcopus) nec etiam trãsiret ad omnes hęredes etiã extraneos, ut dicebant inuestituræ factę predictis dominis Zacharię, & Nicolao, sed transiret ad omnes de domo, & agnatione de Comitibus, etiam transuersales, ut supra dictum est, & istud important illa uerba, ꝙ sui de domo sua, i. de agnatione succedant, non autem extranei, ut sic ꝑ extraneos intelligerẽtur omnes, qui non sũt de domo, i. de agnatione de Comitibus, & sic ꝑ illud uerbũ restringerẽtur antiquę inuestiturę, de quib. supra. Verosimile inquã est, dominum Prosdocimum sic uoluisse; quia cum feudum istud magno pretio emisset, non præsumitur, ꝙ voluerit in defectũ suorum descendẽtium episcopatum Paduę aliàs per se ditissimum admitti, & suos agnatos trãsuersales exclu di, attento maximè magno amore, quo ipsos prosequebatur.
37 † Sumpto ergo argumẽto a verosimili mẽte domini Prosdocimi, iuxt. l. cum acutissimi. e. in suis socijs. C. de fideic. & l. in obscuris. ff. de reg. iur. & c. inspicimus. de reg. iur. li. 6. dicendum est vt supra. Facit l. tale pactum. §. fi. cum sua glo. ff. de pa. cũ si. & aliàs dicitur habere falsitatis imaginem, quòd est remotũ a verosimili, vt inquit Bal. in l. 1. C. de seru. fugi. Ale. in cõs. 27. in causa & lite. in fi. li. 1. Ias. in l. si extraneus. 2. col. ff. de cond. ob cau. & Dec. in consi. 214. Viso & perlecto. 2. col. & hoc etiam præsumendum est, & verosimile est,
38 Episcopum concedentem voluisse; † quia dominus in dubio creditur velle pro illis cõcedere, pro quibus inuestitus recepit, vt dixit Iac. de Belui. in c. 1. de eo qui sibi vel hæred. suis prout refert, & sequitur Ale. in d. consi. 26. lib. 5. 2. col. versi. consonat etiã istæ interpretatio. Et maximè istud in casu nostro credi dẽt: cũ per talẽ inuestituram ẽt fie intellectam facilius feudũ reuerti posset ad episcopatum, quã stãtibus antiquis inuestituris de tali feudo factis prędictis dominis Zacharię & Nicolao. Concluditur itaque ex omnib. prędictis, & alijs adductis per excellentissimum Consulentem prędictos Bonifacium, & Paulum de Comitibus omnino esse uocatos ad feudum, de quo agitur, & alienationem, & renunciationem per eorũ parẽtes factam eis prçiudicare non potuisse. Et propterea talem alienationem ad eorum instantiã nũc esse rescindendam, prout per clarissimos, sapientissimosque Iudices primos iustissimè rescissa fuit.

Nec minus sperandum est de Illustrissimo & excelso cõs. de XL. corã quo per viam appellationis nunc causa ista pendet, cum a quolibet magistratu excellentissimæ, atque incõparabilis Reipublicæ Venetiarum, & præsertim sapientissimis consilijs de XL. vt ex multis accepimus argumẽtis, & iã fama publica resonante super æthera notum est, nunquã nisi iustum, nisi sanctum, nisi æquissimum processerit, nec ꝑuci re possit. Etenim hęc sapientissima consilia solum Deum, & iustitiam prę oculis habentia illam omnibus indifferenter administrant, & eo magis ad iustitiam promptiora, vigilãtioraque sunt, quo inferiores, aut impotentes cum superioribus, potentioribusque litigare cognouerint. Laus Deo.

Socinus nepos Paduę legens in prima sede uespertinę lectionis. 1541.

C A.

C A S V S.

Angelus de Nobilib. de Casena accepit in emphyteusim a monasterio sanctæ Mariæ domum quandam in ciuitate Cesenæ positam pro se,& filijs,& nepotibus.

Qui postea decessit superstitib. sibi Camillo nepote ex Almerico filio præmortuo, & D.Iulia filia ipsius Angeli legitima & naturali.

Qui Camillus nti masculus accepit dictam domum, eamque tenuit donec uixit.

Demum decessit sine aliquibus filijs superstite d. D. Iulia eius amita, necnon & Francisco Dulcino ipsius Camilli fratre vterino.

Dubitatur modò ad quem prædictorum prædicta domus emphyteutica pertineat, uel quis de ea inuestiri debeat, an.s. D.Iulia, an Franciscus Dulcinus.

Præsuppositis quibusdam statutis ciuitatis Cesenę, & quodam breui Apostolico, quorum copia transmittitur.

S V M M AE.

De quadam emphyteusi accepta pro se, filijs, & nepotib. quomodo filię dicantur comprehensæ.

Et vtrum si per masculos fuerint exclusæ, eis deficientib. postea admitti possint.

1 *Filiorum appellatione etiam fœmina continetur.*
2 *Masculinum concipit fœmininum, maximè in materia indifferenti, ut in emphyteusi. & inf. nu. 4. & 6.*
3 *Verbum continet proprietatem denotat.*
5 *Emphyteusis transit in fœminas, non autem feudum.*
7 *Emphyteusim recipiens pro se & filijs ueniunt etiam filia.*
8 *Argumentum à contraria sensu in statutis & priuilegijs locum habet.*
9 *Fœmina stantibus masculis semel exclusa an censeatur semper exclusa, & an ipsis deficientibus reintegretur, & numero 10. & 11.*
12 *Cap. 1. §. quinetiã. Ii titu. episcopum uel abbatem, in usibus feudorum, quomodo intelligatur.*
13 *Fœmina emphyteusi regulariter capax dicitur.*
14 *Fauorabile est rem ad suam regularem naturam reducere.*
15 *Emphyteuta de re emphyteutica non potest disponere extantibus personis in concessione comprehensis.*
16 *Filia quòd à bonis patris excludatur, nisi sit dotate, rationabile non est.*
17 *Dos loco legitime succedere dicitur.*
18 *Inuestiri debet proximior agnatus in emphyteusi.*
19 *In successione aliquem pracedens si uti hares eum potest excludere, nisi uerè sit hares, non potest eum excludere.*

CONSILIVM CIIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitia.



VISO themate proposito, ac etiam statutis inclytę ciuitatis Cesenæ, & simul etiam breui Apostolico, s. Innocentij VIII. de quibus in themate fit mentio, pro resolutione præsentis consultationis breuitati studendo, ac etiam veris conclusionibus inhærendo, uti consulentem decet, duo faciam. Primò ponam illam conclusioné, quam puto veram, & illam probabo. Secundò ab ea remouebo omnia illa, quæ videbuntur contra eam allegari posse.

Ad primum igitur deueniendo, dico & concludo, prędictá dominam Iuliam ad domum emphyteuticam, de qua agitur admittendam esse, & prædicto Francisco Dulcino omnino pferendá esse. Et probatur ista cóclusio in primis in generalitate illorũ verborũ, videlicet pro se, & filijs, & nepotibus, de quibus in inuestitura prædicti Angeli: nam nó est dubium, q sub nomine filiorum dicitur comprehensa ista do-
1 mina Iulia filia prędicti Angeli, ut in themate inuestitur; † cũ
appellatione filiorum etiam filia fęmina contineatur, vt l. iusta interpretatione. & l. quisquis, ff. de verb. signific. & l. si qs
2 ita. in princ. ff. de testam. tuto. cum similib. † Solet enim vulgò dici, q masculinũ semper cócipit fœmininũ. l. qui duos. in fi. de lega. 3. l. si ita scriptum. in princ. de legat. 3. cum multis concordantibus, quę allegari possent.
Et notan. est, quòd iurisconsultus in d. l. qui duos. vtitur
3 verbo continet, quòd solet denotare proprietatem, secundùm Bart. in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postula. & ita in simili arguit Dec. in consi. 570. Casus de quo, post princip.
4 †Et maximè hoc dici debet in casu nostro: quia sumus in materia indifferenti, cum emphyteusis etiam ecclesiastica tá ad fœminas, quàm ad masculos pertinere possit, vt est tex. in §. emphyteusim. in aucten. de non alienan. col. 2. & ita per illũ tex. dicit Pet. de Anch. in consi. 433. Postquam ista domina. post principium, in versi. quamquam enim in emphy-
5 teusi ecclesiæ, † & in hoc differt a feudo, quod sui natura nó transit ad fœminam, vt declarat Io. Bapt. de S. Seuerino in tract. de feudi cognitione, in vltimo articulo. in 14. differentia, vbi dicit, q in emphyteusi succedunt ita fœminę sicut
6 masculi, regulariter loquendo. †Quando autem materia est indifferés, pculdubio, & secundùm oés doctores masculinũ genus concipit fœmininum, ut declarat Bart. in l. 1. in principio, colum. fi. ff. de pecul. & in l. prima. ff. de uerb. signifi. tradunt canonistæ, maximè Archid. in c. si quis suadente. decimaseptima q. 4. & Gemin. & alij in c. generali. de elect. li-
7 bro 6. † Et in terminis nosteis quod in receptione emphyteusis sub ver. filijs, etiam filiæ continentur, firmat & p claro præsupponit Salyce. in l. 2. in q. 16. in versi. cófirmo, quia ex illo C. de iure emphyteu. Et licet prædicta videantur de iura vera; tamen quia posset quis de eis dubitare. Primò per ea quę tradit Alexan. in consilio 41. Super eo de quo. libro primo. vbi videtur firmare contrarium, licet ego de eius decitione semper dubitauerim, nec pro nũc aliquid affirmabo. Secundo etiam propter formam statuti Cesenę, quo cautur, quòd stantibus masculis fœminæ non succedant etiá in emphyteuticis. Considerandum est secundo loco pro iustificatione conclusionis supra positæ, quod a sede Apostolica tpe Innocentij VIII. emanauit quoddam breue, in quo, vt tollatur prima dubitatio, disponitur, q in ciuitate & territorio Cesenæ in contractibus emphyteuticis etiam fœminę dicantur comprehensæ, & sic in proposito nostro p istud breue resoluta est conclusio, quod domina Iulia vti filia dicitur fuisse comprehensa in contractu emphyteutico facto per Angelum patrem eius pro se, filijs, & nepotibus. Et ut tollatur dubitatio secunda in eodem breui continetur, q fœminę sic comprehensæ admittantur ad bona emphyteutica nó existentibus masculis, vt sic masculi & fęminæ dicantur ad dicta bona ordine successiuo vocati, prius scilicet masculi, & postea eis non existentibus debent admitti fœminæ. Et hęc ex prędicto breui apertissimè colliguntur. Ex quibus manifeste colligitur veritas nostrę conclusionis supra firmata; nam cum ad pręsens nullus extet masculus agnatus ex descédentibus prędicti Angeli, debet ista domina Iulia vti eius filia, & sic agnata etiam Camilli nuper defuncti ad prędictam domum emphyteuticam admitti táquã comprehensa in inuestitura prędicto Angelo facta. Et istud suadetur etiam ex his, quę in dicto breui subijciuntur, maximè in versi. postremò eadem auctoritate &c. nam ibi disponitur, q quandocũque aliquis decedat finita linea in concessione comprehẽsa, proximior in gradu possit inuestiri &c. & sic non vult proximiorem talem admitti, nisi demum finita linea in concessione comprehensa, sed in casu isto linea non est finita; quia adhuc superest D. Iulia, ergo clare patet, q proximior in gradu Camilli nuper defuncti, & sic prędictus Franciscus Dulcinus admitti nullo modo potest.

Et prędicta (ut fallor) sunt in iure verissima, ex quib. remanet conclusio, q domina Iulia vti cóprehensa in prędicta inuestitura debet admitti ad prędictam domũ emphyteuticá vti vocata per masculos, seu eis deficientibus, & ista sufficiá quò ad primum, quod faciendum proposui.

Venio modò ad secundum, videlicet ad remotionem con
trariorum. Et io primis contra prædictam conclusiooem
vf facere; quia cum fœminæ per dictum breue vocétur noo
existẽtibus masculis, sequitur a contrario sensu, q dicantur
8 exclusæ stantibus masculis, † q argumentum etiam in statu
tis, & priuilegijs habet locum, ioxta tradita communiter p
doctores, maximè modern. in l. 1. §. huius rei. ff. de officio
eius, cui maodata est iurisdictio. tradit Bal. io l. conuẽticulã.
C. de episco. & cler. loqnens de statuto Florentino, quo caue
tur, q filiæ soccedant matri non existentibus masculis, nam
a contrario sumitur, q masculis existentibus ooo succednot
prout etiam hoc Bal. referendo firmat Abb. cons. 75. Quidã
decessit. 4. col. in versi. postremò in terminis nostris, libro
1. Nulli ergo dobium est, quòd ista domioa Iulia fuit ab ista
domo emphyteutica exclusa propter existentiam masculi, &
com ista exclusio dicatur facta simpliciter stantibus mascu-
lis, & oon per dictiones temporales, puta, quandiu, donec,
9 vel quousque extent masculi, † sequitur, quòd ipsa semel ex-
clusa dicitur perpetuò exclusa, nec reintegrari ad dictam do
mum potest penpter deficientiam masculi, iux. doctr. Barto.
in l. fi. §. primo. ff. ad Tertul. & est cõmunis opin. ut per Ale.
in cons. 53. Consideratis his. prima col. in fi. libro 6. per do-
minum Marianum Sociom auum meum in cõs. 3. Præsens
coosultatio col. 1. ver. sed secundo loco pmitto, per Bartho-
lomæum eius filium, patruum, & dominum meum in cons.
514. Præsens consultatio. 2. col. vers. sed teoendo aliam opi-
nionem. 4. vol. per Cot. cons. 7. Quæstio est pulchra. 5. volu.
versi. & statutum simpliciter. 2. vol. & per Dec. in consi. 85.
Pro resolutiooe casus, post principium, cũ multis alijs, qui
per prædictos allegantur.

Ad hoc etiam accedit c. 1. §. quinetiam. io titulo episcopũ
10 vel Abbatem, in vsibus feud. vbi probare videtur, q † fœmi-
oa semel a feudo exclusa propter masculũ, vlterius ad illud
non admittitur, & sic videtur perpetuò exclusa. Sic ergo di-
cendum videtur de ista domina Iulia, cum (vt dixi) iam fue-
rit exclusa a dicta domo emphyteutica, & in hoc argumẽto,
vt audio, pen parte domini Frãc. Dulcini fit præcipuum fun-
damẽtũ, licet oõ allegetur d. §. quinetiam, vt mihi refertur.

11 † Sed tamen dico, q oihil penitus obstat, & pro resolutio
ne difficultatis adoertendum est: quia aliquando quæritur,
nũ quid filia, quæ per filium masculum fuit exclusa, ipso defi
ciẽte reintegretur ad partẽ suã, & sic ad successionẽ patris, a
qua propter fratrem masculũ fuit exclusa: & tunc fit distin-
ctio, an simpliciter fuerit exclusa pp existentiã masculi, puta
q statutum dicat, q stãtibus filijs masculis filia nõ succedat,
an verò fuerit exclusa tẽporaliter p dictiooes suspẽsiuas, pu-
ta donec, vel quandiu masculi extent, & procedunt isto casu
allegata supra in cootrarium, vt. s. primo casu nõ reintegre-
tur, sed dicatur perpetuò exclusa, in secũdo verò reintegre-
tur, put ppriè loquitur Bar. in d. l. fi. ad tertullianũ. & put
ẽt loquũtur omnes doc. in coosilijs in contrarium allega. &
iste oõ est casus noster: quia oon dicimus, q D. Iulia debeat
suam portionem reintegrari, a qua fuit propter masculũ ex
clusa, illud. n. fatemur fieri oon posse, sed dicimus aliud, vt
statim patebit. Aliquando ergo quæritur, nonquid fœmina,
quæ propter existẽtiã masculorũ fuit exclusa, eis deficiẽtibus
succedat illis in re, de qua disputatur, non dico iure hæredita
rio, sed vti vocata post eos, prout propriè est casus noster, &
tunc debet dici, q si talis fœmina sit habilis ad talem rẽ, ad il-
lam admittatur nõ per viã reintegrationis, sed successionis
nunc sibi delatæ, & ita procedũt, quæ supra adducta fuerunt
p nostra cooclusiooe suprapoſita. Dico. n. q ista Do. Iulia ab
emphyteusi exclusa ppter masculos dicitur habilis saltẽ eis
deficiẽtib. vt io breui sedis Apostolicæ, de quo supra. ergo il
la dẽt nunc admitti uti cõprehensa in inuestitura, sedm q
supra demonstratum fuit. Et isti duo casus lõgè differunt, nã
in primo casu quæstio est tantùm de parte, quæ filium tange
bat, & ad illam tantùm partem admittitur, casu quo reinte-
granda sit. Io secundo verò agitur de tota re, & ad totam de-
bet filia admitti vti succedens masculo vltimo deficienti in
re de qua agitur, nã etiã in primo casu, vbi materia pateretur
filia per fratrem suum exclusa posset succedere postea fratri,
vt tradunt doc. maximè Mod. in l. 3. §. veteres. ff. de acqui. pos.

Cum itaq; D. Iulia sit comprehensa in inuestitura, siue in
concessione emphyteusis, & quidẽ vt vocetur deficientibus
masculis, vt in breui pdicto apertissimè legitur, non video
cur nunc masculis deficientibus non debeat admitti. Et cũ
sit de linea in concessione comprehensa, vt est notissimũ, de
bet admitti ante omnes alios proximiores defuncto, qui nõ
erant comprehensi in concessione, vt virtualiter dicitur in
d. breui, & supra dictum fuit. & istud, ni fallor, est indubitati
12 iuris. † Non obst. d. c. 1. §. quinetiam. io contrariũ allegatũ,
quia rñdetur primò, q debet tex. ille intelligi, fœminam vlte
rius non admitti, s. donec masculus superest, prout dicitur in
c. 1. de eo qui sibi & hæredibus suis, per quem tex. videtur sic
declarandus tex. io d. §. quinetiam. & reperio q ita signanter
illum tex. declarat Fulgo. in cons. 8. Dominus Petrus. 2. colu.
versi. deinde sic apud iuris peritissimos. & in cons. 12. Ad id,
de quo quæritur. 2. col. versi. si quis plaoè. vnde cum isto ca-
so oon supersit masculus, debet meritò domina Iulia admit-
ti, ut supra. Potest etiam secundò responderi, q loquitur il-
le tex. respectu successionis faciendæ tanquam in feudo pater
no, verum est. n. q eo respecto semel exclusa fœmina vlterius
non admittetur, etiam quòd cesset causa exclusionis per mor
tem masculi; quia fœmina non redibit ad patris successionẽ
vt ibi. Ex eo tamen oon impeditur venire ad successionẽ
illius masculi nuper decedentis, iux. tradita per doc. in d. l 3.
§. veteres. de acquir. posses. Et ita propriè dicendũ est io casu
nostro, vt. s. D. Iulia noo impediatur succedere Camillo nup
defuncto in d. domo emphyteutica, cum sit de linea in con-
cessiooe cõprehensa, vt supra diximus, & haoc ẽt declaratio-
oẽ ad dictum §. quinetiam. tradit Fulg. io dictis consilijs, cõ
cludens, q vno ex his duob. modis debet oĩno intelligi & de-
clarari d. §. quinetiam. per rationes & iura, de quibus per eũ
ibi. Vel & tertiò responderi potest q ille tex. loquitur in feu-
dis, in quibus fœmina ex sui natura dicitur incapax. c. 1. §. fi-
lia. de success. feudi. & c. 1. §. hoc autem, qui feu. da. poss. cũ
si. vnde quãdo excluditur, reuertimur ad ius regulare, meri-
tò illa postea amplius nõ vocabitur, q non cadit io emphy-
13 teusi in casu nostro, vel simi. † nã fœmina regulariter dr ca-
pax, vt in §. emphyteusim. in auct. de nõ alienã. & tradit Io.
Baptista de sancto Seuerino io tractatu de feud. cognit. circa
14 finem, & supra dictum fuit. † Vnde si quo casu contra regulã
excluditur propter masculum, quaodo postea eo deficiente
eam admittimus, reducimus eam ad suam regolarem natu-
rã, q quidẽ fauorabile dicitur, iux. l. si vnus. §. pactus ne pete-
ret. ver. quod etiam in specie dotis, cum his quæ ibi tradunt
doc. ff. de pac. ex diuersitate igitur casus & rationis ostẽditur,
q de dicto §. quinetiam. ad casum nostrum oon valet argu-
mentum, cum ex diuersis oon bene ioferatur. l. Papinianus
exuli. ff. de minorib. l. inter stipulaotem. §. sacram. versic. sed
hæc dissimilia. ff. de verborum obli. cum alijs vulgarib.

Secundò contra cõclusionẽ prædictã videtur facere quod
dam statutum ciuitatis Cesenæ vltimum in volumine statu-
torum, nam in eo disponitur in effectu, q feminæ omnino
excludantur a bonis emphyteuticis propter existentiã filio-
rũ, vel nepotũ masculorũ, & q debẽt esse cõtẽtæ suis dotibus
vt io d. statuto legitur. Sed ad istud statutũ respondetur pri-
mò, q dẽt intelligi, put ẽt expresse loquitur extantib. filijs,
seu liberis masculis ex masculina linea descendentibus. Di-
co enim, q fœminæ stãtib. talib. personis masculis dicuntur
omnino exclusæ & priuatæ, sed ex eo non iofertur q eis defi
cientibus admitti noo possint, si ex alio fiot capaces.

Alioquin sequeretur, quòd nec etiam ad bona possẽt am-
plius admitti, & consequenter quòd non possent succedere
fratrib. suis, cũ prædictum statutum loquatur pariter de om
nib. bonis, sicut de emphyteuticis, vt patet ĩ eo, in vers. & pdi
cta oĩa vendicent sibi locum in bonis quibuscunq; defunctæ
personæ proprijs, & emphyteuticis &c. q tñ est apertè falsũ
per tradita per doc. in d. l. 1. §. ueteres. de acquir. poss.

Et si dicatur, quòd in alijs bonis fœminæ tunc succedeot
fratribus, & similibus personis ex ipsarum personarum te-
stamento

stamento, vel ab intestato, ꝙ non contingit in casu nostro; qa
domina Iulia non vocatur per testementum Camilli, nec ēt
15 ei ab intestato succedit. † Respondetur, ꝙ illod in alijs bo-
nis est; quia sont liberæ apud defunctum, quod nō est in em-
phyteuticis, ut in casu nostro est domus, de qua agitur: non
.n. liberè erat apud Camillum, nec potuisset eam, cui voluis-
set, reliquere, cum estant personæ comprehensę in conces-
sione eius, videlicet ista D. Iulia, quæ dicitur nocari post Ca
millum, & ita in hoc ei succedere non iure hæreditario, nec
ex ipsius voluntate, sed ex stipulatione Angeli patris eius, &
ex gratia concedentis, qui voluerant eam comprehendi; vt. s.
admittatur deficientibus masculis, & sic ordine successiuo, si
cut in simili dř in l. Gallus. §. quidā rectè. ff. de libe. & posth.
& supra ēt dixi, & istud voluit Bar. in l. iurisiurandi. §. si libe
ri. ff. de ope. lib. in ver. item prędicta vera, dum dicit, ꝙ ordi-
ne successiuo uocantur fęminæ deficiētibus masculis, quan
do extat statutum, ꝙ fœmina non succedat stantibus mascu
lis, prout est in casu nostro. Et fortius hoc in eo est dicen-
dum propter breue, in quo apertè dicitur, quòd fęminæ ad-
mittantur deficientibus masculis. Et omne ius, quod datur
hęredibus ultimo loco mortui, vel eius proximioribus, da-
tur, quando emphyteusis esset finita, & vt talis ad ecclesiā di-
ceretur redire, vt in prędicto breui continetur, & supra fuit
dictum. Et ita etiam sumitur ex alio statuto Celenæ sub rub.
quòd nemo audeat se inuestiri facere &c. post principiū, in
versiculo & prędicta vendicent sibi locū in emphyteusi fini
ta tēpore, linea, seu gradibus finitis, seu propter canonem nō
solutū &c. sed in casu nostro emphyteusis nū dicitur finita,
cum extet D. Iulia in concessione comprehensa, ergo &c. Et
ista solutio est clara & concludens. Posset tamen secundò
responderi, quòd prędictum statutum loquitur tātùm de fœ
minis dotatis, vt patet in eo post principium, & ita etiam su
mitur ex alio statuto superius allegato, circa finem, in versi-
culo, volumus ēt, & firmamus, ꝙ mulieres &c. Et hoc vide
16 tur rationi congruum; † quia non videtur rationabile, ꝙ
filia a bonis patris repellatur, nisi fuerit dotata, iuxta tradita
per Bal. & alios in l. 1. C. de hęred. inst. sicut etiam diceremus
17 nisi saltē legitimā habeat, vel aliquid eius loco. † Dos autē di
citur loco legitimę succedere secundùm Bar. Paul. de Ca. &
alios in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cōd. & demōst.
Sed domina Iulia non fuit dotata, nec legitimam habuit, vt
mihi asseritur, ergo &c. super hac tamen solutione, & alijs
ꝗbusdā, q̄ dici possēt, nō curo instare; quia prima solutio su
pra data tollit omnem difficultatem, & est ipsa veritas, sed de
hac secunda solutione, & alijs me remitto ad excellētissimū
Aduocatum dominę Iulię in suis elegantissimis allegatio-
nibus. Et ex prędictis remanet cōclusio clara, & (ni fallor) in
dubitata, quòd ista domina Iulia vti comprehensa in inuesti-
tura post mortē Camilli dēt ei in prædicta domo succedere
absque noua inuestitura. Ex qua conclusione sequitur super-
uacuum esse quærere, quis esset admittendus ad nouam inue
stituram, vbi linea finita esset. Quoniam cū linea in conces-
sione comprehensa non sit finita, vt est dictum, de noua inue
stitura agi non potest, & ideo super eo non insisto, quòd etiā
facio propter instantiam nuncij, & propter maximas alias
occupationes meas vltra continuas lectiones, quę (vt dici so
let) requirunt totum hominem. Hoc tamen dicam, quòd, vbi
quis pertinaciter, & contra expressam veritatem uellet, quòd
per mortem Camilli esset finita emphyteusis, deberet de no-
uo inuestiri domina Iulia, & nō Franciscus Dulcinus per ea
quę egregiè dicūtur in p̄dictis allegation. excellen. Aduoca-
ti, ad quæ me refero illa approbando. Et certè cum ista D. Iu
lia sit filia Angeli primi inuestiti, & sic fuerit expressè in in-
uestitura comprehensa, prout supra fuit ostensum, & sit etiā
agnata d. Camilli nuper defuncti, non video, cur illa non de
beat omnino pręferri; cū in ea reperiatur voluntas cōceden
tis, & etiam primi inuestiti, quòd non reperitur in d. Franci
sco, cum non sit de filijs, aut nepotibus Angeli primo loco in
uestiti, nec aliquo modo sibi coniunctus, nec etiam ipsi Ca-
18 millo agnatus. † Et ad hoc bene facit decisio Alex. in cō-
sil. 22. Visis & ponderatis. in fi. lib. 6. dum vult, proximiorem
agnatum debere inuestiri. Deberet itaq; domina Iulia absq;
dubio præferri d. Francisco. Eo pręsertim: quia si quod ius
illi competijsset ad excludendam dominam Iuliam (quòd ta
men absolutè negatur) dicitur illud amisisse non acceptan-
19 do hæreditatem d. Camilli, † nam qui aliquem præcedit in
successione, & illum vti hęres potest excludere, non dicitur
eum excludere, nisi verè sit hęres. l. 1. §. sed si sint sui. & §. si
bonorū. ff. ad Senatusc. Tertul. & ibi tradunt doctores.

Super his tamen non insistam vlterius: quoniā (vt dixi)
non sunt necessaria, cum domina Iulia sit omnino admittē-
da vti uerè comprehensa in concessione deficiētibus mascu-
lis, ut supra deductum fuit. Et cum etiam uerissimum sit per
mortem prædicti Camilli, licet sine liberis, emphyteusim, de
qua agitur nō esse finitam; etenim (ut dixi) de eo dicitur tran
sire ad ipsam dom. Iuliam. Laus Deo.

Marian. Socin. iunior iuriscousul. Senensis,
Paduæ.

CASVS.

Reperitur ī facto, quòd episcopus, clerus, & populus Pata
uinus donauit Abbati & monasterio sanctę Iustinę iam an-
nis quingentis, & ultra ecclesiam sanctę Marię de Macera-
ta. Nec habetur certa notitia, quid inde secutū fuerit usque
ad annum 1451. Sed illo anno, & ab eo citra reperitur, quòd
per Abbatem, & monacos sanctæ Iustinę fuerunt factę di-
uersæ collationes, siue concessiones, & institutiones circa
istam ecclesiam.

Postea de anno 1461. cū semper tali ecclesia esset lis inter
Episcopum Paduanum, & Abbatem, & monacos prædictos
fuit inter eos lata sententia p Reuerendissimum tunc Cardi
nalem sancti Petri ad uincula iudicem delegatum p sedem
Apostolicam de consensu partiū. In qua sententia inter cę-
tera fuit pronunciatū ius pręsentandi ad prędictam ecclesiā
de Macerata spectare & pertinere ad Abbatē sanctę Iustinę.
Et ad eandem ius instituendi spectare, & pertinere ad Episco
pum Paduanū cū expressa declaratione, quòd quoties dein-
ceps præfatam ecclesiam uacare contigerit, Abbas prędictus
habeat pręsentare personam idoneā Episcopo Paduano, qui
personam sic pręsentatā de eadē ecclesia instituere habeat,
debeat, & teneatur, ut latius ī dicta sententia continetur, cuius
copia transmittitur.

Postea in hanc usq; diem plurima secuta fuerunt, quę non
expedit aliter narrare, sed solùm pro informatione quędam
alię scripturę transmittuntur.

Nunc uerò contingit dubitari, nunquid ius patr. prędictæ
ecclesię de Macerata dicatur pertinere ad Abbatem, & mona
cos prędictos.

Et quęritur, quid iuris.

SVMMAE.

De iure patronatus ecclesię, utrum probetur ad aliquem
pertinere ex eo, quòd ad eum pertinet pręsentatio.

Et an ius præsentandi detur aliter, q̄ ea vi iuris patrona-
tus, & ad quem propriè pertineat.

An patronus conferendo perdat ius patronatus.

Et quid si sit negligens in pręsentando.

1 *Ius præsentandi in ecclesia an posit alicui etiā persona ecclesia-
stica cōpetere absque eo, quòd habeat ius patronatus, & infrà
num. 22.*

2 *Patronorum officium est ordinario præsentare, ut per eum insti-
tuatur.*

3 *Electione unius ex incompatibilibus alteri dicitur renunciari.*

4 *Ius patronatus an per non præsentationem amittatur, & infra
numero 33.*

Seruitutes per non usum perduntur.

5 *Præsentatio est fructus iuris patronatus.*

6 *Effectus à sua causa producitur.*

7 *Sententia, quæ in rem iudicatam transiuit, standum est.*
8 *Præsentationem habens, ius patronatus habere dicitur.*
9 *Sententiæ strictè in suis verbis sunt interpretandæ.*
10 *Ius præsentandi propriè dicitur, quod competit habenti ius patronatus.*
11 *Ius patronatus propriè ad patronum spectat, & infra num. 24.*
12 *Ius instituendi præsentatum compe:it ordinario, & propriè illa dicitur institutio, quæ fit de præsentato per patronum.*
13 *Verba ista, teneatur, & debeat, necessitatem important.*
14 *Institutio fienda per ordinariũ de præsentato nõ dicitur libera; quia eã, si persona præsentata ẽ idonea, inuitus tenetur facere.*
15 *Ius patronatus non dicuntur habere, sed potius honorantiam quandam familia, qui consuetudine præsentant aliquem Episcopo rogantes eam institui.*
16 *Ius patronatus antiquissimum per indicia, & famam probatur.*
17 *Præsumptioni iuris standum e:t, donec contrarium probetur.*
18 *Præsentans præsumitur ratione iuris patronatus præsentare, si alius patronus non appareat.*
19 *Præsentatio per parochianos facta ratione iuris patronatus creditur facta.*
20 *Parochia si habet sub se capellas, præsumitur, quòd fuerint constructa de bonis ecclesiæ.*
21 *Patronus alicuius capellæ, quæ subsit ecclesiæ, præsumitur etiam patronus totius ecclesiæ.*
23 *Patronus existens in possessione præsentandi pro patrono habetur.*
25 *Cap. postulasti. de iure patr. de qua præsentatione loquatur.*
26 *Episcopus aliquem sine titulo ordinare non potest.*
27 *Præsentationis si fiat mentio, si aliud non appareat, de illa intelligitur, quæ competit virtute iuris patro.*
28 *Pro sententia semper præsumitur.*
29 *Per collationem per patronum factam ei in iure patronatus non praiudicatur.*
30 *Regula, via, quam eligisti tibi pateat, & regula. l. fi. C. de codicil. quomodo procedat.*
31 *Collatio, seu institutio solùm ad ordinarium spectat.*
32 *Iuri, quod sibi quis competere ignorabat, nunquam dicitur renũciare.*
34 *Non præsentans: quia ecclesia non vacauit, non dicitur perdere ius præsentandi.*
35 *Seruitutem non perdit quis non vtendo ea, quando uti non expediebat, vel impeditus erat.*
36 *Patronus si sit negligens in præsentãdo infrà statutum tempus, sibi, nisi pro illa vice, non præiudicat.*

CONSILIVM CV.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.

RESOLVTIO præsentis consultationis ꝓ
parte affirmatiua est admodum facilis, & ꝓ
babili dubitatione videtur carere, ut ex infra dicendis apparebit. Quia tamen (vt audiui) plerique negatiuam partem affirmant,
cogitabam, q̃ forte ex infrascriptis moueri
possunt, quæ prima facie aliquem parum cõsiderantem possent forsan in partem ipsam negatiuam inclinare. Et primò
quia in prædicta sententia non declaratur pertinere ad Abbatem ius patrona, sed ius præsentandi, ex quo non vr̃ neces
1 sariò inferri ad ius patronatus; † cum videatur posse dari
apud monacos, & alias personas ecclesiasticas ius p̃sentandi
absq; eo, q̃ habeant ius patronatus, prout audiui plerosque
tenere, & videtur probari in c. postulasti, de iure pat. vbi rector ecclesiæ, in qua ius patr. est alterius, pôt p̃sentare clericũ
ordinandum ad titulum ecclesiæ. & sic ibi præsupponitur
illud ius præsentandi differre a iure patronatus, cum talia
iura sint penes diuersos. Secundò etiam facere videtur; quia
Abb. & monaci prædicti pluries, vt in puncto narratur, cõtulerunt prædictã ecclesiam, & ad eam simpliciter & liberè
2 clericũ instituerunt, quod certè nõ competit patronis, † quia
eorũ tm̃ est præsentare ordinario, ut p eũ postea præsentatus
instituatur: ut p Abb. & alios in c. auctoritate. de inst. & habetur de iure patronatus, fere per totum. Et plus etiam uidetur, q̃ si habuissent ius patr. illud perdiderint per tales collationes. Tum per regulam, quæ dicitur, uia, quam elegisti, tibi
3 pateat. l. si mulier. in fi. quod met. cau. † tum etiam p electionẽ unius ex incompatibilib. nam p eam quis dicitur alteri
renunciare. l. fi. C. de codic. cũ si. nun. n. est dubiũ, collationẽ
cum iure patronatus esse incõpatibilẽ. Tertiò uidetur hoc
4 idem dicendũ ex alio. posito q̃ prædicta non urgeãt, † quia. s.
iam pan. 50. & ultra nõ repitur, q̃ per Abbatẽ & monacos
facta fuerit aliqua præsentatio, & cõsequenter ipsi nõ fuerũt
usi iure patronatus, unde uidet̃, q̃ illud amiserint p nõ usũ
ueluti negligẽtes, & sui iuris cõtẽptores, sicut de seruitutib.
dr̃, quæ per nõ usum pdũtur. l. si cõem. § 1. l. labeo. & l. si patrẽ. § 1. quasi per totum. ff. queād. ser. amit. Istis tñ nõ ob. ꝓut uerè nihil obstãt, uerissima est pars affirmatiua: ut. s. ius patro. prædictæ ecclesiæ de Macerata dicat̃ pertinere ad Abbatẽ & monacos prædictos, maximè ex infrascriptis, ex quib.
(ni fallor) quilibet rectè, & maturè oĩa considerans i hãc sententiã facile inducetur. Et primò hoc satis apertè colligitur
ex snia, de qua in puncto fit mẽtio; nã cum i ea dicatur, q̃ ius
præsentãdi pertinet ad Abbatẽ, & monacos prædictos, uidet̃
5 necessariò intelligendũ hoc. s. uigore iuris patr. † quia præsentatio nihil aliud dicitur, q̃ effectus, siue fructus iuris pat.
etenim patronus eligit clericũ, quẽ uti patronus præsentat
episcopo, ut p eũ in patronali ecclesia instituatur, ut dicitur ĩ
c. nobis fuit, & quasi p totũ ti. extra de iu. pat. & hoc aptè uoluit gl. autep. & fi. in c. cũ Bertoldus. de re iud. Imo. ĩ c. cõsultationib. prope fi. de iure patr. Fel. in c. cum olim. ad fi. 1. col.
de maio. & obe. & tradit Roc. de Cur. in suo solẽni trac. de iure patr. sup uer. ius. in 3. q. ubi exp̃sse dicit, p̃sentatiunẽ esse
6 effectum iuris patro. Non ergo pôt dari sine eo, † cum effectus a sua causa ꝓducatur, & non aliter, & ea cessante cesset.
l adigere. §. quamuis. ff. de iu. pat. c. cũ cessante. de appel. cũ si.
Et licet in tali sententia nihil exprimatur de iure patro.
sed tantum loquat̃ de iure præsentãdi, tamẽ uirtualiter, & in
necessariũ antecedens loquitur ẽt de iure patro. a quo præsentatio causatur, iux. regulã. l. nec is. §. 1. & l. illud. ff. de acq.
hær. & l. si inter legatũ. ff. de seru. & traditur in l. 2. ff. de iuris.
om. iu. Quando igitur in d. sententia dicitur ius præsentandi pertinere ad abbatẽ &c. debet declarari, s. ex ui iuris patro
7 natus, & tanquã eius fructus effectus. † Et non est dubium
prædictæ sententiæ standum esse; cũ transierit in rem iudic.
Facit. n. ius, & pro ueritate habetur. l. ingenuum. ff. de statu homi. & l. res iudicata. ff. de regu. iur. c. qd ad consultationem. & c. seq. de re iud. Secundò hoc confirmatur per c. dilectus. de offi. leg. & per c. 2. de supplen. negli. præla. cum si. in
quib. simpliciter dicitur, quòd ad certas personas ecclesiasticas pertinet p̃sentatio: & tamen intelligitur, q̃ tales personæ
dicũtur habere ius patronatus, ut ex eisdem iurib. postea ap
8 patet. † Et ista plurimùm conferunt ad intelligentiam illorum iurium, quibus dicitur simpliciter ad monacos, & similes ecclesiasticas personas aliquando cõpetere ius præsentãdi, ut est c. de monacis. de præben. cum si. Nam debent omnia talia iura intelligi, quòd talem præsentationem habeant,
quia ius patronatus dicũtur habere, prout uerè per docto. in
eis scribentes intelliguntur, ut in specie d. c. de monacis. intelligitur per Host. ibi, quem alij simpliciter sequuntur, dũ
in uersic. monacorum. subaudit. s. & patronorum. Tertiò
9 hoc idẽ probatur ratione† sentẽtiæ propriè, & strictè in suis
uerbis interpretandæ, ut habetur in l. 1. C. si plur. una sententia, cum concordan. ad hoc allegatis per Barto. in l. si expressim. 2. col. in uersi. mihi uidetur sic dicendum. ff. de appella. tradit Bal. in l. prima. 3. col. C. quando prouoc. non est
necess. Imo. in l. centesimis. §. fina. colum. fina. ff. de uerb. obligat. Abb. in c. dilectus. 2. not. de offi. ord. Alexan. in l. impossibilis. 2. col. de verb. oblig. & in consi. 48. visis, & accuratè
consideratis. 3. col. lib. 6. Dico enim, quòd posito, quòd aliquando p̃sentatio, siue ius præsentãdi cõsiderari forsã posse,

alque

absq; iure patronatus, sine tamen veritatis præiudicio, debet
tamen dicta sententia intelligi de iure præsentandi propriè,
10 & strictè accepto, seu de propria presentatione, † sed presen
tatio propriè accepta, & similiter ius presentãdi dicitur, quę,
vel q † competit habenti ius patronatus in aliqua ecclesia; vt
magistraliter declarat Abb. quem alij sequuntur in c. auctori-
tate. de insti. & idem voluit in c. fi. in 4. nota. de iure patro-
11 na. dicens, q patronus ꝓpriè præsentat, & in c. 2. eo. tit. † di
cens q præsentatio propriè spectat ad patronum, ergo ius
præsentandi, de quo in dicta sententia, debet intelligi de eo,
quod vigore iuris patronatus competit, & consequenter ex
dicta sentẽtia infertur ius patronatus in prędicta ecclesia ad
Abbatem, & monachos præfatos pertinere. Eo maximè at
tento, q in eadem sententia continetur, q ius instituendi prę
sentatum per abbatem pertineat ad Reueren. Episcopum Pa-
duanum, nam per idem arg. debet intelligi hoc respectu iu-
ris instituendi, qđ competit ordinario, vt instituat personam
12 idoneam per patronum pręsentatam; † nã illud dicitur pro
priè, & strictè ius instituẽdi, seu inde facta institutio dicitur
propriè institutio, vt per Abb. in d. c. auctoritate. Licet. n.
institutio diuersimodè capi possit, illa tamen dicitur propriè
quæ fit de præsentato per patronũ, vt ibi per eum, & in d.
cap. fi. Quartò, & fortius faciunt sequentia verba senten-
13 tiæ, † dũ in ea dicitur, q episcopus Paduanus teneatur, & de
beat personam per d. Abbatem præsentatam instituere, quæ
verba, vt est notum, important necessitatem, vt probatur de
verb. teneatur in cle. exiui de paradiso. §. item ordo cõmuni-
ter. de verb. sign. & de ver. debeat, in l. j. §. j. ff. quod quisq; in.
& in l. prætor. in prin. iunctis his quæ ibi dicunt doc. ff. de e-
den. & est gl. in ver. non debet in c. proposuit. de appel. & in
ver. debeant, in cle. attẽdentes. de sta. mona Si igitur talia ver
ba necessitatem important, hoc non conuenit alteri institu-
tioni, quam ei, quæ fit de persona per patronum præsentata.
14 † illa. n. episcopo non dicitur libera, vt dicit Abb. in d. c. au-
ctoritate. quia inuitus illam facerę tenetur, si persona sit ido
nea, vt ibi per eum, & probatur in c. decernimus 16. q. 7. &
in c. pastoralis. de iure patrona. & declarat Paul. de Cittadi-
nis, in suo tract. de iure patr. in 6. par. in 6. q. cũ concor. mul
tis, qui alle. possent. Aliæ aũt institutiones non sunt tales, vt
15 prosequitur Abb. in d. c. auctoritate. † Et hinc est, q si aliquã-
do certæ familiæ habent ex cõsuetudine, vt præsentẽt episco
po aliquẽ, rogantes eum institui, seu ei beneficium conferri,
non dicuntur habere ius patronatus. nec ius pręsentandi, sed
potius honorantiam quandam, vt appellat Dom. de S. Gemi-
nia. in cons. 48. consuetudo est Mutinæ. in prin. qui etiam di
cit q tunc episcopus non cogitur instituere ei sic oblatũ, nisi
quatenus velit illi familiæ rem gratam facere, & sic erit tũc
libera institutio, quę potius appellabitur collatio, vt per eũ.

His sic positis, vt verba sententię prędictę propriè acce-
pta verificari possint. sequitur, q per eam declaratum est, ad
Abbatem prædictum pertinere præsentationẽ ex vi iuris pa
tronatus, & sic etiam ipsum ius patronatus ad eum spectare,
& ita hodie tenen. est, tale ius abbati prędicto cõpetere, nisi
16 contrarium ostendatur. † Quod eo maximè dicendum est
quia (vt audio) de eo in loco est publica uox, & fama, prout
per testes fortasse probari põt, quod quidẽ sufficere videtur
cum agamus de probando iure patronatus antiquissimo, qđ
per indicia, & per famã probari potest, vt declarat Roch. de
Cur. in trac. de iure patrona. in ver. ipse, vel is à quo. in 36. q.
& alleg. Bal. in l. cum super. C. de rei vend. & alios, vt per eũ,
quod etiam dixit Dec. in consil. 126. in causa do. Francisci. 2.
colum. Quia tamen non vidi talis famę probationem, & ne-
scio, an sit facta, vel quomodo fiet, non facio super hoc capita
le fundamentum, sed vbi facta esset, vel in futurũ fieret, mul
tum adiuuaret prędicta, quæ tamen etiam absque famę pro-
17 batione de iure procederent. † Quintò comprobatur prę-
dicta conclusio ratione pręsumptionis iuris, cui donec con-
trarium probetur standum est, iuxta gl. magistr. & commu-
niter approbatam in ca. si qui fidem, de sponsali. & tradit
Alex. in consil. 99. in casu predicto. ad fi. libr. 3. cum concor.
multis, qui ad hoc allegari possent. Dico. n. q cum prę enta-
tio dicatur pertinere ad abbatem, & monacos prædictos, &
nullus alius patronus reperiatur, ius ꝓsumit, q pertineat ra-
18 tione iuris patronatus, † quemadmodum si quis re ipsa præ-
sentauerit, & patronus alius non apparet, præsumitur presen
tasse ratione iuris patronatus, vt est doctri. Abb. in c. querelã.
3. col. de elec. in ver. ad istum tex. satis potest responderi, &
ita hãc doctr. refert, & sequitur do. Roch. de Cur. in prealle.
36. q. in versic. nec ob. secundùm eum, & idem voluit Deci.
19 in consi 117. & pro tenui facultate. 3. col. † dum in effectu
vult, q præsentatio facta per certos parrochianos credatur
facta ratione iuris patronatus, & ita ex illa ius patronatus ar-
guatur, licet alias præsentatio possit fieri per viam supplica-
tionis, seu simplicis petitionis, & hoc quia præsentatio pro-
priè, & verè accepta pertinet ad patronos. Vltimò prædi-
cta confirmantur ex præsentatione, quam ad istam ecclesiã,
de anno 1483. fecisse dicitur Abb. prædictus de presbytero
Tadeo. qui etiam (vt dicitur) fuit institutus per episcopum,
& huiusmodi ecclesiæ beneficium obtinuit, ꝓut hæc omnia
audio probata esse, aut probari posse, saltem per publicam uo
cem, & famam. Licet etiam in hoc non faciam solidum fun-
damentum, cum nihil certi de tali probatione asseratur.

Quo tamen posito doctri. præalle. essent in terminis, vt. s.
prædicta præsentatio, & institutio dicantur factæ occasione
iuris patronatus, & consequenter ex eis arguatur, abbatem
& monacos prædictos habere ius patronatus istius ecclesiæ
S. Mariæ de Macerata, de qua ad præsens agitur. Et ita tenẽ
20 dum est, † attèro maximè quòd cum olim fuisset simplex ca
pella, & nunc reperiatur bona parrochia habens sub se capel
las, seu clericatus, præsumitur, q de bonis monasterij S. Iusti
næ fuerit constructa, & dotata, cum ecclesiæ non nascantur,
& consequenter quòd habeat prædictum monasteriũ ius pa-
tronatus, cum alius patronus nõ reperiatur, & ita arguit De-
ci. in prædicto consil. 126. & 117. & in vtroque loco alleg.
Abb. in consil. 76. plura sunt. in primo dub. 2. volum. Ad qđ
nouissimè facit, quòd aliàs de anno 1518. vacante quadam
capella, seu clericatu in d. ecclesia de Macerata, fuit facta quæ
dam præsentatio per abbatem S. Iustinæ, & præsentatus fuit
institutus ab episcopo, & ita illam capellam, seu illum cleri-
21 catum obtinuit. † Ex quo videtur argui posse, quòd Abbas
sicut est patronus illius capellæ, vel clericatus, ita sit totius
ecclesiæ, si aliud non reperiatur, sicut per cõtrarium arguũt
do. de Rota. in decis. 158. not. quòd vbi Abb. in antiquis.

Superest nunc ad alleg. in contrarium respondere. Et li-
cet ex prædictis virtualiter responsio pro maiori parte col-
ligatur; tamen vt veritas clarius ostendatur, ad omnia singu
latim respondetur, vt infra dicam. Non ob. igitur, quod pri-
22 mo loco allegatur; † quia primò responderi potest, q immo
non reperitur in iure, loquendo regulariter, quòd quis ha-
beat ius præsentandi, quod non proueniat ex iure patrona-
tus vero, vel saltem præsumpto rõne quasi possessionis eius;
23 præsentat enim quis vt patronus, † & licet fortasse nõ sit ve
rus patronus, pro tali tamen habetur; quia in eius quasi pos-
sessione reperitur præsentando, & eius præsentatio sortitur
effectum tanquam a patrono facta, iuxta c. consultationibus,
de iur. patro. & tradita per do. de Ro. in decis. 575. vtrum si-
cut pręsentatus. in antiq. & ista respõsio colligi potest ex his
quæ supra in duobus primis fundamentis dicta fuerunt, &
ita videtur firmare Abb. in c. j. in ver. & ex ꝓdictis. de capel.
mona. dum inquit, quòd monaci habent ius præsentandi ad
ecclesiam, si sint illius patroni, quod etiam videtur firmare
Archid. in c. cum in illis. in versicu. præsentationem. de prę
24 ben. li. 6. † dum dicit, præsentationem pertinere ad patronũ
ratione iuris patronatus, etiam si sit patronus ecclesiasticus,
vt per eum, qui idem videtur velle in c. 1. 2. col. eod. loco, di-
cens, quòd ex iure patronatus præsentatio pertinet ad patro-
nũ, q etiam ibi dicit Phili. Franc. in ç. nn. ad quod etiam plu
res auctoritates allegari possent, sed gratia breuitatis dimit-
25 to. † Nec tunc ob. c. postulasti. in contrarium alle. quia ille
tex. non loquitur de præsentatione clerici ad perpetuum be-
neficium, de qua loquimur nos, & de qua loquitur sententia
prædicta, sed loquitur de præsentatione quadam, quæ fit per
rectorem

26 rectorem ecclesię de aliquo ordinãdo ad tit.ecclesiæ suę: †cũ
aliàs episcopus non possit quem sine titulo ecclesiæ ordina-
re, prout ibi declarat Abb.in primo not.dicens, ꝙ sic præsen
tatus solùm ex eo consequitur alimenta, non aũt perpetuum
beneficium, & ita etiam declarat Roch. de Cur. in prædicto
tracta.de iure patro.super versi.competens alicui.in 25.q.&
quia hoc satis clarum est, non insistam vlterius super eo.
Vel secundò ad primũ fundamentum respõdetur, & tolli-
tur omnis difficoltas; quia esto, sine præiudicio veritatis, ꝙ
ius præsentandi aliquo m õ considerari possit absq; iure pa-
27 tronatus, †tũ in dubio semper, vbi de præsentatione fit men
tio, si aliud non appareat, debet intelligi de illa præsentatio-
ne, quæ ex vi iuris patronatus competit, quæ propriè præsen
tatio appellatur, vt clarè constat ex his, quæ supra dicta fue
runt pro ista parte in tertio, & aliis sequentibus fundamen-
tis. Non ob.modò, ꝙ secundo loco allegabatur de pluribus
collationibus olim factis per Abbatem, & monacos prædi-
ctos; quia primò respõdetur, ꝙ quicquid ex dictis collationi
bus inferri possit, non est considerandum: cũ ex post super-
uenerit sententia, quæ declarauit, ad prædictum Abbatẽ per-
tinere ius præsentandi, & sic etiam ius patronatus, secundũ
quòd supra deductum fuit, cui sententiæ cum in rem iudica
tam transierit, omnino est standum, vt etiam supra diximus.
28 †Et sicut si per sententiam esset declaratum, quem non ha
bere ius patronatus, illi standum esset, & ille talis non dicere-
tur patronus: ita per contrarium in casu nostro sentẽtię de-
claratoriæ iuris patronatus standum est, & facit, vt Abbas di-
catur patronus, com pro sententia semper sit præsumendũ,
c.in pręsentia.de renũ.& no.in gl.fi.in fi.in l.Herẽnius, §.Ca
ia.ff.de enic.cũ si.& ita firmat do.Pau.de Cittad.in trac.de iu
29 re patr.in vlt.parte, in versi.8.mõ puto perdi &c.† Secundò
etiam, & clarissimè respondetur, ꝙ ex collatione vna vel plu
ribus, quas facit patronus, non præiudicatur in iure patrona
tus, vt est tex.apertus, & ibi tradunt Abb. & alij in c.fi. de iu-
30 re patr. & ibi per doc. ponitur ratio. † Nec prædictis ob.re-
gula illa, via, quam elegisti, tibi pateat &c. nec etiam regu-
la l.fi.C. de codicil. quæ i contrarium allegatę fuerunt. quo
niam respondetur, regulas prædictas ꝓcedere, quãdo ex plu
ribus remedijs nobis competentibus alterũ eligimus; et. n.
tunc stare debemus, & alteri dicimur renunciare, maximè si
erant incompatibilia, ut i iuribus in contrarium alleg. ad qđ
etiam facit l. ꝙ in hęredẽ.§.eligere.ff. de tribut. quod i casu
31 nostro uerificari nõ potest; † quia cũ Abbas esset patronus,
ut postea per sententiam fuit declaratum, secundũ ꝙ supra
fuit deductum, ei nullo modo competebat collatio, seu insti
tutio, quę solùm ad ordinarium pertinet, ut per Abb.in d.c.
auctoritate. de institut. Et ex his patet etiam responsio,
si allegaretur, ꝙ etiam post prædictam sententiam de an-
no 1517. quidam Abbas S. Iustinæ contulit prędictam ec-
clesiam cuidã do. Herculi Fregosio: quoniam posito ꝙ illud
sit uerum i facto, prout forsitan allegatur, quod tamen apud
me non est certum, respondetur, ꝙ ex tali collatione nõ pręę
iudicatur iuri patronatus p prædicta, eo etiam addito, ꝙ il-
le Abbas fortasse erat ignarus de iuribus monasterij, & ideo
32 eis renunciasse nõ dicitur; † quia nunquam quis dicitur re
nunciare iuri, quòd sibi competere ignorabat. l. mater dece-
dẽs.com si.ff.de inoffi.testa. Et ubi etiam sciuisset, non po
tuisset iuribus monasterij pręiudicare per iura uulgaria. Istis
tamen i casu nostro nõ indigemus; quia in terminis, ꝙ iuri
patronatus nõ pręiudicetur, est casus apertus in d.c.fi.& ibi
pleuè per doc.de iure patro. Demum non obstat quod ulti-
mo loco allegabatur de nõ factis pręsentationibus; quoniã
33 respondetur, illud nõ obesse monasterio, nec ius patronatus
ei competens dicitur perditum, † attento quòd uerè nõ fuit
negligens in pręsentando, sed potius dicitur impeditũ fuis-
se, nam de anno 1512. per Cardina. de Foscaris fuit fa-
cta collatio dictæ ecclesiæ, seu institutio cũ derogatione iu
ris præsentandi, quæ derogatio etiam postea facta fuit per sũ
mum Pontificem, quando de anno 1517. fuit data ista eccle-
sia do. Andreę Marcello, & ꝓpterea istis casibus, & tempo
ribus non potuit Abbas prædictus præsentare, meritò ei ni
hil imputari debet, nec ex eo dicitur ius suũ perdidisse, iux-
ta gl.in versi.in triũ.in c.com ecclesia Sutrina. de causa pos.
& proprie.& ibi tradita per doc. non.n. potest dici negligẽs,
34 non valens posse aliquid agere, vt de se notum est. Alijs ve-
rò temporibus pręsentationem facere nõ oportebat, cum ec-
clesia non vacaret, & ideo ex eo quòd non præsentauit, nõ di
citur ius suum perdidisse, iuxta l. in filijs. in fi.& quæ ibi no.
35 Bar.C.de decur.lib.10. † Sic etiã in simili dicitur, quòd qui
non vtẽdo seruitutẽ non perdit, quando nõ expediebat vti,
vel erat impeditus. l.si locus.cum si. ff.quemadmo.ser.amit.
Eo addito, ꝙ iste Abbas aliquando fuit suo iure præsentã
di vsus in eo, quod occurrit, quando de anno 1518. pręsenta
uit ad capellam, vel clericatum in d.ecclesia vacantem, vt su-
pra dictum fuit. Et etiam nuper, com intellexerit dictam ec-
clesiam vacare, præsentauit, adeo ꝙ non potest dici fuisse in
36 aliqua negligentia. † Et plus etiam dico, quòd per negligen
tiam patroni in pręsentando infra statutum tẽpus ei nõ prę
iudicatur, nisi pro illa vice, saluo sibi in cęteris suo iure patro
natus.c.1.de supplen.negli.pręlat.c.com propter, & vtrobi-
que doc.de iur.patrona.& in c.quoniam, & in c.eam te.eo.ti-
tu. cum si. Concludatur itaque ex omnibus prædictis, Ab-
batẽ, & monasterium. S. Iustinæ habere ius patronatus super
prædicta ecclesia. s. sanctæ Mariæ de Macerata. Laus Deo.
Maria.Soci.Senen.patritius Padueę legens 1542.

SVMMAE.

De argentifodina in feudo feudali cuius sit.
Et de siluis in territorio castri feudalis, ad quem spectent
si argentifodina sit domini.

1 *Lapidicina, & argentifodina, an comprehendantur in concessio-
ne alicuius loci facta recepto pro eo precio.*
2 *Feudũ si ematur ab Imperatore cum iuribus, & pertinentijs suis
in quo sit nemus, & etiam argentifodina, dominus argentifo-
dina potest vti dicto nemore pro eius necessitate, reliquum est
emptoris feudi.*
3 *Pertinentiarum appellatione quid veniat.*
4 *Vsufructuarius nemoris potest ligna incidere, & ea vendere.*
5 *Vsus dicitur seruitus personalis: quia à re personæ debetur.*
6 *Vsuarius nemoris potest pro vsu suo tãtùm ligna incidere, & etiã
vendere, si eis vti non potest ob loci distantiam, aliter non.*
7 *Vsufructuarius, & vsuarius, in quo differant.*
8 *Glo. dictum debet intelligi secundum legem quam allegat.*

CONSILIVM CVI.

*Dirigat Dominus verba mea in viam
veritatis, & iustitia.*



INSPECTIS his, quæ abunde, & elegãter
deducta sunt p clariss. cõsultorẽ dominũ An
toniũ Quettã, mihi vti fratrẽ maiorẽ, & ho-
norã. Et p̃suppositis in facto veris omnibus
quæ in eius cõsilio præsupponuntur, placet
mihi mirũ in modum vti iuridica, & ęquis-
sima cõclusio p suã excellẽtiã firmata, vt scilicet nemora, de
quib. agitur, pertineãt ad istos Illustr. nobiles de Valisperg, &
nõ ad Vicariũ regię maiestatis sup argẽtifodinis, seu eius mi
nerijs cõstitutũ, excepto tamẽ ꝙ p̃dicto Vicario debet licere
pro vsu, & necessitate prædictarũ minerarũ vti dictis nemo-
ribus siue siluis, secũdũ quod in fine sui cõsilij declarauit ex
1 cellẽtissimus Consultor. † Et hoc præsuppositu, ꝙ prædictæ
mineræ, siue argentifodinę nõ intelligãtur vnà cum alijs bo
nis cõcessæ pręddictis nobilibus. De quo tamen posset proba-
biliter dubitari, per ea quæ tradit Pau. de Cast. in consi. 353.
cõmodũ. lib. 1. in nouis, & Matthe. de Affl. in c. 1. super ver.
argẽtariæ. 2. col. ver. itẽ quęro, pone quòd princeps. in ti. quę
sint regal. cum concor. vt per do. Consulentem, ad quod po-
test addi tex. in l. in lege fundi venditi. ff. de contrahen. emp.
vbi rectè intuenti probatur, quòd in concesione alicuius lo-
ci,

ei recepto pro eo precio censentur cócessæ etiam lapidicinę
& per similitudinem, & cũ maiori ratione etiam argentifo-
dinæ, & similes, iuxta l. diuortio. §. si vir in fundo. ff. solu. ma
tri. nisi fuerint particulariter exceptæ. Quinimo si exceptæ
fuerint, exceptio restringitur solùm ad eas, quæ tunc tempo-
ris apparebant, & non procedet in his, quæ post multũ tem-
2 pus repertæ fuerint, vt ibi dicitur. † Reiecta tamen ista du-
bitatione, & præsupposito, q istæ argentifodinæ concessæ nõ
fuerit quancunque ratione id euenerit, puto vnà cũ do. Cõ-
sultore nemorum, & siluarum vsum solùm, & duntaxat pro
necessitate talis argentifodinæ pertinere ad prædictum vica-
rium. Abiude verò supra siluę, & nemora prædicta dicuntur
spectare ad prædictos nobiles de Valisperg. vigore emptitij
feudi illis per regiam maiestatem concessi, & dicuntur ipsa
nemora in d. cõcessione inclusa sub illis verbis, cum iuribus
& pertinẽtijs suis, cum si. iuxta tradita per Dec. in cons. 516.
quoniam causa ista, col. pe. cum cõcor. de quibus supra p do.
3 Cõsultorem, † quibus addo Bal. in consi. 468. qualiter pro-
bentur pertinentiæ. in fin. 1. col. 3. volum. repetito in 5. vol.
num. 445. vbi vult, q territorium alicui castro assignatum,
& quæ in eo sita sunt, veniant sub nomine pertinentiarũ, ete
nim in facto psupponitur, nemora, de quibus agitur, in terri
torio concessi castri reperiri, ergo &c. Ad idem allego Barb.
in consi. 57. clementissimum Deum. col. 10. ver. vnde nõ pos-
sunt dici pertinẽtiæ. 4. volu. qui dicit, q sub nomine pertinẽ
tiarum cõtinentur omnia corporalia, quæ in territorio repe
4 riuntur. † Sed dicet aliquis, q si concedimus vsum siluarũ
prædicto vicario pro d. minerijs, videtur, quòd eũ æquipare
mus fructuario, & consequenter videtur, q liberè de omni-
bus fructibus siluarũ incidendo, & vendendo disponere pos
sit, put de hoc videtur tex. in l. diuus. in princ. & ita videtur
gl. ibi intelligere ff. de vsu & habi. Nec videtur bona respon
sio data supra per do. Consulentem, dum concedit, illud esse
verũ, quando alicui siluæ vsus simpliciter relinquitur nullo
habito respectu, in casu verò nostro dicitur concedi vsus re-
spectu minerarum, & argẽtifodinarum, meritò ipse vsus de
bet à necessitate ipsarum regulari; quoniã videtur, quod etiã
ibi vsus sit considerandus respectu personæ, cui relinquitur,
5 † cũ vsus dicatur seruitus personalis; quia. s. à re personæ de
betur l. 1. & ibi glo. declarat. ff. de serui. titu. generali, & sic vi
deretur, quòd etiam ibi deberet restringi ad necessitatẽ per-
sonæ, q tamen videtur contra illum tex. cum glo. Sed tamen
hoc non ob. verissimam arbitror conclusio. supra firmatam,
& similiter etiam solutionẽ do. Consulentis in parte illa, dũ
dicit, in casu nostro vsum siluarum regulandum, & restrin-
gendum esse ad necessitatem argentifodinarum per deducta
per eũ, quę optimè cõcludunt, sed quatenus in solutione con
6 cedebatur contrariũ in casu d. l. diuus. † arbitror melius pos-
se dici, vt. s. etiam illo casu vsus siluę restringatur ad necessita
tem personæ, & sic quòd poterit ille facere incidi ligna tan-
tùm pro suo vsu, vel etiam vendi, si forte eis vti nõ poterat
loci distantiam, & istud forte uoluit ibi glosella in ver-
siculo siluę. dum dicit, procul forte remotæ, & ita in specie
declarat ibi Alb. de Ros. dicens, quòd bene æquatur fructua-
7 rio in hoc, quòd vterq; potest vẽdere fructus, & istud est, qď
voluit ibi tex. † sed tamẽ differũt: qa qui habet vsumfructũ
potest vẽdere totũ fructum, vt vtar verbis eius, vsuarius au-
tem illud solum vẽdit, quod est necessarium ad suum vsum,
& in hoc est specialitas in vsu siluæ; cum alius vsuarius vẽde
re non possit, ut insti. de usu & habi. in fi. princ. Et ubi rectè
ponderetur glo. 2. ibi in contrarium alleg. forte aliud voluit,
considerando, quòd alle. l. fundi. in prin. eo. ti. ubi solùm de-
betur pro necessitate personæ quolibet anno, licet forte talis
8 necessitas totũ fructum consumeret, † dictum. n. gl. debet in
telligi secundùm l. quam alleg. iuxta doctr. Bar. in l. nõ solũ.
§. si liberationis uerba. ff. de lib. leg. Et licet in duobus alijs
iuribus alle. p d. gl. aliud sit, illud est ex qualitate pecunię, in
qua relictus est usus, ut in eis constat. Sed quicquid sense-
rit gl. ueritas est, ut supra dixi, prout per Albe. ibi declaratur.

Soci. nepos Paduæ legens.

SVMMAE.

De donante bona hæreditatis sibi delatæ, quòd dicitur
eam adire.

Et vtrum contrarium sit dicẽdum, si quo modo per prius
dixisset, quòd adire nolebat.

1 *Hæres hæreditatem defuncti dicitur adire, quando eius bona do*
nat, seu cedit.
2 *Donatio, vel cessio de re aliena non valet.*
3 *Aditio an inualidetur ob protestationem de non adeundo, & in*
frà nu. 4.
4 *Ius protestationis tollitur per actum protestationi cõtrarium, &*
infrà nu. 6.
5 *Hæres de non adeundo protestans, cõtrahendo, à protestatione re*
cedere dicitur.

CONSILIVM CVII.

Dirigat Dominus verba mea in viam
veritatis, & iustitiæ.



ABVNDE satis, & quam doctissimè absoluta
fuit præsens cõsultatio per excellentis. aduo
catos Aretinos, & Florẽtinos, ita vt additio-
ne aliqua nõ sit opus, & ideo de subscriptio-
ne requisitus non instabo in cõprobationi-
bus, quod etiã faciam ex eo, quod hic Senia
quasi in transitu extra libros meos reperior. Dico igitur vnà
cum prædictis Consultoribus, dominam Camillam filiã Ho
nofrij de Camaianis esse omnino absoluendam a petitione
contra eam porrecta per Nicolam de Maspinis, & quidẽ ex
pluribus causis, prout egregiè per excellentiss. dominum Au
gustinum Recuperum aduocatum Aretinum deducitur in
primo eius consilio, & præsertim per regulam illã, quem de
euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, vt
per eundẽ ultimo loco allegatur, & plenius ostẽditur per cla
rissimum aduocatum Florentinum dominũ Bardum Alto-
uitam, mihi vti fratrem honoran. dico. n. vnà cũ prædictis
Cõsultoribus prædictum Nicolã agẽtem fuisse, & esse hære
dem do. Mariotti, a quo domina Camilla rea conuenta cau-
1 sam habuit: † nam cum ipsi Nicolæ hęreditas prędicti domi
ni Mariotti esset delata, dr eam adiuisse bona dictæ hęredita
tis donando, seu cedendo; cum id fieri nõ potuerit citra ius
& nomen hęredis; quia aliàs donatio, & cessio non valuisset,
vti facta de re aliena, iuxta l. si auia. C. de iure deliberan. &
arg. l. illud. ff. de acquirenda hæredita. cum si. prout hæc iura
ad hoc in terminis nostris ita firmando alleg. Cor. in consil.
236. diligẽter consideratis 2. col. li. 4. Si igitur talis donatio,
seu cessio citra ius, & nomen hæredis fieri non potuit, sequi
tur, q per eam d. Nicolas dicitur hęreditatem sibi delatã adi-
uisse, iuxta l. pro hęrede §. Papinianus. ff. de acquirenda hæ-
redita. cum similibus, & pulchrè tradunt Bartol. & alij, pro-
2 ut per dominos Consulẽtes supra deductum fuit. † Nec istis
obst. q Nicolas videatur habuisse animum non adeundi, pro-
ut videntur deponere duo testes nouiter examinati, vt sic vi-
deatur d. Nicolas protestatus fuisse de non adeundo, ob quã
protestationẽ dicatur postea inualida aditio p eũ facta l. qui
in aliena. §. Celsus. ff. de acqui. hęr. qm̃ respondetur pluribus
modis, ut pulchrè deducitur per prędictũ excellen. aduocatũ
Aretinum in suo 2. cõsilio. Et omisso eo, q dicitur, testes prę
dictos in eorum depositionibus prędictam protestationem
concludenter non probare, cum alijs quæ contra eorũ depo
sitiones dici possent, & quidẽ iuridicè, ut in prędicto secun-
do consilio deducitur. Prima responsio per prędictũ do. Cõ
sultorẽ tradita mihi uidetur clarissima, & concludentissima.
Posito enim q protestatio prędicta cõcludẽter probaretur;
nõ tamẽ in casu isto releuaret, sed ab ea diceretur recessum,
seu illa diceretur nu:liter facta: cum eã secutus fuerit actus
contrarium de necessitate importans s. donatio, seu cessio de
bonis prędicti olim Mariotti, & de iuribus ad d. bona com-
petentibus, ut in instrumento cessionis apertè dicitur.

3 † Et

3 †Et non est dubium, q per actum cõtrarium protestationi tollitur ius protestationis, vt d.l. pro hærede.§.Papinianus,
4 ibi declarant oẽs scribẽ. de acquirenda hæreditate.†Nec obstat, quod habetur in dicto §.Celsus, vt supra in contrarium pódetabam, quoniam respondetur, & aduertendum est, quia aliquando quis protestatur, se nolle adire, & adit, & tunc potest procedere d.§.Celsus.& quod ibi doctor.dicunt,& quod tradit Barto.in l.nõ solùm.§.morte. circa protestationẽ animi nostri declaratoriam.ff.de noui operis nunciatione.& tũc ratio est; quia ille actus protestationi contrarius, scilicet aditio per ipsum solum protestantem geritur,& ab eius sola voluntate pendet, & cum alio non communicatur, vt est de intentione Bar.& aliorum in d.§.morte. quarta col. Aliquando verò post prædictam protestationem per protestãtem fit actus, qui nõ põt fieri citra ius,& nomẽ hæredis, & est actus qui cum alio communicatur, geritur tamen liberè, & ex propria voluntate,& non aliquo timore, vt est donare, aut cedere bona, vel iura hæreditatis, prout ꝓpriè accidit in casu nostro,& tunc nõ obstante protestatione præcedenti inducitur aditio hereditatis,& a tali protestatione dicitur recessum, vt tradũt Bart & alij per illum tex. in d.l.Papinianus.idẽ Bar. in d.§. morte.4.col. vbi expresse dicit, q d.§. Celsus.debet intelligi, quãdo post protestationem quis simpliciter adiuit,
5 cum nemine contrahendo. . † Sed quando vt hæres cum aliquo contrahit, dicitur a protestatione recedere,& inducitur aditio, vt per eum, qui etiam ad hoc allega.c.solicitudinem. de appella. & cap.j.de eo quod me. cau. & hanc opin firmat egregiè Bal.in consil.penul. quãdo institutus hæres,& in cõ
6 si.fi.lib 1.†vbi etiam latius loquendo concludit, quòd quando actus sequens est contrarius protestationi, per eum dr̃ indistinctè a protestatione recessum, vt per eum, prout hæc per domi. aduocatum Aretinum declarantur. Qui etiã alia deducit, ad quem me refero. Et si prædicta procedunt, quando de protestatione expresse appareret, vt per doc. præalleg. fortius hoc dicendum est in casu nostro, in quo non reperitur facta expressa protestatio, sed tãtum per interpretationẽ verborum videtur colligi, tametsi negari possit, verba aliqua concludenter probari, ex quibus talis protestatio colligi possit, vt pulchrè per prædictum do. Consultorẽ deducitur, & ego gratia breuitatis dimitto. Et eius conclusionem in hoc verissimam arbitror, vt scilicet domina Camilla rea conuenta veniat absoluenda, non obstantibus his, quæ per illos duos testes nouiter deposita sunt. Ad cuius comprobationem nõ nulla scripsissem, si inter libros meos fuissem,& temporis angustia nõ prohibuisset, sed pro nunc sufficiat sic simpliciter comprobasse,& offero me paratum alia deducere, si qua detur opportunitas. Laus Deo.

Mari.Soci.iunior iurisconsu.Paduæ legens 1541.

C A S V S.

Illustr. quondam Alfonsus de Aragonia dux Gandi, de anno 1507. fecit donationem quandam inter viuos plurium castrorum, & locorum suorũ cuidam Vgoni nepoti eius ex filia per ista verba, videlicet, vobis egregio Vgoni de Cardona nepoti nostro admodũ dilecto, & filijs vestris masculis legitimis,& naturalibus, scilicet primogenito vestro,& deinde vni post alium successiuè secundùm ordinem geniturę, si absque filijs masculis legitimis, & naturalibus, vel cum talibus filijs, qui non peruenirent ad ætatem testandi euenerit ipsos mori &c. cum pluribus alijs pactis, & conditionibus.

Et inter cætera, q si d. Vgo sine filijs masculis legitimis & naturalibus, vel cum talibus, qui non peruenirẽt ad ætatẽ testandi, hoc est 20.ann. quãdocunque decesserit, in vtroque casu ex prædictis Alfonsus de Cardona eius frater similiter nepos donatoris dicatur in prædicta donatione substitutus.

Et similiter si d. Alfonsus decesserit, vt supra, Ioan. de Cardona tertius frater sit substitutus. Et si d. Ioannes decesserit, vt supra, substituit d. donator in prædicta donatione alios filios masculos legitimos,& naturales prædicti do. Ioannis comitis de Cardona patris prędictorum Vgonis, Alfonsi,& Io. similiter nepotes suos hac forma inter ipsos seruata, q maior dierum ex ipsis alijs præferatur.

Et si ista sine filijs masculis legitimis, & naturalib. vel cũ talibus, qui ad d. ętatem testandi non peruenerint, moriatur quandocunque in vtroque casu ex istis secundus natus succedat, & sic de alijs successiuè secundũ ordinem geniture &c. prout hæc, & alia plura in prædictæ donationis instrumento latius apparent, cuius copia transmittitur.

Hac donatione facta, longo post tempore prædictus Vgo de Cardona decessit superstite sibi Ioanne de Cardona filio primo genito, qui post 20. ann. suæ ætatis longo tempore uixit, & cum iam suscepisset filium Alfonsum, qui & ipse iam erat supra 20. ann. suæ ætatis vnà cũ prædicto Alfonso filio, & ambo simul de anno 1502. vendiderunt quædam bona, siue loca, vt asseritur, ex contentis in prædicta donatione cuidam domi. Ioan. Borgiæ nunc illustr. duci Gandię, seu matri eius, vt tutrici,& tutorio nomine ementi,& ita ex causa prædictæ emptoris prædictus illust. do. Ioannes dux Gandiæ ab illo tempore citra tenuit, & possedit prædicta loca pacificè, & quietè,& adhuc tenet,& possidet.

Decesserunt postea prædicti Ioannes pater,& Alfonsus filius venditores, superstite ex d. Alfonsus filio eius, & hærede illustr. do. Sancio de Cardona, qui prætendit venditionẽ prædictam per patrẽ,& auum eius in sui præiudicium fieri non potuisse, & ita postquam nemine citato, fecit se declarari successorem in dicta donatione, petijt à prædicto Illustr. Ioanne duce Gandiæ prædicta loca vt supra, vendita ad ea intentando rei vendicationem.

Ex aduerso verò illustr. Ioannes reus conuentus plura opposuit, ex quibus petijt se absolui, vt in ꝓcessu, & in suis exceptionibus manifestè apparet.

Quibus sic stantibus, quæritur de duobus.

Primò, vtrum prædictæ donationi dicatur iniectum tale vinculum, vt nũc eius virtute Illustr. dominus Sancius dicatur in donatione substitutus, & ad bona donata suo iure venire possit.

Secundò posito, sine pręiudicio veritatis, dictum vinculũ esse iniectum, vtrum illustr. Ioannes à Borgia dux Gandię eo non obstante possit aliquo modo se tueri in bonis per eum emptis in iudicio contra eum moto.

S V M M AE.

De quadam donatione facta à duce Gandiæ, quomodo.s. debeat interpretari.

An & quando filiorum appellatione cõtineãtur nepotes. Et an & quando filij positi in conditione dicantur vocati.

1 *Donatio facta alicui, & eius filijs masculis, an cõprehendat nepotes, & alios descendentes, & infrà nu. 15.*
2 *Donatio facta alicui, & filijs suis ordine successiuo facta intelligitur.*
3 *Per donationem Regiam alicui factam, & eius primogenito, & alijs successiuè omnibus primogenitis dicitur ex illo contractu ius quæsitum, quod reuocari non potest, vide infrà nu. 28.*
4 *Agnatio per masculos, & non fœminas conseruatur, & infra nu. 31. & 32. quomodo intelligatur.*
5 *Præceptum nudum de non alienando, licet non valeat, tamen si fiat de aliqua turri, vel fortalicio valet, vide infra nu. 33.*
6 *Filij positi in cõditione sub expressione masculinitatis, an censeãtur vocati.*
7 *Regula, quòd filij positi in conditione nõ censeantur vocati, an habeat locum in contractibus, & infra nu. 34.*
8 *Argumentum in contractibus valet à conditione à contrario sensu.*
9 *Interpretatio latissima in donatione fieri debet, intellige tamen, vt infrà nu. 39.*
10 *Res fideicommisso subiecta per legem prohibetur alienari.*
11 *Dispositio rerum suarum cuique libera esse debet.*
12 *Contractus ab initio est voluntarius ex post facto necessarius.*
13 *Hæres venditionem defuncti retractare non potest.*
14 *Hæres de euictione rei venditæ per defunctum tenetur.*

15 *Filiorum*

15 *Filiorumappellatione an & quando veniāt nepotes, maximè in contractibus, & infra nu. 19 & 21.*
16 *Verbum, filijs vestris, appositum in donatione, de quibus intelligatur.*
17 *Dictio, scilicet, est declaratiua, & restrictiua præcedentium.*
18 *Aetas testandi est ann. 14.*
20 *Filiorum appellatione veniunt filia.*
22 *Interpretatio latior fit in testamentis, quàm in contractibus.*
23 *Verba sic debent interpretari, vt intentioni proferentis seruiant.*
24 *Substitutio conditionalis conditione deficiente cessat.*
25 *Verba dispositionis sic debent intelligi, vt substitutio, vel eius cōditio verificari possit.*
26 *Hæredis appellatione omnes successores comprehenduntur.*
27 *Primogenitura ordo inter fratres propriè cadit.*
29 *Dictio, alius, importat simile.*
30 *Argui non potest ab vno casu ad alium, quando diuersa est ratio*
35 *Conditionum alternatiuorum vna adimpleri debet.*
36 *Dispositio non sortitur effectum, si conditio in ea apposita nō impleatur.*
37 *Dispositio in certas personas facta ad alias non trahitur.*
38 *Persona extrinsecus non subauditur.*
40 *Pro sententia in dubio præsumendum est.*
Substitutio habetur pro non scripta si substitutus ante institutū moriatur.
41 *Heres hæredis testatoris est hæres.*
42 *Inuentarium per hæredem factum in quibus ei prosit.*
43 *Inuentarium dolosè factum non prodest.*
44 *Quod semel placuit, amplius displicere non potest.*
45 *Sententia, quæ in rem iudicatam transiuit, ius facit.*
46 *Lex est, quod princeps vel Imperator cognoscens decreuit.*
47 *Sententia contra legem Regiam non valet.*
48 *Citatio dicitur esse fundamentum iudicij.*
49 *Citatio eorum, de quorum præiudicio agitur, debet in actu aliquo interuenire.*
50 *Citationem denegans defensionem denegare dicitur.*
Citatio est de iure diuino,
51 *Adam non prius fuit damnatus, quàm fuerit citatus.*
52 *Rei vendicationem proponens dominium probare debet.*
53 *Traditione rei facta per dominum dominium transfertur.*
54 *Alienationis prohibitio ex contractu proueniens, secundùm magis communem opi. dominij translationem non impedit.*

CONSILIVM CVIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitia.



VISO puncto cum alijs scripturis de Hispania ab illust. duce Gandię ad me transmissis, circa 1. q. uideretur prima fronte, & non plenè consideranti vinculum prædictum iniectum fuisse in fauoré prædicti illust. Sancij de Cardona, ita vt nūc ad petitionem bonorū, de quibus agitur, admittatur ex propria persona. Et istud primo loco videtur probari ex verbis d. donationis, dum dicit, vobis egregio Vgoni de Cardona &c. & filius vestris masculis &c. nam sub illis verbis, & filijs vestris, videntur com-
1 prehensi omnes descendentes prędicti Vgonis. † quia appellatione filiorū in dispositione filijs fauorabils veniunt nepotes, & alij descendentes, vt voluit Bar. in l. liberorum. 2. colu. ff. de verb. sig. & opi. Bart. sequitur, & asserit veram, & communem Alex. in consi. 9. nisis. 1. & 2. col. 1. vol, eam etiam sequitur dominus Mar. Soci. in consi. 14. sequendo ordinem. in 1. q. vbi latè discurrit, & do. Bart. eius filius, mihi patruus, & præceptor in cōs. 90. abunde, & subtiliter prope. fi. 1. vol. Cor. consil. 107. de pluribus. 7. & 8. col. 2. volu. sequitur etiá Ias. in l. Gallus. §. instituēs. 5. & 6. col. ff. de lib. & posthu. & in consi. 52. Ioannes Bartho. 3. col. 3. volum. vbi asserit ita communiter teneri, quod etiam sequitur Deci. in consilio 521. in casu proposito. 2. col maximè quando dispositio de filijs confertur in futurum, & in incertum euentum, prout etiam in d. casu tenuit Imo. in d. §. instituens, & Ang. Are. in §. fi. institi. qui testa. tut. da. pos. & ad hoc plures alij allegari possent,
2 quos gratia breuitatis omitto. † Cū igitur illust. do. Sancius sit pronepos pędicti do. Vgonis de Cardona, videtur, q̄ fuerit cōprehensus sub illis verbis, & filijs vestris &c. vt sic dicamus fuisse factam donationem prædicto Vgoni, & eius filijs, nepotibus, pronepotibus, & deinceps, ordine tamen successiuo, arg. not. in d. l. Gallus. §. quidam rectè. de liber. & posthu. vnde cum alij antecessores illust. do. Sancij decesserint, videtur quod bona donata ad eum de iure spectare, & pertinere debeant. Secundò hoc idem probari videtur alio fundamento; nā in d donatione post illa verba, & filijs vestris, subditur, videlicet primogenito vestro, & deide vni post aliū successiuè &c. quæ verba vidētur debere intelligi, hoc est de primogenito in primogenitū ordine successiuo; cum. n. sub d. verbis, & filijs vestris, videantur comprehensi omnes descendentes in verbis illis seq. videtur illud declarari, vt. s. itelligatur de primogenitis, vnum. s. post alium successiuè vocando. Quare cum illust. do. Sancius sit primogenitus illust. do. Alfonsi primogeniti illust. Ioánis, qui fuit primogenitus illust. do. Vgonis primi donatarij, videtur necessariò cōcludendū,
3 quòd nunc bona donata ad ipsum pertinere debeant. † & p̄ hac ratione optimè facit decis. Pa. de Cast. in consi. 160. in p̄senti causa, quæ vocatur &c. mihi. 9. col. versi. sed nos loquimur, dū ibi vult, q̄ in donatione Regia facta cuidam, & eius primogenito, & alijs successiuè, omnibus successiuè primogenitis dicitur ius quæsitū ex illo contractu donationis, & reuocari non potest, etiam ab ipso Rege donāte, nec à quoquá impediri potest, vt per eum, quem refert, & sequitur Deci. in cōs. 498. vilu casu p̄posito, 3. colum. versic. & ad cōfirmationem huius &c. licet allegan. Pa. erret i quia alleg. nu. 162. sic igitur in casu isto videtur dicendum de isto illust. do. Sácio, vt. s. sit ei ius quæsitum circa d. donationem tanquam primogenito illust. do. Alfonsi. Tertiò in eius fauorem facit; quia attento quòd in d. donatione, & in substitutionibus in ea factis semper fit mentio masculorū, & dicitur habitus respectus sexus masculini, ita vt fœminæ non sint vocatæ, non videtur illud factum alia ratione, nisi quia prudens ille donator voluit habere rationem agnationis d. donatarij, vt. s. me-
4 diantibus bonis donatis honorificētius conseruaretur, † cū per masculos, & non per fœminas conseruetur. l. pronunciatio. §. fi. ff. de verb. sig. prout hoc cōsideratum. fuit in multis Italiæ statutis, in quibus fœminæ propter masculos excludūtur à successione: nam ea sola ratione moti fuerunt statuentes, vt. s. dignitas, & honor familiæ & agnationis melius conseruetur, vt declarat Io. An. in addi. Spe. i tit. de succ. ab intes. super rubr. tradit Cy. post Ia. de Are. i l. 1. C. ad l. iul. de adul. Bal. in l. maximū vitium. C. de lib. præte. dicens istorum statutorum hanc esse vnicam rationem, & in consi. quod incip. Martinus. Io. de Florētia, impresso inter cōsi. Ang. nume. 68. com multis concor. vt per Deci. in consilio 227. in casu ad me transmisso. 3. col. in prin. & per And. Barba. in consil. 75. illud in medium afferam. 2. col. 3. vol. & in consi. 37. clementissimum Deū. 11. col. 4. volu. & plenè per Alber. Bru. in tracta. de statu. excluden. fœmi. propter mascu. in 3. arti. princ. vnde videtur, quòd cum solus illust. d Sancius sit, in quo residet nomen, & honor agnationis p̄dictæ de Cardona, debeāt bona prædicta ad eum omni iure pertinere, vt sic per ea ho-
5 nor d. agnationis melius conseruetur. † Et ista ratio videtur confirmari ex qualitate rerum donatarum; sunt. n. castra, & alia loca magni precij, nam ex tali quantitate inducitur præsumptio, quòd donator illa donauerit; vt cū eis agnatio prædicta de Cardona conseruetur, & defendatur, sicut videmus q̄ licet nudum præceptum de non alienando nō valeat, iuxta l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. 1. tamen si fiat tale præceptū de tueri, vel de aliquo fortilicio valebit: quia censetur factū gratia agnationis conseruandę, & defendendę, vt ibi tradunt doc. maximè Alex. & Ias. & ibi ego plenè dixi in 2. not.

Quartò ista opi cōfirmatur: quia cum prædictus donator in donatione illa ipsi Vgoni, & descendentibus substituerit, si decesserint sine filijs masculis, certè filij prædicti positi in
6 conditione debent dici in casu illo vocati; † nam licet alias

dici soleat , & sic communis opi.φ positi in conditione non
censentur per disponentem vocari, vt post glo. tradunt Bart.
Bal Imol.Pau.de Cast.& alij in l.Lucius.la.2.ff.de hæ.insti.
& est gl. etiam communiter approbata in l.ex facto.§. ex fa-
cto.ff.ad treb. vt ibi per Ale & tradit plenè dominus Soci.in
l.cum auus.col.7 r. & seq.ff.de cõdit.& de.cum infinitis alijs,
qui alle.possent: tamen in casu debent dici vocati duplici ra
tione. Primò : quia illa communis opi.debet limitari, nisi
ponantur in conditione sub expressione masculinitatis: tũc
enim cum solos masculos posuerit in cõditione ad exclusio
nem substitutionis,& non fœminas, dicitur inter eos fecisse
differentiam,quæ certè non esset,si esset reseruatum ius legi-
timarum hæreditatum; vt vult illa communis opi.sic intelli
gendo d.l.Lucius in fi.& ideo sequitur,quòd masculi in con
ditione positi dicãtur per disponentem vocati,& ita à fœmi
nis differant.hanc limitatio. posuit primò patruus, & dom.
meus Soc.in consi.116.in causa filiorum.5.col. ver.sed con-
tra hoc posset ingeniosè.3.vol.illã etiã tradit Guid.Papa. in
q.184. in illa q. qua quæritur . & Deci. in l.j.in vlt.no.C.de
pac.& in consi.270.dominus Raynal.3.col.in consil.518.in
causa istorum.1.col.& in consi.546.consului iam, & Cur.iu
nior in d.l.j.4.col. & in consil.113. pro resolutione 3.co. li-
cet nullus istorum de Socino faciat mẽtionem excepto Deci.
in d.consi.546.sed isto casu filij Vgonis,& suorũ descenden
tium sunt positi in conditione expressa qualitate masculini-
7 tatis,ergo &c. † Secundò: quia prædicta regula , & commu-
nis opi.non videtur habere locum in cõtractibus,sed solùm
in vltimis voluntatibus , prout sunt termini d.l. Lucius,&
gl.& doc.ibi, at in contractibus filij positi in conditione vi-
8 dẽtur positi in dispositione;†quia in contractibus licet sume
re arg.a conditione a cõtrario sensu,vt sic dicamus, dum di-
citur,si sine filijs decesserit &c.ergo si cum filijs decedat,filij
videntur vocati,vt videtur voluisse Ias.per illum tex.in l.pe-
cuniam,5.col.ver.2. vltra alios.ff. si cer.pet. pro quo etiã in-
ter cætera all.l.inter socerum.§.cum inter.ff. de pact. dota.
qui videtur bene facere ibi, id actũ inter contrahentes uide
tur &c.Ad quod etiam videtur bo.tex.in l.si ita stipulatio. in
prin.ff.de ope. lib.nam & ibi ex conditione inducitur dispo
sitio.Cum ita in casu nostro simus in contractibus, verba illa
conditionalia,si sine filijs masculis decederent, debent indu
cere hanc dispositionem,vt si tales filij extent,dicantur voca
ti ad bona donata,& ideo cum illustr.do.Sancius vti filius il
lust.Alfonsi videatur positus in conditione, debet dici voca-
tus;cum simus in contractibus, vt dixi , & maximè quia fuit
9 expressa qualitas masculinitatis, vt dictum est . † Et demum
in fauorem eius facit;quia cum simus in donatione,& sic in
beneficio,debet fieri latissima interpretatio: vt plenius valeat
longiusque perduret, iuxta mentem donatoris,arg.l.fi.ff.de
consti. princ.& quæ ibi dicunt doc. & est tex. in.c. cum di-
lecti in fi. vbi doc.no. extra de dona. Cum igitur donatoris
mẽs apparere videatur,vt donatio prædicta dicatur facta fa-
uore agnationis de Cardona,& eius primogenituræ, videtur
satis conueniens, ut sic interpretetur in suis verbis,φ illust.
do.Sãcius sit proprio iure vocatus ad prædictas res donatas,
& sic φ tales res fuerint subiectæ restitutioni, meritò vr̃ , φ
alienatio bonorum in donatione contentorũ nõ valuerit in
10 præiudicium prædicti illust.do.Sancij, † sicut dicimus, qñ
res aliqua est subiecta restitutioni ex causa fideic. nam per l.
prohibetur alienari,vt in auc.res quę,cum sua materia. C.cõ
mu.de leg.& si alienetur , nullo modo valet in præiudicium
eius cui erat restituẽda, vt l.fi.§.sinautẽ sub cõditione. co.tit.
& traditur per doc. in d.§.diui.vbi etiam de hoc videtur tex.

Istis tamen non obstan. contrariam opin. probabiliorem
arbitror,& vti de iure veriorem amplector,concludendo, φ
immo in proposito nõ reperitur vinculum aliquod iniectũ
rebus donatis , propter qđ alienatio per prædictos illust. Io-
annem,& Alfonsum de Cardona facta prædicto illustr. Ioan
ni a Borgia nunc duci Gandiæ , debeat , aut possit retractari
aliquo modo,seu inualida iudicari ad fauorem prędicti illus.
Sãcij de Cardona.Quinimmo debet talis alienatio firma, &
valida,prout semp fuit,cõseruari,excluso penitus à sua peti-
11 tione illustr. dom.Sancio prædicto † Et huius conclusio-
nis clarissimum fundamẽtum est regula iuris, qua dicitur, φ
cuique libera debet esse rerum suarum dispositio. l. in re mã
data.C.mã.§.sed & man.inst.de his qui sunt sui, vel alie.iu.
in l.2.ff.si quis à pat.fue.manu.& l.dudum.C.de contrahen.
emp.cum si.cum ergo prædicti Ioannes,& Alfonsus,& quili
bet pro suo iure vendiderit bona, de quibus agitur, debet ta-
lis venditio,si aliquid eam nõ impediat, valere,ita vt retracta
12 ri nõ possit: † quia licet ab initio quis vendere non cogatur.
l. nec emere. C.de iu. delib. tamen post factã venditionem
retractare illam non potest;quia contractus ab initio dicitur
voluntarius, ex post facto necessarius, vulgata.l. sicut ab ini-
13 tio.C.de act. & ob.cum si.de quibus ibi per glo. † Et quem
admodum ipsi Ioannes, & Alfonsus venditores retractare
non possent,si viuerent per prædicta, ita etiam prædictus il-
lust.Sancius eorum hæres non debet posse retractare, tex.est,
& ibi tradũt doc. in l.cum à matre.C.de rei ven.cũ concor.
14 de quib. ibi per.gl. † & cõ ipse Sancius vti hæres de euictio
ne teneatur, cum à vẽdicatione repellet illa regula, quem de
euictione tenet actio,eundem agentem repellit exceptio : vt
l.vendicantem.cum simili.ff. de euict. Tota itaque difficul-
tas pendet ex allegatis in contrarium,quibus resolutis,prout
infra optimè resoluentur, conclusio supra posita in fauorem
illust.Io.à Borgia ducis Gandię ꝓcedet de plano,& sine scru
pulo. Deueniendo igitur ad resolutionem contrariorum,
dico,quòd non ob.quod primo loco dicebatur,quòd illustr.
do. Sancius dicitur vocatus:quia illa verba,& filijs vestris,ẽt
illum comprehẽdunt: quia appellatione filiorum in casu no
stro veniunt omnes descendentes &c.quoniam respondetur
& de plano,omissa pro nũc illa longa, & dubia disputatione,
an. s. & quando filiorum appellatione nepotes contineãtur,
22 *Inuestitura inualida redditur,si causa,pp quā fuit facta,est falsa.*
23 *Legitimatio spurij si ex aliqua causa inualida ostendatur,non ualebit institutio de eo facta.*
24 *Inuestitura tanquam ambitiosa debet restringi ad eafum finem.*
25 *Inuestitura feudi alicui concessa semper intelligitur saluo iure tertij. & sine alterius præiudicio.*
26 *Inuestitura habet in se tacitam cōditionē a iure subintellectam, scilicet sine præiudicio iuris alieni.*
27 *Cambium,seu permutatio factum de feudo ad alium pertinente sine eius consensu pro non facto habetur.*
28 *Inuestitura facta filia post mortem patris de feudo,quod ad agnatos masculos pertinebat,nil in agnatorum præiudicium operatur,etiam si agnati sciant,& patiantur,dummodo aliter non cōsentiant,infrà nu.seq.*
30 *Inuestiri non potest aliquis de feudo,quod domino apertum non est,nisi de uoluntate eius,ad quem feudum pertinet.*

CONSILIVM CX.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitia.



IN præsenti consultatione circa 1.q. resolutio eius valde dubia primo aspectu vr̄. Prima enim consideratione vr̄ dicendū, Hieronymū, & Thomā de Saluaticis ad successionē feudi esse admittendos, & sic instè fuisse inuestitos de dicto feudo; nā cū sint nepotes,& consequēter ēt hæredes dominæ Isengardæ mediante psona Fráncisci eorū patris,filij, & hæredis prædictę Isengar-
1 dæ, † quia hæres hęredis primi defuncti dr̄ hæres.l.fi.& ibi
doc.C.de hære.insti.dicūtur nūc ipsam representare, & perinde de eis iudicandū est,ac de ipsa Isengarda iudicaretur, si uiueret;sed si ipsa uiueret,uidetur,q omnino esset admittenda:quia ex forma inuestituræ,de qua in puncto,licet fęminæ extantib.masculis non admittantur:tamen deficientib. masculis admitti debent, vnde cum in proposito casu per mortem Iulij totaliter masculi defecerint, domina Isengarda si uiueret,deberet admitti,& ita ēt videtur, q debeant admitti pręd[i]cti Hiero. & Thomas illā in hoc repræsentantes. Nec eis videtur obstare si dicatur, q D.Isengarda cū sua ,pgenie fuit aliàs exclusa a prædicto feudo p fratrē eius dñm Sulimanū,& similiter filij,& nepotes d.Isengardæ fuerūt postea exclusi per Io. Franciscū filiū dñi Sulimani, & per ipsius Do. Iu. Francisci filios, vt sic contra istos descendentes dominæ
2 Isengardæ dicatur, † q persona semel exclusa a successione
feudi,intelligatur ipsa cū omni sua posteritate exclusa perpetuò per tex.in c.1.§.quinetiam. in tit.episcopum vel abb. &
3 ibi dicunt docto.† Quoniam ad hoc videtur posse respondo-
ri, q cū domina Isengarda fuerit exclusa solùm propter existentiam masculorū,debet durare exclusio eius solùm,quatenus masculi durant, sed eis extinctis debet ipsa vel sui posteri posse admitti, prout firmat Mar.de Lau.post Iacu.de Bel. in d.§.quinēt.prope fi.dū reprobat intellectū Bal. ibi, & ita videtur probare tex. in c.1.de eo qui sibi vel hære.suis &c.in ver.non enim patet &c.dum dicitur, q non est locus fœminæ in successione feudi,donec masculus, superest &c.Sic ergo videtur ille tex. velle, q sublatis masculis,fœmina admitti possit, quamquā prius exclusa per masculū psupponatur.

Facit pulchra doctr.Bar.cōiter approbata in l.fi. in 1.q.
4 ff.ad Tertul.† dum concludit, q si statutum excludat fœmi-
nas,donec,vel quandiu masculus superfuerit,nō dicitur fœmina perpetuò exclusa,sed donec durēt masculi,eis aūt deficiētib,admittetur,licet prius per masculos fuerit exclusa, & hanc doctr.Bar.approbant,& sequūtur Bal.Pau.de Cast.Sal.

Alex

Ale.& Cor.in l.2. C.de lib.præt.Iaſ.poſt alios in l.Gallus.§.
& quid ſi tantũ.col.13.in 2.lec.ver.& iſta bene nota.in fi.ff.
de li.& poſt.cum multis cõcor.vt per Deci.in cõſ.87 Pro re
ſolutione caſus propoſiti. in fi.& per patruum, & dominũ
meum Soci.in conſil.92.Circa primum.10.colu.ver. circa
quartũ.1.vol.& in cõſ.76. Viſo teſtã.2.col.3.vol. ſic igitur
videtur dicẽdũ in propoſito noſtro.Et maximè quia hoc ni-
detur ſatis apertè expreſſum in inueſtitura,quãdo dicitur,ꝙ
ſic intelligantur vocati maſculi,& fœminę,vt exiſtentib.ma
ſculis fęminæ nõ ſuccedant,ſed deficiẽtibus maſculis fęmi-
næ ſuccedant &c.quæ verba vidẽtur importare, ꝙ ſi maſcu-
li,p quos fœminæ fuerunt excluſæ,deficiant,ipſę fęminę vo
centur,non obſtãte,ꝙ iam fuiſſent excluſæ.Prædictis tamen
nõ obſt.oĩbus diligenter conſideranda ſunt,puto aliam opin.
de iure eſſe veriorem, vt.ſ.prædicti de Saluaticis non debeãt
aliquo mõ admitti ad ſucceſſionẽ prædicti feudi.Et licet plu
rima poſſint deduci fundamẽta pro iſta opi.tamẽ gratia bre-
uitatis duo tãtum principalia deducam,quorũ quodlibet per
ſe ſufficit.Et primò pro hac concluſione clariſſimũ,ſolidiſſi
5 mũq; fundamẽtum eſt regula illa trita, & vulgata, ſ.† ꝙ fœ-
mina ſemel excluſa à ſucceſſione feudi propter exiſtẽtiã ma-
ſculorum dicitur perpetuò excluſa cũ oĩ ſua poſteritate, ut
ſupra ẽt dicebam,per tex.vbi de hoc eſt caſus in d.c.1.§.qui-
netiã.in tit.epiſcopum vel abb.& ita ibi intelligũt,& firmãt
And.de Iſer.ſummus feudiſta,Bal.& Iac.de Alu.ac ẽt D.Præ
po.qui reſpondẽt ad contraria,& dicit ita tenuiſſe Bar. in q-
buſdã conſilijs,vt per eũ: ſic ẽt firmat Io.Cal.in conſi.4. An
ſi feudum.ſub rub.de.feu.dicens,ꝙ ita voluit gl.in d.§.quin
etiam.ſic ẽt voluit Raph.Cu.in conſi.99.Quædam poſſeſſio
ſolita erat.2.col.ver.ad ſecundum.licet ibi contrarium dedu
cat.d.c.1.de eo qui ſibi,& hære.ſuis.Pau.de Ca.in conſ.mihi
217. Viſa ſupraſcripta facti narratione, & Alex. in conſil.
29.Quoniã abunde.3.col.ver.cõprobantur prædicta.li.1.&
ita hos omnes, & alios plures allegat hanc opi. velut cõem
firmando Cur.iunior in trac.feud.in 3.par.in q.27.Et ultra
allegatos per eũ,ita firmat Ful.qñ ſumus in feudo non cõdi
tionato,prout iſto caſu contingit in conſi.8.do.Petrus Lon
gui.Iac.Alua.in quodam ſuo cõſ.incip.Super caſu feudali.
circa med.impreſſo inter cõſ.Alb.Bru.nu.65.& Dom.Ioan.
de Scarampis in conſi.incip.Caſus,ſicut ex actis.7.co.ver.ꝑ-
terea, & ſi ſine præiudicio veritatis, ſimiliter impreſſo in-
ter cõſ.Bru.no.108.ꝙ ẽt voluit ipſe Alb.Bru.in conſilio 78.
Quia caſus iſte videtur clarus,poſt prin.& Bart.in cõſi.276.
Viſo caſu mihi exhibito.poſt prin.& cum iſta opi.tranſit ẽt
Matt.de Affl.in d.§.quinetiam.poſt Bal.& alios per eum rela
tos,idẽ ẽt voluit Dec.in conſi.309.Viſo puncto.2.colum.re
ferens dicta Bal.in d.§.quinetiam.& cum eo concludens, ꝙ
fęmina,quæ ſemel per maſculum fuit excluſa, erit in perpe-
tuum excluſa,ita ꝙ mors maſculi deinceps ei non patrocina
tur.Et licet Deci.ibi non exprimat de feudo,ſed loquatur in
ſucceſſione de iure cõi;tamẽ abſolutè idẽ,& multo magis ſẽ
tit in feudo,cũ moueatur per d.§.quinetiã.qui in feudo lo-
6 quitur.† Et præterea feuda regulantur de iure cõi,vbi exꝑſ-
sè contrarium nõ reperitur,ut tradunt gl.Bal.& alij in c.1.
de gra.ſuc.in feu.cum concor.ut p patruũ, & dominũ meũ
Soci.in cõſ.252.Viſis inſtrumẽtis.2.col.in prin.2.volo.& p
Cur.ſeniorẽ in cõſi.49.Memoriæ recolendæ.col.31.ver.&
facit ſm Alc.ab iſta ergo regula, & cõi opi.nõ eſt aliquo mõ
recedẽdũ,quicquid in cõtrariũ dixerit Mar.de Lau.poſt Iac.
per eũ allegatũ in d.§.quinetiã.Et ſic cõcludẽdũ eſt in ꝓpoſi
to noſtro, ꝙ cum domina Iſengarda fuerit ſemel excluſa pp
exiſtentiam maſculorũ, ipſa cũ oĩ ſua poſteritate debet dici
7 perpetuò excluſa.Et iuſtificatur iſta opi. † quia ius ſucceden
di,qd ei cõpetere poterat,fuit ſemel extinctũ in eius excluſio
ne.Meritò ergo non debet poſtea reuiuiſcere,arg.l.qui res.§.
areã.ff.de ſol.cũ ſi.quæ in propoſito alle. Matt.de Affl. in d.
§.quinetiã.poſt princ.& ideo in ꝓpoſito nr̃o dicebat Pet.de
Anch.in cõſ. mihi 220. Hæc qõ iam vulgaris dici põt, poſt
8 prin.† ꝙ omnis excluſio debet intelligi perpetua, vt per eũ,
ꝙ tamẽ debet declarari,niſi ex qualitate verborũ appareat tẽ
poralis,vt ex his,quæ ipſemet poſtea ſubijcit in d.conſ.perci
pi poteſt,ꝙ certè in caſu noſtro nõ cõtingit,cum ſimpliciter
fęminæ excludantur,pp exiſtentiã maſculorum. Confirma-
9 tur iſta opi.† Quia regula eſt,ꝙ contrariorũ eadem debet eſ
ſe diſciplina,vt per doc.in rub.ff.de acqui. poſ. vbi aliquãdo
10 eã plenius declaraui, † ſed ſic eſt, ꝙ ſi fęmina fuerit ſemel
admiſſa,perpetuò dicitur admiſſa,& nõ excludẽda pp ſuper
uenientiã maſculorũ ſm Iaco.de Bel.Nic.de Neapo & Bal. in c.
1.de eo q ſibi & hęre.ſu.& licet And.de Iſer. ibi cõtrarium
voluerit, tamẽ iſta opi.videtur magis cõis, prout aſſerit illã
ſequẽdo Cur.iunior. in trac.feud. in 3.parte,in q.28. ergo
eodẽ mõ p cõtrariũ ſemel excluſa perpetuò debet dici exclu
ſa,& nõ debet admitti,pp defectũ maſculorũ poſtea cõtingẽ-
tem,& ita de vno caſu ad aliũ p illã regulam arguit Curt.in
11 d.28.q.prope.fi. † Non ob.quæ ſupra in contrarium allega
bãtur,nã dũ in inueſtitura dicitur,ꝙ fęminæ ſuccedant defi-
cientibus maſculis,debet intelligi ab ipſo initio,quando.ſ.
aliquis moritur,vt.ſ.ſi cõcurrant ad eius ſucceſſionẽ maſcu-
li,& fœminę,fęminæ excludantur,ſed ſi non ſint maſculi,&
ita deficiãt,vocẽtur fęminę,nõ aũt debet intelligi,ꝙ poſtquã
fuerint excluſæ,debeant vocari,ſi maſculi deficiunt,& ita ꝓ
batur in c.1.§.filia.de ſucceſ.feu.vbi verba illa,ꝙ filia ſucce-
dat deficiẽtibus,ſiue non extantibus filijs,intelliguntur.ſ.ab
initio,quando de ſucceſſione agitur,vt ibi per doc.& per Pr ę
poſitũ in d.§.quinetiã.&(ni fallor)iſtud vr̃ importare ver-
12 ba illa,ſed deficiẽtibus maſculis fęminæ &c. † nam dicitur
deficere in propoſito noſtro, qui tpe, in quo de ſucceſſione
agitur,nõ reperitur,ſicut ẽt dicitur ceſſare,qui tali tpe nõ re
peritur,vt in auc.ceſſante.C.de leg.hęr & de ver.deficere eſt
tex.in l.2.ff.de præſcri.ver.& in l.2.ff.ſi quis aliq.teſt.probi.
13 † Et licet nõ me lateat,aliqñ deficere eum dici, qui deceſſit,
quando.ſ.talis oſtẽdatur loquẽtis intẽtio, vt §.hinc nobis. in
auc.de hære.& falc.ibi,deficientium,licet alibi,& forte me-
lius legatur,defunctorũ,tamẽ in propoſito noſtro nõ ſic pu-
to capiẽdũ verbũ illud,deficientibus.ſed capi debet ꝓ eo, ꝙ
eſt nõ exiſtentib.vt ſic defectus eorũ cõſideretur tpe,quo agi
14 tur de ſucceſſione feudi,vt ſupra dixi. Et ſi dicatur, † ꝙ ita
capiẽdo verba illa,ſed deficientib.&c. nihil vr̃ operari cõtra
l.ſi quãdo.de le.1.& c.ſi Papa.de priuil.li.6.ſp.n.sũt ſic capiẽ
da verba,vt aliquid operentur per dicta iura,vt declarat Bal.
in rub.C.de contrahen.emp.in 9.q.Reſpõdetur,ꝙ imo operã-
tur,& important, ꝙ vbi aliàs fęminæ ſunt incapaces feud.
c.j.de grad.ſucc.in feu.& c.1.§.filia.de ſucc.feu.cũ ſi.efficiũ
tur per illa verba habiles, & illis mediantibus,& ſic ex tali
pacto fęminę, vbi maſcoli deſint,poterũt admitti;nõ tamen
ex eo eſt inferendũ, ꝙ ſi maſculus poſtea decedat ẽt ſine ma-
ſculis,fęminę debeant admitti, quæ iam fuerũt excluſæ per
prędicta, niſi tamen talis eſſet fęmina, quæ maſculo vltimo
morienti ſit vniuerſalis hæres; tunc.n. bene poſſet admitti
ex forma inueſtituræ, de qua agitur, cũ ẽt extranei hæredes
15 vocẽtur,ſi deſunt deſcẽdẽtes maſculi,& fęminæ. Et ꝙ in ꝓ-
poſito verba illa,ſed deficiẽtib.maſculis,capi debeant,vt di-
xi,cõſtat ex ſequẽtib.verbis,& ipſius deficientib. ẽt extranei
&c.pari.n.mõ,& in eadẽ ſignificatione debet accipi verbũ
illud,deficiẽtib.in vno loco,quo in alio,ſumpto arg.a cõſue
tudine loquẽdi ipſorum cõtrahẽtiũ,arg.l.ſi ſeruus plurium.
§.fi.ff.de leg.1.ſed verbũ,deficiẽtib.ultimo loco poſitũ ad fę
minas deſcẽdẽtes relatum omnino capitur,hoc eſt, nõ exiſtẽ
tib.tpe,quo de ſucceſſione feudi agitur,ut patet; quia vocan
tur extranei hæredes,vt credo oĩbus eſſe clarũ, ergo eodem
mõ capi debet paulo ante,qñ refertur ad maſculos,& vocan
tur fęminæ,& ita in ſimili arguit Cor.in cõſi.162. Licet pri
ma fronte.2.col.4.vol. & hoc ego puto indubitatum in caſu
16 iſto.† Nec quicquã facit doc.Bar.in l.fi.ff ad Tert,eſto ꝙ ſit
vera,de quo ad pñs nõ diſputo;quia procedit, quando fœmi
næ non ſimpliciter excluduntur,ſed tpaliter,puta,donec,uel
quandiu ſuperſint maſculi,prout ipſe ibi, & qui ſequuntur
eũ,declarãt:ſi.n.ſimpliciter excluderentur exiſtentib.maſcu
lis,earum excluſio eſſet perpetua,ut ibi per eum, & per alios
in locis in cõtrariũ allegatis,ſed in caſu noſtro fœminæ ſim
pliciter excluduntur exiſtẽtib.maſculis,vt ſonant illa verba,
ita tñ ꝙ exiſtẽtib.maſculis fœminæ nõ ſuccedant, ergo &c.

17 † Non obst. c. 1. de eo qui sibi, & hęre.su.supra ĩ contrariũ
allegatum; quia ibi non ꝓbatur, ꝙ fœmina semel exclusa po
stea admittatur, prout ad illum tex.respondent Præpo.in d. §.
quinetiam. prope fi.& Cur.in d.trac.feu.q.xxvij.loquitur.n.
ille tex.de muliere tempore successionis excludenda propter
existentiam masculi,uel illi præferenda.& determinat eã ex-
cludẽdam,licet sexus fœmineus iam fuerit admissus: quia eo
non obstante quoties de successione feudi agendum est ma-
sculus fœminæ præfertur,& hoc modo debent intelligi illa
uerba,donec masculus superest &c.& sic importabunt tẽpo
ralitatem respectu temporũ, quibus de successione erit agẽ
dum,non aũt temporalẽ exclusionem fœminę, ne aliàs con-
18 tradicat tex.ĩ d.§. quinetiam † Pręterea ille tex.habet uarios
intellectus,ut ibi per doctor.maximè Præpo.meritò ĩ eo nõ
debet fieri fundamentum, iux.doctri.Bar.in l.in ambiguo.ff.
de reb.dub.& istud etiam uoluit Præposi.in d.§.quinetiam.
Cõcluditur ergo ex prædictis, istos de Saluaticis nepotes
dominæ Isengardæ ex eius persona ad feudũ nõ posse admit-
ti: cum ipsa semel fuerit exclusa a successione d.feudi,ut su-
pra dictum fuit.Sed ĩ d.feudo sicut in cęteris bonis successit
domina Victoria mater & hæres dñi Iulij ultimò sine libe-
ris decedentis, licet ipsa nõ sit de descendentib eius,attento
ꝙ ex forma inuestituræ ex defectu descendentiũ ẽt extranei
hæredes succedere possunt.Et hoc sit primum fundamẽtum,
ꝙ ꝑ se sufficeret,& cõcludentissimũ est. Secundum funda
mentum,ꝙ ẽt per se sufficit,& mihi uidetur indubitatũ,est,
19 † quia feudum,de quo agitur, fuit concessum ĩ effectu domi
no Ioanni Suliniano pro se, & filiis & hæredibus masculis,
& fœminis,ac etiam ꝓ hæredib.extraneis, ordine tamẽ suc-
cessiuo,declarando,ut supra dictum fuit.ita propriè impor-
tant uerba illa inuestituræ,uidelicet succedentib.in ipso feu-
do filijs,& hæredib.d.do.Ioannis &c.ex quo sequitur clara,
& uerissima doctorũ cõclusio, ꝙ eiusmodi feudum dicitur
omnino hæreditariũ saltem quantùm ad hoc, ut ad illud nõ
admittantur,nisi qui fuerint hęredes,ut uoluit Bal. in c.1.3.
col.uer.ex quo colliget tres casus , in tit. an agna.uel fil.& ibi
etiam Præposi.hoc declarat in iij.col. tradit Ias. ĩ l.ij.co.an-
tepe.in prin.C.de iure emphy.iunctis multis eius dictis præ
ceden.istud etiam uoluit Alexan.post plures ab eo relatos in
l.quod dicitur.la ij.in plurib.locis,maximè in xx.& xxj.col.
ff.de uerb.ob.& in consi. xxvi.Ponderatis his.nu.iij.li.v. Idẽ
uoluit Marti.de Lau.ĩ tract. de princi xx.conclusione,& De
ci.in cons.cxciiij.Viso tenore.ij.col.uer.secundò ĩ eadẽ inue
stitura,in cõsi.ccviii.nu.ix.Ias.ĩ.cõsi.lvij.ĩ causa mota.1.co.
1.uol.& declarat Cur. iunior ĩ tra.feu.car.viii.ij.col.& in cõ
si.1.facti cõtingentia.iii. col.nu.xi.& ante oẽs fuit hoc dictũ
Bar.in l.ut iurisiurandi.§.si liberi.ff.de oper.lib.& istud pro-
uenit ꝓpter illud uerbũ, & hæredibus, qđ aliàs nihil opera
retur contra.l.si quando.ff.de leg.1.cum si. ut per doc.ĩ locis
prædictis,maximè Alex.ĩ.d.l.quod dicitur.Et hoc multo ma
gis uidetur procedere in casu nostro, quoniã ex quo non exi
stentib.descẽdẽtib.hæredib.uocãtur ẽt extranei hæredes,a p
tissimè demonstratꝰ,ꝙ istud feudũ dicitur hęreditariũ perin
20 de,ac si fuisset dictũ,& ꝓ hæredibus quibuscunq;. † nã sem
per quando uerba inuestituræ sunt ita generalia,ut omnes,
& quoscunq; hęredes,cõprehendãt,feudũ dicitur hæredita-
riũ,vt uoluit Abb.in consi.30.Nitar in præsenti. in 3.dub.
2.vol.Alex.in consi.195.Perspectis instrumentis.3.col.6.
vo.& consi.7.attentis,& ponderatis.2.colu.7.vol.tradit Ias.
in vsi.feu.co.16.& 17.uersi.tertiò limitatur,& col. fi. versi.
feudum hæreditarium.Dec.in consi.78.Licet in casu.3.co.
in consi.185.in causa istorũ.2.col.& in consi.395. in causa
magnifici.1.col.& Cur.iun.in trac.feu.car. 44.col. 4.versi.
quartò signanter . Non potest ergo in feudo , de quo agitur
succedere,qui non sit hæres,sed in ꝓposito isti de Saluaticis
non sunt hæredes domini Iulij Sulimani nouiter defuncti,
21 ergo &c.†Et si dicãt,istud nõ esse necessariũ,sed satis esse, ꝙ
sint hęredes dñi Io. Sulimani primi inuestiti saltẽ mediate
hoc est mediante persona Francisci patris eorum,& D.Isen-
gardæ eorum auię paternæ,filiæ d.dñi Io.ut declarat D. Io.
Cal.in consi.13.concessum est. in fi.in tit de feu,uoluit Ale-
xan.in consi.16.ponderatis his.4.col.volu. 5.& Alb.Brun.
in consi.18.In cã uertente.4.co.uer. 3.quia præsupposito, &
alij plures,qui allegari possẽt.Respondetur, ꝙ istud eis non
patrocinatur,posito ꝙ sit verũ, sine veritatis ꝑiudicio ; quo-
niam probare deberent,ꝙ dña Isengarda prædicta fuerit hæ
res patris,ꝙ facere non pñt:qm̃(vt audio) illa nõ fuit hæres
D.Io.sui patris:quia ex forma statuti Patauini fuit exclusa a
paterna hæreditate ꝑ dñm Suliman.fratrẽ eius, & filium ma
sculum d.D.Io.primi inuestiti,& ita mihi in facto pręsuppo
nitur. Concluditur itaq; ẽt ex hoc secundo , & indubitato
fundamento, istos de Saluaticis ad feudũ,de quo agitur,non
esse admittendos,sed admissa fuit dña Victoria mater, & hæ
res dñi Iulij prędicti, ut supra dictum fuit , prout ipsa toto
tpe suæ vitæ istud feudũ possedit,& ea defuncta tale feudum
pertinet ad dñm Gasparẽ ab Horologio eius fratrẽ & hære-
dem vniuersalem,prout illud detinuit , & possedit secũdùm
ꝙ in puncto narratur.Hæc quò ad primã q.Circa 2.q. parũ
est insistendum:quia eius solutio sumitur ex ꝓdictis , nam si
isti de Saluaticis nullum ius dicũtur hr̃e circa d. feudũ, nec
ad eius successionem vocãtur , sed vocata fuit d. Victoria, &
post eã frater,& hęres eius sequitur,ꝙ inuestitura facta de il
lis,seu illis concessa dr̃ nullius momẽti,maximè in præiudi-
ciũ prædicti d.Gasparis.Et hoc probatur primò, quia sic in-
tellexit reueren.D.Hieron.Iustinianus, qui pro Reuer. Car-
dinale,& episcopo Paduano illã inuestiturã fecit. Secundò,
quia ẽt si nõ sic ille intellexisset,ita tamen ex iuris dispositio
ne deberet intelligi. Primũ ostenditur ex duob. & primò,
quia illa inuestitura facta est prætextu iuris, quod asserebañ
tur habere isti de Saluaticis in succes.d.feudi tanquã descen-
dentes ex dña Isengarda,propter defectum illorum de Suli-
manis,& sic vti de iure ad d.feudũ,seu ad eius successionẽ ad
mittẽdi fuerunt inuestiti,ut clarè constat ex ipsa inuestitura.
22 † Quo stante sequitur,ꝙ cũ cã ꝓp quam fuit facta inuestitu
ra,sit falsa,inuestitura ipsa redditur inualida , arg. l.si pater.
& q̃ ibi dñt doc.C.de hær.inst.sicut.n.ibi institutio facta de
aliquo vti filio nõ valet,si filius illi nõ sit,ita ĩ casu nostro in
uestitura facta istis de Saluaticis vti ꝑsonis, q̃ ad successionẽ
dicti feudi vocabantur,debet dici inualida,si ipsi non sũt ad
talem successionẽ vocati,ꝓut verè nõ vocãtur, sed fuit voca
ta Do.Victoria mater,& hæres domini Iulij Sulimani vlti-
mi decedentis , & post eam dñs Gaspar ab Horologio ipsius
dominę Victorię frater,& hæres,vt plenè dictum fuit supra
23 in 1.q. † Facit: quia si quis legitimat filium spurium, &
eum postea tãquam filium legitimatum instituat,instũ non
valebit,si de aliqua causa legitimatio ostendatur inualida,cũ
cã institutionis falsa reddatur , ita singulariter determinat
Pa.de Ca.post alios,quos all.in l.eam quã.2.col.ver.& ꝑ istã
l.&c.C.de fideicom.refert,& sequitur Ias.ibi.2.col.ver.& ꝑ
istũ tex.& in cons.125.Punctus præsentis controuersiæ . 2.
24 col.4.vol. † Item facit decis.Decij in cons.144 . Quoniam
ex facto.dum inter cętera in 2.col.dicit,ꝙ inuestitura tãquã
ambitiosa debet restringi ad casum suum , & ideo facta sub
prætextu,ꝙ Titius sit præmortuus, non valet,si ille uiuebat,
& si fiat tanquam de feudo uendita , dicitur inutilis , si uen-
ditio nulla facta erat,vt ipse ibi ponit. Possent ad hoc plu
rima alia cumulari , quæ gratia breuitatis omittuntur . Sic
ergo ipse Reuerendus inuestiens istos de Saluaticis creditur
noluisse talem inuestituram valere,nisi illi ad feudi successio
nẽ non admittebantur,cũ talem inuestiturã fecerit ea opi.ꝙ
illi essent vocati ad feudi successionẽ ,prout sibi narrabatur,
& maximè in ꝑiudiciũ dominæ Victorię,siue fratris eius,ad
quẽ feudi successio deuoluta erat,de quo nulla fuit vnquã ha
bita mentio. Et hoc ipsum secundò euidentius probatur ,
quia reperitur expressum in prædicta inuestitura in vers.sal
uo sẽper omni,& quolibet iure &c.nam ibi dicitur,ꝙ salua-
tur ius quarumcunq; ꝑsonarum,ita ꝙ per talem inuestiturã
nemini in iuribus suis pręiudicetur,sic ergo sequitur, ꝙ do
mino Gaspari prædicto per talẽ inuestituram non fuit ꝑiu-
dicatũ; quia qui inuestiturã fecit,ei præiudicare noluit.Sed
posito, ꝙ inuestiens non ita intellexisset, adhuc tamen dico
ꝙ talis inuestitura omnino deberet itelligi absq; ꝑiudicio do

mini

25 mini Gasparis, vel cuiuscũq; alterius.† quia pro regula inue
stitura feudi alicui cõcessa sp intelligitur, saluo iure tertij,&
sine alterius præiudicio, secundũ And.de Iser.in c.si quis in
uestiuerit, de feu.dat. in vice&l.cõmis.prout ibi referũt,& se
quũtur doc.maximè Matt.de Affl.2.col in princ.ar.l.in con
cedẽdo.ff.de aqua plu.arc.cũ si.allegatis p eũdẽ Affli.in d. c.
si q̃s inuestiuerit.col.19.vbi similiter cõcludit,q̃ inuestitu-
ra quælibet sp intelligi dẽt, saluo iure tertij.Idẽ firmat Paul.
26 de Ca.in cõs.160.In causa appellationis.1.col.dicẽs, †q̃ in-
uestitura habet tacitam conditionẽ a iure subintellectam, s.
sine p̃iudicio alieni iuris, vt p eũ, quẽ refert, & sequitur De.
in cõs.468.Superiori anno.4.colum.ver.secundò principa-
liter.vbi plura ponit ad propositũ, quæ non transcribo, cũ vi
27 deri possint. Facit.c.2 quo tpe miles, nã ibi clarè dicitur,†q̃
cãbiũ factũ de feudo ad aliũ ptinẽte sine eius cõsẽsu, pro nõ
facto habetur. Et ibi doc.dñt, idẽ esse de inuestitura, vt ibi p̃-
supponit Affl.in 3.col.ver.In gl.2.quæ est si.& idẽ voluit in
c.1.§.hoc quoq;.p totũ.maximè in 6.col.ver.aduerte tamẽ.
28 de succ.feu.dũ reprobat ibi opi.Iac.de Bel.†& cõcludit, q̃
inuestitura facta filiæ post mortẽ patris de feudo, qđ ad agna
tos masculos ptinebat, nihil opatur in p̃iudiciũ agnatorũ, vt
p eũ. Et sic ,ppriè dicẽdũ est ĩ casu nr̃o: vt.s.inuestitura facta
istis de Saluaticis nihil operatur cõtra D.Gasparem, ad quẽ p̃-
29 dicti feudi successio pertinet.† Et adeo videtur hoc verũ, vt
procedat, ẽt si dicta inuestitura facta fuisset D.Gaspare scien
te,& patiente, dummodo aliter non appareat de eius cõsẽsu,
s̃m opi.And.de Iser.relatam,& approbatam pluribusq; robo
ratam per Affl.in.c.1.§.p̃terea.3.& 4.col.q.b.mod.feu.amit.
il 1.de quo tamẽ ad præsens non disputo,& nihil firmo, cũ
plures isto casu tenuerint contrariũ, vt ibi p eum refertur.
Nñ.n.in proposito nostro fieri debet talis disputatio, cũ inue
stitura, de qua agitur, fuerit facta nõ citato,& penitus inscio
dño Gaspare, vt in puncto narratur. Et demum inualiditas
inuestituræ prædictæ cõprobatur ex pulchra doctri.Bald. in
cõs.323.Proponitur, q̃ dominus. 1.co.ver.tertio est præmit
30 tẽdũ.in 2.vol.dũ cõcludit,†q̃ de feudo, q̃ domino non est
apertum, nõ potest alius inuestiri, nisi de voluntate eius, ad
quẽ feudũ pertinet, allega.c.1.§.rursus.quib.mod.feu.amit.
& alia quædã, vt p eũ. Sed in proposito nostro feudũ, de quo
agitur, nñ dicitur apertũ ep̃o Paduano domino directo, sed
ad illud p succes.admissa fuit D.Victoria,& post eã Do. Ga-
spar eius frater,& hæres, vt supra ostẽsum fuit, ergo prædi-
cta inuestitura fieri non potuit, saltẽ vt per eũ sit in aliquo in
rib.p̃dicti domini Gasparis p̃iudicatũ. Nouissimè, q̃ prædi-
cta inuestitura,& qđ eã secutũ fuit, videlicet trãslatio posses
sionis in istos de Saluaticis ipsa inuestitura mediante in ali-
quo nõ p̃iudicauerit domino Gaspari, est clara decisio in sta
tuto Paduæ, in 4.vol.de pactis clericorũ.in 5. c.in quo caue
tur, q̃ si quis p se,& suos auctores, feudũ aliqđ decimale(,put
est illud) vel aliud possederit per 20.annos, non possit ta-
li possessione priuari nisi cũ plena causæ cognitione, & eius
citatione præcedente,& si secus fiat, & p episcopum aliquis
contra prædicta inuestiatur, talis inuestitura non præiudica
bit in aliquo ipsius feudi possessori, sed D.Gaspar suo,& suo
rum auctorum tpe computato possedit prædictum feudum
nedum per 20.annos, sed per centum, & vltra, ergo eo non
citato,& causa non cognita tali feudo,& eius possessione spo
liari non potuit. Et propterea inuestitura, de qua supra, &
omnia inde secuta prædicto D.Gaspari non potuit in aliquo
præiudicare, cum (vt dictum fuit) non fuerit citatus, nec de
causa aliquo modo cognitum fuerit. Laus immortali Deo.

Mar.Soci.iunior iuriscon.Paduę legens 1538.

CASVS.

Illustres Comites de Cuserculo quædam loca, siue castra in Romãdiola tenebãt, tãquã emphyteutica cum certis pactis,& cũ obligatione certi canonis annuatim soluẽdi a quadam abbatia. S.Hilarij, siue ab eius prælatis.

Et cum p tẽpora debita canonem non soluerint, & pacta non seruauerint, videns reueren. Abbas, qui tunc viuebat, p̃dictos Comites cecidisse a iura suo, prędicta vti ad se reuersa dedit ĩ emphyteusim,& de hoc solẽnẽ inuestiturã fecit anno 1516. illustr.comiti Nicolao de Balneo, eo maximè intuitu, quia iam antiquis tẽporibus fuerunt d.castra eodem iure apud maiores,& antecessores p̃dicti Comitis Nicolai, a quo sp dum vixit, & post ab eius hæredibus fuit solutus debitus canon prędictę Abbatię,& suis pręlatis.

Decessit comes Nicolaus de anno 1531. relictis duobus filijs,& hęredibus, qui tunc erant impuberes, uidelicet illustr. Comitibus Ioan.Francisco,& Fabricio: & cũ illi de Cuserculis, licet a iure suo cecidissent, nunquam dimiserint possessionem prędictorum castrorum, sed eam adhuc teneant, uellent nunc prędicti illustres comites Io. Francis. & Fabricius d.castra consequi,& de manibus illorum de Cuserculis per viam iuris auferre.

Quęritur, utrum sint audiendi. Et in eorũ fauorẽ cõsuluerunt excellentissimi docto.D. And. Fuscus, & Do. Agamus Guceius,& vbi iustitia patiatur, ab excellentia uestra prædictorum consiliorum subscriptio,& comprobatio.

SVMMAE.

De emphyteuta, qui debitum canonem statuto tẽpore nõ soluit, utrum ipso iure sit priuatus domino volẽte, an requiratur sententia.

Et an tunc dominus alteri concedere possit illo ignorãte.

Et quæ remedia competant contra eum.

Et quanto tempore præscribantur.

1 *Emphyteuta cessans per biennium in solutione canonis cadit ab omni iure in emphyteusi ecclesiastica,& hoc si dominus velit, vt infrà nu.2.3.10.& 11.*

Nec rescriptum Papæ in contrarium est attendendum.

4 *Clericus committens causam priuationis beneficij non est priuatus ipso iure, sed per sẽtẽtiam venit priuandus, secus in emphyteuta canonem non soluente,& infra nu.11.*

5 *Emphyteuta à iure suo cadente ob canonis non solutionem dominium vtile cum directo consolidatur.*

6 *Vsusfructus eo finito cum proprietate consolidatur.*

7 *Emphyteusis quando ad dominum est reuersa, potest alteri concedi non citato emphyteuta.*

8 *Regula, quod potest fieri aliquo inuito, potest etiam fieri eo ignorante, non procedit in iudice, nec in arbitro.*

9 *Scientia aut patientia illius, qui sciens,& pręsens contradicere non posset, in actu extraiudiciali necessaria non est.*

12 *Emphyteuta suo iure priuatus ob canonis non solutionem, an possit per dominum propria auctoritate expelli.*

13 *Inuestitura per dominum facta de re emphyteutica ad eũ reuersa non operatur, vt ueritate non ostensa coram iudice quis veniat priuandus.*

14 *Emphyteuta ab aliud inuestitus si agere vult cõtra possessores, quo nomine agere debeat.*

15 *Emphyteuta spectat probatio canonis soluti.*

16 *Qui vult vnum, vult omne id, quod sine eo fieri non potest.*

17 *Emphyteuta, qui aliquando dominũ recognouit, canonem etiam longissimo tempore non soluens, nunquam ob eius malam fidem præscribit, nec eius hæredes.*

18 *Remedia, quæ domino competunt aduersus emphyteutam canonem statuto tempore non soluentem.*

19 *Condictio sine causa, condictio ex l.& interdictum uti possi.sunt actiones personales.*

20 *Actiones personales minori spatio 30.anno. non præscribuntur.*

21 *Pręscriptio non valentẽ agere non currit.*

CONSILIVM CXI.

Dirigat dominus verba mea in viam veritatis & iustitiæ.

ISO themate superius descripto vnà cũ cõsilijs p̃stantissimorum Iurisc. mihi uti fratrũ hon. omnibusq; diligenter,& maturè cõsideratis in eorũ sententiã facile concurro vti iuridicã. Et licet abũde,& subtiliter per eos scriptum sit,& ita, vt nullus ferè locus addendi relictus videatur,& propterea satis videretur eorum conclusionem simpliciter approbare. Tamen ne incõsideratè videar ad subscribẽdũ accessisse,& ut mihi ipsi satisfaciam,

ciã, ꝓ Iustitiæ clariori demõstratiõe paucula verba subijciã.
Primum ergo & ante omnia facio solidam, & verissimam
1 conclu.† ꝙ prædicti comites de Cuserculo per nõ solutionẽ
canonis debito tempore dicuntur cecidisse ab omni eorũ iu
re.s.cum primùm biennio cessauerint, ex quo sumus in em-
phyteusi ecclesiastica, prout est tex. in auc.qui rem.& in cor
pore vñ sumitur.C.de sac.san.ecc.& in c.potuit,& ibi doct.
tradunt extra de loc.& adeo verum est hoc, vt rescriptũ Pa-
pę in contrarium non sit attẽdendum, vt inquit Bald. in l.si
à te.C.de pac.inter emp.& vẽ.refert,& seqtur Iac.de S.Geor.
i d.auc.q rẽ.15.col.hoc tñ dẽt intelligi, modò istud voluerit
prælatus ecclesiæ: vt dicũt doc.in d.auc.qui rem.& in d.c.po
tuit,& pro claro præsupponit Ias.in l.2.in 5.not. C. de in.
emph.& hoc clarè dicitur in d.l.2.in versi.volenti ea licere
&c.& in ver.si dominus uoluerit &c. Et licet ille tex.loqua-
tur in emphyteusi priuatorum hominum, debet tamẽ fortio
ri ratione procedere i ecclesiastica fauore ecclesiæ, & videtur
etiam hoc probari in d.auc.qui rem.quæ loquitur in emphy
teusi ecclesiastica in ver.repelli potest &c.prout illum tex.põ
2 derat ibi insignis Mod.Iac.de S.Geor.† dicens bene ibi pro
bari, ꝙ omnia iura dicentia, emphyteutam cadere a iure suo,
si cessauerit a solutione canonis, debent intelligi, ꝙ cadat ip
so iure,s.si dominus uelit, & non aliter, vt per eũ ibi in vlt.
no.idẽ ẽt vult Cor.i cõs.115.Licet i hoc.2.co.1.vol.& Dec.
in cõs.138.Et diligenter. 3. col. qui ambo loquũtur in em-
phyteusi ecclesiastica, & concludunt requiri voluntatẽ præla
ti, vt emphyteuta non soluens canonem dicatur cadere a iu-
re suo, vbi autem de voluntate constaret, ipso iure dr priua-
tus, vt ipsi ibi volunt, & ex prædictis constat. Vnde cum in ca
su nostro appareat, ꝙ prælatus ecclesiæ voluerit Comites de
Cuserculo, propter non solutum canonem cecidisse ab eorũ
iure emphyteutico, & eos fuisse tali iure priuatos, ut infra tã
gam, sequitur multùm clarè, ꝙ voluntate prælati declarata
dicantur a suo iure emphyteutico cecidisse statim, & ipso iu
re, & hoc tenendo illam opi.quæ verior est, & magis cõmu-
niter appprobata, videlicet, ꝙ emphyteuta pp non solutum
canonem debito tẽpore ipso iure perdat ius emphyteuticũ,
vbi de domini volũtate appareat absque aliqua sententia,
3 vel iudicis declaratione,† & ita hanc opi. firmat Imo.in d.c.
potuit.post Ant.de But.ibi, prout refert, & sequitur Alex.in
cõs.6.Circa processum.col. pe.ver.itẽ nõ potuerunt. 3. uol.
& Dec.in cõs.146.Et pro tenui facul.in uer. nõ ob. allegata
in contrariũ, cũ concor.adductis supra per alios consulẽtes.
Et Ale.& Dec.in locis prædictis dicunt communiter teneri,
ꝙ ipso iure absque aliqua sententia, emphyteuta dicitur pri
uatus omni suo iure, dummodo de uoluntate domini appa-
reat. Et ultra adducta per dominos supra consulentes hanc
opi.tenet, si rectè aduertatur Ful.in cons.243. Super condi-
tione.est consi.si.in vlt.col.Ang. in consil.310. In themate
prædicto, in 3.dub.Pan.de Ca.in consi. 135. infra allegan-
do.in ver.erãt.n.apertum d.Ituellum, & And. Barb. in d. c.
potuit.7.col.allegans pro hoc. §. sequere autem. in auc.de
non alie.&c.col.2.& clarè hoc firmat Cor.in d.cons.115.2.
col.ver.attento ꝙ mora.dicens, ꝙ ipso facto propter canonẽ
nõ solutũ debito tempore emphyteuta perdit ius suum, &
res reuertitur ad proprietarium non expectata sentẽtia iud.
modò proprietarius voluerit, idem dixit etiam in cons.237.
In hac consul. 3.col.uer.propter canonẽ.n.non solutum. cũ
ver.seq. 1.vol.vbi plurimos pro hac opi.allegat, & in consil.
165.Circa primum.5.col.ver.sed aliàs in casibus.2. uol.con
cludens, ꝙ ipso iure priuatur, ita ꝙ non requiritur sentẽtia
priuatiua, nec etiam declaratiua, vt per eum, & idem uoluit
Fel.in cap.de quarta. de præscri.col.mihi.12. versi. simile
est, qđ no.Spe.iuncto ver.non ob.dictum Spec.posito in seq.
4 col.† dum facit differentiam inter emphyteutam nõ soluen
tẽ canonem & clericum, qui causam priuationis beneficij
commisit: emphyteuta enim non venit priuandus per sen-
tentiã, sed ipso iure priuatur: clericus verò per sentẽtiã, ut p
eãdẽ opi.tenuerũt plures alij, vt p Ias.in l.2.C.de iure emph.
§.no.1.q.qui ii idem, & ipse illam sequitur plurib.cõfirmãs,
ut p eũ qui ẽt respondet ad contraria, & ex eius d.constat, ꝙ
5 ita se habet communis opinio, ut etiam supra dixi. † Et
stante tali priuatione sequitur, ꝙ vtile dominium rerum em
phyteuticarum, qđ erat penes illos de Cuserculis ad abbatiã
prædictam, & eius prælatos reuersum fuit, & cum directo do
minio consolidatum: vt tradunt doct. in d.c.potuit, & in d.
6 l.2.† sicut in simili cõtingit de vsufructu, quãdo finitur; q2
s.ad proprietatem reuertitur, & cum ea consolidatur, iux. §.
si.inst.de vsuf.cum alijs adductis supra per primum Consul
torem, & plenè declarat Cor.in d.cons.165.6.colum. versic.
7 quando ergo emphyteuta cadit.† Et hoc sic præsupposito, ꝓ
vt verissimum est, infertur, ꝙ Abbas, & p̄latus d.abbatiæ po-
tuit castra, de quibus agimꝰ, alteri in emphyteusim cõcedere
tanquam ad se reuersa non citatis, immo etiã penitus igno-
rantib. prædictis Comitib.de Cuserculo.ex quo.n.si præsen-
tes essent, contradicere tali concessioni nõ possent, cũ sint suo
iure priuati, ꝙ eis inuitis fieri potuisset. potuit multo magis
8 ipsis ignorantibus.l.qui potest inuitis.ff.de reg.iur. † attẽto
ꝙ non sumus in iudicibus, vel arbitrijs, in quibus regula illa
nõ procedit.l.si in tres.ff.de arb.& l.si duo.ff.de re iud.& tra
dunt Bar.& Dec.in d.l.qui potest inuitis, & ita in indiuiduo
singulariter determinat Lud.de Ro.in cons.212.Quò ad pri
mum.in prin. vbi etiam adducit quędam alia fundamẽta, &
maximè.l.ne cui.C.loc.vt per eũ. & istã decis.tanq̃ singularẽ
refert, & sequitur Ias.in d.l.2.C.de iu.emph. 6.colum.versi.
item quintò adde.hoc idem signanter firmat Pan.de Cast.in
consilio mihi 135.In casu pręsenti, & Alex.in d.consil.6.3.
vol. prout etiam supra per prædictos consulentes allegatur.
9 † Facit quia in actu extraiudiciali non est necessaria scien-
tia, aut præsentia illius, qui sciens, & præsens cõtradicere nõ
posset, arg.l.si eũ seruũ.§.si quis seruũ.ff.de fideic.libe. prout
per hanc rationem ita firmat patruus, & D.me.Soc.in consil.
4.Super q.quę vertitur.7. col. ver.immo ex quo erant priua
ti. 3.vol.& ibi alleg.Ro.in d.cons.212.Hoc ẽt apertè voluit
10 Cor.in d.cõs.237.1.vol.in ver.& sic gl.& doc.† dum cõclu
dit, emphyteutam per non solutionem canonis priuatum es
se ipso iure absque sententia, si tamen de voluntate domini
appareat, de qua dicit apparere per concessionem in emphy-
teusim alteri factam, vt per eum, qui etiam idem voluit in d.
11 consi.165.2.vol.6.col.† dum concludit, ꝙ ecclesia emphy-
teusim ad se reuersam põt alij concedere, & ꝙ ad hoc nulla
requiritur sententia, aut iudicis declaratio, & alle.Ro. & Pa.
de Ca.in cõsilijs p̄al.& subdit, ꝙ sup hoc dicto tãquã super
claro nõ intẽdit amplius insistere, vt per eũ, sic ẽt ego dicam
hic, ꝙ super hoc tãquã claro, & apud nostros doc.indubitato
vltimus nõ insistã, sed vnà cum alijs consul.in ꝓposito casu
concludam, Abbatem, & prælatum ecclesiæ p̄dictũ potuisse
inuestire illust.comitẽ Nic.de Balneo, & talẽ inuestiturã om
ni iure valuisse, etiam inscijs, & nullo mõ monitis, aut cita-
tis pręfatis Comitibus de Cuserculo, cum iam ipsi a iure suo
cecidissent, & omne ius reuersum fuisset ad prædictum abba
12 tem, vt ex supra dictis constat. Et puto diligenter animaduer
tendum; quia in proposito nostro nõ est ingrediẽdũ in arduã
illã q. vtrũ.s.priuatus emphyteuta suo iure ꝓpter nõ solutũ
canonẽ, possit propria auctoritate per dominum expelli, de
qua plenè p doc.in d.l.2.in d.auc.qui rem. & in d.c.potuit.
in quib.locis, & alibi etiam doc.variè locuti fuerunt, vt plenè
per Ias.in d.l.2.30.col.cum trib.seq.in ver.pro clara ergo in
telligentia.Barb.in d.ca.potuit. in col.7. & nouis.tradit Iac.
de S.Geor.in d.auc.qui rem.col.mihi 11.ver. nunc est viden
dũ.dico.n.ꝙ de hoc nõ est tractãdũ: quia nec reueren.Abbas
S. Hilarij, nec ẽt illust.comites Io.Fran.& Fabricius cogitãt
hoc facere, posito ẽt ꝙ eis liceret, vt multi tenuerunt, vt per
Corn.qui ita tenet in casu suo in cõs.271.In hac cõsul. per
totũ, in 3.vol.sed vrbanius omnino procedere intẽdũt, & de
iurib.suis corã cõpetẽti iudice docere, & ita mihi faciẽdum
13 videtur, † nã licet illust. comiti Nic. potuerit fieri inuestitu-
ra de d.castris, tanquam reuersis ad ecclesiã, prout facta fuit,
illa tamẽ intelligi debet quantùm ad ius ipsum, sed non ope
ratur, vt veritate non ostensa coram iudice, quis veniat pos-
sessione sua priuandus, & hoc voluit Pa.de Ca.in d. consilio
14 155.loco præalle. † Et istud maximè dicẽdum est; quia non

Ipse

ipse Abbas, sed isti comites de Balneo volūt pdicta castra re-
cuperare,& cōsulerem eis,ꝙ agāt nomine prædicti Abbatis,
& vti procuratores in rem suam,& nō proprio noīe,ne alias
cōtingat disputare, vtrū verū ius per inuestiturā abusiuā, &
nō corporalē trāsferatur, prout egregiè disputat Bal.in cōs.
9.factū tale est,col.fi.ver.postremus articulus.j.vol.vbi licet
dubitare videatur,magis tñ inclinat in partē negatiuā,volēs
propterea, ꝙ si nouiter sic abusiuè inuestitus ꝓprio nomine
ageret,ineptè ageret:sentit ergo Bal.tutius esse, ꝙ agat nomi
ne domini,qui talem inuestiturā concessit, & ita faciētes isti
illust.comites de Balneo,securè agent aduersus illos comites
de Cuserculo prædictorum castrorum possessores, & tria in
facto vera esse(in quibus stabit eorum fundamentum) præ-
supponuntur,& vbi sit opus,facillimè probabuntur. Primū
est,quòd comites de Cuserculo canonem nō soluerint. Secū
dum, quòd reuer. Abbas voluerit eos ex tali causa esse priua-
tos. Tertium,quòd in illust.comitem Nico.de Balneo, & sic
hodie in eius filios fuerit omne ius translatum, & ois actio
eis cessa aduersus d.comites de Cuserculo.Primum.n.proba
bunt isti comites de Balneo eo ipso, ꝙ non probabitur con-
15 trarium, quia † probatio canonis spectat ad emphyteutam,
vt supra per alios dictum fuit, & est glo.communiter appro
bata in proposito nostro in d.l.2.super versi.repellere ibi,itē
quis probabit, de quo ibi per Sal.in 8.q. & per Ias.col.mihi
47.in ver.sum modò,in quarta part.glos. quod etiam firmat
Alex.in consi. 120.Ponderatis narratis j.col.lib. 5. Secundū
probabunt per inuestituram factam illustr.comiti Nico. eo-
rum genitori,in qua manifestè, & necessariò continetur, ꝙ
reuer. Abbas voluit Comites de Cuserculo esse priuatos om
ni suo iure, cum voluerit illud ius trāsferre in illus. comitē
Nico.de Balneo,ꝙ certè iuridicè fieri non potuisset, nisi per
prius voluisset comites de Cuserculo a suo iure cecidisse,
16 †est.n.regula,ꝙ qui vult vnum, vult omne id, sine quo id fie-
ri non potest l.nec is.§.j.& l illud ff.de acqui.hær.l.ad lega-
tum ff.de procu.cū si. & ita in terminis nostris arguit Corn.
in d.consi.237.col.fi.j.vol.& licet aliàs istud arg. fortasse nō
concluderet,quando verosimiliter noua institura posset dici
facta sub alio ꝓtextu,quā caducitatis primi emphyteutę pro
pter canonem non solutum, vt per Cor.in dicto consi. 115.
3.col.uer.non.n.apparet d.uoluntas episcopi;tamen in casu
nostro illud dici non potest; tum quia alia causa uerosimilis
allegari non potest; tum etiam quia ex ipsa inuestitura causa
prædictæ caducitatis clarè apparet,ut in facto ꝓsupponitur.
Tertium uerò per eandem inuestituram omnibus apparet,
quòd ad aliud facta non fuit, nisi ut in ipsum comitem Ni-
co.& suos posteros ius illud transferatur,& stante instrumen
to inuestituræ in bona forma, ego.n.illud non uidi, omnis
actio debet dici cessa, & translata per reueren. Abbatem in
istos illust.comites de Balneo.Hęc sufficiant quò ad j.dubita.
tactam supra per præfatos dominos consulentes.

Quantum uerò pertinet ad secundam, utrū .s.prædicti co
mites de Cuserculo possint se tueri excep.legitimę pręscrip.
breuiter concludendo placet mihi, & uerissima uidetur con
clusio præfatorum excel.consulen.uidelicet quòd nullo mo
do poterunt se tueri, & cōsequenter quòd isti illust.comites
de Balneo agētes,ut supra, nulla eis perscr.obstante obtinere
debebunt per ea,quæ egregiè, & sapientissimè per consulen.
prædictos deducta fuerunt,nam inspecta mala fide possiden
tium breui tempore uitæ illust. comitis Nic. post inuest.sibi
concessam, item minori ętate comitum Io. Fran. & Fabritij
impossibile est ex multis funda. pręscrip. aliquā opponi pos-
17 se,ut per prędictos dominos cōsulē.ad quos me refero. † Et
ultra eos dico,quòd hanc q.in terminis decidit insignis Mo
der.D.Io.Fran.Bal.in suo solēni trac.de pręsc.in quarta par.
quartę part.prin.in 8.q.concludens,quòd illi, qui in emphy
teusim receperunt, & qui aliquando dominum recogno-
uerunt etiam canonem longissimo tempore non soluentes,
nunquam pręscribūt propter eorum malam fidem, nec etiā
eorum hæredes,quia eis nocet mala fides defuncti, ut per eū.

Sed ultra dicta per dominos Consulentes ex alio dico prę
scriptioni nō esse locum, seu per eam hos illustres Comites
18 de Balneo non esse repellendos: † nam dominus contra em-
phyteutam non soluentem canonem tempore statuto ha-
bet plura remedia,& inter cętera habet condictionē sine cau
sa,item cōdictionem ex l.1.in casu nostro condictionē ex ca
none potuit,extra de loc.& ex auct.qui rem.C.de sac.san.ec-
cle.item etiam habet interdictum vti possi. siue actionem in
factum,quę pro eo competit,ita signanter declarat Specu.in
titu.de loc.§.nunc aliqua. ver.49.posuit Imo. in d.c.potuit,
col.18.versic.& no.quòd Spe. prout refert, & sequitur Iaso.
in d.l.2.mihi col.38.versicu. non omitto tamen,quòd Spec.
& Iac.de San.Geor.in d.auct.qui rem.col.14.versi.aduertite
19 etiā: quia Spec.† quæ omnes personales sunt actiones, vt de
primis duabus constat,cū sint,& dicantur condictiones, iux.
§.appellamus.insti.de act. & declarat īsignis doc.do.Io.Cris
pus.in suo tract.intitulato, termini oīum actionum . in ver.
cōdictio sine causa,sub nu.140.& sub n.143.in ver.cōdictio
ex l. de tertia, etiam idem doct.ponit in ver. in factū vti pos-
20 si.sub nu.66.istis sic stantibus,dico in proposito nostro, † ꝙ
aduersus prædicta remedia cum sint actiones ꝑsonales, quā-
do etiam cętera habilia concurrerent, pręscriptio nō induci
tur minori spacio 30.an.l.sicut. C.de pręscr.30.vel.40.an.&
traditur inst.de ppe.& tempo.act.in prin.& est tex.in termi-
nis in l.2.C.de cōst.pec.dum ibi dicitur,quòd omnes perso-
nales actiones sunt positæ in mensura vitæ annorum 30.Sūt
& alia iura,quæ ita generaliter concludendo alleg. prędictus
Io.Fran.Balb.in d.tract.de præscr.in 4.parte. 4.par. prin. in
princ.sed sic est in ꝓposito,quòd postquam prædicti Comi-
tes de Cuserculo ꝑ statutum tempus cessauerunt soluere de-
bitum canonem,& sic postquam tales actiones inceperūt cō-
petere,nō sunt decursi anni 30.sed tantùm 22.in circa, ergo
clarè sequitur, talia remedia ꝓscriptione nō esse sublata,an-
tea verò nō poterat causari,siue inchoari aliqua præscriptio,
21 cum tales actiones nō competerent,& aliàs † non valenti a-
gere nō currit præscriptio. l.1 in fi.C.de an.exce.cū sim.ita-
que isti illustres Comites de Balneo nomine ꝓdicti Abbatis
vti cessionarij,& procuratores in rem suam facti vti poterūt
altero ex prædictis remedijs,& erunt tuti ab omni pręscrip-
tionis except. Et hoc clarū arbitror vltra deducta per excel-
lentissi.Consultores, quæ etiam iuridica videntur. Aduerte
tamen: quia non videtur cōsiderandum tempus,quo Comi-
tes de Balneo inceperunt ius habere,sed quo abbatia agere po
tuit,quę dicitur actiones suas ī istos Comites trāstulisse,quo
tempore inspecto nescio, an cucurrerit ꝓscr. 30.an.quia nō
est mihi notum, quādo cessauerunt soluere illi de Cuserculo
debitum canonem, ita vt ceciderint à suo iure. Laus Deo.

Mar.Soc.iunior.iuriscons.Paduæ legens.1538.

C A S V S.

Illustris dominus Io.Galeacius vnus ex dominis Corrigię
decessit sine liberis superstitibus matre,& quibusdam sorori
bus per eum in testamēto institutis,item illustri domino Gi
berto patruele illustris domini Nico.patris dicti domini Ioā
Galeacij,& illustribus dominis Ioann.Franc.& Manfredo fi-
lijs illustris dñi Borsij alterius patruelis dicti domini Ni-
colai.

Et licet prædictus dominus Gibertus esset proximior a-
gnatus domino Io.Galeatio defuncto,quàm essent dictus do-
minus Io.Fran.& Manfredus; tamen cum eis fecit quandam
compositionē,& transactionem,de qua in instrumento desu
ꝑ facto,cuius copia transmittitur, diuiseruntque inter cętera
bona feudalia prędicti dom.Io.Galeatij ī duas partes,vt alte-
ram haberet illustris dominus Gibertus,& alteram prædicti
illustres do.Io.Fran.& Manfredus simul.

Et ꝓsupponitur, quòd tempore d. transactionis dominus
Gibertus habebat duos filios, videlicet illustres dominos
Hippol.& Hieron.illi autem Io.Frā.& Manfredus nullos ha
bebant filios,& ita ꝓut in transactione continebatur,fuerūt
bona,& cum effectu habita,& possessa.vsq; in hanc diem.De
cessit postea dom. Gibertus intestatus superstitib. prædictis
filijs in minori ętate constitutis.

Deinde

Deinde decessit illud d.Io. Frã. sine liberis masculis superstite sibi do. Manfredo fratre, & prædictis illustrib. do. Hipp. & Hieron.

Qui nunc prætẽdunt partem illam bonorum feudalium, quæ fuerunt illustris do. Galeacij ad se spectare, & uellent à prædicto Mãfredo eius possessores recuperare uigore quarũdã inuestiturarum antecessorib. eorũ concessarum p serenissimos Imperatores, quorum copia transmittitur.

Quæritur, utrum sint audiendi; sup quo consuluit ĩ eorum fauorem clariss. doct. do. Vbertinus Zucardus, qui circa istud fecit quinque principales quæstiones, ut p eum, & tale consilium subscripsit excellen. dom. Ludouicus Caius solũ quartam quæstionem tangens, seu partem eius, ut per eum.

S V M M AE.

De feudis, quòd per vasal. non possit de eis disponi in præiudic. descendentium.

Et quando dicuntur hæreditaria, & quomodo.

Et an filius adiens cum beneficio inuentarij possit tenere feudum pro heredib. susceptũ, & non teneri onerib. hæreditarijs vltra vires hereditarias.

1 *Vasallus in feudis à suis maioribus descendentib. non potest suis filijs ad ea venientibus preiudicare.*

Etiam si interueniret Imperatoris consensus.

2 *Feudum antiquum per vasallum alienatum sine cõsensu domini filijs, aut agnatis, & non domino aperitur.*

3 *Inuestitura semper intelligitur sine præiudicio alicuius personæ, & saluo iure cuiusque, licet in ea non exprimatur.*

4 *Hæres factum defuncti reuocare non potest, sed illud conseruare debet.*

5 *Feudum hereditarium quod dicatur, & ad quos transeat.*

6 *Feudũ nullo modo hæreditariũ quod dicatur, & ad quos transeat.*

7 *Verbum hæredibus, in materia feudali in dubio capi debet pro filijs, & num. 8.*

Feudorum natura est: vt ad solos liberos regulariter transeat.

9 *Verbum, pro se, & hæredibus, in inuestitura feudi positum, an sit idem, ac si diceretur, pro se, & liberis, quando constare potest; quòd solum sensum sit de liberis.*

10 *Feudum mixtum quod dicatur.*

11 *L. cum à matre. C. de rei vendi. an procedat in feudis.*

12 *Filius adiens hæreditatem cum beneficio inuẽtarij, an possit tenere feudum hæreditarium, & non teneri vltra vires hæreditarias.*

13 *Inuentarium an prosit in feudo hæreditario.*

14 *Quid in feudo mixto.*

CONSILIVM CXII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.

ABVNDE profecto, & multũ subtiliter sup 5. præpositis dubitationibus scripsit clariss. doct. D. Vbertinus Zucardus mihi vti frater honoran. ita quidẽ, vt subscribere volẽti nullus locus addẽdi relictus videatur, & si quis erat per excel. Caium primò subscribentem similiter vti fratrẽ honoran. mihi ereptus videatur: vt tamẽ mihi ipsi, & iustitiæ in primis satisfaciã omnibus ĩ præsenti casu diligẽter, & maturè cõsideratis paucula subijciã ad maiorem declarationem potius, quàm quod sit opus, & arbitror omnẽ difficultatem consistere in resolutione quartæ dubitationis, secundùm ordinem prędicti excel. Cõsulen. quam solam tetigit primus subscribens, licet non totam, vtrũ s. illus. do. Hippo. & Hieron. possint à prædicto illust. do. Manfredo feudalia bona petere & obtinere, non obstante transactione, de qua in puncto, presupponẽdo in 1. & 2. dub. quòd per clariss. Consult. firmatur esse verissimum, & certè vnà cum excel. Consulentib. arbitror de iure verum esse, vt prędicti illustriss. domini Hippo. & Hiero. ius, quod in d. bonis feudalib. habent, non habent ex aliquo facto, & prouisione d. Giberti eorum patris, sed ex gratia concedentis Imperatoris, & ex facto, & prouisione partim d. Manfredi eorum aui, vt in castro Corrigiæ, & connexis, & partim aliorum antiquorum suorũ vt ex antiquis inuestituris cõstat, maximè ex illa Federici Imperatoris de ann. 1552. ita quidem vt dicantur ius suũ habere ex pacto, & prouidentia antiquorum, & gratia Principis concedentis, eo addito, quòd in castro Corrigiæ & connexis cõcurrit societas, seu cõsortaria imperialis liberalitatis, iux. l. vnica. C. si lib. imper. soci. sine hær. decess. li. 10. vt plenè supra per d. Cõsul. dictum fuit in 2. dub. prin. dum loquitur de feudis nouis. Hoc ita stãte succedit verissima, & ab omnibus

lum. 8. 4. uolumine. Præterea ex alio oidetur, quod ex iusta
causa, & non dolosè infra tempus prædictum non fuerit
petita inuestitura; quia scilicet episcopus Tridentinus nō se
gerebat pro domino, nec pro tali habebatur, cū illust. Vene-
torum dominium pro domino ab oībus haberetur, & pro ta
li se gerebat, uidentur enim isti homines excusatione digni,
si a successoribus in episcopatu non petebant inuestituram;
quia iam fama, & publica opi. erat, bona effecta esse illust. do
17 minij Venetorum. † & ratione d. famæ, & communis opi. ex
cusatio debet concedi, arg. dictorum per Mat. de Afflic. in c.
1. in prin. quo tempore mil. col. 20. uersi. quinta causa excusa
18 tionis est, † & sicut vasallus nō possidens excusari debet, pu
ta si erat possessione spoliatus, vt per Petr. de Ancha. in con-
silio 174. D. Lazarius prope. fin. versiculo postremò conclu-
sinè, & per Curt. iuo. in d. trac. car. 15. colum. 1. versicul.
7. limitandam esse, per Matt. de Afflic. in capitulo 1. in a. co-
lumna. versiculo. item non procedit iste tex. quæ sit pri. cau-
sa benefi ami. & per Deci. in d. consilio 144 col. 4. cum alijs
plurib. qui alleg. possent. ita etiā videtur, ꝙ debeāt isti homi
nes excusari, si dn̄s directus feudi. i. episcopus nō possidebat
quia. s. possidebat illust. dominium Venetorum qd̄ certè nō
tolerasset alium recognosci in dominū, & superiorem, sic er
go videtur, quòd hominibus prædictis non possit obijci ali-

quis dolus, qui in proposito requiritur, ut d. cap. fi. de prohib.
19 ali. feu. p Lothar. † nec uidet currere eis tépus anni, & diei
ad inuestituram petendam; cũ episcopus nó poatidens non
posset inuestire ut inquit Bald. in d. consi. ccccxix. in fin. di-
20 cens, q hoc dictum est satis rationabile. † Secundò responde
tur, q immo non erat necessarium, q isti homines Allæ pe-
terent inuestituram a nouis episcopis, aut iuramentũ fideli-
tatis nouiter præstarẽt; quia. s. ĩ antiqua inuestitura, seu in an
tiqua recognitione, & pmissione, sine iuramento fidelitatis
homines prædicti fidelitatẽ pmiserunt, & iurauerunt, pur
credo: quia tale iuramentum non uidi, tunc Reueren. episco-
po. & suis successoribus, quo dato requiritur, q postea de no
uo successori præstetur aliud iuramentum, iuxta cap. ueritas.
extra de iur. iu. & est glo. in c. ego. eo. titu. ita uoluerunt Iaco.
de Belui. & Bald. in d. c. 1. quæ fit pri. causa benefi. amit. & ibi
declarat Mat. de Afff. in 1. co. uer. adde aliam limitatio. & Ias.
in cons. 159. sup facto. iiij. col. in fin. 4 uo. ubi ad hoc alleg.
Alex. in cons. 59. circa primum. col. mihi pe. 1. vol. Qui plus
dicit, ut. s. idem sit, si de successoribus domini nó sit facta mẽ
tio; si tamen iuramentum sit præstitum dignitati, ut per
eum, q in casu nostro esset, si promissio, seu iuramentum fi-
delitatis do. Episcopo facta fuissent. Tertiò respondetur, po
sito q fuisset necessarium petere inuestituram, & q non de-
21 beãt d. hoĩes excusari ex causis prædictis, † nã dico. q pote-
rát eorũ moram quãdocũque purgare, antequam super cadu
citate fiat lis cõtesta. petendo inuestituram, & offerendo se
paratos facere omnia, ad quæ tenẽtur, prout audio, q faciũt,
ita signãter post Iac. de Ardi. per eum alleg. declarat, & fir-
mat Mat. de Affli. in d. c. 1. in fi. dicens q hoc uidet iustũ, &
rationabile, & ita ẽt uidet uelle Guid. Pap. in deci. clxvj. sed
quia supra. Quartò ẽt respondetur, q dicta in arg. ubi aliàs p
cederent, non habent locum, neque quis dicitur feudo priua
22 tus, nisi demum sup eo feratur sentẽtia; † quia illa pœna pri
uationis non inducitur ipso iure, sed per sententiam secundũ
magis communẽ, & ueram opi. quam firmat, & bene probat
Pau. de Ca. in cons. lxxxv. q. ista uertic. iii. co. uer. præterea, ut
supra dixi. ij. uol. secundùm nouã impressionem. idem dicit
Alua. in d. c. 1. quo tempore mil. ij. col. uer. ibi damnetur, ubi
etiam idẽ uoluit Præpos. & Mat. de Affl. qui ẽt idem firmat
in §. 1. de c. Corra. iii. not. Guid. Pap. in decis. suis q. clxiiii.
alia conclusio. & Deci. in d. consil. cxliiii. colum. fina. uer-
sicul. ultimò concludentur, & idem ante præfatos dixe-
rũt And. de Iser. & Bald. in d. c. j. quo tempore mil. ut per Af
fli. & Dec. in locis prædictis, qđ nouissime sequit Curt. iun.
in d. cons. 142. 3. col. ver. præmissa iudicio meo, dicens quòd
ita tenẽt communiter feudistæ: sed in proposito non reperi-
tur contra istos homines latam fuisse aliquam sententiã feu
23 di priuatiuam, ergo &c. † Quintò responderi põt, quòd cũ
hic agatur de rep. & vniuersitate Allę, debet posse ab omni
sua negligentia in non petenda inuestitura, & sic à prętensa
priuatione feudi in integ. restitui, ad similitudinẽ minoris,
quẽ in casu tali constat debere in integ. restitui, vt per Alex.
in d. consi. 79. col. pen. & per Cur. in d. trac. char. 34. 3. col.
24 versi. sed hic cadit necessaria dubitatio; † etenim dicitur ista
vniuersitas, etiã q sit castrum, siue villa in hoc iure minoris
vti, & sic vti minor in integ. rest. vt multũ egregiè post Iac.
de Are. firmat, pbat, & defendit Saly. in l. respub. ver. quęro
25 quid in castro, C. qui. ex cau. mai. in inte. rest. † Facit: q a vni
uersitas habens feudum illud ex facto administratoris perde
re nó debet, saltem finita illius administratione, prout deter
minat Pręposi. in c. 1. §. pręterea ducatus. 3. col. ver. sed quid
si vniuersitas. de phi. ali. feu. per Fede. dicẽs ita voluisse Iac.
26 de Ardizo. vt p eũ. † & specialiter in pposito, quòd vniuer-
sitas nó priuetur feudo, si eius administrator infra annum,
& diem inuestituram nó petierit, saltem illo administratore
remoto, firmãt Alua. & Pręposi. in c. 1. in prin. circa fi. de ca-
pi. Corra. Cum igitur in proposito casu non sint amplius ad
ministratores illi, qui inuestituram non petierunt, sequitur
quòd non dicatur ista vniuersitas feudo priuata, saltem per
viam resti. in inte. per prędicta. Pręterea, & sextò, & vlti, in
quantum prædicta non sufficerent, quòd tamen est falsum,
27 † respondetur, & tollitur omnis difficultas, dicẽ. q ista vni-
uersitas Allæ tuta est longissima præscriptio, nedum 40. an.
sed etiã 80. 100. & etiam vltra: tanto enim temporis cursu di
citur præscriptum, & sublatum omne ius caducitatis contra
ipsam vniuersitatem considerabile propter non petitam in-
uestituram, prout in terminis fortioribus de cursu 47. ano.
determinat Iac. Alua. in consi. 5. in causa feudali ex Foro Iu-
lio. post suam lec. feudorum, quod reperitur inter consi. Alb.
Bru. nu. 61. vbi istud pulchrè probat, & defendit, ad quẽ gra-
tia breuitatis, cum omnibus pateat, me remitto. Nec obst.
quòd ista præscriptio veniat cõtra ecclesiam; quia etiam con
tra eam procedit pręsc. saltem 40. an. & si quę resti. in inte. d.
ecclesiæ competebat extincta fuit cursu quadriẽnij post de-
cursam præscr. sm quòd infra dicetur. Hæc quo ad primum
caput præsentis consultationis. Circa secundum, & sic cir-
ca decimas introitus, & alia empta per prædictos homines
Allę ab illust. dominio Venetorum, dico, q ipsi habent inten
tionem fundatam in ti. & bona fide unà cum longissima pos
ses. an. 120. & vltra, computato tempore possessionis eorum
auctoris. Ex his enim non disputan. nunc, an illust. Venetorũ
dominium fuerit verè dominus necne, nec etiam an in d. vni
uersitatem Allæ dominium trãstulerit, vel ne, dico quòd ista
vniuersitas in bonis emptis, vt supra, plenum ius dr adepta
aduersus quæcunque: nam si 40. anno. præsc. tollitur omne
ius etiam contra ecclesiam, vt infra dicam, fortius istud erit
28 in casu isto per cursum ann. 120 & vltra, † præscriptione. n.
cẽtenaria tollitur omne ius etiam contra Imperium, vel Ro-
manam ecclesiam, ita vt etiam quæ aliàs sunt impræscriptibi
lia, puta reseruata in signum specialis prælationis talis tẽpo-
ris cursu pręscribantur, vt singu. inquit Ange. in l. j. C. ne rei
do. vel templ. sunt enim centum anni longissimum tẽpus vi
ta hominis, & omne, quod sub mundiali machina guberna-
tur, tanti temporis cursu renouatur, prout inquit Bal. in l. j.
29 2. colu. C. de an. exce. † qui etiam dicit, quòd vbicunque lege
aliqua, statuto, vel priuilegio inducitur, nullá posse opponi
pręscri. semper intelligi debet, nisi labantur anni centũ, quia
præscriptio centenaria, tanquam sui natura tollẽs omne ius
nunquam censetur exclusa, & fuit hoc dictum glo. in versic.
nulla. in auc. vt de cætero commu. non fi. prope fi. col. 5. vbi
Ange. idem not. idem dicunt Bald. & Ang. in d. l. 1. C. ne rei
do. vel templ. & Ro. in l. j. in fi ff. de vsuc. & ita etiam firmat
Alex. plures cũ cor. alle. in l. nemo pót. col. fi. ff. de leg. j. in cõ
sil. 60. omisso multiloquio. in fin. j. vol. & in consil. 16 in cau
sa, & lite. 7. col. 5. vol. Are. in cõsil. 15. reueren. pater. col. pen.
& fin. & latè Fel. vbi plures alleg. in rub. de præscr. col. fi. ver.
considera secundò, & plenè ita firmando prosequitur insi-
gnis mode. d. Fran. Balb. in suo trac. præsc. in 4. par. 5. par.
princ. in 9. q. & Mat. de Affli. in c. 1. §. quid ergo, 5. col. de in-
uest. de re ali. fa, cum multis alijs, qui ad hoc allc. possent. Cũ
itaque illust. Venetorum dominium ex testamẽto habuerit,
& bona fide tenuerit, & similiter bona fide vendiderit prædi
cta hominibus bona fide ementibus, qui tam longo tempo-
re, quietè, & pacificè posséderunt, non video, cur non dican-
tur legitimè, & pleno iure præscripsisse per prædicta.

Et vbi etiam quis diceret, quòd non bona fide emerunt, q
30 tamen est omnino falsum; † tamen dicendum est, quòd ex
tam longa posses. sit purgata omnis prætensa mala fides, seu
malæfidei suspicio, per tex. cum ibi traditis per Bar. & alios
in l. fi. C. vnde vi. cum cõcor. vt per Curt. senio. in consi. 82.
Deus pius, 2. colum. versi. nec expedit intrare, q procederet,
etiam si d. homines tit. aliquem non ostenderent, vt ibi per
Curt. & tradit etiam Ias. in consil. 209. vera, vt arbitror. j.
col. uer. ad aliud, quod obijcitur 2. uol. dum dicit quòd post
30. ann. non admittitur allegatio præsumptæ malæfidei, ut
per eum. ad quem me remitto. Et si illud procederet solùm
post lapsum 30. ann. & ubi de ti. non appareret, fortius id di
cendum est in casu isto, vbi adest tit. & lapsum est tempus
anno. 100. & ultra, computato tempore possessionis illust.
dominij Venetorum auctoris istorũ hominũ Allę. Nec prę
dictis ob. alle. supra in contrarium, in quibus tota omnis
difficultas, quoniam respondetur, ut infra. Et in primis
potest

potest negari, quòd d. Azofran teneret bona illa iure, & qui
vult dicere contrarium debet probare; cum pro regula dici
soleat, nisi aliud appareat, q quælibet bona præsumatur allo-
dialia, & libera, vt tradunt Ioan. Andr. & alij in c. nimis. de
iureiu. lono. & Bald. in c. cæterum. in fi. extra de iud. & in c.
significauit. j. colum. de rescri. Pau. de Cast. in consil. 179. in
causa, quam magnificus. in prioc. j. vo. secundùm nouam im
pressionem, Alexand. in consil. 159. ponderatis his. in prin.
j. vo. cum concor. vt per Dec. in consil. 269. consultus ab il-
lust. in princ. & plenius in consil. 424. præsupponitur, quòd
magnifica. 2. col. & per Præpos. in c. j. §. inter filiam. si de feu.
fue. cōtro. inter do. & agn. Et vltra eos ita firmat plures alle.
Cor. senior. in consi. 75. d. Ludoui. 5. colum. ver. tamen hoc
32 non ob. & Alb. Bru. in consi. j. circa primum. j. col. † Secūdò
posito quòd d. Azo. haberet in feudum, potest dici, quòd erat
feudum francum, in quo valuisset dispositio testamētaria, vt
declarat Bal. in auc. nisi rogati. co. fi. C. ad treb. refert & sequi
tur Cur. ion. in d. tract. feu. car. 8. col. 4. in fin. ibi, secundus
33 notab. effectus. † Vel etiam potest dici, quòd erat feudum
hereditarium, ita quòd veniebat in restitutione fideicōmissi,
iuxta tradita per Bar. Alexan. & alios in l. si patroni. in prin.
ff. ad tre. & per Cort. in d. trac. car. 45. 3. colum. ver. secunda
potest decidi dubitatio. Tertiò dato etiam quòd d. Azofran
haberet in feudum non hæreditarium, nec francum, absque
tamen præiudicio veritatis, dico, q prædicti homines Allæ
talia bona præscripserunt spacio longissimi temporis, vt su-
34 pra dictum fuit. † Et quod aliàs dicitur, in feudis nullam
præscripti. currere, prout supra in contrarium allegabatur
procedit respectu præscr. longi temporis 10. vel 20. ann. non
autem respectu longissimæ præscript. 30. vel 40. an. iuxta c.
1. §. si quis per 30. & quæ ibi plenè tradunt doc. si de feu. fue.
contro. int. do. & ago. & tradunt etiam Can. in c. ad audien-
tiam. de præscr. & plenè Cur. senior in d. consilio 88. 2. & 3.
col. & hoc modo intelligitur reg. l. alienationis verbum. ff.
de verb. sig. supra in contrarium alle. vt per Cor. in consilio
38. placet mihi. 4. colum. in prin. 1. vol. Et vbi quis dubitaret
de præscri. 40. an. non tamē dubitabit aliquis de præscri. cen
tenaria, cum per eam indistinctè tollatur omne ius contra
quoscunque, per ea quæ supra dicta sunt. Nec quicquam in
proposito ob. quòd hic agatur de præiudicio ecclesiç, & aliàs
difficilius contra ecclesiam prçscribatur, & longiori tempo-
35 re. vt in contrariū allegabatur; quoniam respondetur, † q li
cet longius tempus requiratur contra ecclesiā, quòd nō ne-
gatur, tamen sufficit tempus 40. an. cuius cursu prçscribitur
contra oēs ecclesias, excepta Romana, vt in auct. quas actio-
nes, & ibi tradūt doc. C. de sa. san. ec. & probatur in c. de quar
ta. in c. ad aures. & in c. illud aūt, extra de præsc. & in eis tra-
dunt doc. tradit Cor. in consi. 117. multa essent. col. fi. in pri.
2. volu. & Ias. in consil. 27. ad eruendam. col. fi. 1. vol. cū mul-
36 tis alijs, qui alle. possent. † Est bene verum, q ecclesia cōtra
decursam præscrip. pōt in integ. resti. vt in alle. in contrariū
dicebatur; tamen illud procedit tantùm infra quadrienium,
37 vt p Ias. in d. cōs. 27. sed de hoc infra dicetur. † Nec obs. qđ
particulariter respectu decimarū cōsiderebatur, iuxta. c. cau
samque, cū ibi traditis p doc. de prçsc. qm̄ p resolutione ad
uertendū est, nam decimæ prædictæ, siue ipsarum commodi-
tas semper per illum d. Azofran & ēt per suos auctores per
ceptæ fuerunt, ita quòd in contrarium memoria non reperi-
tur, & similiter postea eas percepit illust. dominium Veneto-
rum ex testamento succedens illi d. Azofran, prout etiā po-
stea, vsque in hodierna tempora eas acceperunt prçdicti ho-
mines Allæ vigore venditionis illis factæ ab illust. Venetorū
dominio, prout in puncto narratur, quibus sic stantibus, pro
vt etiā ipsi homines allegant, & dicunt, & quòd auctoribus
antiquioribus prçdicti d. Azofran fuerunt decimæ pdictç cō-
cessæ in feudum olim ante consilium Lateran. de quo in c. cū
apostolica. prope. fi. de his quæ fi. à prçla. sine consen. capi. &
in c. prohibemus. cum si. de deci. vel aliàs ex priuilegio sedis
38 Apostolicæ. † etenim ex hoc q ipsi homines per se, & eorū
auctores tāto tēpore possederint decimas, q memoria in cō-
trarium non existat, inducitur præsumptio iuris, & de iure,
quòd eas legitimè possideant, vel ex priuilegio. sedis Aposto
licæ, vel quia de eis fuerit facta inuestitura ante prædictum
cōcilium Lateran. taliter, vt ab eis nullo modo possint aufer-
ri, licet laici sint, & aliàs decimarum incapaces, vt signanter
firmat Cur. in consil. 83. quia causa decimalis, circa fi. & fuit
opi. Ioano. Andr. Ant. de Bu. & cæterorum Can. in d. c. cum
apostolica. vt refert, & sequitur Alexand. in consi. 6. viso the
mate & dubijs, suprascrip. prope fi. ver. pro quo adduco. licet
ipse &c. j. vol. & ita est communis opi. vt plenè prosequitur,
& ita asseren. concludit D. Fran. Balb. in trac. prçscr. in j. par-
te 5. par. pri. in 7. q. 6. col. cū duabus, vel tribus seq. & ibi vl
tra præd. alle. Alb. de Ros. Imo. Flo. Andr. Barba. & Iac. de S.
Georg. in locis per eum alle. ad quem gratia breuitatis, & cū
publicè habeantur, me remitto. Sed vltra eos dico, quòd istam
opi. si rectè aduertatur, firmauit Bald. in consil. 482. prçsup-
posito quod post Lateran j. volum. & capella Tholosana. in
q. 439. item fuit quæsitum, & ibi Steph. Aufre. in addi. & ita
etiam Bartho. Cassane. in consi. 34. ex processu existente co-
ram domino. 3. col. in fi. cum seq. ver. & intelligo prædicta.
Huius autem communis conclusi. fundamenta sunt c. j. in fi.
39 de prçscr. lib. 6. in sui generalitate, † item quia possessio tanti
temporis, cuius contrarium non existit memoria habet vim
priuilegij, & iuris cōstituti, l. 3. §. ductus aquç, ff. de aqua quo-
ti. & çsti. & c. super quibusdam. §. præterea. extra de uer. si. &
vtrobique doct. tradunt, item & alia plura per doc. in locis
40 prædictis. † Non ob. d. c. causam quç, de prçscr. quia respon-
detur, quòd in casu nostro prædicta procedunt respectu præ
scriptionis, quæ non prohibetur, illa autem l. intelligitur re
spectu prçscriptionis per incapacem faciendæ, quæ totaliter
prohibetur; vt ex prçdictis constat. Non ob. modo, quòd alle
gatur de resti. in integr. aduersus præscriptionem prçdictā,
41 † quoniam respondetur prçsupposito eo pro vero, quod talis
restitutio non datur, nisi infra quadriennium tantùm, & nō
vltra, vt est tex. in c. j. de resti. in integ. lib. 6. firmant glo. Bar.
& alij in auc. quas actiones. C. de sac. sin. ec. & est communis
opi. vt per Ias. in d. consi. 27. col. fi. j. volum. vbi plures alle.
& supra dixi, hoc autem quadriennium multoties est elapsum
post finitam præscrip. prçdictā 40. an. ergo &c. illud autē in
facto uerum esse constat ex narratis in puncto, ex quibus re-
ctè computando constat iam finita præscriptione prçdicta la
psos fuisse an. lxxx. uel circa, cōputato tempore possess. istius
Cōmonitatus, & suorum auctorū. Nec huic responsioni ob.
quòd dicebatur, quadriennium concessum ad resti. in integ.
42 non esse cum effectu lapsum propter ignorātiam &c. † quia
primò pōt respōderi ex mente Ias. in d. consi. xxvij. in fi. quòd
imo quadriennium debet esse cōtinuū, ēt in sui initio, hoc est
quòd incipiat currere statim orta læsione, i. impleta præscri.
xl. anno. ēt q considerari posset ignorātia prçlati, & hoc pa
tet; quia cum ipse firmauerit conclus. quòd quadriēniū istud
sit elapsum, subdit, & maximè cū nō cadat iusta causa ignorā
tiç; ut per eum. innuit enim idem. si talis ignorantia caderet.
Sed posito contrario pro uero, secundò respondetur, quòd
immo in casu nostro non potest allegari ista ignorantia sal-
tē præsentis Prçlati Reuerendiss. do. Cardi. quoniam, ut in pū
cto narratur, ipse hçc omnia nouit, & intellexit, si non prius
saltem de anno 1523. quando sereniss. Rex Romanorum
in amplissima forma cōfirmauit omnia priuilegia, & omnes
cōcessiones, & acquisitiones prædicto communi, & homini
bus Allæ, prout & sicut erant, & habebant sub illustr. domi-
nio Venetorum; quoniam tali concessioni, & confirmationi
erat præsens, & eam bene intellexit, ut dicitur in puncto.
Quare cum ab illo tempore sit elapsum quadriennium, &
decennium non potest amplius peti resti. in integ. Præte-
43 rea & tertiò respondetur satis clarè; † quia cum post finitam
prçsc. xl. ann. sint lapsi iterum, xl. an. nō solùm semel, sed ēt
bis dicitur ipsi resti. in integ. seu officio iudicis, quo illa peti
poterat, præscriptum, prout signāter firmat Corn. in consil.
ccxliiii. uidetur in hac a. colum. uersic. licet itaque. iiii. uol.
ut per eum, & ad quem, quia uideri potest, gratia breui-
tatis me remitto. Secundo principaliter ad fundamen-
tum resti. in integ. respondetur, quòd talis restitutio, licet de-

tur ecclesiæ aduersus præscri.40.an.nõ tamen dari debet aduersus maiorem, & maximè aduersus cẽtenariã præscr. quia per eam tollitur totaliter omne ius, vt supra plenè deductũ fuit; & qa neminẽ de hoc arbitror dubitare, nõ puto sup eo
44 insistendum, † solùm dicam, ꝙ pro hoc facit: quia videmus ꝙ licet aliàs detur resti.in integ.aduersus præscrip.30.an.nõ tamen datur aduersus illam 40.an.secundũ veriorem,& magis communẽ opin.vt per Alex.in cons.151.viso themate.s. col.& in consi.163.viso processu.2. col.2.volu. & patruũ,ac d.meum Soc. in consi.194.subtiliter, & eleganter. 4.colum. 1.vol.firmat Are.in cõsi. 104. breuitas in consulẽdo, per to. And.Bar.in cons.41.illud afferam in medium. col.13.1.vol. Cur.senior in consi.82.Deus pius.2.col. & Deci.in consilio 29. & pro tenui,per to.& in consi.375.iuridicam.1.colum. in fi.vbi asserit hanc opi.verã,& cõem,secundũ quam ego sępius consului.
45 Sic igitur dicendum est in proposito, † ꝙ licet prędictę ecclesię Tridentinę esset danda resti.aduersus ꝑscrip.40.an.non tamen dari debet aduersus longiorem præscri. maximè centenariam,cum per eã, vt dixi, omne ius tollatur,& ita voluit Barb.in d.cons.41.col. 43.vbi expresse dicit, ꝙ centenaria præscriptio currit absque aliqua spe restit. in integ.& ita etiam firmat Ias.in cons.209. vera, vt arbitror col.2. 2.vol.dicens, hanc opi. esse indubitatissimam, & ꝙ nõ credit, ꝙ aliquis doc.in mundo vnquã aliter tenuerit, ꝙ nullus sani capitis auderet contrarium attentare. Et hoc posito non est tractan.de cursu quadriennij concessi ad resti. in integ.petendam cum illa non competat, & hoc modo responderur ad hoc Bal.in l. 3.C.si ex fal.instr.cum concor. in con-
46 trarium alle. † nã esto,quòd principiũ eius debeat esse vtile, & quòd non currat ignoranti,debet illud intelligi,quãdo resti.in integ.de iure competit,sed cum in casu isto nõ competat,amplius non est de eius principio disputã. cum nõ entis nullæ sunt qualitates.l. eius qui in prouincia,& ibi per doct. ff.si cert.peta. Et ex prædictis omnibus remanet conclusio Comitatum, & homines Allę in vtroq; capite debere absolui,& in sua longæua,& pacifica possessione conseruari.

Laus Deo. Maria.Soc.Paduæ.1536.

CASVS

Magnifici d. Anto.de Raymundis nob.Mantuanus in suo vltimo testõ,Iac.& Cipriano filijs suis quædã bona particulariter legauit, & do.Corneliam vxorem suam instituit vniuersalem hæredem,& vsufructuariam bonorum suorum,ita tamen quòd post eius mortẽ bona prædicta deuolu antur ad prædictos eius filios.Item voluit, quòd d.Camillæ eius filiæ dos certa daretur, & ea de causa in spem assignauit vxori suę certã possessionẽ vt. s. fructus ex ea percipiẽdi reponerẽtur ꝓ dotanda prędicta Camilla,vel sumeretur preciũ dictę possess.si venderetur,voluit,ꝙ pecuniæ pro dote expendantur ad modum ipsius d.Corneliæ, & fideicommissariorum suorũ, vt latius dicitur in testõ,in quo ẽt prope fi.sic legitur,itẽ iussit, & legauit iure institutionis in omnib. alijs suis bonis nõ nominatis in pręsenti instrumẽto,& hæredẽ instituit d.Cor. eius vxorem, vt de d.bonis faciat, sicut testator dixit eidem oretenus se cõmisisse,vt in d.testamento planè legitur,cuius copia transmittitur.

Ipsa verò d.Cornelia mortuo testatore dedit possess.prędictam Cipriano vni ex suis filijs cum onere dotandi do. Camillã,& ita à testatore fuisse sibi commissum declarauit, & proprio iuramento firmauit.

Ex post traditur nuptui do.Camilla per matrẽ eius,& Ciprianum eius fratrẽ,cuidã Roberto militi,qui nihil penitus habet in bonis, ꝙ appareret, cui (vt asserit) minutatim, per diuersa tpa do.Ciprianus soluit dotem,quam illi promiserat ꝓ d.do.Camilla,irrequisitis, & penitus ignorãtib.fideicommissarijs in testamento patris ordinatis.

Quæ do.Camilla post plures ann.cum tunc fieret quædã vltima solutio partis d. dotis fecit finẽ,& quietationẽ Cipriano eius fratri de prædicta dote illum liberãs,ea de causa à ꝓmissionẽ ipsis dotis, & à legato pro ipsa dote sibi facto in testamento patris cum iuramento &c.prout hęc latius cõtinentur in instrumẽto quietationis, cuius copia ẽt trãsmittitur.

Decessit postea Robertus, ex cuius bonis, & hæreditate non potest recuperari dos d.do.Camillæ; quia nihil in eius hæreditate reperitur,& filius,qui noluit patri esse hęres, a restitutione d.dotis fuit absolutus.

Quibus sic stantibus, quęritur,cum d.Camilla nouiter nupserit,& secundo viro dotẽ, quæ ei in testamento patris relicta fuerat,promiserit, vtrum ei pro sua dote detur aliquod remedium aduersus d.Ciprianum fratrem eius, eo ꝙ nõ soluerit dotem sub competenti forma iuxta ordinationem testatoris,nec sub aliqua cautela,quasi malè soluerit, vel saltẽ possit petere se nouiter dotari de bonis,& hæreditate sui patris,tãquam indotata.

Et an eo casu dos minui possit.

SVMMAE.

De solutione dotis facta aliter, quàm testator ordinauerit quod non plenè liberet soluentem.

Et an & quando hęredes patris teneantur secundò dotare filiam eius dote deperdita.

1 *Solutione eius,quod debetur,tollitur omnis obligatio, vide infra nume.11.*
3 *Pater toties filiam dotare tenetur,quoties dote indigeat.*
3 *Frater non tenetur ad dotandũ ex dispositione legali,sicut pater.*
4 *Obligatus ad dotandum aliquam mulierem ex hominis dispositione,liberatur,cum primum illam dotauerit.*
5 *Pater presumitur filię prouidere voluisse.*
6 *Pater censetur prouidere sexus fragilitati.*
7 *Modus quando inducitur ab homine, an importet formam.*
8 *Forma non seruata,corruit actus,& seq.*
10 *Debitor pupilli soluens sine tutoris,& iudicis auctoritate, an liberetur.*
12 *Mulier læsa ob liberationem factam,debet in integ.resti.*
13 *Simplicitas præsumitur in muliere,& rustico,& minore, quando aliquod damnosum peragunt,*
14 *Iuramentum non facit mulierem sagacem,cuius iudicium,& cõsilium naturaliter dicitur inualidum.*
15 *Ignorantia iuris quando non noceat.*
16 *Ignorantia iuris facilius in muliere pręsumitur.*
17 *Mulier quicquid facit,dicitur maritali reuerentia facere.*
18 *Testatoris ordinationem quis pręsumitur ignorare.*
19 *Renunciare iuri nemo dicitur,quod sibi competere ignorat.*
20 *Soluens indebitum,& promittens non mouere controuersiam, cõdictionem indebiti non perdit.*
21 *Clausulę illę,non vi,dolo,& etiam illa,renuncians &c.per notariũ potius ex cõsuetudine,quàm partiũ pręcognitione,ponũtur.*
22 *Maritus,& vxor quando in aliquo instrumẽto se obligant, vxor dicitur pro viro fideiubere.*
23 *Mulier suis pactis non potest facere cõditionẽ dotis suæ deteriorẽ.*
24 *Mulier potest à viro expelli,si dotem promissam non soluat.*
25 *Pater sicut teneretur redotare filiam, ita eius hęredes tenentur.*
26 *Mulier viro ad inopiam vergente dotem petere potest.*
27 *Mulier non potest dotem repetere, si maritus est in eodem gradu inopia,in quo erat tempore matrimonij.*
28 *Pater si peruenit ad deteriorẽ fortunã,põt dotem filię minuere.*

CONSILIVM CXVI.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis,& iustitia.



PRAESENS casus mihi ꝓponit ex parte mag. & illust.d.Lãcel.comitis de Gazoldo,atq; ẽt petitur, vt quid in eo de iure sentiã, p viã cõsilij rñdere velim. Quare vt suę magnificentiæ,prout debeo,& desidero morẽ gerã, habita super puncto proposito, & aliis in facto contingentibus matura cõsideratione, licet resolutionẽ eius valde dubiã,& periculosam cognoscam.Deum tũ semper, iustitiã,& ęquitatẽ præ oculis habẽs, calamũ assumpsi & cõsultationi suæ magnificẽtię, vt infra, respondendũ duxi, breuib. tñ vtar,& solũ substãtialia,& necessaria tãgã, vt bonũ consulẽtẽ decet, vt sæpe dicebat Are,maximè in cons.7.in cõ. 11.&

in

1 in conf.76.in prin.†Itaque ad rẽ ipsam deueniẽdo. videtur
prima fronte dicẽdum, Ciprianum prædictum nõ teneri ad
aliquid; nã cũ soluerit dotem, ab eius obligatione videtur li-
beratus; q̃a solutione eius, qđ debet, oĩs tollitur obligatio, vt
inst. quib. mod. tol. ob. in prin. cũ si. Nec põt dici, vt teneatur
2 iterum dotare dote deperdita, sicut de patre dicitur, †quia to
ties filiam dotare debet, quoties illa indigeat dote, vt tradit
Bap. de S. Bla. in trac. de pri. dot. io 3 50. priuile. & D. meus
Soc. in consi.75. circa præsentem. 3. colu. 2. vnl. secundùm ta-
mẽ quòd declarat Bald. in auct. ꝙ locũ. 2. col. ver. quæro, cũ-
3 quid pater teneatur. C. de coll. † qm̃ iste Cyprianus nõ tene-
batur ad dotandũ ex dispõne legali, sicut tenetur pater, iuxt.
l. fi. C. de do. promis. sed solũ ex dispõne hois. i. ex ordine, &
voluntate testõris declarata postea p d. Corneliã, vt in pũcto
dicitur, & ea eo; quia posses. illa pręcipuã habuit cũ onere do
4 tã. do. Camillã. est. n. regula iuris, †quòd quãdo quis tenetur
ad aliquã mulierẽ dotãdã ex dispositione hois, liberatur cũ
primum illam dotauerit; quia talis obligatio intelligitur de
prima dotatione, ar. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. si. ita
voluit Imo. in l. si cũ dotẽ. §. 1. ff. sol. ma. cũ cõcor. vt per Ioã.
Campe. in tract. de dote, in 26. q. 1. par. & rõ diuersitatis est
inter obligationẽ legalẽ, & hois; qa prima durat durãte cau-
sa eius, & hoc est indigentia filiæ, vt dotetur, sed secunda ex
primo actu solutionis perimitur, vt p Io. Cãp. i loco p̃dicto.
Cũ igitur Ciprianus soluerit verè dotẽ prædictã, vt cõstat,
debet dici oĩno liberatus, & ꝙ ab eo nihil ex causa prædicta
peti possit per d. Camillam. Maximè attento ꝙ ipsa eundẽ li
berauit, & quietauit, ac finẽ fecit de dote, & legato eidem per
patrem facto, vt in instrumẽto prędictę liberationis, & fiois
apparet. His tamen non ob. de iure probabilior videtur con-
traria opi. vt. s. Ciprianus possit cogi ad soluendã dotem pręe
fatæ d. Camillæ, non quidem ꝙ ipse teneatur eam redotare,
sed ex eo ꝙ ab obligatione, qua ad dotã. tenebatur, nõ fuit li
beratus inspecto exitu p̃ditionis ipsius dotis, & hoc ita osten
ditur; nã testõr, qui voluit Ciprianum teneri ad dotãdam d.
Camillã, propter illã posses. eidem in effectu relictam, à qua
sumenda erat dos prædictę do. Camillæ, ẽt dedit modum, &
formam, secundùm ꝙ voluit expendi, & exbursari pecunias
ꝓ dote prædicta, & inter cætera voluit, ꝙ expenderentur, &
exbursarentur ad modũ do. Corneliæ suæ vxoris, & fideicõ-
missariorum suorum, vt in puncto, & in testamento legitur,
hoc est dicere, ꝙ solutio, & exbursatio dotis fiat scientib. &
consentientibus illis, & prout ipsi ordinauerint. fecit. n. in d.
testamento suos fideicommissarios illustr. Ducissam, magni-
ficum equitem do. Pet. Iaco. de Arnaldis, & magnifi. do. Frã-
ciscum à Strata armorum docẽ, & certè optimè considerauit
prudens testõr, cupiens filię suæ oĩno cõsultũ fore, quæ pro-
pter sexus fragilitatem facile decipi posset, non plenè intelli-
5 gens, quomodo sibi securè prospicere posset, † ei enim pręsu
mitur voluisse ꝓuidere; quia eius principaliter intererat sic
fieri, vt l. fideicommissa. §. interdum, & ibi not. Bart. post la.
de Are. ff. de leg. 3. & tradit Ias. in l. si cui legetur. §. fi. 2. colu.
de leg. 1. cõfidit ergo testõr de prudentia, & circunspectione
prędictorũ fideicommissariorum, & credidit, ꝙ ipsi modũ
inuenirent in solutione dotis, vt d. Camilla in omnem euen-
6 tum secura, & indemnis cum sua dote remaneret, † cuius se
xus fragilitati pater sic prouidere voluit, iuxta cap. ex parte,
el. j. de priui. & l. assiduis. C. qui po. in pig. hab. & in propo-
sito casu, si fideicõmissarij prædicti fuissent adhibiti, cũ vi-
dissent d. Robertum primum illius maritum militiam exer
cere, & nihil habere, vt d. Camillæ consulerent, omnino cre-
den. est, ꝙ voluissent securitatem aliquam de prædicta dote,
& aliter eam solui passi non fuissent, puta ꝙ pecunia inuesti-
retur, vel saltem quòd aliquis possidens immobilia promitte
ret, dotem illam restituturum, ꝙ facile obtinuissent; cum
(vt audio) mater p̃dicti Roberti esset diues, & verosimiliter
se obligasset. Cum igitur nõ fuerit seruatus ordo, & modus
à testõre datus in solutione, & exbursatione d. dotis; quia p̃-
dicti fideicõmissarij de solutione ignari non fuerunt requi
siti, vt modum soluendi inuenirent, & ita modus nullus fuit
in tali solutione consideratus contra ordinationem testato-
ris, sequitur, ꝙ talis solutio habetur pro non facta, & soluens
non debet dici liberatus quò ad præiudicium d. do. Camillę.
7 Et hoc dicendum est, siue velimus tenere, † ꝙ quãdo modus
inducitur ab homine, vt in casu isto, importet formam, ẽt si
nõ sequatur clausula anullans actum modo illo non obser-
uato, licet aliter sit, si à lege inducatur: vt voluerunt Innoc. &
Imo. in c. fi. de rest. spo. Car. in cle. j. in 30. q. de dec. & plures
alij, vt refert Alb. Bru. in tract. de for. & solen. illo art. quãdo
aliquid censeatur traditum pro forma. col. 21. versi. aliqui au
tem visi sunt in hac materia, siue etiam velimus, ꝙ non im-
portet formã, quando modus adhibendus dicitur habere ali
quem finem directum ad aliud, quàm ad formandum, sed ꝙ
modus ille solùm dicatur esse de iustitia, & vtilitate alicuius,
vt in casu isto cõsideratur respectu d. Camillæ, prout voluit
præd. Alb. Bru. in p̃dicto art. col. 22. ver. ego igitur in hac dif
ficili materia post aliquos, quos ibi alle. Nã si primum tene-
mus, solutio prædicta vsque ab initio dicitur fuisse inutilis
8 respectu liberationis ipsius Cipriani, † si. n. forma dicitur in
soluen. inducta, & non fuerit seruata in solutione, vt minus
legitimè facta nõ dr̃ secuta aliqua liberatio, cũ forma det esse
rei, & ea nõ seruata actus corruat, l. Iulianus. §. sed & si q̃s, ff.
9 ad exhi. & l. cũ hi. §. si prætor. ff. de trãs. cum si. † Si verò s̃m
teneamus, talis solutio siue liberatio inde proueniens debet
inualidari d. Camilla prosequẽte iustitiã suam; cum illa inuo
niat sibi maximè præiudicatũ, ex eo ꝙ solutio non fuit facta
ad modũ fideicõmissariorũ, i. illis sciẽtibus, & modum inue
nientibus, vt ex p̃dictis satis apertè constat, & declarat Alb.
Bru. in d. co. 22. sic igitur sequitur ex solutione prædictæ do-
sis prædictũ Ciprianũ effectualiter non fuisse liberatũ, & si-
bi debet imputari hoc, cũ ex culpa sua proueniat in nõ per-
quirendo modũ faciẽdæ solutionis prædictæ ab ipsis fideicõ
missariis, iuxta dispositionẽ, & ordinationẽ testatoris. & hoc
p reg. s. qđ q̃s, ex culpa. ff. de reg. iu. & c. dãnũ qđ q̃s, e. ti. li. 6.
10 cũ si. † & pro ista conclus. qđ dr̃ de debitore pupilli soluente
sine tutoris, aut iudicis auctoritate, qui licet in effectu libera
tur, si salua sit apud pupillũ pecunia, vel tantũdẽ, & ea de cau
sa põt dici, ꝙ consequatur aliquã securitatẽ, tñ si pecunia nõ
sit salua, & non reperiatur ad cõmodũ pupilli, nõ dr̃ debitor
ille liberatus, & imputet sibi, q in soluẽdo nõ curauit inter-
uenire tutoris, & iudicis auctoritatẽ, quibus interuenientibus
solutio illa parasset ei plenissimam securitatẽ, prout hæc tra
duntur p glo. & doc. in l. alt p̃tor. §. j. ff. de min. l. j. C. si aduer.
sol. & io §. at ecõtrario. insti. quib. alie. licet vel [illegible] ita. n. cõti
git do. Cipriano, qui soluẽdo dotẽ prædictã [illegible] modũ fideicõ
missariorũ, hoc est eis requisitis, & consentientibus cõs. ctus
fuisset liberationẽ & plenissimã securitatem, nõ dr̃ eã cõsecu
tus, dote salua nõ reperta, qa sine illis soluẽs voluit, spreta
penitus ordinatione testatoris, & ita ex culpa sua dãnum sen
11 tiens sibi imputet, vt dcm̃ est. † Nec prædictæ [illegible] ob. allе.
in cõtrariũ: qm̃ dũ primò dr̃, ꝙ solutione eius, qđ debet tolli
tur oĩs obligatio. rñdetur illud esse verũ, qñ soluitur, prout
solui debebat, ꝓut patet ex p̃dictis, ꝙ non fecit d. Ciprianus,
vt dictũ est. Illud aũt, quod dicebatur, eũ non teneri ad redo
tandũ: quia ex legali dispositione nõ erat obligatus, nihil ob.
nec ad propositũ: non. n. dicimus eũ teneri velut obligatũ ad
redotandũ, sed tanq̃ in effectu nũquã liberatũ, eo ꝙ malè sol-
uerit, & nõ s̃m ordinẽ testatoris, vt si dicatur esse in culpa, q̃
ei imputãda est, s̃m ꝙ supra dictũ fuit. Nõ ob. ẽt ꝙ d. Camil-
læ finẽ illi fecerit, & eũ liberauerit &c. cũ iuramẽto &c. qm̃
rñdetur, ꝙ ea co stãtibus his, quæ in facto p̃supponuntur, nõ
dr̃ sibi p̃iudicasse, quin nũc possit petere sibi dari dotẽ, vt pe-
tit. Et in primis nõ obst. ei vis, & auctoritas iuramẽti; qm̃ (vt
mihi p̃supponitur) fuit à tali iuramẽto, & eius viribus, & liga
mine absoluta velut enormiter lęsa, & fuit habilitata ad petẽ
dũ, prout petit, iuramento non obstãte, ꝙ ego magnifacio. Eo
igitur p̃supposito, secũdo loco dico, ꝙ ei nõ ob. finis, & libera
tio, quã ipsa fecit d. Cipriano; qm̃ pluribus modis rñdetur.
12 † Et primò dico, ꝙ ex quo ipsa fuit enormiter læsa, vt præsup
ponitur in absolutione facta a iuramẽto, & res ipsa demon-
strat cũ reperiatur nũc sine dote, debet ab ipsa liberatione, q̃
fecit, in inic. resti. veluti ex sua fragilitate, & ignorãtia, vt in-

fradi-

fra dicā decepta, & hoc ex clausula illa generali, si qua mibi
iusta cā videbitur, iuxta l.j.in fi.ff.ex qui.can.maio.ad ꝙ facit
13 pulchra doct. Bald. in rub.C.de rer. permu.† dū dicit,ꝙ in
muliere, rustico, & minore simplicitas præsumitur, quando
aliquod damnosum peragūt, & id eis non præiudicat, si iura
uerint; quia iuramētum veluti captiosum debet relaxari, pro
14 ut in casu isto fuit relaxatum: † nec enim iuramentum facit
mulierem sagacem, cuius iudicium, & consilium naturaliter
dicitur inualidum, vt ibi per Bal. quē refert, & sequitur De-
ci.in consi.45. quod supra mature, prima colu. Secundò re-
spondetur, quòd ipsa, cum maritus cōfessus fuerit, se recepis
se, & ei diceret, ꝙ liberaret fratrem, credidit se obligatam ad
15 id faciendum, & sic dicitur ius ignorasse: † ignorantia aūt iu
ris non debet nocere, cum tractet de damno vitando, i. de nō
perdenda dote, iuxta regulā l.error.in fi.ff.de iur. & fac.ign.
16 cū si. Et † maximè; quia mulier est, in qua facilius iuris igno-
rantia præsumitur, fm Barth. in l.fi.C.eod. & ita in simili ar-
guit Deci.in consi.60. Viso themate co.fi.ver. cum.n.agatur
17 de damno. † Eo addito, ꝙ quicquid fecit, pōt dici fecisse qua-
dam maritali reuerentia, propter quod eis magis subuenien
dum est, arg. l.j.§.quæ onerandæ. & ibi gl.no.ff.quarum rerū
ac .non de. & ibi Bar. & declarat in uxore, quæ maritali reue-
rētia aliquid facit. Quod ea rōne dicen. uidetur; quia domina
Camilla tunc sola erat, idest nulli ex suis consanguineis ade-
rant, uel amicis, iuxta l.transactionem. cum ibi not. per gl. &
doc.C.de trāsa. Immo dici potest, & sit tertia responsio, ꝙ ip-
sa ignorabat factum, nesciebat.n. solutionem dotis esse factā
18 aliter, quam fieri debebat; † quia testatoris ordinationē igno
rabat, prout præsumitur, l.nerius. cū gl.ff.de prob. Et potuit
etiam credere, ꝙ frater in soluen. dotem, prout conueniebat,
aliqua vsus fuisset cautela, & eam securam fecisset in omnē
euentum de sua dote, ꝙ factum non fuit, & ipsa decepta re-
19 māsit, meritò dr̄ digna subuentione & auxilio. † Et maximè
quia pro vero domina Camilla ignorabat, ut dixi, ordinatio
nem testatoris, & sic ius, quòd nunc sibi competit, propter il
lius inobseruātiam sibi competere ignorabat, propter quod
sequitur, quòd eiusmodi iuri non dicitur renunciasse, licet
amplam renunciationē fecerit in prædicta liberatione: trita
.n. est iuris regula, ꝙ nemo dicitur renunciare iuri, quod sibi
competere ignorat, l.mater decedens, & ibi doc. tradūt. ff. de
inoffi.test. cum concor. ut per Alex. in consi. 8. Visis subtilis-
simis col.fi.uer.item alia rōne, 3.uol. Immo etiam nec si dubi
tat, ut [illegible] Bar. per illum tex. in l.fi.§.j.C.de fur. cum con
cor. ut per [illegible] in l.sciēdum. col. 11. uer. istam gl. inducit Dy.
ff.de uerb.ob. [illegible] si dicat, ꝙ in dicta liberatione, & eius instru-
mento dicitur, non ui, dolo, metu, aut aliquo errore ducta,
sed ex sua libera voluntate &c. propter quod uidentur tolli
duæ istæ responsiones, & quòd dictum fuit in fi. primæ. Re-
spondetur, ꝙ omnia fuerunt dicta cū eisdem reuerentia, &
ignorantia, cum simul, & eodem tempore fuerint dicta; ut
in simili tradit patruus & dominus meus Soc. in consi. 263.
20 Capio primum. 6. col. uersi. nec ob. si dicatur. † Facit: quia si
quis soluit indebitum, & promittit de eo non mouere con-
trouersiā, non perdit condictionē indeb. quia. s. eadem rōne,
& eodē errore, quibus promittit, uel soluit indebitum, appo
nit illā clausulā, ut declarat Bart. in l.fi.§. idem quæsiti. ff. de
condi. inde. ubi ēt plus dicit, uidelicet, ꝙ non perditur condi
ctio indeb. etiam si expressè esset dictum, ꝙ renunciauit con-
dictioni inde. &c. ut per eum, qui magis communiter appro
batur, ut per Iaso. ibi, & idem referens Bart. sequitur Cor. in
consi. 189. In præsenti consulta. 2. col. in fi. j. uo. quod etiam
seruit in proposito, ut. s. nec clausula, renuncians &c. dicatur
21 ipsi dominæ Camillæ præiudicare. † Et præsertim ista dicen
da sunt; quia illæ clausulę, non ui, dolo &c. & etiam illa, renū
cians &c. apponuntur per notarium potius ex sua cōsuetudi
ne, quā ex aliqua præcogitatione partium, prout in simili de
clausula codicillari inquit Bar. in l.j. in 6.q.ff. de iure codi. &
de clausula iuramenti dixit Abb. post Ant. de Bu. in c. cū con
tingat. co. 20. de iureiu. & de clausula renūciationis sic dixit
Car. in cōsi. 120. Ad primū. prope fi. & Cor. in d. cōs. 159. &
in cōsi. 293. In hac consulta. 4. co. 4. vol. & plenè tradit Cur.
senior in consi. 1. Et si subtilis. 2. col. vbi alle. Bar. in d.l. 1. &
alios quosdam, vt per eum concludentem per tales clausulas
sic ex consuetudine notarij appositas, non fieri præiudicium
patri, sic igitur dicēdum est in proposito, ꝙ per renunciatio
nem, ꝙ alias clausulas, de quibus supra, nō sit præiudicatum
d.do. Camillæ. Præterea & quartò responderi potest, ꝙ do-
mina Camilla finem fecit, & liberauit fratrem respectu solu
tionis dotis factæ marito eius in hoc credens ipsi marito; qa
fassus fuit eam recepisse, aliunde.n. ipsa nihil sciebat, vt pro-
pter talem finem, & liberationem solùm posset forte dici, ꝙ
illa non posset nunc dicere, tu non soluisti dotem marito, ꝙ
tamen nō firmo, sed dico, ꝙ de hoc nō agitur in casu isto; nā
d. Camilla ēt nunc fatetur dotem fuisse solutam marito suo,
sed dicit, ꝙ non fuit soluta, prout oportebat ad conseruatio-
nem ipsius dotis, & ideo soluens nō fuit ita liberatus, quin
eueniente casu isto, quo dos non possit recuperari, remāserit
obligatus pro interesse d. dominæ Camillę, tāquam malè sol
uerit, & ex culpa sua secundùm quòd supra dictum fuit. Et si
ipsa dicatur in aliquo se obligasse puta ad non petendum am
plius dictā dotē, ꝙ videtur sequi ex liberatione à tali obliga-
22 tione, dicitur tuta velleiano senatus. † nā quando in aliquo
instrumento maritus & vxor ad aliquid se obligant, vxor di-
citur pro viro in effectu fideiubere, maximè si vir fuerit prin
cipaliter nominatus in instrumēto, prout isto casu cōtingit,
vt habetur per doc. p illum tex. in auc. si qua mulier. C. ad vel
leia. & in corpore vnde sumitur, tradit Spec. in ti. de ob. & so
lu.§.1.ver. sed quæritur, an vxor, & ver. sed pone vir, & vxor.
Et maximè hoc in casu isto dicēdum est; quia vltra id, quòd
maritus fuit primò nominatus, quantitas dotis peruenit ad
manus eius, & non probatur versa aliquo modo in vtilitatē
d. Camillæ; tunc.n. absq; dubio mulier velut pro marito in-
teruenienis dicitur tuta Velliano, vt per Spe. in d. ver. sed po-
ne vir & vxor, tradit Bal. in auc. hoc āplius. col. pe ver. & no.
hic argumentum pro eo. C. de fidei. & idem voluit in d. auc.
si qua mulier, & voluit Alex. in l. si mulier tanquam. ff. ad vel
le. in apost. ad Bar. & D. Maria. soc. auus meus in cons. 13. Vi
sis prędictis. col. 7. versi. est ergo aduertendū. & Io Cāpeg. in
tract. de dot. in 10.q. quartæ partis cum multis cōcor. qui ad
hoc allegari possent. Sic ergo sequitur, ꝙ si d. dn̄æ Camillæ
dotē petenti, prout petit, opponatur de fine & liberatio. prę-
dicta, ipsa replicabit, se non teneri ad illius obseruantiam be
neficio Velleiani, prout iam dictum fuit. Demum & quin-
tò respondetur, & tollitur omnis difficultas; qa quicquid ip-
13 sa dn̄a Camilla fecerit in proposito, redditur inutile, † eo ꝙ
mulier suis pactis, & conuentionibus non potest facere dete
riorem conditionem suę dotis, neque sibi respectu dotis po
test in aliquo præiudicare. l. de die. & l. Attilicinus. ff. de pact.
dota. iure.n. statutum est, mulieres ꝓpter earum fragilitatē
non posse sibi ipsis in dotibus pręiudicare, quòd etiā & prin
cipaliter dicitur inductum publico fauore, ne. s. eis sine dote
remanētibus matrimonia impediantur, & ita ciuitas liberis
non repleatur, iuxta. l. 1. cū sua materia. ff. sol. mat. & de mate-
ria ista tractat Io. Campeg. in d. tract. in 2. 3. 4. & 5. q. 4. partis.
Cum ergo in proposito si domina Camilla p̄dictā liberatio
nē nō fecisset, dotē à fratre petere posset, & ita eā haberet, nō
debet dici, ꝙ p illam liberationem & pacta quęcunque per
eam facta præiudicauerit sibi in dote, quin etiam nunc eam
24 petere possit, vt marito det, † ne aliàs ab eo expellatur, eo ꝙ
dotē p se promissam nō soluat, iux. l. fi. & qđ ibi no. Bal. C. ad
velleia. & tradit Ale. in cōs. 56. in pręsenti cōsulta. 2. col. ver.
& ꝙ alimēta. 3. vol. Remanet itaq; ex p̄dictis firma cōclusio,
ꝙ d. Ciprianus dicit obligatus soluere dotē p̄dictæ do. Ca-
millę eidē in testō patris relictā, & ipse ꝓ eo qđ soluit illi d.
Roberto habet eius hęredes obligatos ꝓ sua indēnitate. Et si
soluēdo nō sūt, aut nullus ei sit hęres, imputet sibi; qa nimis in
cautè, & cōtra ordinationē testōris dotē illā soluit, fm ꝙ su-
pra dictū fuit, ita qđē vt ei dici possit, ꝙ discat cautius nego-
ciari, vt in simili dicit l. l.a. C. de fur. Et stāte ista cōclusione,
nō ē opus disputare, vtrū hęredes patris d. Camillæ ipsius pa
tris psonā repn̄tātes teneāt illā iterū dotare, cū repiat indota
ta, qm̄ satis ei cōsultū est ꝓ dote sua aduersus Cyprianū eius
fra-

25 fratrem. In qua tamen difficultate, vbi esset necessaria † cõmunis conclusio doctorum est, quòd sicut patet eã redotare teneretur, si viueret, vt supra in prioc. dictum fuit, etiam tenentur hæredes eius, vt per Io. Campe. in tra. de dot. in 27. q. primæ partis. Et hoc procedit, nisi mulier perdidisset dotem culpa sua: quia tunc ei esset imputandum, nec esset redotãda etiam a patre, si viueret; vt volunt Bar. Ang. Ale. & alij in l. si cum dotem. §. 1. ff. so. ma. & Alex. in 2. col. asserit ita communiter teneri, ita etiã firmat dominus meus Soc. in cons. 75. Circa præsentem. 3. col. 1. vol. & Io. Campe. in d. trac. in 15.
26 q. primæ partis. † Vnde esset uidendum, an domina Camilla fuerit in aliqua culpa, q̃ fortasse alicui dicendũ uidebitur, attento q̃ illa constante matrimonio dum videbat maritũ suũ vergere ad inopiam, non petiit dotem, prout poterat, iuxta l. si constante. in prin. ff. so. ma. & l. ubi adhuc, cum sim. C. de iure do. etenim talis culpa videtur ei nocere, ut in d. authen. q̃d locum, & in corpore vnde sumitur, & ibi doc. tradunt. C. de
27 colla. † Sed ex aduerso ipsa se excusabit dicendo, quòd hoc ei facere nõ licuit, cum sit, q̃ dn. Robertus vir eius semper fuit in eo statu, & in ea conditione quò ad bona sua, & eorum administrationem, in quo fuit ab initio tempore contracti matrimonij, & receptę dotis. & expost nunquam dicitur magis ad inopiam declinasse, quàm ab initio potuisset considerari, cum tunc esset inops, & militiam exerceret; vt in puncto dicitur. Propter quod videtur considerabilis potius culpa soluentis dotem sine aliqua cautione, quàm do. Camillæ non repetentis cõstante matrimonio; quoniã si ipsa voluisset repetere potuisset maritus se defendere obijciẽdo, quòd erat in eodem statu ab initio, & nihil noui superuenit, prout cõcludit Dyn. in d. l. si constante, & Cyn. in d. l. vbi adhuc. Et licet Bar. in d. l. si constante. in 6. q. primæ partis, teneat contrarium fauore dotis, vt per eum, quem aliqui secuti fuerunt; vt ibi per Mod. Tamen contra eum est magis communis opi. vt ibi per Ias. qui contra Bar. istam opi. Dy. & Cy. defendit plurimos allegando concordantes, & Cro. ibi in sua repe. etiam illam sequitur, & asserit, quòd in puncto iuris est verior opin. quicquid in contrarium dixerint Bar. & sequaces, quorũ rationibus plenè respõdent ibi Ias. & Crot. Et licet Crot. in prin. dicat, quòd in decisionis sit tenenda opi. Bart. quia fauet doti, vt per eũ. Tamen ego illud non auderem dicere, cùm opin. contra Bar. sit verior de iure, & magis communis, vt dictum est. Et propterea dico, quòd si esset tenenda, quando fauet doti, vt per Cro. puta si mulier petat, & vir recuset soluere, esset .n. iudicandum contra virum pro vxore, vt. s. dos salua fiat; tamen in casu nostro illa opi. nõ est approbãda ad damnũ d. Camillæ, & sic dotis eius: cum ex tali opi. sequeretur dotis amissio. Videtur ergo, quòd in proposito esset iudicãdum dominam Camillam non fuisse in culpa fauore dotis, inhæren-
28 do opi. contra Bar. veriori & communi. † Et vbi domina Camilla ab hæredibus patris veniret redotanda, non est dubiũ, q̃ esset dos danda secundùm facultates, & vires hæreditatis, quæ nunc reperiuntur, & si non paterẽtur dotem in ea quantitate, in qua fuit prima dos, posset dari minor, sicut etiam contingeret patri, si viueret, nedũ si de nouo deberet eã redotare, sed etiam si prius dotem datam pater exegisset, & nunc eam secundo marito esset daturus; nam si peruenisset ad deteriorem fortunam, posset dotem minuere, vt est text. & ibi doc. tradunt in auct. sed quamuis. C. de rei vxo. actio. Super his tamen vlterius non insistã; quia non puto necessariũ, cũ ad dotem Ciprianus remaneat obligatus, secundùm quòd supra dictum fuit. Placuit tamen omnia tetigisse, vt in omnibus consultanti morem gererem. Laus Deo.

Soc. nepos, Senensis patritius, Paduæ. 1536.

C A S V S.

Franciscus Zangarius de Cesena a quadam sententia contra eum lata appellauit.

Expost lapsi sunt circa sex mẽses, & cã appellationis non fuit terminata, propter quod domina Genebria, in cuius fauorem lata fuit sententia, dicit fuisse desertam appellationẽ ex forma statuti Cesenatis sub rub. infra quantùm tẽpus possit appellari, in quo inter cætera cauetur, quòd appellans teneatur cum effectu infra duos menses causam appellationis prosequi, & eã quãtũ in eo fuerit fecisse p̃ sniã terminari, aliàs dicatur deserta appellatio, cuius statuti copia transmittitur.

Ex parte domini Francisci appellantis hoc negatur; quia ei non est imputandum; quia causam prosequi non potuit; tũ quia iudex fuit per mensem, & vltra absens, & sic facto iudicis fuit impeditus, tũ etiam quia ipse fecit suas positiones, quibus petijt responderi, & cum nũquam fuerit responsum dicit tempus duorum mensium sibi nõ cucurrisse; quoniam antequam positionibus respõdeatur, tempus non currit, iuxta formã alterius statuti sub rub. de causis, & casibus, in quibus ordinariè procedi debeat &c. in termino p̃batorio &c. cuius ẽt copia trãsmittitur, & ita allegatur esse de stilo curię.

Applicatur ex alia parte, quòd immo ipsi appellanti debet imputari, & ei dicitur tempus prędictum cucurrisse, vt sic deserta appellatio dicatur, eo quòd ipse non fecit quantum in eo erat, vt causa terminaretur, poterat enim prędicta impedimenta (dato quòd affuerint) aliquo modo remouere.

Quibus sic stantib. quæritur quid iuris? An. s. dicta causa appellationibus dicatur deserta.

15 tra dominã Isabellam. Cõprobatur optimo simili, † nam si
maritus leget vxori fundũ, hoc addito, quòd si illa alteri nu-
bat, fundus veniat in Titium, & sic fundus fuit restitutioni
subiectus, vxor interim hypothecauit fundũ, & postea alteri
nupsit, certè fundus veniet ĩ Titiũ sine aliqua hypotheca, nã
hypotheca dicitur fuisse extincta, cũ extinctũ fuit ius vxoris
hypothecantis, nec quicquam potuit fieri in pręiudiciũ Ti-
tij, cui fundus restituẽdus erat, ita signãter determinat. Ful.
in d. l. si res. in fi. in ver. audite aliud simile. ita ergo in casu
isto dicendum est, cum bona donata erant restitutioni subie-
cta, immo in totum pro non donatis habenda erant, si quid
per donatarium cõmittatur, propter quod bona sint confi-
scanda, & debebant redire ad donatricem, vel ad eius descen
dentes, ut in puncto narratur, unde cum casus ille euenerit,
si quæ hypotheca interim fuerit per donatarium facta, di
16 citur omnino resoluta. † Et pro his etiam facit pulchra de-
cisio Bal. in l. 2. in xiij. q. in uer. iuxta hoc quæritur. C. de re-
scin. ven. dum uult, ꝙ hypotheca facta ab emptore resoluat,
si postea per uendimrẽ res uendita recuperetur tanquam de
ceptum ultra dimidiam iusti precij, ut per eum.

Et licet Bar. in d. l. si res. contrarium uoluerit; tamen opi.
Bal. est uerior, ut inquit Ale. in d. l. si res. in apost. ad Bart. &
magis cõmuniter approbatur. nam cum Bal. tenet etiã Saly.
17 in d. l. 2. in 15. q. Et ratio est, † quia semper resoluto iure pi-
gnorantis resoluitur pignus, quando resolutio prouenit ex
eã originarij contractus, uel eius naturã, etiam quòd uideat

aliquo

aliquo modo fieri ex voluntate hypothecantis, vt per Bal. &
Saly. in d. l. a. per tex. in d. l. ex vectigali. nã & ibi cõsideratur
volũtas eius in non soluendo canone, vt per eos. ita ergo dicẽ
dũ est in casu isto, cũ resolutio veniat ex causa originaliter in
ipsa donatione considerata. Possent & alia plura similia alle-
gari, sed gratia breuitatis hæc sufficiant. Et sic satis clarè
per hoc secundum principale fundamentum ostenditur, ꝙ
domina Isabella contra dicta bona donata hypothecaria vti
non potest, nec in ea potest obtinere. Non ob. ꝙ pignoris per
secutio sit realis, & res pignorata trãseat in quemcunque cũ
suo onere, vt supra in contrarium allegabatur; quoniam re-
spondetur, ea omnia procedere, quando sim pliciter res hy-
pothecata transiret de hypothecante in alium non per uiam
resolutionis iuris, puta ꝙ vendat, vel ei succedatur, sed quan
do ex causa in contractu considerata extinguitur ius hypo-
thecantis, & perinde habetur, ac si nũquam habuisset, seu re
uocatur ab illo res, prout contingit in casu isto, & in similib.
hypotheca interim facta extinguitur, vt ex prędictis cõstat.

Tertiò & vltimò ex alio ęquè principaliter dico, quòd do
mina Isabella non potest obtinere: quoniam obstat ei excc-
ptio rerũ per eã habitarum ex bonis domini Io. bapt. quæ (vt
mihi asseritur) sũt longè maioris ęstimationis, quàm sit do-
tis quantitas, vnde cuiusdã cõpẽsationis exceptione pro con-
currẽti tamẽ quãtitate ab instãtio iudicio dẽt reijci. Et pro
residuo remanet obligata. Et maximè hoc procedere dẽt in
casu isto; quia (vt mihi præsupponitur) ipsa pluries affirma-
uit, & ita contenta fuit, res illas apud se habere velle, & reti-
18 nere pro satisfactione suæ dotis, † vt sic ipsa ex propria volũ-
tate aliud pro alio recepit, iuxta l. a. §. 1. ff. si cert. pet. cum cõ
cor. de quib. ibi per glos. & doc. & huiusmodi exceptio rerũ
retentarum, & sic quodammodo exceptio compensationis
19 iuridicè ei potest opponi; † cum nõ proposuerit actionem
personalem ad restitutionem dotis, sed hypothecariam, aut
Saluianum interdictum, & agat non vt vxor, & tanquam cõ-
tra maritũ vel eius hæredes, sed ut contra quemlibet posses-
sorem; non enim conuenit eo casu, vt habeant locum priui-
legia dotis, arg. notatorum per Bartol. & alios in l. si filio fa-
milias. la 2. ff. solut. mat. & ita in indiuiduo in terminis no-
stris concludit Bald. nouel. in trac. dotium. in 8. parte in a.
priuilegio. uer. sexta limitatio, & habetur etiam in dictis al-
legatio. in prin. Nec ob. quæ supra in contrarium allega-
bantur, nam dum primò dicebatur, quòd domina Isabella bo
na prædicta, vel eorum precium erogauit &c. Respondetur,
20 quòd istud debet ostendere; † quia suæ assertioni in hoc nõ
creditur, sed ipsa, quod asserit, probare debet. l. 2. ff. de proba.
etiam quòd illud asserat excipiendo, vel replicando, vt l. 1. &
ibi per docto. C. de proba. nec. n. verosimile est, immo nec
quasi possibile, quòd ipsa domina Isabella tam magnam sum
mam erogauerit illo tempore, quo dominus Ioan. Baptista
uir eius carceribus detentus fuit, & quod non est uerosimi-
le, dicendum non est uerosimile. ff. quod met. cau. capit. soli-
citę. de rest. spo. cum simi. Immo dici solet, ꝙ imaginem falsi
tatis habet, quod est remotum a uerosimili, ut loquit Bal. in
l. 1. 3. col. C. de ser. fugi. Alc. in consilio 27. in causa & lite. co
si. 2. uol. Ias. in l. si extraneus. 2. colum. ff. de cond. ob cau. &
Dec. in consilio 654. Viso & perlecto. 2. col. Si quid autem ip
sa ostenderet se erogasse, aut etiam boni uiri arbitrio iudica-
retur erogatum, esset (ut puto) illi admittẽdum, sed (ut mihi
asseritur) non tantũ potest dici erogasse iuxta boni uiri arbi-
triũ, ut de reliquis non remaneat sibi plena satisfactio ꝓ sua
21 dote. † Ad secundum autem, quo dicebatur per §. taceat. C.
de rei uxor. act. ex prædictis dicitur responsum, nam non ꝓ-
cedit, quando hypothecariam, vel Saluianum interdictum
vxor intentat, ut contra quemlibet possessorem, vt supra di-
ctum fuit.

Et prædictis triplici fundamento quolibet principaliter
& de per se considerato, constat dominam Isabellam in pro-
posita actione obtinere non posse, & hoc multo magis dicen
dum est tribus fundamentis simul, & coniunctè consideratis.
Laus Deo.

Soci. nepos, Paduæ legens in prima vespe. lec. 1533.

C A S V S.

Ser Bernardinus Astulfi de Vrbino cũ esset matrimonio cõiunctus, suscepit ex quadã alia muliere duas filias Franciscã videlicet, & Hieronymã, & cupiens, ꝙ bona, & hæreditas eius pòst mortem perueniant ad prędictas filias, hoc ipsum in petitione exprimẽs, petijt eas legitimari a quodam Comite Palatino à Reuerendissimo Legato de latere creato, vt sic admitti possent ad hæreditatem ipsius, & aliorum cõiunctorum tam ex testamento, quàm ab intestato.

Ille Comes non habebat auctoritatem legitimandi, sed solùm poterat dispensare cum quibuscunque personis ex illicito coitu natis, vt in bonis parentum, & aliorum coniunctorum, absque tamen præiudicio uenientium ab intestato, succedere possint.

Qui Comes legitimauit eas, seu cũ eis dispensauit, iuxta eius potestatem, vt possint tanquam legitimè natæ patri earũ, & alijs coniunctis succedere tam ex testamento, quàm ab intestato, sine tamen pręiudicio venientium ab intestato, vt latius ex instrumento legitimationis constat, cuius copia transmittitur.

Ex post lapsis ferè annis quinq; decessit dictus ser Bernardinus intestatus, tam etsi dum esset infirmus (iacuit. n. permultos dies) bono modo fuisset requisitus in fauorem suarum filiarum disponere.

Eo sic defuncto domina Camilla, & do. Elisabeth neptes ipsius ex sorore, ut vulgò dicitur, tanquam proximiores ab intestato ipsi succedentes, illius hæreditatem adiuerunt, & ita dominium rerum hęreditariarum, & alia iura adeptę fuerunt, & plurima bona realiter apprehenderunt.

Deinde orta aliqua dubitatione per iudices fuit facta declaratio, quòd prædictę neptes essent hæredes, & ꝙ filiabus ser Bernardini assignetur dos 40. florenorum pro qualibet.

Et hoc factũ fuit eo prætextu, quia legitimatio, seu dispẽsatio prędicta nõ videbatur pręiudicasse prędictis neptibus.

His stantibus, & sic post mortem d. ser Bernardini, & post quæsitum ius in eius hæreditate ꝓdictis neptibus ꝓdictæ filię fuerunt in amplissima forma legitimatę a Magnifico domino Antoniomaria Campegio, & habilitatę ad hæreditatem patris, licet iam defuncti, non obstante ꝙ aliis esset ius quæsitũ, esset adita hæreditas, essent bona apprehensa, & ẽt ꝙ esset lata illa iudiciali declaratio, cuius magnifici do. Ant. Marię priuilegium est amplissimũ, prout hęc ex ipsa legitimatione uideri possunt, cuius & etiam illius amplissimi priuilegij copia transmittitur.

Quibus sic stantibus quæritur, ad quas ex dictis mulieribus spectet hæreditas dicti ser Bernardini, an videlicet ad ꝓdictas eius filias vigore istarum legitimationũ, vel alterius ipsarũ? An ad dictas neptes tanquam ad successores ab intestato, & proximiores tempore mortis dicti ser Bernardini.

Excellentissimus dominus Lelius Taurellus Fanensis cõsuluit in fauorem dictarum neptium, & consilium transmittitur, & vbi iustitia patiatur, petitur eius comprobatio.

S V M M AE.

De duplici legitimatione spuriarum facta altera parte viuente, & petente, altera post eius mortem, an scilicet per eas præiudicetur venientibus ab intestato, qui mortuo illo adiuerunt hęreditatem, & bona actualiter acceperunt.

1 *Successionis prima causa filiorum est.*
2 *Interpretatio non debet fieri in legitimatione, seu dispensatione per quam ipsa fiat illusoria, & nil operetur, vide infrà nu. 22.*
3 *Verba ista, sine praeiudicio venientium ab intestato, in legitimatione posita, quomodo intelligantur, & infrà nu. 21. & 23.*
4 *Actus validus efficitur, vbi voluntas, & potestas concurrunt, infrà nu. 30.*
Actus humani à voluntate & potestate regulantur.
5 *Legitimari an quis possit pluries.*
6 *Priuilegij legitimantis tenor semper est.*
7 *Scientes bona ad se non spectare, & acceptantes dicuntur esse in mala fide.*

8 *Princeps potest auferre hareditatem per aditionem, & sic de iure ciuili quasitam, uide infrà nu. 32. & 33.*
9 *Dominium an sit de iure gentium, uel ciuili, & infrà nu. 31.*
10 *Acquisitionis causa que principalis est, semper attendi debet.*
11 *Multa in consequentiam permittuntur, qua aliàs non concederentur.*
12 *Princeps quod potest, potest etiã eius Comes palatinus ab eo habens auctoritatem, si in priuilegio hoc exprimatur.*
13 *Legitimatio qua fit post mortem patris, qui praeordinauerat filios legitimari, praiudicat omnibus, quibus ius in hareditate erat quasitum, uide infrà nu. 36.*
Etiam si de spuriis legitimandis agatur.
14 *Legitimatio quòd fiat ĩ uita patris eo petente, uel post eius mortẽ eo praeordinante.*
15 *Quod in supplicatione dicitur, attendi solet.*
16 *Voluntas patris uolentis filios legitimari sufficit, quòd appareat inter uiuos, & etiam per simplicem epistolam.*
17 *Legitimatio propriè fieri non potest, sed potius dispensatio, quando agitur de filijs natis ex illis, inter quos non poterat tunc esse matrimonium, & infrà nu. 19.*
18 *Spurij dicuntur nati ex adulterino coitu.*
20 *Dispensatio uti odiosa strictè interpretanda est.*
24 *Dispensationis uerba semp debent intelligi, ut dispensatio minus operetur.*
25 *Intestatus decedens tacitè uidetur uoluisse uenientes ab intestato uenire ad eius successionem.*
26 *Voluntas hominis usque ad mortem ambulatoria est.*
27 *Citatio uenientiũ ab intestato requiritur secundùm communem conclusionem, quando non fit propriè legitimatio, sed dispensatio etiam patre uiuente.*
28 *Dispensatio sine causa cognitione ualet.*
29 *Comites palatini legitimationem sine causa facere non possunt, licet secus sit in supremo principe.*
31 *Dominium de iure gentium sine causa per principem tolli non potest.*
32 *Princeps ius quesitum aditione non potest per legitimationem sine causa auferre secundùm magis communem opinionem.*
Et qua causa allegari possit, infrà 34. & 39.
Quid si sit delata hareditas, non tamen adhuc adita.
35 *Princeps cum ex causa ius suum alicui aufert, tenetur ei ad precium iuris sibi ablati.*
37 *Aut. item si quis. C. de natu. libe. loquitur de filijs naturalibus.*
38 *Legitimatio per subsequẽs matrimonium, et legitimatio post mortem patris ex eius praeordinatione parificantur.*
39 *Spurij appellatione in latissima significatione quid comprehendatur.*
40 *Aut. item si quis. C. de natu. libe. loquitur de praeordinatione facta per testatorem in testamento, & etiam inter uiuos.*
41 *Praecognitio aut aliques animi motus non sufficit, quòd filij legitimẽtur, nisi talis animus deducatur in dispositionem directam post mortem patris.*
42 *Actus hominum non operantur prater eorum intentionem.*

CONSILIVM CXX.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitia.



ERSPECTIS his, quæ in facto narrãtur, considerato etiam diligenter elegantissimo, ac sapientissimo consilio clarissimi D. Lelij mihi uti fratris hon. Cõclusio ab eo firmata primo aspectu multũ dubia uisa fuit. Videbatur. n. quòd filiæ prædicti ser Bernardini deberẽt ad eius hæreditatem admitti exclusis prædictis neptib. ex sorore, s. domina Camilla, & domina Elisabeth.

Et primò uidetur, quòd d. filiæ uenire possint uigore primæ legitimationis, seu dispẽsationis, nã cum ille Comes haberet auctoritatem dispensandi cum quibuscunque natis ex illicito coitu, ut in bonis parentũ, & aliorum succedere possint, & ita cum dictis filiabus ad instantiam earum patris dispensauerit, uidetur, quòd sint habilitatæ ad succedendũ patri, vnde cum pater earum intestatus decesserit ratione habilitationis p̃dictæ, vr̃ quòd dictæ filiæ alijs exclusis succedere de-
e beant, †cum filiorum sit prima cã successionis, auc. in successione. C. de suis, & legi. & in corpore vnde sumitur. Nec videtur obst. clausula illa, sine præiudicio venientium ab intestato. posita in priuilegio illius Comitis, & etiam in ipsa legitimatione. seu dispensatione, quia non videtur sic simpliciter, & generaliter intelligenda in fauorem quorumcũq; ab intestato venientium; nam si eo modo intelligeretur legitimatio, seu dispẽsatio, redderetur quodãmodo frustratoria, & filij cũ quib. ita esset dispensatum, quasi nunquã patri succederent: cũ ferè semper extent aliqui agnati, vel cognati, vxor,
a vel saltem fiscus, qui ab intestato succedũt. †Ab hmõi dispẽsatione non debet adhiberi interpretatio, per quã ipsa fiat elusoria, & nihil operetur, arg. l. si quando. ff. de leg. 1. & c. si Papa. de priuile. in 6. Et ita per hanc rationẽ, & etiam alias re-
5 perio, quòd Ang. in consi. 263. Viso puncto. determinat † ista verba importare, quòd nõ fiat præiudicium filijs legitimis eius, qui dispensari cum filio suo spurio petijt. Sed bene præiudicatur transuersalibus, quia eis exclusis ille dispensatus succedet patri suo, vt ibi plenè per ipsum, quam interpretationẽ ad d. verba, & ad clausulã prædictã tenuerũt multi, vt per Ale. in consi. 188. Perspectis verbis. 4. col. 5. vol. per patruum & dominum meum Soc. in consi. 41. Viso indulto. 4. & 5. col. 3. vol. per Io. Crot. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. in col. mihi 47. in prin. ff. de lib. & posthu. & per Cor. in consil. 34. In hac quidem consultatione. 5. col. 1. vol. qui omnes vltra allegatos ab eis in locis prædictis videntur concludere, quòd illa verba, sine præiudicio legitimorum &c. vel venientium ab intestato, debent intelligi non vniuersaliter respectu quorumcunque cognatorum, sed tantùm respectu descendentium illius, qui petijt cum filio suo spurio dispensari; alij autem cognati, & sic venientes ab intestato (prout in casu isto sunt illę neptes ex sorore) per filium dispensatum, vt supra excludnntur. Præterea in casu isto non videtur tractari de p̃iudicio venientium ab intestato; cum illæ sint quędã cognatæ transuersales, & non sint de liberis: nam illæ sola volũtate dicti ser Bernardini poterant priuari; quia poterat ipse quẽcunque uellet instituere. Vnde cum in supplicatione facta p ser Bernardinũ in ista prima legitimatione, seu dispẽsatione appareat eius voluntas, quòd filię admittãtur, & per consequẽs, quòd cognatæ excludãtur. Non videtur, quòd per legitimationem, seu dispensationem prædictam inferatur præiudicium venientibus ab intestato, qui solùm venire possunt vbi adsit voluntas morientis saltim tacita iuxta l. si quis cum testium. ff. de iure codi. quę isto casu omnino videtur cessare cum sit expressa, quòd succedant filię. Ex quo videtur, quòd nullo modo voluerit istas cognatas neptes suas succedere, de quo ipsę non debent posse conqueri, cum in arbitrio suo fuisset et bona dilapidare, vt videtur velle Pau. de Cast. in consi. 102. Videndum est primò. prope fi. 2. vol. secundùm nouam impressionem. & clausula illa, sine præiudicio venientium ab intestato, videtur intelligenda solùm, vbi de voluntate patris non appareret, siue vbi venientib. ab intestato ius aliquod esset quæsitum. Videtur ergo, quòd filiæ prædicti ser Bernardini vigore istius primæ legitimationis, seu dispẽsationis omnino debeant admitti exclusis neptib. prædictis. Secundò videtur, quòd admittantur saltem vigore secundę legitimationis in amplissima forma factæ, attenta vberrima potestate Comiti Palatino legitimanti concessa, primò per Imperatorem, & postea per summum Pontificem; nam inter cętera continetur, quòd possit legitimare etiam post mortẽ patris, & in pręiudicium quorũcunque agnatorum, vel cognatorum, quib. fuisset acquisita hæreditas et per actualem apprehensionẽ, prout videtur contigisse in casu isto (si prima legitimatio nõ præiudicasset prędictis neptibus dicti ser Bernardini) nã sicut in facto narratur, erat acquisita hęreditas eius, etiam per apprehensionem actualem omnium bonorum. Et prædictis neptibus, & alijs quibuscunque cognatis voluit prædictus Comes p̃iudicare, nõ obstante aditione hæreditatis, & actuali apprehensione bonorum per ipsas neptes facta, vt apertissi-

mè

me ex verbis legitimationis apparet,cũ igitur Comes talem potestatẽ habuerit, & id facere voluerit, ut in legitimatione expressit, non vt dubitandum de validitate ipsius legitima-
4 tionis,† quia semper vbi voluntas,& potestas cõcurrũt,actus efficitur validus.c.cum super.de offi.deleg. com alijs allegatis supra per Consulentem,tradit Dec.in consi. 198. Et pro tenui. 2.col.& Andr.Barb.in consilio quodam incip.Sapienter &c col. 15.impresso inter consi.Curtij nn.66.dicens, ꝙ omnes actus humani regulantur a potestate & voluntate, ꝓut etiam dicebat Boe.lib.4. de consola.philosophię.Et ita ẽt in materia legitimationis dicit patruus, & dominus meus Soc.in consi. 120. Memini me aliàs.3.col.3.vol.
5 † Nec videtur obstare,quòd dici solet,plures legitimationes simul nõ concurrere eo, ꝙ semel legitimatus non videtur,quòd possit amplius legitimari,iuxta not.per Cur.in cõsi. 116. Clarus vir Iacob. 10.col. Quoniam verius uidetur,ꝙ immo quis possit pluries legitimari,& ex pleniori,& validiori legitimatione postea iuuari,ut voluit Bal.in consi. 146. Titius princeps Achaiæ, ꝓpe fin. 1.uol. & dixit Pau.de Cast.in consi. 41. Viso testamento Reliquiani,prope fi.2. uol. secundùm nouam impressionem, & clarius tradit Dec. in consi. 55. Et pro tenui.4. col. ver. & considerandum est. in consi. 152. In causa exemptionis.1.col.& in l.1.2.col. C.de carbo. edi. Et præsertim hoc videtur procedere isto casu, in quo primò non fuit simpliciter facta legitimatio, sed fuit facta dispẽsatio ad succedendũ, iuxta auctoritatem illi primo Comiti concessa;ille.n.non habuit potestatem legitimandi, sed dispensandi,& habilitandi ad successionem,ut ex eius priui-
6 legio patet,† cuius tenor semper est inspiciendus.c. porrò, & c.accepimus,de priuil.tradit D.meus Soc.in cõs. 112. Prima consultatione. 2. col. ver. secundò præmitto, & Cur.in consi.73. Super memorata. 2.col.ver.sed pmissis non obstat. Vnde cum essent istæ filiæ ser Bernardini factæ legitimæ simpliciter optima ratione videtur, ꝙ petierint post mortẽ patris se simpliciter legitimari. Et per hoc videtur, quòd tollantur allegata per Cur.in d.consi. 16. nam illa procedere videntur,quãdo prima legitimatio plenè facta fuit, & ius legitimitatis simpliciter tribuit. Nec iterum huic secundę legitimationi uidetur obstare, ꝙ mortuo ser Bernardino fuit quæsitum ius in suis bonis prædictis neptibus,quæ vt proximiores ab intestato succedentes adiuerunt eius hęreditatem, & bona realiter,& actualiter apprehenderũt,ex quo videtur, ꝙ eis in iure sic quæsito non potuerit per talẽ legitimationem p̃iudicari,maximè nulla subsistente causa, vt plenè per Consultorem dictum fuit, & infra dicetur. Quoniã videtur posse responderi primò, ꝙ immo eis nullum fuit quæsitũ ius, quia stãte illa prima legitimatione, seu dispẽsatione hæreditas ser Bernardini pertinebat ad eius filias sic ad succedendũ ab intestato habilitatas, cum filiorum sit prima causa successionis ab intestato,ut supra dictum fuit. Et aditio, seu apprehensio facta ab illis neptib.non videtur eis patrocinari, quia uidentur iniustè & de facto apprehendisse, cũ ad eas nõ per-
7 tineret hæreditas,sed ad filios ser Bernardini. † Et ideo istæ neptes videntur possessores malæfidei:quia scientes habilitationem,& dispensationem de filiabus factã, sciebãt bona ad se non spectare, meritò ergo ea accipientes videntur in mala fide,iuxta doctr. Bar.in l. furtũ.§.fundi,ff.de vsuca.& in l.illud,ff.de peti.hære.facit l.fi.C.unde vi,& cap. si virgo. in fi. 34.q.2. Secundò etiam responderetur, posito quòd istis ne-
8 ptibus ius qnęsitũ, & iure acquisita hęreditas fuisset, † Quoniam eis fuerunt bona acquisita per aditionem hæreditatis, & sic de iure ciuili, vt voluit gl.in ver.nostræ ciuitatis.in fi. in l.j.ff.de acq.rerum dom.dixit Pau.de Cast. allegando illã gl.in l.cum hæredes.in prin. ff.de acquiren. posses. vbi ẽt idẽ videtur velle Alex.in 3.col. Quo stante videtur, ꝙ princeps etiam sine causa potuerit tale ius sic iure ciuili quęsitum auferre,vt voluit Bal.in l.fi. 2.col.ver.sed immediate op.C. sententiã rescin.non pos.& Aug.in l.Lucius. 1.not.ff.de euic.& tradit Pau.de Cast.in l. 3.ver.item per hanc legem,ff.de testa. qui etiam idem dixit in d.l.cũ hæredes, de acqui. poss. cum multis cõcor.ut scribit Dec.in c.quę in ecclesiarum,col. nu-

hi xij.ver. quintus casus. extra de constitu. & in consi. 557.
9 Accuratè. 1.col.in fi. † Et licet aliàs dominium soleat dici de iure gentiũ, tamẽ quando quæritur aditione, præscriptione, uel simili modo de iure ciuili, uidetur ꝙ sit de iure ciuili considerata causa,ad quam dominium uenit consecutiuè, & rescissa causa tanquam principali, rescinditur dominium, quod accessoriè uenit,ut uoluit Bal.i d. l.fi. col.fi.uer.sed cõ-
10 trarium dico,† semper.n. causa acquisitionis, quæ est principalis, debet inspici.l. si quis nec causam.ff. si cer.pet.tradit in simili de voto, Inno. Anto.de But.& alij doct.in c.a.de voto,& refert Dec.in d.cap.quæ in ecclesiarum loco præalleg. vnde cum princeps de aditione,quę est de iure ciuili liberè, & sine causa disponere possit, tanquam de causa dominij in cõseqnẽtiam dicitur etiam de dominio eo modo quęsito pos-
11 se disponere per prædicta:† quia multa in consequentiã permittuntur,quæ aliàs non concederentur.l. 1.ff.de usuc. tuto.
12 cũ si.† & qd potest princeps, potest etiam comes palatinus ab eo habens auctoritatẽ, si hoc in priuilegio exprimitur; vt voluit Bal.in l.cũ filius.ff.de testa.mili.& in l. 2.col.6.ver.si. a.nota, ꝙ si Papa.C.de serui.& aqua.cum alijs multis adductis supra per Consultorẽ.Et cũ in casu nostro in priuilegio comitis sit expressum, ꝙ possit p̃iudicare agnatis, vel cognatis,etiam adita hæreditate, videtur posse concludi istis neptibus per hanc legitimationem esse præiudicatum, cum istud in ea clarè dicatur.
13 † Tertiò videtur posse responderi,& argumentũ procederet,quãdo post mortem patris filij legitimarentur nulla pręcedente præordinatione patris ad talem legitimationem, nerùm quando pater,dum viuebat, ordinauit filios eius legitimari, puta ꝙ in testamento suo clarè dixerit, tunc legitimatio,quæ ad instantiam filiorum post mortem patris fieret, p̃iudicaret omnibus agnatis,& cognatis,quibus ius in hæreditate illius patris fuisset per mortem eius quæsitũ,tex. est clarus in auc.item si quis.prima,&in corpore vnde sumitur.C. de natu.libe.& ibi omnes doc.declarant, tradit Bar.in l.Gallus.§.& quid si tantũm,col.fi.ff.de lib.& posthu. dum alleg. d.auctẽ. item si quis,& ibi omnes doc.sequuntur,vt'p Consultorem dictum fuit. Et adeo videtur hoc verum, ut procedat,etiam si de spurijs legitimandis agatur, prout est casus noster,prout colligitur ex doct. Aluaroti.in c. 1.§. naturales, mihi in 4.col.ver.& infert ad quæstionem.Ipse.n.ibi loquitur de spurijs,& dicit in eis habere locũ, vt post mortem patris legitimari possint præcedente præordinatione patris,vt per eum,quem allegant magnificus, ac excellen.primus sub scribens, cuius elegantissima,& doctissima subscriptio,post quam prædicta inceperam scribere,mihi oblata fuit,& vltra eum dico, ꝙ hoc etiam uidetur velle Car.Rui.in d.§.& quid si tãtũm, col.fi.dum semper loquitur de spurio,quod etiam videtur sentire ibi Bar.qui ẽt aliquando loquitur de spurio, & de spurio ẽt loquitur ibi Iaf. Et ratio huius decisionis est; q̃a cũ ad hanc legitimationem adsit patris volũtas, qui oĩbus suis agnatis,& cognatis circa sua bona poterat præiudicare, aliter de eis,& quomodo vellet disponendo,perinde uidetur ac si ipso patre viuente, & petente legitimatio facta fuisset, quo casu non esset dubitandum legitimatos præferẽdos om-
14 nibus agnatis,& cognatis,vt p doc.in d.§.& quid si tm̃.† vbi Bar.clarè vult, paria esse, ꝙ in vita patris legitimatio eo petẽte,vel post eius mortem eo præordinãte fiat, vnde cũ in ꝓposito nostro prædictus ser Bernardinus pater legitimatarum filiarum in vita sua declarauerit voluntatem suã, ꝙ legitimarentur, non videtur dubitandum eas sic legitimatas excludere d.neptes d.ser Bernardini. Quòd autẽ pater ipse sic præordinasse videatur, & voluerit d.eius filias legitimari, videtur cõstare ex ipsius supplicatione,quã facit i prima legitimatione,seu dispensatione:dixit.n. ꝙ cupiebat bona,& hæreditatẽ eius post mortem suam peruenire ad d.eius filias,& ideo eas petebat legitimari,& habilitari ad ei succedendum, tã ex testamento,quàm ab intestato,vt latè patet in ipsa supplicatio-
15 ne,† & aliàs solet attẽdi,quod in supplicatione dicitur,vt ꝓbatur in d.c.inter dilectos,ibi,secundùm formã petitionis,
16 extra de fide instru.& in l.j.C.de diuer.rescri.cum si. † Nec

videtur

uidetur obstare, q ista uoluntas patris non appareat ex testa-
mento, prout loquitur d. auc. ne si quis, quia uidetur, q satis
sit, quomodocunq; appareat, & inter uiuos, & etiam per sim-
plicem epistolã, ut post do. meum Soc. & Cur. per eum alleg.
declarat insignis mod. Lancellot. Galiau. in d. §. & quid si tan
tũ. co. xv. uer. secunda cadit dubitatio. prout ẽt tetigit primus
subscribens. Istis sic stantib. non uidetur consideranda alia
causa in ista secunda limitatione; quia uoluntas, & preordina
tio patris tollere uidetur hanc considerationem, & pro iusta
causa habetur, ut ex prædictis cõstat. Et ex his uidetur istas
filias ser Bernardini ex qualibet istarum legitimationum de
bere præferri in bonis earum patris istis neptib. eius. quæ (ut
uerum fatear) me aliquantisper ancipitem detinuerunt. Sed
tamen predictis non ob. omnia diligentius, maturiusq; con-
siderando uerissimum arbitror, quod supra p excel. consulẽ
tem, & subscribentem (de iure ut puto) cõclusum fuit, uide-
licet, q predictæ filiæ spuriæ ser Benardini nullo modo ad-
mittantur ad eius hæreditatẽ, sed ad eam uocare fuerunt pre-
dictæ neptes eius, & in ea de iure conseruari debent, prout il-
lã adiuerunt, & bona actualiter apprehenderunt. Quæ cõclu-
sio ex his, quæ per prefatos Consultores dicta sunt, optimè,
& concludẽter iustificatur, & aliàs p se clara esset, nisi ei alle
ga. supra in contrarium obstare uiderentur. Tota ergo dif-
ficultas consistit in responsione, & resolutione ipsorũ. Et quã
uis ex deductis p do. Consultores realiter dici posit respon
sum esse omnib. in contrariũ alleg. tamẽ ut ueritas clarius ap
pareat, seriatim, & distinctè singulis respondetur, ut infra.
17 † Et pro euidentia presuppono, q quando agitur de filijs,
uel filiabus natis ex illis, qui matrimonio coniungi tunc nõ
potuissent, puta ex ligato, & soluta, & sic ex adulterino coitu,
non potest eo casu pprtè fieri legitimatio, sed dicitur potius
dispẽsatio, & tales filij propriè nõ dicuntur naturales, de qui-
bus legitimandis sepe iura loquũtur, sed dicuntur spurij, de
quib. ut dixi, non dicitur propriè fieri legitimatio, sed dispen
satio. Quòd nõ sint naturales, probatur in auc. ea complexu
generaliter intelligenda, put intelligit ibi gl. C. de incest. nu
ptijs. & illã intelligentiã gl. sequuntur ibi Bal. & alij. & uide-
tur clarè hoc dici in § fi. in auc. quib. mo. nat. effi. sui. coll. 7.
& in §. si aduersus. ubi per Arc. inst. de nup. hoc etiam uoluit
gl. insti. de adop. in pri. & Bal. in auc. si qua illustris. post prin.
18 C. ad senat. orfi. † & ubiq; doct. nostri dicere solent, natos ex
coitu adulterino non dici filius naturales, sed spurios, & hoc
non habet dubium, sic ergo istæ filiæ ser Bernardini ex adul-
terino coitu natę, erant ei filię spuriæ, non autem naturales
19 legaliter loquendo. † Quòd autem isto casu, & similibus
nõ possit dici propriè, & simpliciter legitimatio, sed potius
dispensatio, uoluit Pa. de Ca in consi. mihi xxx. super puncto
isto. 2. col. uer. item certũ est. 1. uo. secundùm nouã impressio
nẽ, tradit Dec. in consi. cccxciij. consulut superiorib. dieb. vj.
col. uer. ultimò considerandũ est. cum concor. alle. supra per
do. Consultorẽ, & ultra eum ita etiam uoluit Curt. in consi.
xvj. preall. col. ix. uer. sed scrupulũ restat, & in consi. lxiiij. se-
riosa narratione. col. pen. uer. nam quoties legitimatur. And.
Barb. in consi. lvij. sapienter dixit psalmista. 3. col. 2. uolu. &
Dec. in consi. 576. pro resolutione. 2. col. uersic. postremò cõ
siderandum est. & in consi. 579. in præsenti casu. in princ. Et
ista consideratio respicit nedum primã legitimationem, ut
ita dixerim, sed etiam secundam, quælibet enim ipsarum nõ
simpliciter legitimatio, sed dispensatio dici debet per predi-
20 cta. † Et consequenter sequitur, quòd quelibet earum tãquã
odiosa strictè interpretanda est, ut p doc. in locis prædictis,
& per Consultorem supra dictum fuit, & dixit Corne. in con
sil. xcij. primo aspectu. 4. col. in prin. 2. uolu. & in consi. ix.
memini proximis diebus. col. fi. 4. uol. Et considerando
particulariter primã, ex alio ostenditur clarissimè, quòd non
legitimatio, sed dispẽsatio dici debet, eo quòd ille comes pri-
mus solùm habebat auctoritatẽ dispensandi, ut supra dictũ
fuit, & ideo quibuscunque uerbis ipse usus fuerit, non potuit
plus operari, quàm sibi esset concessum per iura uulg. & per
magnificum, ac excel. subscribentem ad aliud propositum di-
ctum fuit. His sic stantibus, unà cum alijs Consultoribus
dico, & concludo. primò, q istæ filiæ ser Bernardini iuuari
non possunt ex illa prima dispensatione, & hoc triplici fun-
damento. Primò: quia dicta dispensatio dicitur facta sine
præiudicio uenientium ab intestato, ut in ea clarè exprimi-
tur, nec aliter poterat ille comes dispensare, ut ex priuilegio
suo apparet in uer. sine tamen præiudicio ueniẽtium ab in-
testato, quę uerba licèt uario modo per nostros doc. intelligã
tur, & aliqui sint, qui solùm respectu descendentium hanc
clausulam intelligere uelint, ut supra in contrarium allega-
21 batur; † tamen communior est opi. & magis recepta, ut in-
telligatur etiam respectu transuersalium, saltem usque ad
quartum gradum, quib. dicitur reseruari ius succedendi ab
intestato, ut uerba ipsa sonare uidentur, nisi. n. agnati, uel co
gnati, quib. non facta dispensatione hæreditas ab intest. de-
ferretur, vocarentur certè ex tali dispensatione eis esset illa-
tum præiudicium contra mentem, & expressa uerba dispen-
22 santis. † Nec ob. q supra allegabatur in contrarium de inu
tilitate dispensationis; quia respondetur, q immo non erit
inutilis, & satis operabitur ad exclusionẽ fisci, uxoris, & alio
rum ultra quartum gradum, item ẽt satis operabitur, si pater
testando dispensatum filium instituat; quia tunc eius testamẽ
tum attenderetur, & ita esse communem opi. attestatur Curt.
in consi. 73. super memorata. col. 2. & Dec. in consi. 138. in
casu proposito. col. 1. in d. consi. 393. in prin. & in d. consilio
576. 2. col. & in consi. 509. viso themate. in princ. cum aliis
23 multis allega. supra per alios Consultores, † & ultra eos ita
firmat Corne. in d. consi. 93. 3. colum. in fi. dicens, q propter
clausulam prædictam dispensatus non uocabitur ab intest.
nisi quando aliqui legitimi non extent, aut extantes succede
re nolint, sic etiam uoluit asserendo communiter teneri pa-
truus meus Soci. in consi. 212. prima consultatione. 3. & 5.
col. Et fuit determinatio Bal. in quodam suo consi. incip.
verba autem, succedere ualeas, impresso inter consi. Ang. nu.
264. qui si rectè aduertatur, loquitur etiam in fortiorib. ter
minis, idem uoluit Pau. de Cast. in consi. 102. uidendum est.
1. col. in fi. uer. quartò uidẽdum. secundùm nouam impress.
& Lud. Bolo in consi. 58. do. Antonius. col. 8. in fi. & ita etiã
determinat do. Ludo. Sardus in tract. legitimationum. in 5.
q. 7. q. princip. & ista opin. sine dubio debet attendi in casu
isto: cũ non simus in legitimatione, in qua procedit presens
disputatio, & communis opi. uidetur, ut dictum est, sed aga-
24 mus de dispensatione strictè interpretanda, † & in qua sem
per verba intelliguntur, vt dispensatio minus operetur, ut
declarat Gemi. in consil. 33. pro examinatione, 5. col. uersi.
nam verba &c. Nec huic primo fundamento ob. conside
ratio supra facta in contrarium in ver. præterea in casu isto
non videtur tractari &c. quoniam clarè respondetur, quòd
immo agitur de preiudicio istarum neptium ser Bernardini
sibi ab intesta. succedentium, vt ex iam dictis constat. Et dũ
dicitur, quòd illę nõ possunt venire, nisi ex voluntate saltem
25 tacita ser Bernardini, † dico hoc fatendo, quòd illa tacita vo
luntas intelligitur adesse; quia. s. ille intestatus decedens di
citur tacitè eas voluisse sibi succedere. l. conficiuntur. post
prin. ff. de iu. cod. si. n. ille voluisset eas sibi succedere, poterat
facile testari in fauorem filiarum spuriarum, attenta dispen
satione iam facta, vel quorumcunque aliorum, unde cum nõ
fecerit, maximè cum de hoc fuisset requisitus, ostenditur,
quòd voluit tacitè hæreditatem suam venire ad ueniẽtes ab
intestato, & consequenter ad istas neptes. Nec in contrarium
vrgent verba illa in supplicatione, dum dicitur, quòd ser
Bernardinus cupiebat, quòd bona, & hæreditas eius ad filias
post ipsius mortem deueniat; quia licet tunc cuperet, non ta-
26 men dicitur in ea uoluntate pdurasse vsq; ad mortẽ, † & aliàs
ultima uoluntas est ambulatoria usq; ad exitum vitæ. l. 3.
§. fi. cum l. seq. ff. de adi. leg. l. cum hic status. §. ait oratio. ff. de
dona. inter vir. & uxo. cum si. Et si dicatur, immo perdura
uit; quia mutatio uoluntatis non præsumitur. Respondet, q
de mutatione uoluntatis satis constat ex eo, q uoluit testari,
secundùm quòd supra dictum fuit. Nec potest dici, quòd
crediderit eas sibi ab intestato successuras; quia sciebat eum
eis dispensatum fuisse sine preiudicio uenientium ab intest.

& sic taliter, φ ille ab Intest. non erant uocandæ, stätibus ma
ximè pdictis neptibus, Sed erant tantùm habilitatæ, vt ab
eo possent institui in testamento ad exclusionem d. neptiū,
secundum φ supra declaratum fuit. Et sic vbi voluisset eas
sibi succedere exclusis prędictis neptibus, potuisset eas in te
stamento vocare, non obstante earum spurietate, quod cum
non fecerit, creditur noluisse eas sibi succedere, sed moriens
intestatus tacitè videtur d. eius neptibus veluti ab intestato
venientibus bona sua reliquisse. Secundò ista dispēsatio pri-
ma non patrocinatur d. filiabus ex defectu citationis eorum,
quorum intererat nullus. n. in ea citatus fuit, & tamen non
est dubium, φ pluriū interfuisset eam non fieri, si illa pdes-
set ipsis filiabus, & maximè istarum neptium, quæ ab intesta-
27 to erant successuræ. † Vñ succedit clara, & communis con-
clusio, φ quando non fit vera, & propria legitimatio, sed di-
citur fieri dispensatio, requiritur citatio venientium ab in-
testato, etiam si dispensatio fiat patre viuente, & aliàs facta
non valet in eorum præiudicium, secundùm Pet. de Anch.
in consi. mihi 241. ex tenore priuilegij. 2. col. refert, & sequi
tur plures alios allegan. patruus, & D meus Soci. in d. l. Gal
lus. §. & quid si tantùm. in vlti. verbis, & ita etiam uoluit
auus meus dom. Mar. Soc. in suo solenni trac. de citationi-
bus, in septimo artic. in 30. casu, in fi. dicens, quòd ita etiam
consuluit Ioan. de Ana. vt per eum, quem refert, & sequitur
Albet. Brun. in trac. de statu exclud. fœmi propter mascu. in
12. artic. in 4. q. in quarta limita. in fin. Et licet aliàs soleat
dici, quando legitimatio fit ad patris petitionem non requi-
ri citationem aliquorum, vt per Bar. & alios in d. §. & quid si
tantùm. tamen illud non procedit, quando non fit propriè
legitimatio, sed dispensatio, ut ex prædictis constat. Et ratio
est: ut patebit statim in tertio fundamento, vnde cū in casu
isto agamus de dispensatione, sequitur, quòd ex defectu cita-
tionis dicatur nulla ad præiudicium non citatorum, ut est
dictum. Tertiò redditur nulla ista dispensatio ex defectu
28 causæ cognitionis, † semper. n. & pro regula dicimus, φ in
dispensatione debet adhiberi causæ cognitio, aliàs si sine
causæ cognitione fieret, non dispensatio, sed dissipatio po-
tius diceretur, iuxta no. per Ioan. And & alios in c. de multa,
de præben. & in cap. cum ad monasterium. de stat. mona. &
dixit auus meus in d. trac de cita artic. 7. uersi. 47. in dispen-
satione &c. tradit Pau. de Cast. in cōsi. 348. noian. quòd adul
terium. 2. col. uersi. præterea dispensatio, primo vol. secundū
nouam impressio. Pet. de Anc. in d. consi. 241. istud est cōmu-
ne dictū apud nostros doc. vt per Alex. in consi. 188. perspe-
ctis uerbis. 2. col. ver. septimò. 5. vol & per Cur. in consi. 19.
uiso priuilegio. 4. col. & in d. consi. 64. col. pen. & per Dec. in
pluribus consi. supra alle. in præsupposito supra facto, qui
plures alios concordan. alle. Sed in dispensatione, de qua agi
tur, nulla fuit adhibita causæ cognitio, ergo &c.

Et ista est ratio secundi fundamenti statim allegati, nā cū
causæ cognitio adhiberi debeat in dispensatione; & in hoc
differre solet a legitimatione, vt per docto. in locis pdictis, se-
quitur, φ in ea debēt citari illi, quorū interest; ut traditur in
locis 7. alleg. Et hoc eo pſertim pcedit in casu isto; cum
non a Papa, sed a Comite Palatino habēte auctoritatē aposto
29 licā sit facta ista dispēsatio; † nā isti Comites ēt legitimatio
nē sine causa facere nō possunt, secundùm Anto. Rosel. in tra
cta. legitimationis, in c. de causa materiali. uer. sed hic dubi-
tamr, licet secus dicat esse in supremo principe, & ita D. An-
to. referendo arguit Deci. in d. consil. 579. col. fi. uersi. & hoc
videtur saltem habere locū, & ita uoluit Vincen. Paleat. in
consi. incip. uiso puncto. 5. col. in prin. impresso inter consi.
Cur. nu. 17. & si idem in legitimatione facta secundùm istos
doc. fortius in dispensatione, de qua agimus, per pdicta, &
ex his omnibus saltem simul iunctis concluditur in proposi
to, istas filias ser Bernardini ea prima illa dispēsatione tuua-
ri non posse, & propterea meritò a peritissimo iudice iudica
tum fuit illa prima dispensatione non obstāte istas neptes fo
re hæredes, pro qua sententia etiam in dubio præsumendum
esset per iura uulgaria. Secundò etiam dico, & concludo, sē
tentiā aliorū cōsulētium sequendo, φ prædictę filiæ, nec ex

ex secunda limitatione post mortem patris facta iuuari pos
sunt. Illa enim, ut supra dictum fuit, non dicitur propriè legi
timatio, sed potius dispensatio, & propterea in ea iusta causa
requirebatur respiciens publicā utilitatē, maximè cum in ea
agatur de auferendo istis neptibus iure iam quæsito per adi-
tionem, & actualem apprehensionem, quæ causa cum non
interuenerit, sequitur satis clarè, φ talis dispensatio, seu legi-
timatio dispensatiua non debet prædictis filiabus patrocina-
ri. Et quoniam circa hoc egregiè, & abunde per Consulto-
rem, & subscribentem dictum fuit, ad eorum dicta me referē
do, in hoc probando aliter non insistabo, sed solùm tangam
aliqua, ut constet alleg. supra in contrarium nullo modo ob-
30 stare conclu. nostræ. † Et in primis dum dicebatur, φ isto ca
su cum uoluntate secundi comitis concurrebat potestas &c.
hoc apertè negatur: quoniam ex quo nulla causa subsistebat,
non dicitur d. comes habuisse potestatem, quam exercere uo
luit, & propterea ex defectu potestatis d. comitis applicando
ad casum nostrum ista secunda legitimatio, seu dispensatio
non dicitur præiudicasse istis neptibus ser Bernardini. In pri
uilegio. n. d. comitis nedum exprimitur, φ sine causa possit,
quod esset necessarium, ut absque causa dispensare potuisset,
iuxta no. per Ludouic. de Sard. in d. trac. legitimatio. in vj. par
te. in ia. q. sed exprimit, φ honestè, moderatè, & præuia ratio-
ne sibi concessa potestate utatur, ut patet in ipso priuilegio,
in uer. hæc autem omnia, & singula &c. ibi, de ratione, & mo
deramine cuiuscunq; actus faciendi, ac honestate per uos ha
benda consili &c. prout hæc uerba pluries, & plenè per alios
Consultores ponderata fuerunt, maximè per magnifi. scribē
tem, dum alleg. not. per Felyn. in c. canonum statuta. col. xx.
de const. ex eis sumendo in casu nostro arg. a fortiori, ut per
eum. Et φ dicebatur, quem posse pluries legitimari, & ex vali
diori legitimatione postea iuuari, esto φ sit uerū, nihil facit
ad rhombum: quia procederet, quando aliqua legitimatio
ualeret, & iuridicè facta fuisset, quod in casu nostro negatur,
& dr, φ neutra de iure illis filiabus patrocinari potest, ut
s. dictum est, & infra etiam dicetur. Et licet fundamentum
illud, φ hic agamus de dispensatione; quia filiæ illæ spuriæ
sunt, ut supra dictum est, & propterea requiratur causa, quæ
isto casu non interuenit, uideatur per se sufficiens etiam
ad annullandam istam secundam dispensationem: tamen plu
rimùm etiam facit contra eam, immo ipsam totaliter uitiat;
quia in ea agitur de auferendo iure iam quęsito istis nepti-
bus per aditionem hæreditatis, & actualem apprehēsionē bo
noru, qđ certè per d. Comitē fieri nō potuit, pręsertim nulla
subsistente causa secundum quòd per Consultorem plenè de
ductum fuit. Nec huic fundamento ob. tres responsiones su
pra datæ in alleg. in contrarium; quoniā omnibus responde-
tur, ut infra. Et ad primam dico, φ nihil ob. quia omnia in ea
pręsupposita sunt falsa; nam cum illa prima dispensatio nō
patrocinetur in aliquo d. filiabus, ut supra est ostensum, sequi
tur, φ illę neptes de iure, & bona fide delatam sibi hæredita-
tem dicti ser Bernardini adiuerunt, & bona eius apprehende
runt, & eis in dictis bonis dicitur fuisse ius & dominium de
iure acquisitum, quo stante illa prima responsio nihil obstat.
Ad secundam responsionem supra datam posset primò re-
31 spondendo dici, † quòd immo licet aditio hæreditatis ui-
deatur modus acquirēdi dominiū de iure ciuili; tamē domi
nium sic acquisitum dicitur esse de iure gentium, & propter
hoc per principem sine cā iusta, & pbabili auferri nō potest,
iuxta tradita per doc. in l. fina. C. si contra ius, uel uti. pub.
& hoc defendit, & cōprobat Fel. in c. quę in ecclesiarum. in 4.
declaratione secundi mēbri, est mihi, in xx. col. uer. secūdus
casus. de cōsti. cum multis cōcordan. adductis ibi per eū, ut
supra per do. Consultorem, & in terminis nostris, uidelicet
32 † quòd per legitimationem princeps ius quæsitum aditione
nō possit sine cā auferre, videtur magis cōis opi. ut declarant
Pau. de Ca Ale. Aret. & d. meus Soc. in d. § & quid si tm. ubi
ēt nouissime ita cōcludit plures alios allegādo, & asserendo
esse cōem opi. insignis mode. Lācel. Galiau. col. fi. de quo &
uidēdus est subtilis moder. Hispanus ibi co. mihi. 132 ī fi. cū
pluribus seq uiq; ferè ī fi. ubi plus uoluit, & satis rationabili-
ter de-

ret defendit, videlicet, q immo nec ante aditionẽ, si tñ sit de
lata hæreditas, nõ possit princeps sine causa ius adeundi ali-
cui auferre, ut per eũ, super quo pro nunc nõ insisto, nec quã
quam firmo tanquam non necessarium, & quia contrarium
cõiter tenetur. Sed post aditam hæreditatem uidetur ma
gis communis opin. q ius sine causa auferri non possit, ut di
ctum est, licet plerique contrarium tenuerint, prout supra
in contrarium allegabatur, a qua opin. communi non est in
iudicando recedendum per iura vulgaria. Et si hoc non põt
princeps, minus poterit in casu nostro ille comes, maximè at
tento q princeps in priuilegio sibi concesso ostendit, q vult
omnia per dictum comitem modestè, honestè, & cum rõne
fieri, ut supra ponderabam, & sæpe per consultores alios di-
ctum fuit. Secundò si quis de prædicta responsione dubita-
ret propter auctoritatem tenentium contrarium, licet dubitatio
33 non esset iusta, aliter responderi potest dicendo, † q allegata
in contrarium procedere forte possent, antequam post adi-
tionem hæreditatis bona actualiter apprehenderentur, verùm
post actualem apprehensionem, qua mediante dicitur domi-
nium acquisitum naturaliter, & de iure gentium, omnes do-
cto. concludunt, tale ius per principem sine causa auferri nõ
posse, & minus per istos comites, ista est cõis, & indubitata
conclusio doc. omnium in d. §. & quid si tantùm. & alibi sæ-
pe, ut supra per d. Consultorem, quicquid in contrarium di
xerit solus Ang. in l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei uen. cu
ius opi. ab omnibus est damnata, ut per Fely. in d. c. quæ in ec
clesiarum. col. mihi 15. ver. secundum membrum, & p Ias. in
34 l. Barbarius. 7. col. uer. 13. facit. ff. de offic. præto. † Et causa
sola allegari potest, quæ respiciat publicam utilitatem, vt de
clarat Ias. in d. l. Barbarius, prope fi. 6. col. cum alijs allega. su
pra per Consultorẽ, & uoluerunt moder. præal. in d. §. & quid
si tantùm. & ita etiam declarat Lau. Calca. in consi. 51. licet
his quæ supra. 6. col. in ver. nec ob. quod dicitur cum plurib.
qui alleg. possent, unde cum in proposito istis neptibus fue-
rit acquisitum ius per actualem apprehensionem, & sic natu
raliter, & nulla subsit, aut allegetur causa publicam utilitatẽ
respiciens, ut plenissimè per Consultorem deducitur, sequi-
tur, q nec princeps, & minus ille comes poterit eis tale ius
auferre, & ita ét in simili declarat Cor. in consi. 302. aliàs p
me &c. 2. col. in fi. 4. uol. Et pro confirmatione huius cõclus.
35 considerandum est, quia aliàs dici solet, † q qñ princeps cũ
causa probabili, & publicam utilitatem respiciente, aufert ali
cui ius suum, tenetur ei ad precium iuris sibi ablati, prout
declarat Ias. post multos ab eo relatos in d. l. Barbarius. col. 8.
ver. secunda conclusio. in casu autem nostro si quis diceret,
q princeps, aut ille comes deberet istis neptibus dare preciũ
iuris hæreditarij, de quo agimus, certè derideretur, ex quo
satis probabiliter sequi potest, tale ius eis non posse dici ab-
36 latum, ut rectè intuenti patebit. † Demum non obst. ter-
tia responsio; qm̃ primò rñderi põt, q omnia in ea dicta pos
sent procedere, qñ ageretur de legitimatione filiorum natu
ralium, & sic natorũ ex his, inter quos poterat tunc esse ma
trimonium, quo casu diceretur fieri propria, & simplex legi
timatio, non autem procedere debet in casu nostro, in quo
agitur de spurijs, de quib. non fit simplex legitimatio, sed di
spensatio, seu legitimatio dispensatiua, prout supra dictum
37 fuit, † & ita suadent uerba d. auc. item si quis. C. de nat. li. &
in corpore unde sumitur: cum semper illa iura loquantur de
filiis naturalibus, & ita illam auc. declarant ibi Bald. Saly. &
alij, & fuit decis. Bar. in q. sua. 15. habeo filiam naturalem. in
resolutione q. & ita uoluit Deci. in consi. 176. viso themate.
2. col. in fi. cum alijs multis alleg. per primum Consultorẽ.
38 circa fi. consi. ad quem me remitto. † Et ista opi. cõproba
tur; quia in §. sin. in uer. si uerò solummodo. in auc. qui. mo.
nat. effi. legi. ex quo sumitur d. auc. item si quis. iunctis ibi p̃-
ceden. si rectè mentẽ Imperatoris intueamur, uidentur parifi
cari respectu filiorum ista duo, uidelicet eos legitimari posse
per subsequens matrimonium, & legitimari posse post mor
tem patris ex præordinatione eius in testamento, sed istæ
filiæ tanquam spuriæ per subsequens matrimonium non
potuissent legitimari, ut ex toto illo tit. colligitur. §. quibus
mo. na. effi. legi. tradunt Ange. & Iom. in l. ex facto. §. si quis
rogatus. ff. ad trebel. refert, & sequitur Ang. Aret. insti. de ser
ui. cogn. in prin. in 2. col. ergo sequitur, q nec etiam ex præor
dinatione patris post mortem eius. Et sic q d. auc. itẽ si quis,
non habet locum in spuriis, & sic in casu nostro, & ita inuo-
nio, q signãter uoluit Ang. in d. auc. quib. mo. na. effi. legi. §.
1. concludens per sequens matrimonium, uel p uoluntatem
patris præordinantis eos tantùm posse legitimari, q nati sũt
ex eis, inter quos matrimonium contrahi poterat, ut p eum.
Et istam opi. comprobat, & uidetur defendere Lancel. Galia.
in d. §. & quid si tantũ. col. xv. uer. quinta cadit dubitatio. non
attenta distincti. quam ipse ibi in fi. sub dubio ponit; quia re-
pugnat rationibus per eum primò alleg. quæ uidentur hanc
opi. concludẽter probare, ultra superius allegata, licet etiam
illa distin. prædictis non contrarietur, cũ coitus adulterinus
a lege puniatur. Et licet doc. loqnẽtes de dispositione d. auc.
illã si quis. & sic de legitimatione, quæ fit post mortẽ patris
eo præordinãte aliquando loquantur de spuriis, ut supra in
contrariũ allegabatur; tamen non p hoc est inferẽdum, q uo
lunt loqui de adulterinis cũ in contrarium sit cõmunis opi.
ut ex prædictis constat, sed prout etiam dixit, primus Consul
tor in fi. credi debet, q accipiant spuriũ in latissima signifi-
catione, qua quilibet non legitimè natus comprehenditur, si-
cut etiam bastardus cõmuni uocabulo omnis talis dici so
let, ut sic uelim spurij appellatione comprehendere natos ex
personis, inter quas matrimoniũ contrahi nõ poterat, & sic
naturales propriè, in quibus solũ procedit dispositio d. auc.
item si quis. Ad quod bene facit doc. Bar. in l. fi. 5. col. ff. de
his quib. ut indi. cum alijs per præfatũ Consultorem allega
tis, quibus addo Cardi. in c. nisi. pridẽ. §. personæ. in ex. q. de
renunc. Et si quis pertinaciter uelit intelligere, q præalleg.
doc. capiant spurium pro nato ex inhabilibus ad matrimo
nium, & sentiant in eo habere locum d. aucten. item si quis,
quod tamen ego nunquam credam, dicam, q in hoc malè sẽ
tiunt, & contra eos est communis opi. ut ex prædictis cõstat.
cartello responsiuo. Et cum super hoc tantum remaneat con
trouersia inter istos illustrissimos dominos, ut etiam supra
disi. Et do. Galeottus iam suam intentionem probasse uidea-
28 tur. † Et ultra ẽt cum armis eam se defensurum offerat, non
uideo in quo possit remanere grauatus, ẽt si nihil ultra sequa
tur. Concludo ergo, ꝙ dr̃ omnino exgrauatus, & famam, &
honorem suum conseruasse, iux. tradita per Pari. de Puteo in
dicto tract. in 6. lib. c. 18. & ea quæ supra diximus in secunda
dubitatione. Et si dicatur, immo uidetur remanere prima
controuersia, utrum. s. illust. d. Vguccionus prohibitionem,
de qua in suo cartello fecerit animo iniuriandi, & damnificã
di do. Galeottum. Respondetur, quòd immo ista quæstio ui-
detur sopita, eo ꝙ dom. Galeottus cum non sit perscrutator
cordium, illud non absolutè affirmat, cum pendeat ex solo
animo do. Vguccioni, sed bene dicit, ꝙ ita credidit, quan-
do Nicolao Lusco uerba dom. Vgucciono referenda com-
misit, ſm ea quæ supra dicta fuerunt. Ex quib. remanent cla-
rissimè resoluta omnia in contrarium allegata. Et hoc solum
sufficeret ad demonstrandum, ꝙ illust. d. Galeottus dr̃ ho-
nori suo plenè satisfecisse. Cui etiam illud addatur, ꝙ ubi
quis malè considerans uellet, quòd ad eum spectaret prouo-
catio ad pugnã (quòd tñ absolutè negamr.) Ad huc tñ dico,
quòd honori suo satisfecit, oblatam pugnam acceptando, &
postq̃ sibi oblata fuit, dicitur reseruatus ab honore illam spõ
te petendi seu offerendi. Et ꝯria cogitatio posset forte proce
dere, si dom. Vguccionus solùm dixisset dom. Galeotto quòd
mentiebatur, & iudicium armorom non elegisset. Sed post
quã illud elegit, quando dixit. *Mi offero sostenerlo con l'armi
in mano*, aperit uiam domino Galeotto, ut in iudicio armo-
rum esse possit absque eo, quòd ipsum domi. Vguccionum
prouocet, & ei sufficit, iux. tradita per Paridem de Puteo in
d. tracta. in lib. 1. c. 12. & per Dec. in præallega. consi. 487. &
686. Et ultra etiam dici posset, quòd considerata in con-
trarium possent procedere, quando causa, de qua agitur, es-
set de illis, ex quibus duellum de consuetudine permittitur,
quod est falsum ut constat ex dictis supra in secunda quæ-
stione, loquendo maximè de eo, quod asseritur imputatum
domino Vgucciono. Hæc tamen dicta sint ex abundanti,
quia ueritas est, quòd illa, talis qualis erat, dicitur so-

pita. Et solùm remanet causa in eo, quod domino Galeotto im-
putatur per dominium Vguccionũ, videlicet, quod mentiatur, seu
mentitus fuerit in cõmissione sermonis per Nicolaũ Luscũ
relati domino Vguccionо. Nã hoc absolute negat illustrissi-
mus do. Galeottus secúdùm quod supra deductũ fuit. Et suam in
tentionem nedũ probat per suam assertioné, quam ẽt iuramen
to firmabit, si opus fuerit, Sed etiã cũ armis, postquã ad duel
lum prouocatur, dicit se eã substentaturum. Et prędicta procedant
respectu eius, quod do. Vguccionus super certo asserit, dominũ
Galeottum mentiri. Super eo verò, quod super incerto asserit eũ
mentiri, dum in suo cartello dicitur. *Et tanto di questo, quanto
d'ogn'altra cosa, che haueste detto, diceste, ò fuste per dire in preiudi-
cio dell'honor mio. &c.* Nũ est iudicio meo faciẽda difficultas:
29 † quia sunt uerba nimis generalia, & incerta, propterea reijciẽ
da, & nõ attẽdenda, sicut dicim⁹ de libello iudiciario, ius. l. j.
ff. si mes. fal. mod. dixe. & l. j. vbi gl. Bar. & alij, maximè Mod,
30 ff. de off. asses. & tradunt Bal. & alij in l. edita. C. de eden. † Ete
nim pugna duellaris procedit ad similitudiné contentionis iu
diciarię, arg. c. j. in prin. quib. mo. feu. amit. cũ concor. ut per
Par. de Puteo in d. trac. in 6. lib. c. 16. in fi. & tradit Io. de Lig.
in d. trac. in 10. c. Et dixit Signoro. i consi. 96. Quęstio dispu
tãda, 2. col in ver. respõdeo ad secundũ. vbi allegat. c. j. §. ũ mi
les. de pace tenen. & alia ut per eum. Preterea etiã dico, quòd d.
uerba in effectu sunt conditionalia, & importãt perinde, ac si
dictum fuisset, Si & quoties contra honoré meũ loquutus,
fueris, seu si quid contra honoré meũ dixeris &c. ut rectè in
tueri probatur in l. vxoré. §. testamẽto quo. ff. de leg. 3. prout per
illũ tex. & alia plura in hac duellari materia de simil. uer-
bis declarat Dec. in consil. 487. 2. col. uersi. sed tamen his nõ
obstan. Qua stãte, apte sequitur, quod nisi appareat Illust. do. Ga-
leottum loquutum fuisse contra honorem do. Vguccioni, &
sic nisi ostendatur impleta conditio illius, ut ita dixerim, mẽ
tite, remanet mentia illa nulla, & sine. effectu, & perinde ac si
31 data non fuisset, cum ea, † quæ conditionalia sunt, pendeans
a veritate conditionis. Et conditione non uerificata sint nul-
lius momenti. l. hæc venditio. in prin. ff. de contrahen. emp.
& l. cedere diem. versi. ubi sub cõditione. ff. de ver. sign. facit
l. qui hæredi. §. Plautius. vbi Bar. & patruus meus Soc. tradũs
32 ff. de cond. & dem. † & ita in mentita data sub conditione, quod
non verificata conditione sit nulla, dicit Dec. in d. cons. 485.
2. col. Cum itaq; in proposito mentita ista super incerto, &
conditionaliter data, sit nulla, consultissimè fecit Illustr. do.
Galeottus nihil quò ad eam respondendo. Et sic in omnib.
dicitur honori suo prospexisse, ita ut apud illustrissimos do-
minos milites, & graues uiros (etiam si nihil vltra sequatur)
remaneat absq; aliqua læsione sui honoris. Demum ani-
maduerto in cartello illust. do. Galeotti posita esse illa vlti-
ma uerba videlicet, *Dechiarandoui però non prima voler far tal*
effetto che uoi habbiate satisfatto à le querele, che auanti que sta
uostra di uoi sono fuori. Quæ uerba, ni fallor, ut etiam cętera
33 consultissimè posuit, † Nam de iure, quãdo quis reperitur
habere plures diffidationes, siue per se factas contra aliquos,
siue per alios factas contra se, siue etiam mixtim, prius debet
terminare illas diffidationes, & querelas, quæ in tempore prę
cesserunt, arg. l. qui prior. ff. de iud. & l. in operibus, iuncta gl.
ff. de loca. ita per ista iura, & pulcherrimas rationes conclu-
dit Paris de Puteo in prædicto trac. in 3. lib. c. fi. dicens, quod e-
tiam milites in re ista peritissimi ita censuerunt, & idem ui-
detur uelle in libro de impressijs, & disdicta, qui est post no-
num lib. in c. 9. Posito ergo, quòd persona illust. do. Vguccio
nis sit in aliqua querela actiuè, vel passiuè proposita ante istã,
quam ipse posuit de illust. Galeotto (de quo tamen in facto e-
go nil scio) ante omnia debet illi satisfacere tanquam in tem
pore præcedenti, & cum hoc sit apud omnes exploratissimũ,
super eo ulterius non instabo. Laus Deo.

Soc. nepos, Paduæ legens. 1542.

Hæc consil. sunt etiam impressa post tract. Alciat. de duello.

C A S V S.

Domina Barbara filia & in potestate Leonardi lãceso de bonis & hæreditate matris eius plurima bona acquisiuit, quo eum usufr. iure patriæ potestatis ad do. Leonardum pertinebat, & ita talia bona semper tenuit & possedit.

Domina Barbara prędicta iam nupta Antonio Lazari de Prestano diocesis Tridẽtinæ decessit superstite sibi Melchiore filio legitimo & naturali ex prædicto Antonio adhuc superstite.

Leonardus prædictus perseuerauit in possessione prædictorum bonorum, & post aliquos annos decessit, & in suo testamento prædictũ Melchiorem in sua legitima tantùm hęredem instituit, & eidem reliquis marchas quinquaginta denariorum pro bonis, quæ ipse testator tenebat prædictæ do. Barbarę eius filiæ, & quæ fuerunt dominæ Christianę matris illius, & hoc quia tanti illa bona extimabat.

Et eod. testamento dom. Margaritam eius filiam, & iam nuptam hæredem instituit in renẽlib. 450. quos eidem prius in doté dederat, nolens quòd ipsa nil ultra habere posiit, & suos hæredes uniuersales instituit do. Helisabetham alterã filiam eius, & Christianum eius maritum suum generum, prout hæc omnia latius in prædicto testamento leguntur, cuius copia transmittitur.

Nunc prædictus Melchior, seu Antonius pater eius illius noĩe petit bona, quæ fuerũt matris eius, & fructus ex eis perceptos per dominum Leonar. post mortem prædictæ dom. Barbaræ, ac etiam legitimam eidem testamento dom. Leonardi aut materni relictam, asserés eam esse sextam partẽ totius hæreditatis, seu bonorum relictorum per dictum Leonardum.

Ex aduerso plurima opponuntur, & inter cætera, quòd usufru. prædictorum bonorum pertinuit ad prædictum Leonardum donec uixit, ac etiam secundò, quòd legitima petita nõ est sexta pars. sed tantùm nona pars bonorũ domini Leonar. attento quòd post eius mortem remãserunt duæ filiæ. s. Margarita. & Helisabeth, & Melchior nepos ex do. Barbara alia filia præmortua.

Et super istis, & alijs exceptionibus factus est magnus processus, qui etiam transmittitur.

Et prædictis sic stantibus. Quæritur, quid iuris.

S V M M AE.

De usufructu quem habet pater in aduentitijs, utrum finiatur morte filiæ cum filio ex marito suo.

Et de legitima quanta sit filiorum institutorum si uni filiæ iure institutionis dos sola relinquatur.

1 *Vsusfructus dicitur seruitus personalis.*
Vsusfructus non extinguitur morte proprietarij, si fructuarius viuat.
2 *Vsusfructus per mortem filij non extinguitur.*
3 *Limitatio. l. iij. C. de vsu & habi.*
4 *Vsusfructus bonorum aduentitiorum patri acquisitus dicitur irregularis.*
5 *Bona aduentitia si mortuo filio transeunt in nepotẽ, usufructus antiquus finitur, & nouus acquiritur aui.*
6 *L. iij. C. de usu & habi. quomodo procedat.*
7 *L. si quis, uel si qua. ff. ad senatuscons. tertul. quomodo procedat.*
8 *Vsusfructus patris hodie quando extinguatur.*
9 *Filia exclusa à successione quomodo faciat partem exclusa quò ad legitimam.*
10 *Legitima dicitur quota illius portionis bonorum, quàm ab intest. esset consecuturus, & sic legitima regulatur à causa intestati.*
11 *Legitima debetur solum ab intestato uenientibus.*
12 *Dos matris & filiarum conferri debent, nisi aliter sit per patrem dispositum.*
13 *Instituta in certa quantitate à reliquo dicitur exclusa.*
14 *Commodum alicui ablatum ei pertinet, cuius fauore est ablatum.*
15 *Legitima filij exhæredati danda est uniuersaliter institutis.*

CONSILIVM CXXIIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.



ISO puncto superius exposito, ac ẽt longo processu ad me transmisso cũ allegationib. in iure hincinde factis per excellentissimos partium aduocatus. Licet plura in dubiũ reuocentur, duo tñ sunt, super quib. principaliter uideor requiri, ut qd in eis de iure sentiã rñdere uelim, & quidem conclusiuè, & absq; lõga discussione vti sic consultum decet. Primũ est, utrum vsusfructus bonorum aduentitiorum do. Barbarę, qui ea uiuente ad Leonardũ patrẽ eius pertinebat, ipsa do. Barbara cũ filijs ex superstite uiro decedente desierit esse prędicti Leonardi. Secundum uerò est, quanta sit legitima prædicti Melchioris nepotis prædicti Leonar. ex do. Barbara. Cætera uerò consultò prætermittam ea pręcipuè rõne; quia uidentur potius in facto, q̃ in iure consistere, remittens me in his ad deducta, & ꝓbata in ꝓcessu, in quo plenius uidendo diutius laborare non potui, quamplurib. & quidem urgentissimis occupationib. impeditus. Quantùm ergo pertinet ad primum dubium uidebitur fortasse cuilibet prima facie vsumfr. morte ꝓdictæ do. Barbaræ veluti dñæ proprietatis non extingui
1 in persona Leonardi patris eius: † qa usus f. dr̃ seruitus personalis. l. 1. ff. de serui. & ideo cum persona perdurat, & ea extincta finitur, inst. de usus. facit l. non solùm. la 2. §. tale ff. de lib. leg. & tradunt glo. & docto. in d. l. 1. Morte autem proprietarij si usufructuarius superuiuit, nõ extinguitur vsusfr. vt est tex. apertus in l. si patri tuo. quæ est tertia in ordine. C. de vsu & habi. Vr̃ itaq;, ꝙ talis usus fr. semel prędicto Leonardo acquisitus eius permanserit, donec vixerit, non obstã. morte Barbaræ eius filiæ, quæ erat proprietaria illorũ bonorũ, & ita ur̃ uelle Sal. in l. si quis, uel si qua. prope fi. C. ad senatusc.
2 Tertul. & in l. 2. C. de bon. mater. † dum inquit, ꝙ per mortẽ filij non extinguitur vsusfru. pr̃is, & de hoc vr̃ tex. in d. l. si quis, uel si qua. §. fi. ibi, pr̃ usumfru. donec uiuit teneat incor
3 ruptum. † Sed iñ his non obstantib. ꝯtrium in casu isto uerius puto, & ita iudicandũ arbitror. s. ꝙ mortua prædicta D. Barbara superstite sibi Melchiore filio, & hęrede uniuersali, & in ptãte Antonij pr̃is eius cõstituto extinctus fuerit vsusf. de quo agitur in persona prædicti Leonardi, & dr̃ peruenisse ad Antonium patrem d. Melchioris, & ita in terminis declarat multùm signanter Pau. de Ca. in d. l. si quis, uel si qua. §. fi. dicens, ꝙ in hoc casu limitatur regula illius tex. & d. l. 3. C. de usu & hab. & cum in hoc particulari Pau. nõ habeat cõtradictorem, non puto ab eius opi. recedendum. Et p̃sertim
4 quia talis opi. optima rõne iustificatur, † nã usufr. bonorum aduentitiorum patri ea rõne acquisitus dicitur irregularis, ut inquit Cy. in l. ea l. 3. col. C. de cond. ob cãm, & datur rõne patriæ ptãtis, meritò nõ sequitur regulã alterius usus fructus de qua in d. l. 3. Sed concomitatur patriã ptãtem respectu illius psonæ, q̃ est do. ꝓprietatis. Vnde cum in casu nostro proprietas sit effecta Melchioris, qui reperitur in ptãte Antonij patris eius, sequitur cõuenienter, ꝙ ad eum dẽt usus fr. pertinere, & ita necessariò extingui in persona dom. Leonardi.

Et pro ista opinione facit doctr. Corn. in d. l. si quis, uel si
5 qua in 2. no. ibi, item quãdo decedit filius, uel filia, † dũ uult ꝙ si bona aduentitia mortuo filio trãseãt in nepotem usufr. antiquus finitur, & nouus acquiritur auo tanquam de bonis aduentitijs nepotis in sua potestate existentis, ut per eum. Sicut ergo ibi attenditur potestas patria in eum, qui nunc reperitur dominus aduentitiorum, ita in proposito debet attendi patria potestas prædicti Anto. quam habet in Melchiorem filium talium bonorum proprietarium, & sic uidetur decisio Cor. prædicta omnino similis, & quasi eadem cum illa Pau. de Ca. quantum ad decisio. casus nostri. Possent & alia plura pro ista opinione allegari, quæ gratia breuitatis consultò
6 prætermitto. † Et ex prædictis rectè intuenti apparet responsio ad allegata in contrarium, Nam ad regu d. l. 3. C. de usu & habi. cũ ratione illa, ꝙ usus fru. dicitur personalis. &c. Respondetur, ꝙ nõ procedit simpliciter in casu nostro, quãdo. s. bona aduentitia transiuerunt in eũ, qui reperitur in alterius patria potestate, ut dictum est. Et hoc ex eo: quia talis usus fr. dicitur irregularis. etenim ultra id ꝙ dicitur psonalis, habet hoc plus, ꝙ regulatur a patria potestate, propter quam solam acquiritur. Vnde cum in casu nostro cessauerit patria potestas in Leonardo patre Barbaræ per mortẽ eius, & inceperit considerari patria potestas Antonij patris Melchioris, qui in d. bonis seccessit do. Barbarę matris eius, sequitur, ꝙ usus fr. fuit effectus prędicti Antonij, secundùm quòd
7 supra dictum fuit. † Non ob. d. l. si quis, uel si qua. §. fi. & qđ ꝑ illum tex. dicit ibi, & alibi Sal. prout in contrarium allegabatur; quoniam rñdetur, ꝙ procedit, quando moritur filius, & bona aduentitia, quæ habebat iure dominij non transeunt in
8 aliquem, qui sit in alterius ꝑpotestate. † Quinimmo etiam si transeant in fratres mortui filij, qui sint i eiusdem patris potestate, hodie extinguitur usus fr. patris pro parte in d. fratres transeunte: ut est tex. in auc. item hæreditas, & clarius in corpore unde sumitur. C. de bo. quæ li. & in hoc hodie corrigit d. §. fi. in d. l. si quis, uel si qua. & ita dicunt ibi doct. maximè Saly & refert ibi Cor. in 2. no. quod etiã dixit Sal. in auc. de functo. eo. ti. post prin. hæc de prima dubitatione.
9 † Circa secundam, licet articulus sit latissimus, utrum. s. qñ & quomodo filia exclusa a successione faciat partem non exclusò quo ad legitimã, & varię sint doc. opi. ut sparsim in uarijs locis scriptũ reperitur, ut plenè uideri potest ꝑ Alb. Bru. in trac. de statu. excludẽ. fœm. propter masc. in 13. art. in 3. q. tamen in proposito non uidemus esse in tali disputatione, quia procedit illa disputatione, quando filia dicit' realiter exclusa, ita ut in aliquo non succedat. In casu autem nostro do. Margarita filia d. Leonardi testatoris non reperitur sic exclusa, non. n. pręsupponitur, ꝙ per statutum excludatur, nam si id esset, aliud dicerem, quàm infra dicam, nec etiam ꝑ patrẽ in testamento fuit exhæredata, sed instituta ĩ quantitate, quę sufficit ad legitimam eius, & hoc (ut arbitror) est clarũ in iure nostro, quo stante dico pro resolutione propositæ dubitationis, ꝙ legitima prędicti Melchioris debet dici tertia pars trientis, quem ipse Melchior ab intes. fuisset habiturus, & cõsequenter erit nona pars totius hæreditatis, detracto ære aliano, & funeris impensa, connumeratis tamen in cumulo hæreditatis 450. renensib. do. Margaritæ relictis, nec nõ etiã dotibus ꝑ ipsum testatorẽ datis olim do. Barbaræ, & do. He-
10 lisabeth filiabus eius: † nam regula tritissima est, ꝙ legitima dicitur quota illius portionis bonorum, quam quis ab intestato esset consecuturus, vt sic legitima initium sumat, & reguletur a causa intestati, gl. est no. per illum tex. in l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. de inoffi. test. Facit. l. posthumus. §. j. eo. ti. itẽ l. cũ quæritur. & l. parentibus. C. eo. ti. cum multis si. quę allegari possent, & hoc apud nostros doc. est certissimi iuris, ut vbique legitur, & no. Are. in. l. neptẽ. C. de inof.
11 test. & Cor. in l. illud. C. de colla. † Hinc dicimus, legitimã solùm his deberi, qui ab intesta. ueniunt: vt tradunt doc. in auc. nouissima. C. de inof. test. & in d. l. Papinianus. §. quarta. & etiã in §. si qs non mortis. & alibi sæpe, bene facit. §. j. auc. de trien. & semis. col. 3. & declarat Ang. in cõsi. 101. statuto cauetur. circa fi. Cum. in consi. 35. stante statuto, & Cur. sen. in consi. 13. statuto ianuæ. 6. col. ver. adde ꝙ legitima. & in cons. 35. statuto, seu in capitulis. 13. col. uer. legitima. n. non debetur, sed in proposito si do. Leonar. intestatus decessisset pariter ei successissent do. Marga. & do. Helisabeth pro duabus tertijs, & pro alia tertia prędictus Melchior subintrans in locũ matris eius pręmortuæ, iux. §. cum filius. inst. de hær. quę ab inte. defer. & §. j. in auc. de hęr. ab inte. ueniẽ. col. 13.
12 cum si. † & tam ipse Melchior dotem suę matris, q̃ etiam ꝓdictę filiæ proprias dotes de bonis do. Leonar. habitas cõferrẽ, nisi expressè per patrem fuisset aliter dispositum. l. 2. C. de colla. & aucten. ex testamento, & ĩ corpore unde sumitur eod. tit. Et sic ad prędictum Melchiorem ab intestato peruenisset triens totius hęreditatis, meritò ergo tertia por-

tio illius trientis ei debetur pro sua legitima in testamento
relicta,& consequenter nona pars, cum ex quo tres tantum
filiæ considerantur,legitima sit in triente,& non in semisse,
ot in d.auc.nouis.& in corpore unde sumitur.C.de inoffic.
testa.& licet plura in contrarium fuerint allegata per excel-
len.aduocatum prædicti Melchioris,tamen iudicio meo nõ
tangunt casum nostrũ,quia uerè do. Margarita non fuit per
statutum,aut ꝑ testatorẽ exclusa a successione. Quinimmo
fuit instituta,licet non uniuersaliter, quemadmodum ẽt &
13 d.Melchior institutus fuit non uniuersaliter.†Et si conside
retur,ꝙ instituta in certa quantitate dr exclusa a reliquo, ꝑ
reg.l.cum prætor.in prin.ff.de iudi.dicam, ꝙ totum id fuit
14 factum fauore hæredis uniuersaliter insti.† pp quod dicen-
dum est,ꝙ omne commodum ablatum do. Margaritæ debet
ad hæredem uniuersaliter institutum pertinere,cuius fauo-
re ablatum fuit,iux.doc. Barto.cõiter approbatam in l.pater
filiũ.col.5.ff.de inoff.testa.ubi in uer.tertiò quæro post Dyn.
15 dicit,†ꝙ legitima filii exhæredati danda est filijs uniuersali
ter institutis, cum ad eorum commodum,fuit exhæredatus.
Nec uoluntati testatoris correspонderet, ꝙ illa talis qualis
fuit exclusio do.Margaritæ ab uniuersali successione prodes
set prędicto Melchiori,quem testator solum in legitima sibi
iure naturæ debita instituit, Laus Deo.

S V M M A E.

De pacto pignoris executio,utrum.s.possit exerceri con-
tra hæredes pupillos,maximè ex causa dotis.

1 *Pactum pignoris executiuum.an contra pupillus,ob eorum priui*
legium exerceri possit.
2 *Ius omne actiuum,& passiuum in hæredem transit.*
3 *Pactum pignoris cum eius executione est in rem.*
4 *Priuilegiatus quando succedit priuilegiato, an proprio priuile-*
gio uti possit,& numero 5 & 6.

CONSILIVM CXXV.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis
& iustitiæ.



IN cã Iacobi de Ranconib. quæ coram uobis,
& uestro officio pendet, iustissime iudex, cæ
teris omnib.prætermissis solùm remanet re
soluendum unum,in quo magnificentia tua
se dubitare asserit,uidelicet, utrum pactũ pi
gnoris executiuum possit exerceri ꝫ hære-
des Hieronymi de Bãdinellis,attento ꝙ sunt pro maiori par
1 te pupilli,& miserabiles,& priuilegiatæ personæ. † In qua
difficultate asserit magnificentia tua,ꝙ Bar.in l.3.C. de pig.
tenet,ꝙ pp priuilegium pupillorum tale pactum non possit
exerceri ꝫ eos,& idem dicit consuluisse do.Thom.Docci.in
consi.50.& in istis facit fundamentũ pars aduersa, ut magni
ficẽtia tua innuit. Attamen istis non obst.quæ uerè nõ ob.
2 ꝫtinum manifestè demonstratur,†nam cum prædicti pupilli
sint hæredes d.Hieronymi,& successores uniuersales in eos
transfusum dr oẽ ius actiuum,& passiuum pro portione hę-
redit.ut l.1.C.si cer.pet.cum vulga.Et maximè transfundun
tur ea, quæ realitatem in se habent,cum in his qualitas per-
sonæ non debeat considerari, sed tantùm res ipsæ ubi fue-
3 rint,prout sumus in caso nostro,† nam pactum pignoris cũ
eius executione dicitur in rem, ut l.pignus.C.& ff. de pig. &
plenè per Bar.in d.l.3.C. de pig. Nec prędictis ob. dicta.
Bar.in d.l.3.quoniam non inuenio ibi Bar. illud usquam te
nere,& miror,ꝙ ita allegetur,nam Bar. ibidem iudicio meo
contrarium determinat rectè intuenti. Quærit.n.ipse in 7.
col.utrum d.pactum possit ꝫ successores uniuersales nõ eius
dem qualitatis cum defuncto exerceri,& licet ibi dicat dubi
tari posse per ea,quę ipse dixerat in ea l.in 1.q.tñ pro solutio
ne d.q.remittit se ad dicta per Cy.in auc.quas act.C. de sac.
san.ecc.in 3.q.ubi Cy.satis longè distinguens examinat illũ
4 difficilem art.†utrum qñ priuilegiarius succedit non priui
legiario possit uti proprio priuilegio,à cuius determinatio-
ne uf dependere resolutio nostræ q.cum in casu nostro præ-
dicti pupilli tanquã priuilegiarij successerint nõ priuilegia
5 rio,†& in effectu concludit ibi Cy.post multa in 2. col.uer.
secundo casu &c.ꝙ quoties alicui est concessum priuilegium
aliquod intuitu proprię personę suæ nõ intuitu reipublicę,
non poterit tunc talis successor uti priuilegio suo,qñ obliga
tio,& eius effectus descenderet ex non facto, ponit ipse exẽ
plum,si maior 10. puta ad diem sub pęna promisit, & ꝫ.diẽ
decesserit hęrede relicto minore,si minor non soluerit, in-
cidit in pęna,& non poterit uti proprio priuilegio. s. in in-
te.rest.alle.l.2.C.si aduer.uen.pign.& l. Emilius. ff.de min.
Ex quibus omnib.dico q.nostram determinari,nam hic pp
non factum ista pignoris executio petitur,idest propter non
solutas dotes d.do.Giliottę,uel Iacobo eius marito,& pupil
lis,si quod priuilegiũ conceditur,dr concessum non reipub.
sed proprię personę intuitu, ut bene magnificentia tua no-
uit,cum igitur ita dixerit ibi Cy.ita sentit Bar.in d.l. 3.qui
ad Cy.se remisit.Nec ẽt nobis ob,quod cõsuluit Doccius mi
hi in consi.49.qm potius prædictum consi.partẽ nram tue-
tur,quàm offendat,nam iõ ibi determinat tale pactum non
potuisse exerceri ꝫ pupillos,quia non fuit seruata iuris for-
ma,cum ipsi pupilli,nec eorum tutor fuerint in mora con-
stituti,quinimmo nec tutor eis datus erat,sed mulier illa ꝑ-
pria auctoritate domum quandam inuaserat,quę cum in ca-
su nostro cessent,non est arguendum de d.consilio ad casum
nostrum,cum ex diuersis non debeat fieri illatio,ut sunt iura
vulgaria,quinimmo ipsemet in d.consi.in fi.expressè dicit,
ꝙ si mulier in casu suo petijsset pupillis tutorem decerni,&
alios iuris ordines seruasset,constituendo eos,uel eorum tu
torem in mora,& iudicis auctoritate fuisset ingressa,non es
set expellenda,unde cum in casu nostro fuerit d. pupillis de
cretus tutor,& adultis curator,fuerintq; oẽs in mora con-
stituti,iudicialiterq; petantur oĩa fieri,& coram iudice ipso
rum pupillorum,dico d.consi. expressè determinare casum
nostrum,ut s.non obstante ꝙ sint pupilli,possit d.pactum ser
6 uatis seruandis exerceri. † Nec ob.si quis diceret unà cum
Bal.in d.auct.quas act.in 3.col.ꝙ aliud est q̃rere,utrũ priui-
legiarius nõ priuilegiario succedẽs possit suo priuilegio uti
quò ad obligationẽ,& ꝓcedũt ꝑdicta, aliud est quęrere quò
ad executionem,ꝓut in casu nrõ sumus, & tũc non ꝓcedãt
prędicta,sed debeat inspici persona,in quam fit executio,ita
ut ipsa possit uti suo priuilegio,& hoc pro uero magis uide-
batur ob.quoniam & de facili tñdetur,licet.n.dici posset,ꝙ
Bal.ibi loquitur in executione personali,tñ hoc non attento
dico,quòd hęc nihil ad propositum, esto millies, quòd
in executione reali isti pupilli possint uti priuilegio suo, si
quod habent, ſm dicta per Bal.ibi,nõ tñ negatur, quin exe-
cutio fieri debeat,sed dr,quod habeat fieri, ſm priuilegium
successoris,uñ dico quòd in casu nostro d. pupilli utuntur
proprio priuilegio,hoc est,quia conueniuntur coram ꝓprio
iudice,ceterisq; omnes solennitates iuris dñr seruatę, & ita
ut supra scriptum est, & uf quasi noster casus, quòd consu-
luit dñs Tho.Docc.in consi.43. Et propterea ex istis con
cludo, quòd magnificentię tuę officium erit, prout petitum
est,bannimenta committere secundùm formam iuris,& sta
tutorum.Et ad hoc maximè debet promptius condescende-
re,quòd hic fauor dotis consideratur,& per consequens etiã
reipublicę,iux.l.1.& quę ibi per doct.ff.sol.mat.

Marian.Socin.iunior iuriscon.Senis.1513.

S V M M AE.

De possessoria retinendę quis in eo debeat obtinere.
Possessio quomodo per procuratorem acquiratur, & qñ
executio dominij possessorio retinendæ possit opponi, &
an possessio acquiratur per notarium stipulantem pro no-
bis antequam ratificemus.

1 *Vsufructuarius dicitur habere possessionem naturalem.*
2 *Possessio per procuratorem acquiritur.*

3 Possessio

3- *Possessio penes procuratorem non radicatur, sed ipso iure mandanti acquiritur.*
4 *Rumpi non potest, quod nullum est.*
Transire in alium non potest id, quod non est.
5 *Bonorum incorporatio sine actuali apprehensione non fit.*
9 *Possidens à me nec ui, nec clam, nec precario contra me in possessione conseruari debet, etiam si in re plus iuris haberem.*
7 *Exceptio dominij interdicto retinendæ opponi non potest.*
8. *Exceptio dominij potest opponi per eum, qui possidet, & ad restituendam possessionem conuenitur.*
9 *Iudicio petitoria per possessorium nullum infertur præiudicium.*
10 *Possessia regulariter sine possessione non transit.*
11 *Possessio ficta, an per constitutum transferatur.*
12 *Notarius an persona publica an alteri acquirere possit, & quo modo.*
13 *Notarius quòd stipuletur nomine meo, tantùm esse uidetur, quantum dicere, quòd gerat negocium meum ratihabitione.*
14 *Ratihabitio eius, cuius nomine acquiritur requiritur in possessione per negotiorum gestorem acquisita.*
15 *Possessionem acquirens nomine nostro sine mãdato, possessio illa nobis non acquiritur, ratificatione secuta.*
16 *Possessio sine animo acquiri non potest.*
17 *Notarius sine mandato constituens se nomine alterius possidere, nisi secuta ratificatione ei possessionem non acquirit.*
18 *Dominium sicut per aditionem hæreditatis in aliquem transit pro hæreditarijs portionib. ita & possessio per eius adeptionem.*
19 *Bona præsentia, & cõditionalia ueniunt in bonorũ confiscatione.*
20 *Nemo id quod non habet, transferre potest.*

CONSILIVM CXXVI.

Dirigat Dominus verba mea in uiam veritatis, & iustitia.



N cá Vanis, iotegerrime iudex, uidimus ex
ingeoio uestro excitata motiua contra eũ, q̃
satis primo aspectu cõcludẽtia uidẽtur, uerũ
rectè cõsideráta ea nullateous ob, concludẽ
dũ omnino arbitror ipsum Vãnẽ nominib.
q ib. agit debere io pseoti iudicio obtinere.
Quod ut clarius constet, his q̃ in facto uera sunt psuppotitia
ita argumẽtamur, & ex infrà dicẽdis liquebit adducta moti-
1 ua p magnificentiã uestram intẽtioni Vãois nũ obesse. †Aut
ergo, & primò uolumus, q d. Mariana, ex quo erat usufructua
ria illius 4. partis, dicatur habuisse eiusdem poss. quod verissi
mum est, loquendo de naturali, secundũ cõmunẽ opi. ut l. na
turaliter, in prin. & ibi p Bar. & alios ff. de acq. pos. itẽ etiam
uerissimũ loquendo de corporali insistentia, de qua vr̃ loqui
tex. in l. j. in prin. ff. de acq. pos. & dico, q omnino Vãnes dẽt
io possessorio retinendæ p eũ intentato obtinere; nã cum p̃-
dicto mõ accepta pos. d. 4. partis remanserit in hęreditate d.
do Marianæ, Alex. ac ẽt Catherina, quarũ oõie agit d. Vãnes,
q̃libet pro 4. d. quartæ acceperuut possessionem p̃dictam, ut
hæredes d. do. Marianę eorum matris per mediam psonã An
to. de Lauacca earũ procuratoris ad id specialiter constituti,
prout & de mandato, & de acceptione possessionis constaot
2 publica instrumenta. †Et aduertat bene magnificentia uestra
q eo modo d. do. Alex. & Catherina dicuutur propriè, & ue
rè p̃dictam possessionem accepisse, ipse. n. procurator nudũ
p̃stitit ministeriom & operam, ita q immediate acquiritur
ei, cuius nomine accipitur pos. & adeo ui nullo modo, uel tẽ
pore d. pos. radicetur in persona procuratoris, ut est tex. &
ibi gl. Bar. & alij in l. j. §. per procuratorem. ff. de acqu. pos. &
ibi Ias. in 3. not. omuia prædicta clarè ponit.
Patet ergo ea his, quòd isto primo casu inspecto d. Van-
nes nominibus, quibus agit iuridicè se possessorem proba-
uit, & ideo non obst. primum motiuum contra ipsum, de l.
j. in princ. ff. uti pos. Et inquantum magnificentia uestra di-
cit, quòd possess. non fuit accepta nomine Margaritæ, & sic
Vannes ex persona Margaritę nil iuris habet io pos. confi-
teor ingenuè hoc, quando uelimus hunc primum casum con
tide: .c, /cd tanium habet ius super pos. ex persona Alex. &
Catherinæ, quarum nomine, & pro earum rata omnino, & si
ne dubio (ut fallor) in pos. debet conseruari non ob. quòd no
uissimè dici magnificentia uestra, quòd immo d. Ant. qui
ut procurator possessionem accepit, cum possideret, superue
niẽte sibi iusta causa propter emptionem factam a fisco, mu
tauit sibi causam pos. quod potuit, seu rectius loquendo poss.
sua prior etiam non iusta transit io iustam, & legitimam pos.
iux. no. in l. rem mobilem. ff. de acqui. poss. & propterea de-
bet in illa poss. cõseruari: quoniam respõdetur, quòd hic p̃
supponitur unum, quod est falsum, uidelicet quòd d. Ant. qui
3 ut procurator accepit poss. prædictã, possideret, † nam (ut ex
supradictis constat) nec momento penes procuratorem radi
catur poss. sed ipso iure uerè, & propriè acquiritur mandãti,
ut per Ias. in d. l. 3. not. Cum ergo ipse Ant. nullam habuerit
poss. saltem respectu ratæ d. Alex. & Cather. non est apud eũ
considerabilis poss. quæ in aliam transeat ea superueniente
4 causa: sicut. n. dicimus. † quòd nullũ est, rumpi non posse, ut
in l. nam & si. §. fi. in prin ff. de iniu. rup. test. facit. l. Sempro-
nius Attalus. circa med. ff. de usuf leg. ita dicemus, quòd non
est, non posse in aliud transire. ad quod facit. l. quoties. in
princ. ff. de nouat. & sic cum apud Ant. nulla fuerit pos. ut est
dictum, stultè diceremus poss. penes ipsum existentem io a-
liam poss. transire, quia (ut uulgò fertur, & dialecticorum ex
tat sententia) super non ente nulla fit dispositio. Remanet ita-
que ex prædictis firma conclusio ista prima cõsideratione in
specta, quòd d. Vannes nomine Alex. & Catherinæ probauit
se possidere pro earum ratis, etiam illam partem, quæ asseri-
tur fuisse donata Pinoc. meritò ergo per interdictum retinẽ
dæ, quo utitur, deberi poss. prædicta conseruari minimè ob.
adductis per magnificentiam uestram. Aut & secundò uo-
lumus, quòd poss. illius ratæ, quæ Pinoccio asseritur donata
fuerit penes ipsum Pinoccium, quod uidetur uerum loquen
do de ciuili poss. nam cum ipse pro ea rata asseratur per illã
donationem factus proprietarius, uidetur quòd ciuilem pos.
habuerit, iuxta l. naturaliter. a contrario sensu, & ponit Bar.
& alij, & in l. acquiritur. §. fi ff. de acqu. re. do, quod tamen in
casu nostro est falsissimum, ut infra in tertia consideratio. cla
rissimè monstrabo, & adhuc multum rationabiliter idem ui
detur dicendum. Et licet possem pro fundamento huius con
clusi. adducere, quòd contra fiscum sit præscriptum per lap-
sum temporis &c. uel etiam q fisco nunquã fuerit acquisita
5 pos. † ex quo bonorum incorporatio nõ fit sine actuali appre
hensione, iuxta not. per Bar. in l. commissa. ff. de publ. & in l.
quisquis. C. ad l. iul. maie. & per Ange. Are. in tract. malefi. in
uer. bona publicamus &c. & per consequens etiam de fisco
in Anto. de Lauacca, & socium fisco succedentes non potest
dici translata aliqua poss. iuxta regu. l. traditio. ff. de acqu. re.
do. & l. nemo plus iuris. de regu. iur. Verùm his pro nunc
non consideratis, dico quòd etiam isto casu d. Vannes debet
6 obtinere in interdicto retinendæ per eum intentato, † nam
qui nec ui, nec clam, nec precariò a me possidet contra me in
poss. conseruari debet, & si in re ipsa plus iuris haberẽ ego
respectu dominij, etiã quòd ille ui, clam, uel precariò ab alio
possideret, ut l. 1. in prin. iuncto §. fi. & in l. si duo. in prin. ff.
uti. poss. sed sic est, quòd Vannes nominibus, quibus agit, sal
tem Alex. & Catherinæ. possidet, ut supra est probatũ, & non
possidet ui, clam, uel precariò ab ipso Anto. & Mariano, uel
a fisco d. Ant. & Mariani, auctore, ergo & contra fiscum, &
contra habentes causam ab eo debet in illa poss. conserua-
ri; non enim possidet ui a fisco, uel habentibus ab eo causã,
quia nunquam usus est aliqua ui in expulsione ipsorum,
cum nunquam expulerit, nec precariò, ut constat, cum con
trarium non probetur, nec etiam clam, cum nunquam timue
rit a fisco, uel ab habentibus ab eo causam impediri, quin ac
ciperet poss. & acceptam retineret, sed illam bona fide, & pa-
lam acceperit, & semper retinuerit, & hodie retineat nomi-
nibus, de quibus supra, iuxta l. clam possidere. in principi. &
ibi per Bar. & alios. ff. de acquiren possess.
Et si dicerent Antonios, & Marianus prædicti, quòd ipsi
per causam, quam habent a fisco, sunt domini, & per con-
sequens opponant exceptionem dominij. Respondetur, dato

quòd sint domini, quòd tamen credo falsum, quòd hoc face
7 re nõ possunt, † nam in interdicto retinendæ, maximè in ca
su isto nõ potest opponi exceptio dominij, ut optimè decla
rat Bar. in l. si de eo. §. fin. & in l. naturaliter. §. nihil commu-
ne, in 1. lect. uersi. ut igitur ista materia &c. ff. de acqui. pos. &
in l. si de vi. ff. de iud. & Bal. in l. si quis condictionis. C. lo. &
in effectu hoc tenet Ias. in d. §. nihil cõmune. & ita memini
me tenuisse ibi, licet Alex. ibidẽ uideatur uti quadam dist.
quam ibi approbat Soc. noster, nidelicet quòd prædicta opi.
procedat, quando per interdictum retinendæ petitur tãtum,
quòd aduersarius desistat a molestia &c. & non petitur resti-
tutio alicuius possessionis ciuilis, uel naturalis, prout in casu
nostro facit d. Vannes, & per consequens etiam secundùm
opi. Alex. licet eam credam falsam d. Vanni nominibus, qui-
bus agit, non potest per aduersarios opponi excep. dominii,
8 † quandoquidem secundùm eum excep. dominii opponi po-
test per eum, qui possidet, & ad restituendam possessionem
conuenitur, & mouetur per regulam, dolo facis. ff. de excep.
do. cum ergo d. Ant. & Marianus nullo modo possideant,
nec ad restituendam possessionem conueniantur, non pote-
runt uti d. exceptione per prædicta, & maximè quia, ut infra
ostendam, super d. bonis pro ratis prædictis eis nullum ius
competit, debet ergo conseruari Vannes prędictis nominib,
quibus agit in poss. in qua est, etiam quòd illa de facto, &
9 iniustè haberet, quod tamẽ est falsũ. † & si ipsi aduersarii, uel
quis alius prætendat ius aliquod sup d. ratis habere, ius suũ
prosequatur, cui per præsens iudiciũ possessoriũ nullum po-
test inferri præiudiciũ, iux. not. in l. ordinarii. C. de rei uend.
& in l. incerti. C. de interdi. & in d. l. si de ui. ff. de iud. Aut
& tertiò uolumus considerare, quòd poss. illius ratæ, & partis
quæ asseritur donata Pinoccio remanserit penes d. Margari-
tam, nunc clamidatam donatricem, quod loquendo de ciui-
li poss. quam habet proprietarius, credo uerissimũ esse, quia
dico quòd per prædictam donationem nulla fuit poss. transla
ta in ipsum Pinoccium, ex quo nulla interuenit illius poss.
10 traditio, † regulariter pos. non transit sine corporali apprehẽ
sione, ut ponunt doc. in l. 1. in prin. ff. de acqui. poss. & proba-
11 tur in l. 3. in prin. & in l. quemadmodum. eo. ti. † Nec ob. ꝙ
in instrumento donationis d. do. Margar. constituerit se pos-
sidere nomine d. Pinoccij, per quod uidetur ficto modo trãs-
lata poss. in eum, iux. l. quod meo. in prin. ff. de acqui. poss. &
quæ ibi per Bar. & alios habentur: quoniam respondendo di
cimus, quòd illud procedit, quando illa clausula cõstituti &c.
fit præsenti, uel si absenti, quando interuenit acceptatio ut
scienter post alios declarat do. Alex. in d. l. quod meo. in 2.
col. & ita communiter tenetur. Sed dicet aliquis in casu no-
stro uidetur, ꝙ ipso iure etiam absenti fuerit quęsitum ius su
12 per rebus donatis; † quoniam pro absente recepit illã do-
nationem notarius, & sic publica persona, per quem potest al
teri quæri, licet regula sit in contrariũ, ut ponit gl. in §. si quis
alij. inst. de inut. stipu. & Bar. & alij in l. stipulatio ista. §. si sti-
pulet. ff. de uerb. oblig. ubi plenè per Ias. Verum hoc non ob.
adhuc idem dicendum puto, & respondeo duobus mod. Pri-
mo, quòd non est uerum simpliciter, ꝙ per notarium nomi-
ne meo, & mihi stipulantem quæratur mihi ius ipso iure, sed
id est uerum, si ego postea acceptauero, nam tunc mihi quæ-
ritur ipso iure. i. sine aliqua cessione, ita rectè intuenti sin-
gulariter concludit Bar. in l. nec ei. §. eorum. ff. de adop. & ita
etiã cõsuluit Bal. in cons. suo 100. uerba Cy. in lec. in 2. par.
13 Quod comprobatur optima ratione, † nam quòd notarius
stipuletur, uel aliter contrahat mihi, & nomine meo tantum
esse uidetur, quantum dicere, ꝙ gerat negocium meum rati-
habitione, iux. no. in gl. mag. in l. si pupilli. §. item quæritur.
ff. de neg. gest. quo casu non aliàs dicitur negocium meum,
14 quàm si ratũ habuero, ut ibi per gl. Bar. & alios, † & in specie
ꝙ requiratur ratihabitio eius, cuius noĩe acquiritur in pos. ac
quisita p negociorũ gestorẽ, tradit per Ale. in l. qđ meo. i 5.
col. ff. de acq. poss. uer. hoc probatur in simili. sic itaq; dicẽdũ
uidetur in casu nostro, ut non alias ipsi Pinoccio per notariũ
fuerit ius sup re donata quæsitũ, q̃ si ipse ratificauerit, sed sic
est, ꝙ ipse nunq̃ ratificauit, & (ut aiũt) nunq̃ sciuit, ergo &c.

Vel secũdo rñdeo, ꝙ quicquid sit de re donata, seu de iure
donatiõis, circa pos. ipsius audacter dico, ꝙ nõ potuit q̃ri ip
si Pinoccio nõ ratificanti; nã licet p procuratorẽ, vbi interuenit
15 mãdatũ, q̃rat pos. ipso iure, vt s. fuit dictũ, † cũ vbi q̃s nro
noĩe sine mãdato accipit pos. nobis nõ acquirit illa pos. nisi
cũ postea ratificamus, vt est gl. mag. quã sequũtur cõiter doc.
16 in l. 1. §. p procuratorẽ. ff. de acq. poss. & huius dñæ rõ est; † q̃a
cũ poss. sine aĩo nõ possit acquiri. l. 3. ĩ prin. & l. quẽadmodũ.
cũ si. ff. de acq. pos. iã ubi interuenit mãdatũ cõstat de animo ad
acquirendam poss. at ubi nullũ mãdatũ interuenit, non cõ-
stat de aĩo eius, cuius noĩe accipit pos. & id ei nõ prius quæ-
rit, q̃ ratificet, alioqui diceremus poss. q̃ri sine aĩo cõtra iura s. al
17 le. † cũ ergo notarius pdictus receperit d. pos. cõstituti noĩe
d. Pinoccij absque aliquo eius mãdato, & non reperiatur, ꝙ
d. Pinoccius id unquam ratificauerit, dicamus ei nullo mõ
quæsitã illã poss. sed remãsisse penes ipsam donatricẽ, vt vr
determinare Bar. in d. §. eorũ. & Bal. in d. consi. 100. Et ex cõ-
sequenti patet, ꝙ falsa est secunda cõsideratio s. facta, & vera
ista tertia, videlicet ꝙ d. pos. remãserit penes d. donatricẽ, vñ
si ita dicimus, prout dicere debemus, res clara est, ꝙ d. Vãnes in
possessorio, quod pposuit, debeat obtinere; quia ipse succe-
dit p uiã emptionis ĩ omne ius, qđ erat penes ipsam d. Marg.
donatricẽ, & sic dr hẽre pos. sup dimidia 4. partis, prout apud
ipsam remãsit, in qua pos. nũc, & iure merito tuẽdus est. Cõ-
cludẽ. ergo ex pdictis est, ꝙ vel dẽt d. Vãnes cõseruari p di-
midia parte d. 4. partis in poss. i. pro tota illa parte, quã illa
d. Marga. volebat donare Pinoccio, tenẽdo, prout veritas est, ꝙ
pos. illius partis, quã ipsa donare voluit Pinoccio, remãserit
penes illã ex rõnib. supra in 3. cõsideratione factis. Vel saltẽ
dẽt conseruari in pos. eiusdẽ partis pro ratis d. Alex. & Ca-
therinæ, & sic p dimidia parte illius, quæ donabat Pinoccio,
quarũ nomine agit, amplectendo primã, vel secundã cõside-
rationẽ supra factas, & sic ĩ effectu a sufficiẽti partiũ enume-
ratione arguẽdo, iuxta tradita per Bar. per illum tex. in l. pa-
tre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel ali. iu. quemcunque ca-
sum accipiamus in poss. sua conseruandus est Vannes.

Mar. Soc. iunior, Senis 1515.

A D D I T I O.

Se corrigit consi. 127. post nu. 21. cum seq. volum. 3.

Subscriptio excellentissimi doctoris infrascripti.

Spritus sãctus adsit. Iuridicæ profecto sunt, & ueræ, iudicio
meo, cõcl. supra firmatæ per clariss. doc. & fratrẽ bon. do. Ma-
ri. Soc. Et in primis quantũ ad portiones do. Ale. & Cathe
rinæ nulla apud me hæsitatio est, quin d. Vãnes earũ nomine
18 maximã foueat iustitiã, † quia sicut dñiũ ad eas per aditionẽ
hæreditatis p suis portionib. rerũ hęreditariarũ do. Marianæ
trãsiuit, ita & poss. propter eius adeptionẽ, iux. l. cũ hęredes.
ff. acq. poss. quam sibi mediãte persona Ant. de Lauacca earũ
ad hoc cõstituti procura. prout cõstat primo instrumẽto, quæ
rere potuerũt. l. 1. §. per procuratorẽ. ff. de acq. pos. & ibi glo.
Bar. & doc. maximè Paul. Sed si qua difficultas est, uersatur
circa portionẽ Marg. clamidatæ, quæ similiter optimè p prę
fatũ præstantiss. doc. resoluta est. Et ultra dico, ꝙ luce clarius
est, ꝙ donatio per eã fcã Pinoccio, seu (ꝙ uerius est) notario
pro eo stipulanti fuit conditionalis, & sub plurib. cõdõnibus
cõcepta, ut ex serie instrumenti cõstat, unde cũ ante euentũ cõ
dõnis bona Pinoccij fuerit pp homicidiũ ab eo ppetratũ cõ
fiscata, nullum potuit quæri ius fisco in d. portione, nec in
dñio, nec ĩ pos. quia ĩ cõfiscatione ueniũt bona præsentia, sed
nõ cõdõnalia, prout elegãter determinat Ang. ĩ tra. suo malefi
ciorũ, in gl. sup uerbo, & eius bona publicamus. in 3. col. in
uer. & no. ꝙ fcã &c. p tex. cũ gl. in l. nõ ad ea. ff. de cõd. & de.
20 & l. quoties. in fi. & ibi gl. & Io. de Imo. ff. de noua. † nã cũ d.
Ant. solũ hẽat cãm a fisco, nõ potuit fiscus in eũ trãsferre id
qđ apud se nõ erat l. traditio. ff. de acq. re. do. facit ead distol
uẽdũ. eũ de despõ. impub. & l. Sẽpronius Attalus. ff. de usuf.
leg. has paucas spicas post bonũ messorẽ recollegi, p quẽ oĩa,
ut dixi, plenè, doctè, & clarè deducta sũt, & si qua superesse ex-
cogitari poterit, supplebit eminẽs sciẽtia iudicare debẽtis.

Ioan. Baptista Sanctius, utriusque iuris doct.

SVM.

SVMMAE.

In eodem casu aliæ allegationes in causa appellationis.

1 *Exceptio dominij possessorio retinende non obstat.*
2 *Fiscus non potest in alium transferre, quod in se non habet.*
3 *Corporalis apprehensio per fiscum est necessaria, vt fisco quæratur.*
4 *Dominium licèt in multis casibus sine traditione in fiscum transeat, possessio tamen non transit sine corporali apprehensione.*
5 *Bona post publicationem possunt contra fiscum aliquo tempore præscribi.*
6 *Filius hæreditatem patris post aditionem non acquirit, nisi eam apprehendat.*
7 *Præscriptio per lapsum quinquennij contra fiscum currit.*
8 *In possessione potior est qui pro ea habet titulum.*
9 *Fiscus non possidens non potest alium possessorem constituere.*
10 *Possess. vitiose accipiens, debent cadere ab omni iure, quod in ea habet.*
11 *Occupare, & non possidere dicitur, qui nullum iustum initium actus habet.*
12 *Animus non sufficit ad acquirendam possess. nisi actus corporeus præcedat.*

CONSILIVM CXXVII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.



AGNIFICI, ac excel. doc. & Rotæ nostrę
iudices iustiss. uidi motiua per magnificen.
uestras contra Vannem excitata, q̄ & subti-
lia, & primo aspectu cócludentia uisa sunt,
veruntamen a uero non discedendo eis non
obstat puto iuridicè prędictum Vannem in
poss. sua debere conseruari, & præsuppono q̇ in iudicio in-
tentato duntaxat de poss. est agendum, ut sunt iura aperta, &
adeo ut de dominio nulla sit habenda disceptatio, ét si p uiá
1 exceptionis de eo opponeretur. † cū sit regula clara, q̇ posses-
sorio retinédæ nó obstet excep. dominij, prout declarat Bar.
in l. naturaliter. §. nihil cóe. in 1. lec. ner. ut igitur ista mate-
ria &c. ff. de acqu. pos. & in l. si de ui. ff. de iudic. & ponit Bal.
in l. si quis conductionis. C. loc. & ita in effectu tenet mod.
Pap. in d. §. nihil cóe. Solum ergo est videndum, utrum prædi
ctus Ant. & socius, uelut habéies cāosam à fisco, dicatur esse
in pos. illius 8. partis, quæ asseritur fuisse donata Pinoccio,
ita ut possint prædictum Vannem in sua pos. molestare, ꝓut
faciunt fructus ei denegando. Et profectò nisi nosipsos deci-
2 piamus, dico q̇ non, † quandoquidem non pōt dici per fiscū
in d. Ant. & socium translata aliqua poss. quam ipse fiscus nō
habebat, ut l. traditio. ff. de acqu. rer. do. & l. nemo plus iuris.
ff. de regu. iur. quòd autem fiscus non possideret, ubi uł stare
punctus, patet: quia posito absque præiudicio ueritatis, q̇
Pinoccio dicatur quæsita pos. prædictæ partis, quòd tñ non
puto uerum: tñ in fiscum non dicitur aliquo modo transla-
3 ta, † cum nunquam post bonorum d. Pinoccij publicationem
fuerit facta aliqua acceptio prædictæ partis d. prædij, seu ali
qua incorporatio, & corporalis apprehésio per ipsum fiscū,
4 quod est necessarium, ut fisco quæratur pos. † licet. n. in fiscū
in multis casibus transeat ius, & dominium sine traditione,
ut ponitur in l. fi. C. de sac. san. ecc. tamen poss. non transit, ne
que illi acquiritur sine traditione, & corporali apprehensio-
ne, iuxta regul. l. 1. in princ. l. 2. §. 1. ff de acqui. poss. cum si.
5 † quod probatur ratione, nam bona post publicationem pos
sunt aliquo tempore contra fiscum præscribi. l. intra quat-
tuor. ff. de diuer. & temp. præscr. & l. commissa. ff. de pub. & l.
1. §. an bona. & §. præscriptio. & generaliter habetur in l. in
omnib. ff. de diuer. & temp. præscri. ergo per præscribentem
possidentur. l. sine possessione. ff. de vsuc. & per consequens
in fiscum non dicitur translata poss. & hac ratione in termi
nis utitur glos. singul. in l. cum duobus. aliàs incipit si fra-
tres. §. idem respó. ff. pro soc. quam in hoc sequuntur omnes
6 docto. ibi, & abbi. † Corroboratur: quia si filius, qui dr̄ qua
si dn̄s in bonis sui patris ipso viuente. l. in suis. ff. de liber. &
posth. adit hæreditatem patris, nisi apprehendat posses. il-
lam non acquirit, vt l. cum hæredes. in prin. ff. de acq. pos. er
go minus transire potest in fiscum sine corporali apprehen-
sione, qui prius nullum ius habebat: si igitur fiscus nullam
unquam habuit possessionem, ergò nec habentes cām ab eo
7 per supradicta. † Et ex his potest multùm concludenter dici
ultra causam pos. quòd contra fiscum cucurrerit p̄scriptio
d. partis per lapsum quinquénij, iux. l. 2. C. de uectiga. & có
mis. & ibi Bar. Bal. & Alb. & Ale. in consi. 31. in fi. 5. vol. vel
melius in casu nostro p lapsū quadriennij, iux. l. intra qua-
tuor. & ibi no. Bar. ff. de diuer. & temp. præscri. & per conse
quens nedum in d. Ant. & socium nulla poss. dicitur transla
ta, sed nec ét aliquod ius, sed pro nunc hoc nó prosequar:
quia (ut ā. dixi) dūtaxat de poss. disputatur, debet igitur præ
dictus Anto. velut nullam habens pos. repelli a molestia pa-
cificæ, & quietæ pos. prædicti Vannis, vti possi. l. 1. in prin.
& per totum, & cum hoc fundamentum sit clarissimum ad
uictoriam p̄dicti Vannis, prout ex aliis alleg. per me in pri-
ma instantia constare potest, & ei nullatenus obstent alle.
per magnificen. uestras, cætera non prosequar.

Vnum tamen non prætermittam, ad quod bene aduertant
magnific. uestræ, ultra sæpius deducta, nam in instrumento
donationis, quæ fuit facta Pinoccio, continetur, quòd si post
mortem do. Marianæ matris donatricis infra 6. menses non
fuerint soluti p donatarios flor. 50. ipsa d. Catherina redeat
in partem rei donatæ, uñ cum flore. 50. nó fuerint iuxta te-
norem instrumenti soluti, debet dici ipsa do. Catherina re-
diisse in partem, ita ut vigore donationis prædictæ illa dica-
tur habere 3. partem d. rei donatæ, quæ hodie uigore cessio-
nis factæ d. Vanni dr̄ spectare ad eum, † ex quo uolo inferre,
8 quòd dato, quòd aduersarij possiderent, quod est falsum, ip-
se Vannes pro ea parte diceretur potior in poss. cum habeat
pro ea titu. iuxta dicta per Bar. in l. si duo. in prin. ff. uti pos.
& ponit patruus & do Barth. Soci. post Are. in l. naturaliter.
§. si nihil commune. in 3. col. in prin. ff. de acquir. poss. Sed
quid dico, quòd pro ea parte habeat titulum, quasi quòd ex
alio capite non habeat, si quidem etiam in alijs titulum iu-
stum habet, nam habet titu. uenditionis sibi factæ cum clau-
sula constituti a do. Margarita, ut notum est. Item habet
tit. pro hęrede, namque post mortem do. Marianæ filiæ suæ,
ut hæredes, ac etiam ut hæredes fratrū, ita enim dicit instru
mentum, acceperunt poss. prædictæ partis illius prædij, cre
dentes eam hæreditariam, & bona fide per mediam personá
Ant. de Lauacca earum procuratoris, nec ui, nec clam, nec
præcariò, pręsertim respectu prædicti Anto. & Mariani, uel
fisci eorum auctoris, meritò ergo debent in ea conseruari.
l. 1, in princ. ff. uti poss. & si ab alio vi, clam, uel precariò pos
siderent, ut d. l. 1. §. fi. Non prosequor ultra; quoniam non re
cta fruor incolumitate, ac etiam quia prædicta sufficiunt ad
uictoriam d. Vannis, cætera supplebunt excellentiæ uestræ
eorum eminenti doctrina, quarum correctioni hæc liben-
ter subijcio. Laus Deo.

Soc. nepos, Senis. 1512.

ADDITIO.

Ita semp fui ueritatis amator Illustriss. iudices, ut eius inue
niendæ, ac tuendæ gratia cuncta pertentauerim, quare eo in
tuitu tantum in causa Vannis placet hęc pauca superaddere.
Pio. §. j. ff. de re iu. sed delegato in casu nostro, nec fuit tēpus
adiectū, nec post illū fuit alter delegatus, ut sibi succedēs eius
iurisd. faciat expirare. Quinimo & si fuisset datus in cā alter
iudex, sine tñ cómemoratióe aliqua primæ deleg. vterq; pos
set ꝓcedere, vt ē tex. ĩ c. pastoralis. in prin. ext. de rescr. Ex his
oib. igitur luce clarius cóstat, dictū iudicē ét post lapsum instā
tię iurisdictionē habuisse, & per cósequēs restitutionem ab
ipso fieri potuisse, qbus datis, snīa diffinitiua ab eo lata iuris
habet effectū, nisi appellatióis remedio rescindatur. Laus Deo.

SVMMAE.

De mādato vtrū sufficiat q verbo tm̄ pducatur in termino pbationū, & postea in diebus iudicis pducatur realiter.

1 *Non refert quid ex æquipollentibus fiat, vide infrà nu. 7.*
2 *Statutū, quòd iudices procedant sola veritate facti inspecta, remouet omnes iuris apices, vide infrà nu. 8.*
3 *Iudici exhibere nō sufficit nisi etiā parti exhibeatur, vbi aliquid ad probationem inducitur.*
4 *Terminus quando statuitur ad probandum, probatio aliqua facta non dicitur, nisi parti detur copia & terminus ad opponendum.*
5 *Productio instrumenti facta etiam tempore debito si parti non fuit data copia & terminus ad opponendum, non releuat.*
6 *Laudum non probat, nec producentem releuat quando realiter nō fuit productus, nec data copia parti petenti.*

CONSILIVM CXXXIIII.

Dirigat dominus verba mea in viam veritatis & iustitia.



In cā Christophori Bardi quatenus dubitatur, vtrū procuratoriū seu mādatū solo verbo productū p pcuratorē, vel sindicū cōitatis Armaioli releuet producētē, & pdictum mādatū probet, tota uis, ni fallor, pendet ex eo, q postea realiter fuit productū, licet in dieb. iudicū, & iā lapsis tēporibus probationū, & productionum, si etenim expost nulla realis productio facta esset, res esset in cōspicuo, vt. s. nō pdesset illa verbalis productio, aliàs diceremus, q qlibet simplex allegatio cuiuscunq; rei absque probatione sufficeret, q q̄ sit iuri, ac rōni cōtrariū, nemo est qui nesciat. Quia igitur prædictū mādatū asseritur realiter productū, licet in diebus iudicū, vr prima fronte, q debeat releuare: qm̄ satis esse vr de veritate cōstare, nec videtur, q referat qūo, vel etiā quo tēpore, præsertim vbi rei effectus inspicitur, prout videtur in casu nostro inspiciendus. s. vt con
1 stet prędictū mandatū interceßisse. †Nō. o. in his casi. refert, quid ex æquipollētibus fiat, l. si mater. & ibi no. C. de insti. & substi. & l. mulier. in prin. & ibi ēt no. ff. ad treb. cū si. & pleoē tradūt doc. in l. Gallus §. & quid si tm̄. ff. de lib. & posth.
2 † Ad qd vr multū in pposito, q iudices in hac ciui. possunt procedere sola facti veritate inspecta, vt expresso statuto in 2. dis. posito cauetur, cuius vigore videtur remoueri oīs exceptio, quę pertinet ad subtilitatē & apices iuris, vt in c. dilecti filij. vbi ponit Anto de Bu. extra de iud. & ponit Bal. in c. j. prope fi. de noua for. fide. in vsi. feu. & refert & sequit Are. in consi. 84. inc. Diligēter ponderatis in 3. col. cū ergo si dicatur & opponatur, q mādatū nō fuit in dieb. productionū productū, cū paulopost uerè fuerit productū, satis cōueniēs videtur, vt illa exceptione, velut a iuris apicibus prouenięte remota, sola facti veritate inspecta debeat prædicta pductio ipsum producētē releuare. Vtrū prædictis nullatenus obstātib. contraria sententia in casu nostro est vera, ac etiā oī ęqui
3 tati consona quæ in primis probatur; quia† vbi quid ad probationē producitur nō sufficit id iudici exhibera, nisi parti ēt exhibeatur, & detur copia, ac etiā terminus ad opponēdū, vt videtur tex. in l. fi. C. de fi. instr. & ita per illū tex. singu. determinat Bar. in extrau. ad repri. in ver. de plano, vbi expres
4 sè dicit, †q qn̄ terminus statuitur ad probandū, ex eo tm̄ q exhibeantur instrumēta aliqua corā iudice, non dicitur facta pbatio, nisi parti detur copia & terminus ad opponēdū, ita ut producta approbari vel reprobari possit. Cū ergo in casu nostro prædicti mādati, vt asseritur, corā iudicibus exhibiti, non fuerit data copia Christophoro & eius procuratori, & minus terminus ad opponendū, sequitur, q nō debet releuare producētē, & prædictā decis. Bar. punctualiter refert & sequitur. Lud. Ro. in cons. 519. inci. in casu propositæ consta s. cir. med. Et si dicatur, immo datū fuit māda. ipsi Christophoro & iterū nūc dabitur, ac etiā assignabit terminus ad opponēdū. Respon. hoc nunc fieri nō posse, cū nō simus amplius in diebus pbationū, & dilatio. sed in diebus assignatis iudicibus ad vidēda acta pducta, & allegata, & ad sentētiā maturè omnibus consideratis, ferendam. Præterea si quid vellet pdictus Christopho. prædicto manda. opponēdo, producere nō posset, nec in aliquo talis pductio releuaret, vt statuto cauetur, de quo statim. Secundò prædicta conclu. confirmatur ex forma statu. huius ciui. quo cauetur, vt scripturis, instrumentis, & alijs quibuslibet iuribus non productis infra debita tēpora, i. infra tēpora probationibus assignata, & ante diē iudicibus assignatos nulla dēat pstari fides. Cū ergo pdictū mandata non fuerit debito tempore productum, nō est ei fides aliqua adhibenda. Et si dicatur, immo fuit productum, respōdetur, q fuit simplex & verbalis productio & non realis, q̄ nō releuat, maximè quia ex parte d. Christopho. fuit oppositū de illa verbali productione cū protestatio. q si realiter pduceretur, sibi daretur copia & terminus ad opponendum; vt patet in actis, q̄ cū facta non fuerint, sequitur, vt prędicta pductio non debeat releuare producentē. Tertiò cōfirmātur prædicta ex deci. Lud. Ro. in prædic. consil. 609. vbi determi
5 nat, † q productio instrumenti facta etiam tempore debito, si parti non fuit data copia, & terminus ad opponendū, non releuat in aliquo producentem quò ad effectum & pręiudiciū probationis, fortius ergo in casu nostro dicemus, pdictā productionē non releuare: cū fiat vltra debita tēpora, vt iā dixi. Quartò & fortius ad prædicta facit, q idē Ro. elegāter dixit in consi. 156. in c. hon. domine collateralis. ver. quartò p-
6 mitto. vbi concludit † laudū quoddā in casu suo nō probare, & producentē nō releuare solùm ex eo, q nō fuerat realiter productū, nec p producentē petitū parti aduersæ dari copiā: igitur in casu nostro minus releuabit illa productio mādati verbalis tantū, cū nedum nō fuerit oblata copia, sed petenti minimè data fuerit, vt dixi. Quintò pro ista concl. allegatur
7 cōsi. Alc. nu. 120. in 5. vol. in c. visis omnib. in 4. co. † vbi expressè dixit, mandatū debere produci, antequā in causa cōcludatur. Nec pdictæ concl. ob. supra in contrarium alle. quoniam ad primū rēspondetur; q reg. l. si mater cū si. C. de inst. & substi. procedit in omnino æquipollentib. vt verba sonant, sed in casu nostro ista ęquipollentia non reperitur, maximè respectu effectus, nā si tēpore pbationis & pductionū fuisset mādatū prædiū productum, fuissetq; data copia parti, & terminus ad opponendum, potuisset contra illud multa, & iuridica opponere, & præsertim q mādatū illud nō probat, nec est solenniter factū ex eo maximè, q (vt asseritur) deest sigillū cōmunitatis, qd requiritur in similib. vt iuridicè fuit demonstratū. Cū verò nūc pducatur infra dies iudicib. assignatos, & in calculo ferēdæ iniæ, parti nostræ nō licet cōtra illud opponere, cū terminus ad opponēdū assignari nō possit, vt supra est dictū. Cū igitur pdicta non æquipollant, seqtur, vt pductio, q̄ realiter fit in vltimo instātię, non debet releuare
8 pducentē. Secundò non ob. q ex forma statuti possit iudicari sola facti veritate inspecta. † Qm̄ respōdetur in primis, q illud intelligitur, modò illa veritas cognoscatur ex deductis, pductis, & allegatis ante dies iudicib. assignatos, vt in alio statuto superius allegato cauetur, & ita debemus generalē illā cōstitutionē interpretari, vt. s. ei p specialē prouisionē derogetur, iuxta reg. l. in toto iure, ff. de reg. iur. Quod eo maximè fieri debet, ne inter pdicta statuta reperiatur aliqua dissonantia & contradictio, iux. §. quib. in prin. const. C. & l. 1. C. de inoff. do. & aliàs dicitur, q vna lex p aliā declaratur, & distinguitur, vt. l. non est nouū, cū si. ff. de leg. Vel & scdò respōdetur, q dato, q p statutū illud tribuatur plena potestas pcedendi, nō tā pōt prorogare terminū. l. si in lege, in prin. vbi Bar. & Bal. eo. loc. vnde in casu nostro non poterit prorogare terminū productionū & probationū, q facere diceretur, vbicunque ex productione post terminū facta iudicaret. Tertiò ēt pōt respōderi, q p illud statu. non dicitur sublata parti legitima defensio, vt habetur in cle. sæpe, de ver. si. ver. non sic tamē &c. sed si in casu nostro illa productio in dieb. iudicis facta releuaret pducentē, diceretur ipsi Christophoro sublata legitima defensio, cū nō possit amplius ad opponēdū, & probandū cōtra mandatū terminum habere, vt supra dictum est, ergo &c. Et ita in terminis hanc sol. ad prędictū statu. tradit Ro. in d. cōs. 609. i 2. co. ver. nec pręterea &c.

Posset

Posset & alijs modis respõderi, quos breuitatis causa omitto, & videri possunt per Ro. in consi. 322. inci. In casu propositæ consul. vbi ponit etiam duas primas sol. Ex quib. & alijs per ipsum ibi adductis in indiuiduo in casu nostro, quã ꝓductio fiebat in dieb. iudicis, cõcludit audacter, ꝓductionem prædictam nullo modo releuare producentem, & consiliũ placeat domino Iudici videre, quoniã in casu nostro ponit gladium ad radicem. Concluditur ergo ex his omnibus cum nulla sit iuridicè facta productio mandati domini Frãcisci, quòd ille non probatur procurator, vel sindicus Communitatis. Ex quo sequitur, quòd omnia per ipsum gesta, & acta sint nulla, prout per prædictum Christophorum fuit protestatum, vt in actis constat. Laus D[illegible]o.

S V M M AE.

De petitorio directo vel vtili, & de possessorio reintegrãdæ, quæ. s. in eis probari debent ad victoriam.

Et de testibus aliqua, maximè an colonus possit esse testis.

1 *Tabellio errando partibus nocere non debet.*
2 *Error in nomine non vitiat, quando de corpore rei constat.*
3 *Possessio longa cum titulo probat aliquem dominum.*
4 *Testis si dicatur scire id, quod dixit, quia vicinus, & prædicta vidit, probat.*
5 *Dictio, circa, quomodo intelligatur.*
6 *Colonus an a testimonio repellatur, & infrà nu. 8.*
7 *Testis domesticus quando repellatur.*
9 *Stat.u.quòd procedatur sola veritate facti inspecta, remouet omnes apices iuris.*
10 *Depositio testis non debet alterari per subsequens dictum non verisimile.*
11 *Qui per alium facit, per se facere videtur.*
12 *Debitor an possit esse testis pro creditore.*
13 *Testis omnis esse potest, qui expressè non prohibetur.*
14 *Dominus aliquando ex coniecturis probatur.*
15 *Aliquando etiam per solam possessionem.*
16 *Pro sententia in dubio præsumitur.*
17 *Dominium ex parte actoris sufficit, quòd probetur in iud. reali, & pos. ex parte rei.*
18 *Publiciana cum directa alternatiuè probari potest.*
19 *In publiciana tria ad victoriam rc quiruntur.*
20 *Remedium c.reintegranda potest cum petitorio cumulari.*
21 *Et est omnibus alijs remedijs latum.*
22 *In remedio reintegranda ad victoriam quæ sint necessaria.*
23 *Possessio an probata sit eo ipso quòd probetur, colonos alicuius incidisse ligna, & pasculari fecisse in aliquo loco, & infra nu. 15.*
24 *Possessio probatur, si testes dicunt, quòd viderunt arari & seminari in aliquo loco nomine meo.*
26 *Mandare dicitur is, qui scit negocia sua eius nomine geri.*
27 *Locans fundum colono partiario censetur ei mandare omnia quæ fundo vtilia sunt.*
28 *Possessionis acquisitio per animum acquirendi inducitur, licet nulla præcesserit acquisitio.*
29 *Ratihabitio non requiritur eorum, quæ colonus meus meo nomine facit.*
Ratihabitio interponi potest, dato quòd ille, qui nomine meo faciebat, non sit in possessione.
30 *Testes de auditu deponentes non probant.*
Limita, vt infra nu. 31.
31 *Testes in causa habentes interesse aliquod suspecti dicuntur.*

CONSILIVM CXXXV.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.



ON ob. his, quæ p Magnificẽtias vestras, integerrimi Iudices, excitantur, contra nobilẽ virum Christophorum Bardum, & litis consortes, videtur omnibus bene consideratis eos omnino fouere iustitiam. Et pro veritate facilius inueniẽda p̃mitto, q̃ p eos di-
citur intẽtatũ triplex remedium, videlicet petitoriũ directũ,
Itẽ & vtile. s. publiciana, ac etiã tertio loco possessoriũ rein-
tegrandæ, intelligendo tñ, q̃ publiciana alternatiuè cum pe
titorio intẽtetur, & hæc patent ex ipsorũ libello. In primis
itaq; ipsi possunt in petitorio obtinere, prout etiã iudicauit
Iudex a quo, cũ ex parte ipsorũ videatur satis iuridicè proba
tũ dñium, licet eius ꝓbatio aliàs soleat esse difficilis. Et præ-
suppono, q̃ Christophorus & litis cõsortes per se, & eorũ au
ctores dicuntur habere in petio terræ, de quo est lis, iustũ ti-
tulũ originaliter a quodã Bartolone, q̃ de anno 1451. eorũ
auctoribus illud vẽdidit, vt patet in fi. instrumẽti vẽditionis,
vbi ponitur istud petiũ terræ. Et licet in instrumẽto dicatur,
q̃ illud est partim in curia Castiglionis baroti, & rei veritas
videtur, q̃ sit totũ in curia Armaioli; tñ hoc dr̃ fuisse per er-
1 rorẽ tabellionis. †Qui errãdo partibus obesse nõ põt, ut l. fi.
& ibi glo. in fi. C. de fideiuss. & in l. errrore. C. de testa. & vtro
biq; per doct. & ponit Lud. Ro. in cõsi. 170. inci. Scribãt Ro
manus & filius. & in terminis circa fines & loca rerũ vẽdita-
rũ ponere videtur Inn. in c. cũ in iure. in 2. col. extra de offi.
2 †deleg. Et hoc sine dubio in casu nostro procedet, qñ de cor-
pore rei uẽditæ constat, quo casu error in nomine nõ uitiat,
vt l. si quis in fundi vocabulo, & ibi per doct. ff. de lega. j. Qđ
aũt de corpore constet, demonstratur ex eo: quia cũ in instru
mẽto iter cætera uẽdita sint etiã terrena boscata, seu nemo-
rosa, vt patet in prin. instrumẽti, q̃ etiã patet: quia cũ postea
ĩ quodã instrumẽto diuisionis de bonis à Bartolone vẽditis
fiat mẽtio, interseritur quodã petiũ terræ boscatũ. Et ex om-
nib. à Bartolone vẽditis, & in dicto instrumẽto contentis nõ
reperitur aliud petiũ terræ boscatũ præter quodam, qđ dr̃, el
mal salto, positũ in curia Armaioli, de quo petio terræ spe-
cificè fit mentio in d. diuisione, satis cõuenienter sequitur, q̃
contrahentes voluerunt sentire de illo petio terræ, qđ dr̃,
el mal salto, quod dr̃ positũ in curia Armaioli. Cũ ergo con-
stet, q̃ de illo senserũt, & sic de corpe appareat, error scribẽ-
tis in demõstratione loci nõ debet obesse p p̃dicta. Et conse
quẽter vr̃ firmari posse cõclusio, q̃ Christophorus & litis cõ
sortes per se, & eorũ auctores dicũtur habere titulũ in petio
terræ, de quo est lis. Quæ conclosio vr̃ secundo mõ probari,
nã Bartolon vẽdidit generaliter oĩa, & singula bona cuiusq;
generis etiã boscata, quæ haberet in certis curijs, præsertim
in curia Armaioli, vt patet in prin. instrumẽti, sed sic ẽ, q̃ pe
tiũ terræ, de quo est lis, probatur fuisse Bartolonis, ergo se-
quitur, quòd etiã illud venditũ fuit, & consequenter q̃ in eo
prædicti dicũtur habere titulum, cũ (vt oẽs asserunt) sint in
curia Armaioli, dicitur. n. uenisse & fuisse comprehẽsum in
illa generali vẽd. iux. l. Iulianus. in prin. ff. de leg. 3. Et si dica
tur, oĩa terrena fuerunt postea uigore conuẽtionis p notariũ
specificata, inter quæ istud non reperitur. Rñdetur primò,
q̃ immo reperitur, prout supra dixi, licet erranter fuerit de-
mõstratũ. Secũdò posito, q̃ non reperiatur, dico, q̃ hoc non
tollit, quin sis vẽditũ, fuit. n. ut præsumi debet, per obliuionẽ
omissum, q̃ emptoribus obesse nõ debuit, aliàs diceremus q̃
illa specificatio terrenorũ, quę fuit facta in fauorẽ emptorũ,
vt nemini dubium est, operaretur dãnum & retorqueretur
in detrimẽtũ ipsorum, contra l. quod fauore. C. de legi. & l. le
gata inutiliter. ff. de odi. leg. cum si. Hoc ita posito dico, q̃ ex
parte d. Christophori & litis consortũ dicitur probata lõga
3 possessio petij terræ, de quo est lis. †ergo sequitur. q̃ ex longa
poss. cum ti. dicuntur probasse se dominos ad effectum, vt in
præsenti iudicio reali debeãt obtinere, iuxta dicta per Bar. in
prin. ff. de condi. insti. & per Inn. in c. illud. extra de præsum.
Qđ procedit, etiam q̃ per longam pos. nõ quæratur, nisi vti
le dominiũ: nam & illud in proposito sufficit ad victoriã, vt
signãter ponit Pau. de Cast. in consil. 96. incip Viso quo iam
processu. in j. co. Quòd aũt probauerint lõgam pos. cõstat ex
testiũ depositionibus &c. pro nunc omittendo, illã probant
omnes testes super 12. ar. deponẽtes, oẽs. n. ferè deponũt cõ
tenta in art. esse vera cum bona & conuenienti causa sciẽtię,
& inter alios hoc clarè testificatur Baptista Andreæ quartus
4 testis, q super 12. ar. examinatus dicit cõtẽta i eo eẽ vera, †&
ꝓ cã sciẽtię dixit ea scire, q̃a erat vicinus, & p̃dicta uidit, q̃ i

ratores, in dubio refertur ad laboratores ratione verosimili-
tudinis; quia scilicet verosimilius est, illos icidere ligna, q̄ do
minos, vnde innuit, quòd ubi illud uerbum non posset refer-
ri nisi ad dominos, & præcisè de eis testis sentiret, non est
dubium, quòd de ipsis intelligeretur; quoniam essemus tunc
in re clara, in qua non est locus coniecturis, l. cõtinuus. §. cum
ita. ff. de uerb. ob. nec ex eo testi minus crederetur, cũ illud sit
possibile, ita ergo in casu nostro: cum p̃cisè deponat de ipsis,
si ita uis ĩtelligere, ita de eis præcisè intelligendũ est, & nõ ꝓ-
12 pterea testi minus erit credẽdũ. † Demũ non obst. ꝙ dicat se
eẽ debitorẽ Christophori; quoniã respõdet, hoc nullatenus
eius fidẽ diminuere, & neminẽ a testimonio repelli ex eo ꝙ sit
debitor ꝓducentis, cũ hoc non reperiatur iure cautũ, & aliàs
dicatur, ꝙ ille potest eẽ testis, q expressè non ꝓhibetur: vt l. 1.
ff. de test. cũ nõ sit edictũ de test. ꝓhibitoriũ, vt decla. Lãfr. in
13 d. c. quoniã contra. ver. testiũ &c. ĩ 71. col. † Ex quo ĩfertur
ꝙ oĩs qui expressè nõ ꝓhibetur, poterit eẽ testis, arg. l. mutus.
§. 1. ff. de ꝓcu. debitor autẽ non reperitur prohibitus, ergo
&c. Et ex p̃dictis constat, longã possessionẽ p hos duos testes
conuenientissimè probatã. Et quia satis est duob. test. quid ꝓ
bari, iux. l. vbi numerus. ff. de test. & ponit Lanfr. in d. uers. te-
stium &c. non discurrant particulariter alios testes, licet in
ueritate omnes testes ferè optimè idem ꝓbent, licet de diuer
so annorũ numero deponãt, secũdũ ꝙ diuersimodè recordã
tur. Nã illud, qđ omnib. obijciebatur, & ĩ quo tota difficultas
uidebatur consistere, videlicet, quia uidebantur deponere de
alio petio terræ q̃ sit illud, de quo in in petitione iã supra fuit
sublatũ. Siquidẽ dico, ꝙ immo de eo loquatur, ꝓut oẽs te-
stes dixerũt sup 19. arti. Et licet plerique dicãt, quod est par
tim in curia Cathglionis batutæ, prout ẽt in. j. art. dicitur, ad
quẽ testes se referũt, tñ hoc propter errorẽ factum est, & cum
constet specificè. & corporaliter de quo ipsi testes loquantur
cũ in 29. art. deponant illud, de quo in j. arti. eẽ idẽ cũ eo, de
quo in petitione, & in 18. ar. prædictus error non debet obes-
se per supra dcã circa quartum testem. Probata itaque posses-
sione conuenienti ad p̃scriptionẽ, ex præcedenti tit. habita
prout p̃sumitur sm gl. & doc. in d. l. quædã mulier. ff. de rei
uẽd. sequitur, quòd ex parte actorum dicatur probatũ domi-
14 nium. † Addo, ꝙ ex alio põt dici ꝓbatum dñium, videlicet
ex indicijs & coniecturis, quæ aliqñ sufficiunt ad probandũ
dñium. iua. l. indicia. ubi p doc. C. de rei uen. & ponit So. nr
in consi. 89. inci. In cã agitata. . col. ver. & pro fundamento
p̃suppono. 1. vol. Adsunt etenim ad hoc plura indicia & con
iecturæ. Primò: quia illi habent dñium oĩum bonorũ, quæ
in dictis corijs erãt Bartolonis, sed hoc petiũ terræ, qđ dr el
mal salto, dr fuisse Bartolonis, ergo &c. Secundò: quia qñ po
stea, inter auctores lit. consortum fuit facta diuisio bonorũ
emptorũ a Bartolone, de ipso petio terræ qđ dr el mal salto,
& de quo in petitione fuit facta expressa meotio, & assigna-
rio uni ex diuidẽtibus, & hoc tñ pro dimidia pro indiuiso
solum ex eo, quia alia dimidia spectabat ad auctores d. Chri
stophori, ex quo sumitur bonum indicium, ꝙ ipsi erant dñi
illius, qm̃ cũ qsq; p̃sumatur bonus, & non delinquere per
iura vulg. nõ est p̃sumendũ, ꝙ diuiserunt nisi ea quæ eorum
erant. Tertiò quoniam sup d. petio terræ in fauorẽ d. Chri-
stophori & lit. cõsortũ olim emanarũt certæ literæ domino
rũ regulatorũ in iudicio productæ, quib. nihil fuit oppositũ
& nunquã fuere reuocatæ, ex quo satis conuenienter præsu
mi põt, ꝙ illi erãt dñi illius petij terræ. Quartò ẽt & maxi-
mè hoc suadet probatio possessionis illa, quam ipsi faciunt,
& in 3. & in 12. & 17. & in 20. ar. iũcta ꝓbatione idẽtitatis,
15 de qua per oẽs testes in 29. art. † Aliqñ. n. per solã possessio-
nem, saltem præsumptiuè, probatur dñium absq; aliqua pro
batione ti. scdm Bar. in l. rẽ alienã, ff. de pig. ac. & Ang. in l. si
Titio, ptupe fi. ff. de pig. Et licet ipse loquatur ad aliũ effectũ,
tamen negari non p̃t, quin in casu nostro, licet non probet,
faciat bonã præsũptionẽ, præserti iũctis alijs cõiec. & indicijs
de quib. supra, iux. illud, singula quę ñ ꝓsunt, multa collecta
iuuãt, vt l. si stipu. in prin. & ibi gl. ff. de vsur. & l. in instrumẽ
16 ta, C. de prob. cũ si. † Addo & 5. præsumptionẽ suię iudicis
a quo, in qua dicitur, ꝙ dictũ petiũ terræ spectat ad Christo
photum, & lites consortes iure dñij vel quasi, pro qua sentẽ
tia, licet possit reuocari in dubiũ, præsumendũ est, vt l. Herẽ
nius. §. Gaia & ibi not. ff. de euic. cũ si. Videtur itaq; ex prędi
ctis omnibus ꝓbabiliter, & iuridicè firmari posse, ꝙ ex par
17 te actorũ sit conuenienter probatũ dñiũ rei petitæ, † ꝙ suffi-
cit ad victoriã ex parte eorũ in iudicio reali, l. in rẽ. C. de rei
uen. cum si. Et cũ possessio vel saltem occupatio, quæ ex par-
te rei conuenti requiritur, iua. l. officiũ. ff. de rei vẽd. ex parte
cõitatis Armaioli cõuentæ sit per partis assertionẽ probata,
sequitur de iure ẽt, ꝙ actores in petitorio directo debent ob-
tinere, iuxta no. in. §. j. insti. de act. per glo. & alios. Secundò
principaliter dico, posito, sine præiudicio, ꝙ dominiũ nõ sit
sufficienter ꝓbatũ, † ꝙ dicti actores possunt obtinere in pu-
18 bliciana iure quasi dominij, quæ alternatiuè cũ directa reali
prout ipsi faciũt potest intentari, tradũt doc. post gl. in §. sed
istæ inst. de actio. vbi plenè per Mod. Papien. in 15. 16. & 17.
col. tria etenim requisita ad victoriã in. publiciana, videlicet
titulus, traditio, & bona fides, sm quòd cõcludunt Are. & Pa
pien. in d. §. sed istæ, quicquid dixerit gl. ibi, videntur sufficiẽ
ter per actores probata. In primis etenim ipsi probant titulũ
sm quòd supra ego deduxi. Inde & secundò traditio proba-
tur, ex eo quòd præcedente titulo actorũ actores reperti sunt
in possessione; est. n. in casu iuris pręsumptio, vt res fuerit eis
tradita, iuxta l. 2. C. de acquiren. poss. & ex causa præcedenti
per not. per gloss. & docto. in d. l. quædam mulier. ff. de rei
uen. & supra dixi. His duobus, vt supra, probatis, tertium ui-
delicet bona fides probatur ex præsumptione ipsis ita asserẽ
tibus, iuxta not. per glo. & docto. in d. §. sed istæ, nam cum cõ
sistat in animo, dicitur eo modo probata, nisi probetur con
trarium, vt ibi declarant Papien. in 24. co. Ex quibus ita pro
batis iure dictante dicũtur actores habere ex persona suorũ
actorũ in re petita quasi dominiũ, in quo dicta publiciana
fundatur, vt in d. §. sed istæ. & ff. de publi. per totũ. Cũ ergo
nũc ceciderint a possessione, quę reperitur penes dictã Cõita
tem nullum ius habentem, concludendũ est, eos posse rẽ per
ditã recuperare saltẽ hoc secũdo remedio publicianæ actio
nis, & p consequẽs ꝙ illud petiũ terrę del mal salto, debeat
declarari spectare ad actores iure dñij directi, vel vtilis, vel
saltẽ iure dñij, prout per iudicẽ a quo extitit iudicatũ, cuius
suiam, ni fallor, officij Magnificentiarũ vestrarũ erit confir-
mare, & uictũ victori tãquam temerè appellantẽ in expensis
condẽnare. Tertiò principaliter dico, ꝙ quicquid circa prę-
dicta sit statuẽdũ, ipsi actores debẽt obtinere in possessorio
19 reintegrãdę p eos intẽtato, iuxta c. reintegrãda, 3. q. 1. † præ
supposito prius, & in facto, ꝙ illud remediũ intẽtauerunt, vt
supra dixi, & constat ex libello, & in iure, ꝙ id facere potue-
runt etiam cũ petitorio illud cumulando, sm Bar. in l. natu-
raliter, §. nihil commune, in 4. cõbina. quæ sequuntur om-
nes. ff. de acq. pos. & est tex. in c. pastoralis, extra de cau. pos. &
proprie. Et licet in ueritate ex multiplici remedio possent p̃-
dicti actores possessionẽ prædictæ rei obtinere, & recupera-
re, secundùm ꝙ ad hoc ponit multa remedia Spe. in titu. de
20 resti. spo. §. j. ver. sed cũ in hac materia &c. † Tamen pro nũc
prosequar tantum remediũ canonis reintegrãda, 3. q. 1. supe
rius allegati, qđ remediũ secundùm Spe. in loco præallegato
dum de eo loquitur, dicitur remedium generale, & competit
cõtra quemlibet possessorem, prout etiam habetur in c. cum
21 ad sedem, & in c. sæpe, extra de resti. spol. † Et ob eã causam
dixit signanter patruus & do. meus Bart. Soc. in l. rem quæ
nobis, in prin. ff. de acq. pos. remedium prędictum esse cęte-
ris omnibus possessorijs magis latum, & adeo vt cõpetat ẽt
contra bonæ fidei possessorem, maximè si sine titulo possi-
deat, secundùm Inno. & alios in d. cap. cũ ad sedẽ, & expres-
sè refert, & sequitur Soc. noster in d. l. rem quæ nobis. in 4. q.
prin. vbi asserit, ꝙ ista est communis conclusio, licet pleri-
que cõtrarium tenuerit. Quod autẽ actores in eo debeant
22 obtinere, ꝓbabiliter demõstrat. † Nã duo sunt ĩ eo ad victo
riã necessaria, videlicet reũ cõuentũ possidere, & actorẽ per
prius possedisse, & sic ꝙ actor de antiquiori possessione ꝓbet
vt magistraliter declarat Soc. noster in d. l. rem q̃ nobis. in
7. q. pri. vtrũq; aũt per actores in casu nostro dicitur ꝓbatũ,

ergo &c. Primum etenim. s. reos conuentos possidere, indubi
tatum est, prout ex testium depositione constat, ponunt hoc
actores in petitione. & ipsi conuenti nunquam negauerunt,
prout etiam supra circa primum remedium fuit dictum.
Secundum verò. s. actores per prius possedisse, & ante eos
eorum auctores, si verum fateri volumus, dicitur sufficiēter
probatum. In primis per ea quæ supra dicta sunt in primo re
medio, oēs enim ferè testes super 22. art. deponentes probāt,
auctores Christofori, & litis cōsortum petium terræ, de quo
agimus, possedisse. Quinimmo & de ipso Christoforo, & ip-
sis propriis litis consortibus maior pars illorum deponit, ꝓ-
ut ex eorum lectura constare potest, & dicta illorum testium
secundùm superius adducta, iure optimo defenduntur. Se-
cundò hoc idem probatur ex dispositione testium super 17.
art. examinatorum, omnes enim ferè testes, præsertim ter-
tius, quartus, quintus, sextus, octauus, & decimus deponunt
contenta in articulo esse uera, reddentes de eorum dicto cō-
cludentem causam scientiæ, vel quia vt vicini viderunt, vel
quia steterunt iam cum prædictis possessoribus, & ita noue-
runt, & viderunt eos possidere, & actus possessorios facere,
prout in articulo continetur. Et aduertendum est, ꝙ circa
locum tertius testis clarè deponit de loco litis; quia dixit in-
terrogatus de loco in curia Armaioli loco detto la selua del
mal salto. Quintus verò testis dixit in curia Armaioli, iuxta
curiam Castiglionis barotæ. Octauus autem testis dixit ut in
articulo, & in articulo dicitur quoddam petiū terræ, uocato
(el mal salto.) Ex quibus videtur posse inferri quantū ad hos
testes præcipuè tertiū & quintum nullo modo obstare, ꝙ om
nibus obiectum fuit, scilicet eos non deponere de loco, de
quo in petitione: quoniā clarè constat eos de alio loco no-
luisse deponere, cum expressè de eo meminerint. Quantū ve
rò ad alios testes, in quibus videtur aliqua dubitatio, respon
detur, prout supra fuit dictum, videlicet ꝙ ex quo omnes in
29. arti. dicunt illud, de quo in primo articulo, & illud de quo
in 17. & in petitione fit mentio, esse idem, satis dicuntur lo-
qui, & deponere de loco litis, & de quo in petitione, licet ip-
si deponant de eo, de quo in primo articulo, & licet p mul-
tos erretur in situ loci, cum tamen de corpore constat, talis
error non debet obesse per superius allegata. Tertiò hoc
idem dicitur probatum per testes eosdem super 20. arti. de-
ponentes, & maximè per primum, tertium, quartum, quintū,
sextum, octauum, nonum, & decimum. Nam & omnes ferè
prædicti testificantur contenta in articulo esse uera cū bona
& legali causa scientiæ: dicunt. n. cōtēta in articulo scire, vel
quia uicini, & in loco manentes viderunt prædicta, & noue-
rūt; q a cū illis, de quarū possessione deponunt, steterūt, & ita
prædicta nouerunt, ꝓut ex lectura ipsorum cōstare poterit.
Et de loco notandum est, ꝙ tertius, & quintus dixerunt, ut
supra circa 17. arti. Quartus uerò testis in eius depositione
dixit, ꝙ illi posséderunt d. petium terræ boscatum situm, &
confinatum, ut in pede. 18. art. Octauus autem dixit simili-
ter in depositione sua, ꝙ illi posséderunt per multos an. d.
petium terræ, de quo in articulo. & in 18. & 20. artic. fit ex-
pressa mentio illius petij terræ, quod dr̄ el mal salto, & de
quo in petitione. Ex quibus cōcluditur, illam cūem obiectio
nem prædictis quatuor testibus non obesse. Quò uerò ad
23 alios respondetur, vt pluries supra dictum fuit. † Et inquan-
tum Magnifici & iustiss. iudices, omnibus ferè testibus su-
per possessione agentium, & eorum auctorum deponenti-
bus obijciebatis, ꝙ cum illi deponant se uidisse colonos me
diarios, & laboratores agentium, uel eorum auctorū lignas-
se, & pasturasse nomine eorum, & de ratificatione nō cōstat,
nō debet dici propter id quæsita possessio, iuxta no per doc.
præsertim Alex. in l. quòd meo. in princ. ff. de acq. poss. & ui-
detur satis in terminis hoc ponere Alexand. in d. consi. 110.
In 1. col. 1. vol. Respondetur, & dico, ꝙ ex hoc in casu no-
stro non debet minui quoquo modo illorum fides, & debet
dici, ꝙ iuridice sit probata possessio, quòd probatur.
24 † Primò; q a immo de iure probatur possessio, si dicat testis,
ꝙ uidit arari, seminari, uel aliàs laborari nomine meo, &
ad mei instātiam, iuxta singularem doc. gl. & doc. in l. 3. C. si

ni. regun. & ponit Bald. in c. 1. de controuer. inuest. cum ergo
testes in casu nostro dicant, ꝙ viderunt laboratores, & media
rios Christofori, & eius auctorum nomine eorum lignasse
25 &c. satis dici debet eorum possessio probata. † Secūdò respō
detur, seu hoc probatur, quia doctrina, de qua in d. l. qđ meo.
procedit, vbi non constaret de mandato, prout ibi per doc.
sed in casu nostro constat saltem tacitè & præsumptiuè, ergo
26 &c. Et quòd ita sit, probatur primò generaliter, † quia ex quo
Christophorus, & eius auctores sciebāt, & patiebātur eo mo
do negocia sua, & eius nomine geri, dicuntur sibi hoc man-
dasse, iuxta, l. si remunerandi, § si passus, ff. mand. gl. Bart. &
27 alij in l. 1. ff. de neg. gest. cum si. † Secundò particulariter, q a
quando quis locat fundum colono partiario, censetur sibi
mandare omnia, quæ sunt vtilia ipsi fundo, & domino, & ꝓ-
ut est conuentum fieri, iuxta. l. si merces, §. si conductor, &
ibi Bar. ff. loc. & per consequens etiam vt nomine eius ex ne-
morib. ligna incidantur, prout experientia docet, quæ est re-
rum magistra, vt in c. quàm sit, de elec. lib. 6. Tertiò; quia nō
est verosimile, ꝙ rustici, qui aliàs sunt viles, & formidolosi
homines, nemus aliquod incidant sine aliquo mandato, a
quo verosimili validum est arg. l. non est verosimile, ff. quod
met. cau. cum si. & ponit gl. per illum tex in l. tale pactum, §.
fi. ff. de pac. ꝙ maximè procederet in casu nostro, vbi illi rusti
ci expressè nomine Christophori, & auctorū lignauerūt &c.
prout testes deponunt. Pręterea & tertiò principaliter pro
batur supra firmata conclusio; quoniam dato ꝙ ab initio nō
interuenerit mandatum, nec ratihabitio expressa, & sic ab
initio eis non fuerit acquisita possessio, licet hęc falsa sint
secundùm supra deducta; tamen negari non potest, quin ex
post facto Christophorus, & eius auctores cum per eorū ru
sticos illorū nomine lignaretur, habuerint saltem animum
28 retinendi, † quo posito dico, ꝙ per prædictum animum reti
nendi inducitur vera acquisitio, licet nulla vera præcesserit
acquisitio, ista est sing. doc. Bar. in l. quod vulgò, ff. pro em-
pto. Nec ob. prædictis, d consi. do. Alex. ex quoniam eius con
clusio non videtur de iure vera, si ad casum nostrum refera-
29 tur, vt ex supra dictis constat, † & ꝙ in casu nostro nō requi
ratur ratihabitio eorum, quæ facit colonus meus noīe meo
videtur tenere expressè Soc. noster in d. consi. 89, in 8. col.
in fi. & in consi. 10. in 3. volum. incip. in causa do. Catheri-
næ. Præterea posito, quòd requiratur ratihabitio, quod tamē
negamus, dico, quòd adhuc potest illa ratihabitio interpo
ni, dato quòd nunc illi, qui eorum nomine quid faciebant
nō sint in pos. prout uidetur voluisse Bal. in disp. inci. accu
satus de vi turb. in 15. col. prout eum refert & sequitur Ale.
in consi. 88. inci. quoniā omne datum optimum, in pe. col.
ver. pręterea etiam, vt refert Bal. 5. vol. Præterea & hic est
aduertēdum, aliud est, quòd laborator meus accipiat pos. no
mine meo, vel testis dicat, eum nomine meo possidere. quo
casu loquitur Alex. in d. consi. 110. & tunc forte posset dici,
loquor sine p̄iudicio veritatis, quòd debeat interuenire rati-
habitio, prout ibi loquitur Ale. Eo. n. casu nihil de possessio
ne mea deponūt testes, & aliud sit, quòd testis dicat me pos-
sedisse, & id scire; quia vicinus, & quia vidit colonos meos
nomine meo lignasse, & in hunc modum deponunt testes
nostri, quo casu posset dici, quòd sit probata possessio mea,
quia de illa particulariter testes deponunt; & ꝙ dicunt, colo
nū meū meo nomine lignasse, est demonstrare potius actū
possessoriū, quàm possessionem, & ad id testes ipsi vidētur
præsupponere, ꝙ interuenerit mandatum, vel voluntas mea,
cum me possidere præsupponant, non enim in casu nostro
quærimus probare actorem possessionem acquisiuisse, sed
eos possedisse, & ex his patet obiectionem prædictam nullo
modo obstare. non tamen omitto, quòd plures sunt testes,
quibus illa obiectio in facto non quadrat, præsertim quartus
& quintus, quia non per illa verba deponunt. Nouissimè
non ob. si dicatur, quòd non possunt actores in possessorio
obtinere; quia pars aduersa ꝓbat de antiquiori possessione,
30 qm̄ i primis hoc negatur, † & testes sup ea deponētes depo-
nūt de auditu, & p cōsequēs non probant, l. solam. cū vulg.
C. de testi. Prætera dico, quòd testibus eam probātibus non
debet

31 debet ꝓbari,† quoniam propter interesse, ꝙ in causa ꝓcedūt, dicūtur suspecti, iuxta.l.j.§.in propria ff.quādo appelat.& l.omnib.C.de testi.& l.ab executore.§.alio.ff.de app.quod au tē interesse habeant in causa.plene dicitur ꝓbatum per partē Christophori p tres,aut quat or testes ferè vltimo loco in causa principali examinatos.Et si opponatur,ꝙ illi deponunt
32 de auditu,& ideo sibi nō creditur,ut l.testiū.C.de testi.† Respondetur,ꝙ illud ꝓcedit,nisi cū testibus de auditu cōcurrat fama,vel aliud adminiculū. secundùm Inno.in c.pteres.extra de testi.& Bal.in margarita, ver.testes.sed in casu nostro cōcurrit fama publica,vt patet ex dispositione eorundem testium super art.de fama,ac ēt concurrit adminiculū, ꝙ ipsimet testes partis aduersæ dixerunt,se vel emisse, vel iure donationis accepisse a d.cōmunitate Armaioli, ut testes nostri deponunt.Itē ēt adest adminiculū;quoniā aliqui ex illis inceperunt iā deboscare,& vti d.ꝑdio,(detto el mal falto) ꝑ parte sibi concessa,ꝓut similiter testes nostri deponūt,unde istis adminiculis concurrentib.debet testib,etiā de auditu deponentibus cred.,ad ꝙ sola publica fama sufficeret per ꝓdicta. Secundò potest responderi,ꝙ licet aliàs testes de auditu non ꝓbent: tū maximè quando quid verisimile deponunt, ꝓut in casu nostro, transferunt onus probandi ad aduersariū.ita multum singulariter determinat Lud.Ro.in singularibus.ui detur testimonium,ubi alleg idem tenere Arch summū canonistam,vnde in casu nostro dicimus. ꝙ per hos testes dicatur saltem translatum onus probandi in aduersarium, scilicet testes suos non habere in causa interesse,ꝙ cum non fecerit,remanet pro nobis præsumptio.Ex quibus omnibus concluditur,ꝙ Christophorus,& litis consortes possunt in possessorio obtinere, & debent in eorum possessionem reintegrari pro ultimo loco alleg. Ac etiam possunt in rei uendi.directa,vel saltem utili obtinere,per ea quæ supra in primo, & secundo arti.dicta sunt.Quam conclusio. iustissimi iudices non dubito M V.amplexuras,si reiectis scrupulosis, & cauillosis ambagibus ueritatem,quam diu nouistis,& sequi debetis,attendetis,nec iam aliquo errore uitiari patiamini.

Soci.Nepos,Senis. 1516.

SVMMAE.

De interesse quantiplurimi frumentum valuerit, quando debeatur.

Et an sit quæstio incidens, vel emergens principali petitioni.

Et an in ea possit solui gabella compromissi secundum formam statuti Senensis.

1 *Debitor frumenti,quomodo in mora constituatur.*
2 *Conclusiones emergentes,quæ dicantur.*
3 *Interesse licet à principio sit incertum in processu, tamen liquidari poterit.*
4 *Instrumentum guarentigiæ quando executionē paratam habeat*
5 *Causa continentia quòd nō debeat diuidi,quomodo intelligatur.*
6 *L.nulli.C.de iudi.quomodo procedat.*
7 *Statutum si prohibeat compromissum de re finita, si incidat.q.an super illa quæst.principali debeat compromissum fieri.*
8 *Statuta cōpellentia litigantes compromittere sunt fauorabilia.*
9 *Executio concessa per statutum in instrumento guarentigię,quando instrumento continetur factum,non potest peti interesse, ad quod in defectum facti succedit obligatio ad interesse.*
10 *Instantia,& terminus ubi a lege præfigitur,citatio debet fieri etiam ultima die,aliter sententia erit nulla.*

CONSILIVM CXXXVI.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis,& iustitia.



IVSTISSIMI domini Iudices, in causa Hierony. Ballati in eius fauorem,& ad ueritatis tutelam infra scripta se offerunt, ex quibus(ni fallor)patebit per vos in eum coniecta spicula nequaquam obstare licèt subtilia sint, & concludentia prima facie uideantur. Et in primis dicimus,ꝙ illud interesse quantiplurimi de iure non potest dici debitum,nō.n.debetur ex forma scripturæ,ut ex eius lectura apparet neque etiam potest dici debitum vigore cuiusdam assertę protestationis, in qua se fun-
1 dat pars aduersa,† quoniam ad constituendum in mora debitorem frumēti non sufficit protestatio,sed requiritur, ꝙ creditor accedat ad domum debitoris cum sacco paratus ad suscipiendum frumentum,ista est singu. doctri.Paul.de Ca.in l.item illa.in fi.prin.ff de consti.pec.& ita per illam doctr.ī terminis nostris uidi consultum per do.Barth.Soci.patrem,& do.meum in causa cuiusdam.D.Lucretiæ de Saracenis, & ita etiam tunc uidi iudicari,sed sic est,prout mihi præsupponitur,ꝙ hoc p partem aduersam nunquam fuit factum, & ꝑ ipsum Hieronymum nunquam stetit,quin traderet, & semper fuit paratus illud tradere,si pars aduersa pro eo accessisset:ergo sequitur,ꝙ non potest dici constitutus in mora,& ꝑ consequens non potest dici obligatus ad interesse quantiplurimi,verūtamen posito quòd super hoc aliqua sit dubitatio, dicimus omnino super illo puncto,& super illa quęstione esse pronunciandum compromissum vigore statuti in 2.disti.positi,sub rubri.de arbi.& primò de solutione gabellæ,cum, ut in processu constat,Hieronymus soluerit gabellam compromissi,& de solutione iam facta chirographum in iudicio produxerit.Nec prædictæ conclusioni ob.adducta in contrarium;quoniam(ni me ipsum decipio) una responsione oīa ruunt,dicimus ergo,ꝙ contraria loquuntur super articulis,& quæstionibus incidentibus,uel emergentibus,ut etiā uos ipsi in uerbis vestris dicitis,nos autē nō sumus in his terminis,vt statim ostendam, sed quæstio illa de interesse quantiplurimi dicitur separata a quęstione frumenti. Quod vltra ꝙ in petitione clarè appareat,monstratur euidētissimè: quia q̄stio frumenti pendet,& oritur ex asserta scriptura manu propria debitoris,quæstio verò interesse quantiplurimi pendet,& oritur ex asserta protestatione, vt etiam patet ex serie libelli,& petitionis partis aduersæ, & per cōsequēs sunt diuersæ quæstiones, & propterea de vna ad aliam non est inferendū per iura vulgaria.Cum ergo in petitione aduersæ partis duo diuersa cōtinentur, quæ debent dici petitiones,arg.l.scire debemus, & ibi scribunt doc.ff.de uer.ob. & ꝙ d.quęstio de interesse non dicatur emergens, vel incidens, vltra quòd per se liquet. probatur: nam emergens quæstio dicitur, quæ non nascitur ante iudiciū, sed post, vt si disputetur de inepti-
2 tudine libelli, vel de inhabilitate ꝓcuratoris, vel testis.† istę enim quæstiones dicuntur emergentes;quia originalem formam assumunt in processu, & ex eius ordine: incidens verò quæstio dicitur, quæ inducitur ad excludendam intentionem actoris,vt si disputetur de pacto de non petendo, vel de præscriptione,uel de aliquo simili, ista est magistralis doct. Bal.in l.1.2.col.C.de ordi.iud.quam etiam ponit Alex.in l.ꝙ iussit.2.col.in prin.ff.de re iudi.declarans ex mente Bald. quòd quæstio incidens dicitur, quæ respicit merita causæ: emergens verò quæ respicit processum.& ita ibi tenent communiter doc.& ponit ibi do.Ias.in 8.col.Sed in proposito q̄stio de interesse non dicitur incidens, neque esse potest ad quæstionem frumēti,cum merita illius causæ non respiciat, nam quicquid de interesse sit iudicandū,obligatio grani,seu de eo quęstio remanet semper eadem, semper.n Hieronymus dicetur obligatus ad tot stadia frumenti. Quod autem teneatur ad interesse quantiplurimi,vel ne, dicitur quęstio a prima multum separata,vt de se constat, prout etiam voluit iudex aquo, qui in sententia separata capitula, tanquam de separatis fecit.Item non potest dici quęstio emergens, cum nullo modo respiciat processum,ut est quā clarissimum,igitur sequitur obiecta per nos nō esse in proposito,quæ in incidentibus uel emergentibus loquuntur. Et particulariter discurrendo,dico,ꝙ non ob.doct.Bar.in primis in extrauag.ad repri.in uer.sum mariè.in 3.col.cum se. & clarum hoc satis est;quia loquitur, ut iam dixi,in quęstionibus incidentibus seu emergentibus,& eodem modo intelligitur, & procedit ꝙ dicit Bar.in l.solēt.ff.de ali.& cib.leg.in casu vero nostro, ut iam dixi,quęstio de interesse dicitur ęquè principalis. &

quę

æquè principalliter intentata. Nec ĕt ob. quod dixit Bart. in
l. 1. in 5. col. ver. pone statutum &c. C. communia de le. quo
niam id procedit; quia hypothecaria tĕdit ad idem, ad quod
actio principalis, s. ut creditori de debito satisfiat, & ita se ha
bet ad principalem, ut facta in principali executione omne
eius ius tollatur, etiam si pignus ad manus creditoris perue-
nisset, quod non est in casu nr̃o, ubi (prout iam dixi) quæstio
de interesse ita principaliter se habet, ut procedat ĕt facta mi
lies circa ipsum frumentum executione. Nec etiam ob. pra-
tica Bar. in l. 2. C. de sen. quæ sine cer. quan. unà cũ doc. Pe.
Anc. in c. canonum statuta. extra de consti. cum si. per uos in
3 stissimi Iudices alleg.; † quoniam dicimus illa omnia proce-
dere, quando interesse, uel quid incertum deberetur uigore
promissionis, & scripturæ; tunc. n. licet sit incertum ab ini-
tio, poterit tñ liquidari in processu, & ob hanc causam di-
cunt doct. in l. certi condictio. in prin. ff. si cer. pet. quod pro
interesse competit ipsa certi condictio, addo quod Bald. in
consi. 99. inci. præmissis uerbis. in 5. uol. dicit, q̃ non poterit
peti executio pro interesse, nisi prius petat eius liquidatio,
& ita dicit seruari cõiter, & esse uerũ sicut euangelium. Sed
hoc (liceat uera loqui) nihil ad nos: non. n. disputamus, utrũ
super interesse debeat fieri compromissum, tanquam super
quodam certo, uel incerto, sed tantùm dicimus, q̃ statutum
loquens de instr̃o, uel scr pturis non procedit in interesse,
quod ex aliqua scriptura nõ debetur, sed tantùm uigore pro
testationis assertæ, & moræ commissæ. Cum igitur hoc inte
resse quantiplurimi non petatur uelut in scriptura manu ꝓ
pria contentum, statutum de scriptura loquens nõ pōt de ip-
so loqui, sm̃ q̃ singulariter dicit Bal. in l. ab Anastasio. C. mã
4 da. † ubi expressè uoluit, q̃ qñ instr̃m guarentigiæ habet exe
cutionem paratam, illud tantum procedit super contentis
in ipso instrumento, non autem in his, quæ in eo non conti-
nentur, unde in casu nostro statutum loquens de scriptura
dans ei executionem, non d̃r procedere in interesse, quod in
ipsa scriptura non continetur. Ad quod facit; quia ut inquit
dñs, & patruus meus Soci. in consi. 213. uer. circa quartam,
5. & 6. talia statuta dicũtur ꝯ ius commune, & per consequẽs
debẽt restringi potius quàm ampliari p iura vulga. Nec suc
cessiuè ob. consi. Pe. de Anc. nu. 184. inci. uisa scriptura, &
doc. Bal. in l. si ex causa. ff. de min. licet Bal. ibi secundùm co-
dicem meum nihil dicat; quoniam, ut ex uerbis uestris con-
stat, loquuntur, prout supra de alijs dixi, in articu. & quæstio
5 nib. incidentibus, † quod etiam patet ex ratione per eos al-
leg. quando dicunt, ne continentia causæ diuidatur, iuxta l.
nulli. C. de iud. ex qua ratione patet, eos loqui circa unitatẽ
causæ, & suos incidentes articulos: nos aũt, ut pluries dixi, lo
quimur in diuersis causis, & quidem uti principalibus in-
tentatis, licet uideantur habere primordialem originem ex
eodem fonte, quod tamẽ intellige mediate & causatiuè, non
aũt immediate, & non dicetur continentia causæ eiusdẽ in
casu nostro diuidi pronunciando, quòd super quæstione in-
teresse fiat compromissum, nam quælibet causa suo marte
6 procedet, & nullam in se patietur diuisionem. † Mitto quòd
quò ad hoc dici posset, quòd regula l. nulli. non procedit,
ubi causa patitur diuisionem, & rõ aliqua diuisionẽ inducit,
ut h̃r plenè p auũ meum d. Mar. Soc. in consi. 12. inci. qm̃ in
p̃ntiarum. Nec ob. ĕt allegatũ consi. Cor. 290. inci. qđ fuerit.
in pe. & ulti. co. 1. vo. & qđ latius consuluit do. meus Soc. in
consi. 300. inci. in cã interpellationis. in 5. col. uer. circa 3. q.
quoniam ex prædictis patet r̃nsio, loquuntur. n. in articulis
incidentibus, & causam ipsam aliquo modo respicientibus,
7 † consuluit. n. Soc. q̃ vbi ex forma statuti de re finita ꝓhibea
tur compromissum, si incidat quæstio, an super illa q. princ.
sit faciendum compromissum, vel ne, non erit super illo in-
cidenti arti. an. s. sit faciendũ compromissum, pronuncian-
dum compromissum fieri debere, id tñ ipse idem in 7. colu.
videtur intelligere, quando clarum esset in causa principali
cõpromissum fieri nõ debere, quasi ubi esset aliqua dubita-
tio, tunc super illo arti. posset pronunciari compromissum
ita intelligendo doc. Cy. Raph. Fulg. & Pa. de Ca. & aliorum
in l. si quis in conscribendo. C. de pac. hoc tamen nil ad nos,
nos autem loquimur in artic. nõ incidenti, ut supra est dictũ.
nec causã ipsã respiciẽte, sed in q. separata & separatim itẽta
ta. s. in iteresse quãtiplurimi debeatur, de quo quidẽ nihil in
scriptura continetur. Ex his liquidò constat super quæstio-
ne prædicti interesse omnino debere pronunciari, compro-
missum ex forma statuti, & priuilegium statuti scripturæ ma
nu debitoris factæ concessum, ut. s. de ea non possit solui ga
bella compromissi, procedit tãtum respectu contẽtorũ in ea,
non autem extenditur ad extrinseca, & in ea non contenta,
prout in casu nostro dicitur esse de interesse, quod, prout ĕt
pars aduersa in processu fatetur, solùm asseritur deberi ob
morã d. Hieronymi, in qua fuit constitutus mediante quadã
asserta protestatione, & ita uidetur determinare Bald. in d. l.
ab Anastasio. in 6. no. C. mand. qui, prout etiã supra dixi, uult
q̃ executio concessa per statutum in instrumento guarenti-
giæ solùm habet locum in contentis in eo, & non aliàs, licet
aliquid dicatur tacitè in eo contineri; quoniam talis executio
solùm fiet super expressè in instrumento contentis. Accedat
ad prædicta, q̃ in dubio debet eligi benignior pars, & magis
fauorabilis per iura uulg. sed nulli dubium est, bono publico
magis expedire, compromissum super tali interesse fieri de-
bere, sec. eorum, quæ dicunt doc. & post. alios do. Iaso. in l. q̃
8 se patris. C. unde lib. † ubi communiter concludit, q̃ statu-
ta in certis casibus compellentia litigantes compromittere
dicuntur fauorabilia, & ideo extendenda &c. nouissimè non
ob. no. in l. uinum. ff. si cer. pe. quoniam ibi nil ad propositũ,
& si quid dicitur de interesse, q̃ in eo habeat locũ executio
procedit, quando illud esset in instrumento promissũ, quod
non est in casu nostro, ut iam fuit dictum, & sic remanet con
clusio, q̃ posito q̃ super q. prin. non possit pronunciari com
promissũ; tamen debet pronunciari super q. interesse quan
tiplurimi per prædicta, quę conclusio quasi in terminis con-
firmatur per ea, quæ uoluit Imo. & Ant. de But. in c. trãslato.
9 extra de consti. in 4. no. ubi concludunt, † q̃ executio conces
sa per statutum instrumento guarentigię, quando in instru-
mento continetur factum, non potest peti pro interesse, ad
quod in defectum facti succedit obligatio, iuxta l. stipulatio
nes non diuid. uersi. Celsus. ff. de uerb ob. & tamẽ, si rectè cõ
sideretur, illa obligatio ad interesse uenire uidetur ab ipso in
strumento, minus ergo dicemus in casu nostro statutum pro
hibens compromissũ super scriptura manu propria habere
locum super interesse, quod extrinsecus debetur ob moram
causatam ab asserta protestatione. Pauca hæc placuit scripsis-
se ad ueritatis tutelam, ad correctionem tamen, & suppletio
nem magnifi. uestrarum. Laus Deo.

A D D I T I O.

Post scripta addo; quia mihi fuit relatum, sẽtentiam iudi
cis a quo esse nullam ex defectu citationis; & quia posset du-
bitari an citatio esset necessaria, posito q̃ ulti. die instãtiæ
fuisset lata sẽtẽtia, quod tamẽ, an fuerit, nõ affirmo, iuxta ea
quæ ponit Bar. in l. si quis arbitratu. ff. de uer. ob. Iccirco pl.
10 cuit subdere, q̃ in casu nostro hoc nil facit, † nã ubi instãtia
& terminus præfigitur à lege, etiã ult. die debet fieri citatio,
aliàs sententia erit nulla, ita in terminis determinat Bal. post
Bar. in aucten. ei qui. C. de tempo. app. i uer. quæro, nunquid
absens &c. quo sic stante magnificentiæ uestræ uiam planam
habent in pronunciando iam latam sententiam fuisse, & esse
nullam. Iterum Laus Deo.

Soci. nepos Senis.

S V M M AE.

De remedio l. si unquam. C. de reuoc. do. an ei renuncia
ri possit.

1 *Donatio rescinditur per liberorum superuenientiam.*
11 ſeruauit,eo ꝙ ſit Dei vicarius. † Tertio facit:quia ut dicitue in c.nouit.de iudi. poteſtas Papæ dicitur eſſe ex Deo,de quo dubitandum uon eſt,& ex eo videtur ſequi,ꝙ ēt ſtatuta ab ipſo Deo,maximè vbi cauſa ſubſit,mutare poſſit ipſius Dei au ctoritate,a quo poteſtatem habet,arg.l.1.§.qui mandatam.ff. de off eius,cui mādata eſt iuriſd.& dicetur hoc ab ipſo Deo factum,& non ab homine,vt in ſimili inquit Dec. in conſil.
12 112.in præſenti conſultatione. 3.col. † Quartò generaliter data eſt Papæ poteſtas a Deo per illa verba , Paſce oues meas,ut legitur Io.c.ſi.& per alia,uidelicet, quodcunque liga ueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutū & in cœlis,de quib. Matthęi.c.16. hęc cū gñaliter dicta ſint, gñaliter intelligi debēt. l. 1.& gñaliter.ff.de leg.pr ſtan.cū ſi. & ſic oīa comprehendunt,& cunſequenter ēt caſum iſtum . Alioquin niſi Papa iſtud potuiſſet,cum ſoluerit prædictor mſonium contraheu tes a legis prohibitione,& matrimonio eos ligauerit,falſum
13 eſſet illud ſecundum dictum,quodcunque ligaueris &c.†nā cū oratio illa ſit uniuerſalis,falſificata in parte, tota falſa red deretur l.ſi is qui ducēta.§.utrum.ff.de reb.dub. quod abſq;
14 dubio dicendum non eſt † Quintò hoc probatur: quia par eius dicitur eſſe ligaudi & diſſoluendi, vt patet ex d.auctoritate,quodcunque ligaueris &c.& dicitur clarè in c. uerbum Dei.de pœni.diſt.1.facit l. nemo qui coudemnare.ff. de reg. iur. cum ſi. ſed Papa diſpenſando aptat quem,& habilitat cō tra legem diuinam,iuxta no.per Io. And. in nouel.in c.actus legitimi.de reg iur.lib.6.in mercurialibus , ergo etiam iſto
15 caſu potuit diſſoluere uinculum l.diuinæ.† Sextò, exceptio a regula generali facta declarat regulam illam generaliter in nou exceptuatis habere locum,l.uam quod liquidæ.ff.de penu.lega. cum ſi. ſed a generali poteſtate Papæ, de qua ſupra ſolūm excipiuntur ea , quæ ſunt fidei, & ſecundūm aliquos ea quæ reſpiciunt uniuerſalem ſtatū eccleſiæ, licet hoc multi uegent, ut no.in c.ſunt quidā 25.q.1. & uidetur uelle Fel. poſt beatum Tho.ab eo alleg.in c.quæ iu eccleſiarum,7.col. de conſti.tradit etiam Dec.in conſi.112.in præſenti conſultatioue,3.co. Ergo in alijs ,& conſequenter in caſu iſto potuit Papa diſpenſare,prout fecit: cum iſtud non reſpiciat ar ticulos fidei, neque uniuerſalem ſtatum eccleſiæ . Septimò
16 probatur;quia quicquid ſit circa alia iura diuina:† tñ quan do aliquod præceptum diuinæ legis non ſe habet tanquam naturæ principium,Papa contra illud ex cauſa poteſt diſpenſare,ut tradit Arch.flor.in ſua ſumma,& alij quidam, prout reperitur iu apoſtil. ad Fel. in d.c.quæ in eccleſiarū.circa 6. col.in apoſtil.incip.Papa ex cauſa poteſt interpretari &c.uer ſic.3.dic ꝙ ſunt aliqua præcepta &c.ſed ſic eſt, ꝙ illud pręceptū Leuiti.18.ſaltem reſpectu relictę fratris, prout eſt ca ſus uoſter,uou dicitur tanquam naturę principium,ut de ſe patet, ergo Papa potuit diſpenſare,prout fecit. Octauò pro batur per locū a ſimili, iuxta l.nou poſſunt.ff.de legi.†Dico
17 .u. quòd Papa non poteſt diſpenſare in pluribus cōtra ius diuinum,ut in bigamo,in crimiuoſo,iu decimis,in uoto,& in iuramēto, ut no.in cap.propoſuit. de conceſ.præben. tradit Hoſtieu. in ſumma in titu.de diſpen.§.quia poſſit,& iu titu. de voto.§.quinto.& Hugo, & Arch. iu d.c.ſunt quidam.25. q.1.cū multis concor. vt per Egidium Belleṁ.In ſuo conſil.
18 28. 2.colum. † Item etiam diſpenſare poteſt contra illud præceptum,ſabbata ſanctifices. vt per doc.in c.licet.de fer.ſicut ergo in caſibus iſtis contra legem diuinam Papa diſpenſat, ita & iſto caſu. Nouò, & vltimò hoc videtur probari iu c.vt conſtitueret.50.diſt.in ver.alioquin cōtra claues &c.
19 † vult enim ibi tex: ꝙ contra clauium poteſtatem,quiu omnia poſſit Papa,non eſt diſputādum,igitur etiam hoc potuit.
Tertiò principaliter poſito, ſiue præiudicio veritatis, ꝙ coutra ius diuinum Papa ſimpliciter loquendo diſpenſare nou poſſit, videtur tamen poſſe dici, quòd poſſit ex iuſta, & probabili cauſa, ſed iu caſu iſto ex iuſta cauſa videtur Papa diſpenſare ergo &c. Maior videtur probari. Primò:quia
20 dici ſolet, † ꝙ quando Papa contra ius diſpenſat ex probabili cauſa , non dicitur ius illud tollere, aut ei contrauenire, ſed potius ei deſeruire, vt voluit Hoſtié.in ſumma, de recep. arbi. §.qualis eſt. ver.poteſt etiā,& Io. And.in c.de multa.de præb.in nouella, & ideo ibi dicit ſecūdūm ſanctum Thomā
21 per eum alleg.† quòd diſpenſatio dicitur quædam commen ſuratio cōmunis ad ſingula , vt videmus iu patrefami.& gubernatore familiæ,qui dicitur diſpenſator, eo quòd ſiugula ſingulis circa laborē, & præmium diſpeuſat,& nos dicimur circa iuris ordinamēta tali diſpenſatore indigere,qui ea moderetur,& diſpenſet,prout contingens cauſa expoſtulat, hæc refert, & ſequitur Pet. de Aucb. in conſi.373. reuocatur in
22 dubium.2.col.vbi etiam alios allegat. † Secundò facit: quia videmus,quòd ius naturale dicitur immutabile.§.ſed natura lia.iuſt.de iure natu.cum ſi. & tamē ſi contra illud fiat reſcri pium ex iuſta,& probabili cauſa valet,vt voluit Inn.iu c.quę in eccleſiarum. ver. & dico uō valere &c.de conſt.& ita etiā vult Io. An.iu mercuriali.iu c.poſſeſſor.de regu. iur.lib.6.in
23 ſecundo articu. † concludens, quòd ius uaturale ex cauſa declarari, modificari, & limitari poſſit, vnde inquit Bald. in l.
24 reſcripta.3. col. C.de preci.impe.offer. † quòd ex cauſa con tra ius naturale, ſeu eius effectum princeps poteſt reſcribere, ſic ergo videtur dicendum de præcepto illo cap. 18. Leuitici,vt.l.ex cauſa cōtra illud diſpenſare potuerit. Tertiò ꝓbatur hoc ratione: nam & illud præceptum, ſicut alia iura in
25 ſe cauſam,& ratiouem habet. †omne.n.ius,ſiue lex propter cauſam, & ratiouem ipſius dicitur ſancta, honeſta,& iuſta,& aliàs non eſſet lex.c. erit autem.4.diſt.ſed quando cauſa iuſta,honeſta,& probabilis ſubeſt,ne lex illa ſeruetur,ceſſat ſanctitas, honeſtas, & iuſtitia eius,& rationabiliter ſeruari non debet:& ideo conuenienter dicendum videtur, quòd contra illam l.etiam quòd fuerit diuina per ſuperiorem , quādo cau ſa id erigit,ne dum poteſt diſpenſari,ſed debet, ne aliàs patia tur legem, quæ cauſa iuſta iu aliquo caſu caret, homines ligare. Facit, quod ſupra dictum eſt, videlicet conueuiens eſſe ex cauſarum,perſonarum, vel temporum varietate iura mutari.
26 † Quarto probatur; quia quando Papa contra ius diuinum diſponere ꝓhibet, intelligit vniuerſaliter, vel ſine cauſa, ſed vbi cauſa adſit iu aliquo particulari caſu Papa uon prohibetur, vt voluit Car.in c.2.vbi etiā ſequitur Fely.de maior.& obed. & de hoc potes videre multa exēpla per Fel. in c. ſi. eo. ti.ad quē gratia breuitatis me remitto, idē ēt voluit plura cō gerēdo Dec. i cōſ.112.ꝑal.3.col.dixit Iun. i c.cū ad monaſte riū.de ſta.mona.& Bal.i l.1. 1. col. C.de iu.aur.anul.& iu d.l. reſcripta.& Alex.in conſi. 188.pſpectis verbis.2.col. 5.volu. Sic igitur iu ꝓpoſito noſtro ex cā Papa pōt iu gradib.lege di uina ꝓhibitis ſic particulariter diſpenſare.Quod ēt 5.& vlt. probatur auctoritate Io. An.iu c.p venerabilē.qui fil. ſint le-
27 gi.ubi voluit expreſsè, † ꝙ Papa ex cā pōt diſpēſare i gradib. l.diuina ꝓhibitis, vt.ſ.ex uūc valeat matrimoniū,uō tñ vali dādo iā cōtractū, vt ex tūc, vt p eū,ꝙ ēt ſequitur,& multū di cit eſſe notandū ibi Ab.in 4.col.ver.nec obſt.&c.& iu c.literas.de reſt.ſp.7.col.ver.adde tñ &c.hoc ēt voluit Arc.poſt gl.
28 ibi , quā ſic itelligit in c.pitatiū.30.q.3.†cōcludēs,ꝙ licet ñ de facili i gradib.diuina lege ꝓhibitis Papa diſpēſate dēat,tñ ex cauſa pōt,p iura p eū adducta.dicit ēt hoc voluiſſe Io. Fa. ita etiā voluit gl.in ſūma 35. q.8. Si igitur ex cā Papa poteſt

In gradibus lege diuina ꝓhibitis dispẽsare, sequitur, ꝙ in ca-
su isto debuit dispensatio ualere, ex quo videtur facta ea iu-
sta, & probabili causa. Illud autem, & sic minor huius tertij
29 fundamenti, probatur primò, & Principaliter, † quia dispẽ-
satio sumi Pontificis in præsenti causa dicitur facta causa pa
cis inter illos Principes conseruandæ, vt expresse dicitur, tã
in literis plumbatis, quàm in breui, q̃ causa videtur iusta, &
probabilis. Pro quo primò videtur tex. in c. vt constituere
tur. in fi. 50. dist. dum dicitur, quòd ꝓpter sedãdas strages po
pulorũ, & sic propter tollenda bella, & consequẽter propter
pacem inducendã, vel conseruandã recedendum est à legis se
veritate, & sic videt bene ibi ꝓbari, ꝙ causa pacis videtur iu-
sta causa dispensandi contra leges. Secundò hoc videtur pro
30 bari ex his, quæ dicit gl. in c. 1. seu in summa. 35. q. 8. † dum
vult tria esse, propter quæ Papa in 2. & 3. gradu affinitatis po
test dispensare, & tertium, qđ ponit, est pacis reformatio, vt p
31 eam. † Tertiò facit: quia ratione pacis conseruandę quãdoq;
sunt mala toleranda, vt c. 1. & c. ecce inquiunt. 23. q. 4. & c.
hæc quippe. 3. quæstio. 6. vnde si pax est causa iusta, vt mala
aliqua tolerentur, fortius videtur in casu isto fuisse iusta cau
sa prædictæ dispensationis, cum ex ea non malũ, sed matri-
32 monij sacramentũ sequutũ fuerit. † Quarto facit: quia bo-
nis uiris absq; læsione bonitatis permittũtur bella ꝓpter pa-
cem futurã. c. apud. 23. q. 1. Sic ergo, & summo Pontifici pro-
pter pacẽ ineũdam, vel conseruandã inter Christianos Prin
cipes debuit licere, sic contra ius diuinum dispensasse, & ma
ximè, quia si ad episcopos spectat pacem semper perquirere,
& inducere inter suas oues; vt c. studendum. & c. pręcipimus
90. dist. magis hoc debet esse ad curã Põtificis, qui maior est,
& cuius humeri maiore onere præmuntur, & maximè inter
tã magnos principes propter maius periculũ, quod ex bello
33 inter eos oriri posset, arg. c. vbi periculũ. de elec. li. 6. † Quin
tò probatur quia Papa tanquã verus Christi vicarius eius ve-
stigia sequẽdo pacẽ semper perquirere debet inter Christia-
nos, sicut & Christus faciebat, qui semper in mundo pacẽ do
cuit. c. nisi bella 23. q. 1. & pacem annunciauit, vt sic eo na
scente ab Angelis fuerit dictum gloria in altissimis Deo, &
in terra pax hominib. bonæ voluntatis, vt legitur Luc. c. 2. &
ipse do. noster Iesus Christus semper dicere solebat. pax vo-
34 bis, vt legitur Lucę. c. fi. & alibi sæpe, † vnde cum pax à Redẽ
ptore nostro annunciata fuerit, non inconuenit, ꝙ eius conser-
uatio dicatur fuisse iusta causa prędictæ dispensationis, maxi
mè quia pax adeo grande bonũ est: vt in reb. humanis nil glo
riosius, nil delectabilius, & nil vtilius audiri, concupisci, aut
possideri soleat, secundũ diuũ Aug. in lib. de ciuit. Dei, & re-
fert Alb. de Ros. in l. vnica. in prin. C. de cad. tol. vbi etiã plu-
35 ra tradit de laudib. pacis, vt ibi per eum. † Demũ facit c. vbi.
de sponsa. impube. vbi pro bono pacis toleratur cõiunctio,
quæ aliàs non valeret, & secundùm illũ tex. dicitur tunc con-
iunctio tolerari vrgentissima necessitate: est. n. vrgentissima
causa conseruatio pacis, sic ergo & hic. Secundò principa-
liter, ꝙ dispẽsatio fuerit ex iusta causa facta, videtur probari;
36 † quia videtur facta etiã gratia suscitandæ sobolis fratri præ
dicti Regis mortuo, iux. id qđ legitur Deuteronomij. c. 25.
& ponitur in c. olim. 2. q. 2. & prout dicitur in c. fi. extra de
diuor. & licet dispositio illius. c. 25. secundùm aliquod sit fi-
guratè posita: tamen etiam dicitur lex iudicialis, propter qđ
remanet, vt eo respectu iudex ecclesiæ, idest Papa, possit illã
iubere seruari, vel etiam prohibere, ꝓut ei visum fuerit esse
opportunum, & salutare, prout supra dictum fuit, & inde vi
demus, quòd Inno. aliquando eam seruari iussit in d. c. fin. &
sic videtur probatum, quòd talis causa, vt. s. per fratrem su-
perstitem mortuo fratri semen suscitetur, capiendo eius reli
ctam in vxorem, fuit apud Põtificem habita pro iusta, & pro
babili in simili dispensatione, vt in d. c. fi. Quòd autem in
casu isto fuerit considerata talis causa, videtur ꝓbari in bre-
ui Apostolico, dum in eo prius narratur, quod frater prǽde
cesserat sine liberis. & quòd pax inter illos non bene sine no
uo affinitatis vinculo conseruari potest, & postea dicitur ex
his, & alijs certis causis &c. & similiter infra dicitur, his &
alijs causis &c. Illa enim verba ex his causis, ad causas relata,
cum sint numeri pluralis, requirunt ad minus duas causas,
iux. l. vbi numerus. ff. de testib. Sed non potest dici duplex
cã expressa nisi pro una sit ista, videlicet causa suscitandę so
bolis fratri mortuo sine ea. Alia autem causa est pacis con
seruandę, de qua supra dictum fuit. Tertio principaliter
hoc probari uidetur ex illis verbis Pontificis in dicto breui,
37 dum dicit, † & alijs causis animum nostrum mouẽtib. &c.
nam ex illis verbis constat, ꝙ Pontifex vltra causas prædictas
alias causas etiam considerauit, quibus motus fuit ad sic di
spensandum, & licet causę non exprimantur, tñ præsumen-
38 dum est, quòd fuerint iustæ, & probabiles. † Quinimmo
tanta est auctoritas Papę, quòd si nihil de causis dixisset in
tali dispensatione, iusta causa pręsumeretur motus, ut uo-
luit Cy. in l. rescripta. C. de precib. imper. offeren. & in l. fin.
C. si contra ius, vel vtilitatem publicam. & vtrobique per do
ctores, & Abb. in c. quanto, 5. colum. de iureiu. vers. si tamen
Papa, glo. singularis, & ibi Bar. in l. relegati. ff. de pœnis, cum
concordan. vt per Fel. in c. quę in ecclesiarum. 24. col. uersi.
quinta concl. de constitutionib. Si igitur iusta causa in dispẽ
satione Papę pręsumitur, vbi de causa nullum fit verbum.
Fortius isto casu id dicendum est, cum dixerit, ex his, & alijs
causis animum nostrum mouentibus, vt sic alię causæ in ani-
mo suo residentes, & non specialiter expressæ pręsumantur
iustę, & probabiles ad illam dispensationem faciendam, ar-
gu. §. vnicæ. in prin. C. de rei vxo. act. facit auct. multo magis
C. de sac. san. eccl. cum si. Et ex his concludatur in hoc ter
tio principali fundamento, ꝙ licet forte sine cã contra ius di-
uinum Papa non dispenset, tamen ea causa potest. Et præsen
ti casu causa iusta adfuit, vt ex prędictis constat. Et confir
39 matur ista per locum a simili. † Nam uidemus ꝙ Papa dispẽ
sat ex causa, ꝙ patruus fi iam fratris capiat in vxorem, vt per
Abb. in c. per venerabilem. 4. col. in fi. qui fil. sint legit. & ta-
men illud uidetur prohibitum de iure diuino, i. in Leuiti-
co. c. 18. prout voluit gl. in c. literas. de rest. spol & in c. gau
demus. de diuor. Sic et videmus, ꝙ dispensare potest, ꝙ reli-
ctam patrui fratris filius ducat vxorem, ut per Pet. de Anch.
in consi. 373. Reuocatur in dubium. & tamen tale matrimo
nium prohibetur in d. c. 18. Leuit. sicut ergo in dictis ca-
sib. dispensatio toleratur, ita similiter in casu isto debuit va-
lere per identitatem rationis, iux. regulam l. illud. ad l. Aqui.
& l. fi. C. ad l. falc. cũ sim. facit. l. non possunt. ff. de legi. Et ma
ximè quia Io. And. Abb. & alij allegati supra, dum quinto
loco probaui maiorem huius tertij fundamenti principalis,
40 voluerunt simpliciter, † ꝙ Papa ex causa possit in gradibus
consanguinitatis, vel affinitatis lege prohibitis dispensare.
Quartò posito quòd forte Papa ex ordinaria potestate nõ
potuerit dispensare, absque tamen prætudicio veritatis, vi-
detur tamen, quòd postquam dispensauit, contra eam nemo
41 venire possit, † nam attenta amplitudine potestatis Põtificis
videtur; quòd non sit nostrum quicquam tentare contra fa-
ctũ eius, sed illud, prout ab eo factum fuit, seruare debemus,
quicquid. n. à Papa disponitur, ita seruãdum est, vt solũ quid
disponẽdo voluerit, attendatur, & illud præcisè seruetur, nõ
autẽ cur ita disposuerit, quæri debet; quoniam nemo potest
Papæ dicere, cur ita facis sed quilibet eius dispositionem ser-
uare debet, quasi à Deo prouenientem, cum ille non vt homo,
sed vt Deus, & eius vice fungens disponat, vt supra fuit dictũ
in secũdo fundamento principali, & ꝙ quiescere debeamus
ordinatis à Papa, nec quærere, cur facta sint, tenet Spec. in ti.
de lega. §. nam ostendendum. versiculo 89. Et tradit Petr. de
Anch. in d. consi. 373. 2. colum. Et sic isto quarto principali
fundamento videtur dicendum, quòd nos tanquam subditi
& inferiores non possumus quærere, aut disputare, an Papa
sic potuerit dispensare, sed dispensationem istam ab eo fa-
42 ctam debeamus attendere, & conseruare. † In his enim quæ
Papa facit non est aliquo modo resistendum, aut illas con-
tradicendum. c. si Papa. 40. distinct. & c. aliorum. & c. cuncta
per mundum. 9. quæst. 3. cũ simil. instar enim sacrilegij est
contra supremi principis dispositionem uenire, aut de eius
potestate disputare, ut l. secunda. C. de crimi. sacrileg & ibi
43 plenè tradunt Salyce. & alij. † Et pro istis facit; quia
si in-

si incestæ nuptiæ ignoranter contrahuntur, longoque tépo-
re duret, maximè si proles adest, tales sic cõtrahentes sunt ex
dispensatione Papæ in tali coniugio relinquendi: vt dicit in
c.j. 35.q.8. sed isto casu sic dici potest, nam si inter istos ince
stæ nuptiæ fuerunt; quia. s. dispensatio non tenuit, seu fieri
non debuit; tñ fuerunt inter ignorantes, quia. s. crediderunt
potuisse dispensari, & per dispensationem sublatum esse om
ne crimen incestus, vnde cum steterint longo tempore, & ex
is extet proles, dicendum uidetur, quòd sint in tali coniugio
relinquendi, vel propter dispensationem iam factam, vt sic
contra eam nihil opponatur, vt supra dictum est. Vel saltem
ex noua dispensatione, quam omnino Papa facere debet.

Quintò pro ista opinione facit; nam cum iste articulus in
iure sit valde dubius, si velis, q per dicta supra ista pars cla-
rè non sit firmata, an scilicet Papa potuerit dispẽsare, put fe
cit. Certè in tali dubitatione resolutio, & declaratio solũ pti-
net ad sedem Apostolicam tanquam ad caput totius christia
44 næ religionis, † sicut dicitur de his, quæ dubia essent circa fi
dem, vt in cap. quoties 24. q. j. in c. maiores, de bap. & in cle.
j. de sum. trinita. & fide catho. cum similibus. Vnde cũ Papa
dispensauerit, videtur sic dispẽsando declarasse, & dubitatio
nem remouisse resoluẽdo, quòd dispensatio talis fieri possit:
nam cum disputando voluerit actum suum valere, prout cre
dendum est, iuxta regulam l. quoties. ff. de rebus dubijs. cum
45 similibus, † præsumptio enim validitatis actus dicitur potẽ
tior omnibus alijs præsumptionibus, vt videtur probari in l.
in cõtrahenda, secundùm quòd ibi declarat Deci. ff. de regu-
lis iuris. dicitur in necessarium antecedens etiam uoluisse ta
lem dispensationem fieri posse, iuxta illud, qui vult vnũ, vult
omne eius antecedens necessarium. l. secunda, cum materia.
ff. de iurisdictione oĩum iudicum, l. nec is. § primo. ff. de ac-
quirenda hæredita. & l. veteres, & ibi nota. ff. de itine. actuq;
priua. cũ similibus. Sic ergo sequitur, q cum in tali dubieta-
te interuenerit declaratio, & resolutio Pontificis, ei acquie-
scendum videtur. Sextò ista pars confirmatur vrgenti ratio-
46 ne; nam † quando agitur de dissoluendo matrimonio, idest de
declarando, an matrimonium diu, & publicè contractũ de-
beat dici inualidum, & super eo puncto reperiantur opinio
nes doctorum variæ: quia aliqui dicant matrimonium tenuis
se, nec esse dissoluendum, aliqui verò contra, illa opinio ca-
pienda est, quæ fauet conseruationi matrimonij, iux. ca. fi. de
se iud. & tradit Dec. in cõsi 12. Viso eleganti cons. ex. 40. no
uiter impressis 3. col. causa. n. matrimonij conseruandi ma-
ximè fauorabilis est, vt per eum. Et adeo hoc verũ est, vt pro-
cedat etiam, si communis opi. doctorum tendat ad dissoluen
47 dum matrimonium. † Immo, & si vnus solus doctor, qui ta-
men sit celebris, teneat opinionem, q matrimonium value-
rit, & conseruari debeat, illa opinio oĩno est tenenda fauore
cõseruandi matrimonij, etiam q sit vnius tm̃ doctoris, & cõ
tra oẽs alios, vt est singularis decis. Host. in c. 2. de cognat. spi
rit. quam ibi Io. And. Ab. & alij canonistæ sequuntur cũ con
cor. vt per Ias in l. fi. in 2. not. ff. solu. mat. & per And. Barb. in
consi. 40. A Ioue principium, 4. col. 3. vo. vbi multum excla-
mat, & commendat istud dictum, & per Dec. in c. directè. in
vlt. not. de appell. Vnde cum in præsenti casu agatur de dis-
soluendo, vel conseruando matrimonio inter istos Regem
& Reginam contracto, & non solùm vnus celebris doct. sed
multi, & maximæ auctoritatis, tenentes Papam potuisse di-
spensare, tenent matrimonium valere, & conseruandum esse,
vt ex prędictis constat. Sequi videtur concludenter, q eorum
opinio veluti fauorabilis conseruationi matrimonii debeat
attendi reiecta contraria opinione, etiam quod probaretur
communis, & a pluribus approbata. Septimò, & vltimò ar-
guitur a summa æquitate, nam posito, sine præiudicio verita
tis, quòd Papa non potuerit, seu non debuerit dispensare. Ta
men postquam isto casu res non est integra, sed propter di-
spensationem Papæ isti Reges contraxerunt, & supra 20. an-
nos copulati matrimonialiter vixerunt toto christianorum
orbe sic sciẽter, & liberi ex tali matrimonio procreati sunt,
æquissimum vr̃, q res in eo statu dimittatur, in quo nũc est,
& sic quòd nõ debeat declarari inter eos matrimonium fuis-
se illicitum, ut sic per illam oĩam separentur, sed potius q in
tali matrimonio conseruentur, postquàm bona fide ex Papæ
dispensatione sic matrimonium consumauerunt, ita post
multa residere uidetur insignis doctor Egidius Bellamera in
48 suo consilio 28. In facto mihi tradito. in fi. † ubi propriè in
terminis nostris dicit, quòd si carnali copula matrimonium
fuerit consummatum inter superstitem fratrem, & relictam
fratris præmortui ex dispẽsatione Papæ, non poterit tale ma
trimonium dissolui, nec per ipsum Papam, qui dispensauit,
neq; per eius successores, ut peñ in ultimis uerbis dicti consi
lij. Cuius auctoritas in re ista cuilibet magna esse debet, cum
nedum canonista supremus fuerit, sed etiam magnus Theo-
49 logus. Et pro hoc facit trita illa regula, † qua dicitur, q multa
impediuntur fieri, quæ iam facta tenent, l. patre furioso. cum
simili. ff. de his qui sunt sui, uel ali. iur.

Optimè etiam faciunt notata in c. 1. in fine, de cognatio.
50 spiritua. dum ibi in gl. fina. dicitur, quòd † quando matrimo
nium fuit copula carnali consumatum, non debet aliquo mo
do rescindi, etiam si ex eo scandalum secuturum appareat.
Vnde si causa euitandi scandali non est potens ad rescinden-
dum matrimonium consumatum, ut ibi, quòd certè solũ est
fauore conseruandi matrimonij iam contracti palam, & in
faciem ecclesiæ, minus isto casu rescindi debet: cum ex ipsa
rescissione maximum esset sequuturum scandalum, nedũ in-
ter ipsos iugales, & maximos principes illis coniunctos, sed
etiam in cordib. fidelium hac nouitate adhibita, ut scilicet
matrimonium in forma ecclesiæ, & Papæ dispensatione con
tractum, consumatum, & per totum orbem legitimum repu
51 tatum, unde etiã proles suscepta sit, rescindatur: † tale enim
scandalum omnino euitari debet, argu. c. quòd dilectio. in fi.
extra de consang. & affini. Qui tex. etiam in alio præstet arg.
dum dicit, quòd est deferendum obseruantiæ consuetudini,
uidetur enim, quòd consuetudo Romanę ecclesię sit, quòd di
spensationes matrimonij per eam præstitæ firmæ perma-
neant, nec de earum uiribus disputetur, nec unquam reperi-
tur contrarium obseruatum. Solet enim Roma. Pontifex an
tequam dispenset, quęrere, an possit dispensare, prout etiam
fuit factum in casu isto à fęlicis recordationis Iulio Secũdo,
postquam dispensauit, maximè sequuto effectu, & cõsumpto
matrimonio, non reperitur, quòd fuerit unquam matrimo-
52 nium rescissum, sed semper conseruatum, † unde eiusmodi
consuetudini diu seruatę uidetur etiam isto casu deferendũ
per dictum c. quod dilectio. Et ex omnib. prædictis videtur
concludendum, quòd matrimonium prædictum de iure te-
nuerit, uel saltem, quòd ad præsens contra illud ad eius re-
scissionem pronunciari non possit; cum fuerit contractum
Papæ dispensatione præcedẽte. Et hoc uel quia prohibitio
eius non sit hodie de iure diuino, ut primo fundamento:
uel quia etiam super iure diuino Papa dispensare potest, ma
ximè cum causa, ut fuit dictum in secundo & tertio funda
mentis. Vel saltem: quia de facto interuenit dispensatio ta
lis, & matrimonium sequutum, & consumatum fuit, longo-
que tempore perdurauit reputatum a toto Christiano orbe
legitimum cum susceptione prolis, ut in quatuor ultimis
fundamentis. Hæc sunt, quæ ex multis urgentiora uidentur
contra petitionem Serenissimi Regis, propter quæ dubius
existens, a consulendo pro eo abstinendum duxi. Ex his tamẽ,
vt in principio præfatus sum, non auderem firmare partem
illam, quæ Regis petitioni contraria est, cum pro parte ip-
sius Regis plurima extent, & quidem urgentia fundamen-
ta, ut etiam supra dixi.

Placuit itaque præsentis difficultatis resolutionem pro-
pter ingẽtem eius dubitationẽ peritioribus, & sacris Theo-
logis, & demum sanctissimæ sedi Apostolicæ relinquere.

Laus Deo.

Soc. nepos, Paduæ legens.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit Gozad. consi. 51. Vide Paris. consi. 68. vol 4. Vide & Grat. consi. 1. vol. 2. & Mant. consi. 121. & Ber. consi. 10. vide.

CASVS.

In testamento nobilis viri Siluestri Trenta ciuis Lucensis fuerunt instituti hæredes Io. Baptista, & Pierāgelus filij eius, & in effectu inuicem substituti, si aliquis eorum decederet sine filijs masculis legitimis & naturalibus, & casu quo ambo decederent sine filijs, ut supra, factis quibusdam legatis, testator pro una tertia parte substituit pauperes Christi, pro alijs uerò duabus tertijs Christophorum filium Federici Trenta fratris eius præmortui.

Et casu quo dictus Christophorus decederet sine filijs legitimis & naturalibus masculis tunc, & in dicto casu. factis quibusdam particularib. legatis, in residuo dictarum duarū partium suæ hæreditatis substituit filias ipsius testatoris; prout hæc latius ex testamento cognoscuntur, cuius copia transmittitur.

Mortuo testatore filij & hæredes prædicti paternæ hæreditati se immiscuerunt.

Decessit paulò post d. Pierangelus absque aliquib. liberis, & sic tota hæreditas peruenit ad Ioannem Bapt. fratrē eius, & alium filium testatoris.

Postea decessit dictus Christophorus superstitibus sibi Federico, domino Stephano, & domino Laurentio filijs, & hæredibus vniuersalibus.

Deinde de anno 1486. de mense Nouembris decessit sine liberis prædictus Ioann. Baptista relicta domina Clara eius vxore vsufructuaria in uita sua, & post eius mortem in effectu fecit hæredes pauperes Christi, & puellas maritandas &c. ut in dicto testamento continetur, cuius copia transmittitur.

Expost inter dominam Claram prædictam ex una, & Federicum prędictū suo & fratrum nomine ex alia fuit factū quoddam compromissum de anno sequenti, & mense Martij uel circa, & sic post tres menses post mortem prędicti Ioann. Baptistæ. Et in eo inter cætera asseritur inter d. partes esse litem & controuersiam super hæreditate, & bonis prædicti Siluestri primi testatoris respectu duarum partium relictarum Christophoro patri illorum Federici, & fratrum, ut dictum est.

Decessit deinde de ann. 1509. prędictus dom. Laurentius sine liberis.

Postea verò de ann. 1511. de mense Martii decessit dominus Stephanus relictus post se, Christophoro annorum 11. & Stephano in uentre vxoris eius filijs, & hæredibus vniuersalibus.

Et demum de anno 1517. de mense Iunij decessit prædictus Federicus relictis sibi Siluestro tunc annorum 22. & Nicolao annorum quinq; filijs & hæredibus vniuersalibus.

Nunc prædicti filij & hæredes prædictorum Stephani, & Federici vellent, vel ex propria, vel ex paternam persona ex causa fideicommissi consequi illas duas partes hæreditatis prædicti Siluestri primi testatoris.

Quæritur, an illis, vel alicui eorum competat aliquod ius ad prædictum fideicommissum, & taliter quòd nulla exceptione præscriptionis repelli possint.

SVMMAR.

Filij positi in conditione, an & quando dicantur vocati ad fideicommissum.

Fideicommissum conditionale an transmittatur ad filios pendente conditione, an & quando.

Et de præscriptione actionis ex testamento ad fideicommissum quanto tempore currat.

Et q non operatur effectus contra maiores propter minorem, cum quo habent rem communem.

1 *Fideicommissario conditionali pendente conditione decedente ad hæredes fideicommissum non transmittit etiam ad filios. Limita, vt inf. nu. 2.*

2 *Testatori non sufficit aliquid voluisse, nisi disponat.*

3 *Filij positi in conditione an & quando censeantur ex testamēto ad fideicommissum vocati, & inf. nu. 7. & 8. Conditio nil ponit in esse.*

4 *Voluntas testatorum in interpretatione statutorum requirenda est.*

5 *Interpretatio verborum non debet tantum mouere, vt melior sensus existat.*

6 *Verba intentioni seruire debent.*

9 *Coniectura quòd filij in conditione positi vocati censeantur, & inf. nu. 11. 14. 16. & 19.*

10 *Substitutus coniuncto, seu cohæredi præfertur.*

11 *Qui vult unum vult omne id, sine quo illud esse non potest.*

12 *Familia per masculos conseruantur, & perpetuantur.*

13 *Familiarum honor sine diuitijs sordescit.*

15 *Disponentis mente reiecta verborum forma attendi debet.*

17 *Minus dilectus à testatore non debet præferri magis dilecto.*

18 *Causa intestati cessat, quandiu locus est causæ intestati.*

19 *Voluntas testatoris talis, qualis apparet, seruari debet.*

21 *Testator potest facere, quòd fideicommissum transmissibile non transmittatur, & econtra.*

22 *Voluntas & coniectura testatoris debent sumi ex aliquibus in testamento expressis.*

23 *Coniectura quæ sit sufficiens arbitrio iudicis relinquitur.*

24 *Coniectura quòd fideicommissum ante euentū conditionis transmittatur, & inf. nu. 25. & 26.*

27 *Fideicommissum vniuersale purum vel purificatum ante restitutionem transmittetur.*

28 *Actio ex testamento est personalis.*

29 *Actio personalis non tollitur, nisi spacio 30. anno.*

30 *Actio ex testamento & pro legato tollitur spacio 30. anno.*

31 *Iure communi ratione connexionis quis consequitur per alium quod per se non consequeretur.*

32 *Laycus si rem communem cum ecclesia Romana habent, contra eum non præscribitur nisi spacio centum annorum.*

33 *Capitulum si habet bona communia cum prælato, ratione ecclesiæ non præscribitur contra capitulum, sicut nec cōtra prælatū.*

34 *Restitutio in integrum datur aduersus præscriptionem 30. annorum.*

35 *Arbitratores possunt exceptionem præscriptionis reijcere.*

CONSILIVM CXLI.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.



HABITA diligēti animaduersione super prædicta facti contingētia. Pro resolutione prędictæ cōsultationis duo veniunt principaliter discutienda. Primò, utrum mortuo prædicto Ioann. Baptista sine liberis, hæreditas prędicti Siluestri testatoris pro illis duabus partibus debuerit ex causa fideicommissi peruenire ad filios & hæredes Christophori Trenta pręmortui, sic vt per eos in eorum filios, & hæredes fideicommissum dicatur translatū. Secundò posito quòd sic, vtrum hodie filij & hæredes Federici & domini Stephani possint ex causa prædicta hæreditatem illam petere, & cum effectu obtinere, an verò exceptione præscriptionis possunt repelli. Circa primam quæst. videbitur alicui fortasse primo aspectu prædictos filios, & hæredes Christophori nullo modo posse admitti ad prædictum fideicommissum. Nam aut volumus, quòd potuerint venire ex persona Christophori patris eorum, quasi quod ipse ius fideicommissi in suos filios transmiserint, iuxta gl. in l. is cui. ff. de act. & oblig. aut ex propria persona, quasi quòd & ipsi post eorum patrem dicantur ad fideicommissum per testatorem uocati. Alia enim uia non uideo eos potuisse venire. Sed neutrum hoc videtur posse dici, vt statim dicā, ergo (per locum a sufficienti partium enumeratione, iuxta l. patre furiosa. & ibi dicta per Bart. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. cum simil.) concludendum videtur, prædictos filios Christophori nō habuisse ius aliquod ad pdictū fideic. Illud aūt, q neutro mō venire potuerint, ꝓbatur; nā primò ex ꝑsona

1 patris eorum non videtur posse uocari; quia regula est, † ꝙ
fideicommissum conditionale, si fideicommissarius penden
te cōditione decedit, non transmittitur ad hæredes, l. vnica.
§. sinau tem aliquid sub conditione, C. de cadu. tol. & l. si cū
heres, ff. quando dies lega. ced. cum similibus. Et adeo uera
est ista regula, vt non fiat transmissio etiam ad proprios fi-
lios, ut est gl. cōmuniter approbata in l. vnica, C. de his qui
ante aper. tab. quicquid dixerit glo. in d. l. is cui, quæ commu
niter reprobatur, vt ibi per Bar. & alios, & p Bal. & alios in d.
l. vnica, C. de his qui ante aper. tab. cum multis cōcor. qui ad
hoc allegari possent, vt scribit Ias. in cōs. 203. Vanotus de Ca
taneis, 5. col. ver. 1. & fortius, 2. vol. & in consi. 142. Veneta-
bilis, 9. col. in fi. co. vol. Sed in testamento fideicommissū p̄
dicto Christophoro relictū erat condōnale, videlicet si filij
testōris heredes īstituti decederēt sine filijs masculis &c. er
go sequitur, ꝙ Christophorus interim, & ea cōdōne pēdēte
decedens, nec ad proprios filios fideicommissum transmitte
re potuit, & consequēter sequitur, ꝙ prædicti eius filij ex p-
sona patris vocari non potuerunt. Secundò etiā videtur eos
non potuisse vocari ex propria persona; quia in prædicto te
stamento filij Christophori nunquam reperiuntur vocati.
Nec videtur posse dici, ꝙ immo testator videatur eos voca-
2 re voluisse, & ita cogitasse. † Qm̄ in testamentaria disposi-
tione nō sufficit testōrē aliqd voluisse, aut cogitasse, nisi il-
lud dixerit expresse, aut aliàs ex verbis colligi possit: vt l. q-
dā eū filiū, & ibi doc. tradūt, ff. de her. inst. & vr bonus tex. in
l. si sponsus, §. si quis rogatus, ff. de dona. inter vir. & vxor. fa
cit l. si alij, ff. vsufr. leg. & l. iurisgentium, §. pactorum, & ibi
dicit Bal. ff. de pac. Nec dicatur, ꝙ satis testator hoc uidetur
dixisse, ponendo filios Christophori in conditione, quādo
3 ei substituit, si sine filijs masculis decederet; † cum secūdùm
aliquos positi in conditione videantur vocati. Quoniam cō
munis opinio est in contrarium: vt. s. filij in cōditione positi
non censeantur ex testamento vocati ad fideicommissū; cū
regula sit, ꝙ quæ ponuntur in conditione non sunt in dispo
sitione; quia conditio nihil ponit in esse. l. si quis sub cōdō-
ne dandorum 10. ff. si quis omis. cau. test. & istā opi. ut positi
in conditione non dicantur ex testamento vocati, originali-
ter posuit gl. si. in l. Lucius, la 2. ff. de hær. inst. & sequūtur ibi
Iac. de Are. Ray. Bar. Nic. de Neap. Bal. Ang. Imo. Cum. & alij
ferè omnes, idē etiam uolunt doct. in l. ex facto, §. ex facto, ff.
ad trebe. ut ibi per Alex. qui dicit, hāc esse communē opi. &
ꝙ secundùm eam sæpe consuluit, ut inter cætera patet in cō-
sil. 185. Viso titulo quæstionis, 2. uol. & ita communiter te-
neri, & obseruandum esse asserit etiam Cor. in cons. 1. In p̄-
senti ardua, 10. col. & seq. 3. uol. & in l. 1. C. de cōd. inser. trā
dit patruus, & do. meus Soc. in consi. 218. Consideratis, 2. co.
2. uol. & pleuè in l. cum auus, mihi co. 71. cum duob. seq. ff.
de cond. & de. & Dec. in consi. 422. Et pro tenui, in prin. cū
infinitis alijs, qui ad hoc allegari possent. Sed prædictis mi-
nimè obstātib. contrariam opi. in proposito casu uti uerio-
rem, & magis menti testantis conformem amplector secun-
dùm ea, quæ proponuntur, more Sceuolæ iuriscōsulti respō
dendo, & dico, ꝙ immo duobus modis, de quib. supra, & quo
libet per se prædicti filij Christophori uocati & admissi fue
runt, uidelicet ex propria persona uelut per testatorem ad fi
deicommissum uocati. Item etiam ex persona Christophori
eorum patris, qui in eos ius fideicommissi dicimr trāsmisis-
se, quicquid in contrariū circa utrunq; superius dictum fue
rit. Et pro fundamento huius conclusionis, & resolutione
contrariorum, in qua stat omnis difficultas. Præsuppono,
4 † quòd in interpretatione testamentorum ante omnia sum-
ma cura, & diligentia perquirenda est testantis uoluntas, quę
primum locum obtinet. l. in conditionib. in prin. ff. de con-
di. & dem. & totum facit, quòd in testamentis disponitur. l.
ex facto la grāde, circa me. ff. de hære. insti. & ipsa solùm do-
minatur, & regit omnia. l. cum quæstio. C. de leg. & d. l. in cō
ditionib. Ea autem reperta & intellecta (ēt per coniecturas
maximè in fideicommissis, iuxta l. cum proponebatur. &
no. ibi per doct. ff. de lega. 1. cum si.) omnino seruari debet
5 qualiacunq; uerba prolata fuerint. † Quorum uerborū in-
terpretatio nunquā debet tm̄ valere, vt melior sensu existat, l.
3. C. de lib. præt. per quem tex. dicebat Ang. in consi. 2. Præ-
tuitto primò, 2. co. & in consi. 122. Bene & egregiè. in pri. ꝙ
in vltimis voluntatibus omnis postergatur verborum ri-
6 gor, & forma, vbi de mente testatoris constat, † & ratio est
manifesta: quia. s. verba intentioni & menti proferētis serui
re debent, non per contrariū, l. scire oportet. §. aliud. ff. de ex-
cu. tut. & c. 2. requiris. de appell. cum sim. facit l. non aliter.
in prin. de leg. 3. & l. cum virum. C. de fideicom. cum multis
alijs, quæ ad hoc allegari possent. Hoc ita p̄suppositò dico
in proposito casu, voluntatem, & mentem testatoris fuisse; fi
lios prædicti Christophori in occurrenti casu vocatos esse,
& sic ex ꝓpria psona patris, dicēdo in eos ius fideicōmissi, li
cet conditionalis trāslatum fuisse. Quod si ostēdetur, prout
est ipsa veritas, cogimur dicere sic oīno seruādū fore, ne alio
quin a mēte & volūtate testātis recedere videamur p p̄dicta.

Quod aūt ita sit, ex infra scriptis manifestè ostēdetur. Et
capiendo primū, vt. s. ex intentione testatoris isti filij Chri-
7 stophori dicantur uocati post eum. † Primò posset forte di-
ci, ꝙ ex eo solo dicantur fuisse vocati; quia fuerunt positi in
conditione ad exclusionem substitutarū filiarum testatoris
(quicquid in cōtrarium dicit magis communis opi.) prout
hanc opi. tenuerunt Old. & Saly. in l. 1. C. de cond. inser. & vi
detur in eam inclinare Per. de Ancha. in consi. mihi. 74. Cō
tra Philippūm, dicens, ꝙ communis opinio mentem testan-
tis infringit, & in absurdum sonat, ut per eum, & istam opi.
expresse tenet Roma. in l. si cum dotem. in princ. ff. sol. mat.
qui dixit, eam esse uerissimam, And. Barb. in consi. 27. Scrip
sit doctissimus. col. 12. & 13. 1. uo. & Cur. senior in cons. 51.
Super testamentis Albert. 9. & 10. col. & tanquam ueriorem,
& ęquiorem uidetur eam sequi Pau. de Cast. in consi. 273.
Circa primum quæsitum. 1. & 2. col. 2. vol. secundùm nouā
impressionem, & idem videtur concludere Bald. post Dy. in
consi. 216. Verba testamenti. 1. vol. loquendo, prout in termi
nis nostris, quando. s. non semel tantùm, sed in plurib. gra-
dibus dicitur, si decesserit sine filiis, & ita etiam tenet plures
alij doc. non modicæ auctoritatis tam antiqui, quàm moder
ni, prout in prædictis locis allegantur, & studiosus per se fa-
cile inueniet. Pro qua opinione, prout omnes eam tenen-
tes, dicūt, vt casus apertus in d. l. Lucius, la 2. de hær. inst. vbi
filij fratris instituti erāt positi in conditione ad exclusionē
substitutorum, & tex. dicit, ꝙ prudens consilium testantis nō
solùm fratrem institutum prætulit substitutis, sed etiam eius
liberos, vnde si eos prætulit sicut & institutum, necessariò vi-
demr concludendum, ꝙ eodem modo prætulit, & sic ex testa
mento, prout illum tex. fortiter inducit Barb. in d. consi. 22.
col. 13. Ex qua inductione videmr tolli dictū glo. & doc. ibi,
dum volunt, prælationem illam debere intelligi ab intesta-
to, illud enim videtur contra illum tex. vt supra cōsideratū.
Quando autē conseruaretur solùm legitima successio ab in
testato, prælatio illa per legem videretur fieri, non autē per
prudens consilium testantis, contra verba illius l. quam ego
aliàs legendo l. centurio. ff. de vulg. & pup. nouiter contra cō
munem opi. ponderabam: nam prælatio filiorum fratris po-
sitorum in cōditione, de qua ibi, dicitur facta, si frater deces-
serit ante aditam hæreditatem, & per cōsequens in casu, quo
testatoris hæreditas non reperitur inter bona fratris institu
ti, propter quod filij fratris in cōditione positi patri eorum
succedentes ab intestato non potuerunt bona testatoris cū
bonis patris mixta reperire, & sic videtur impossibile præla-
tionem illam fieri ab intestato, sed uidetur necessariò dicen-
dum, quòd fiat ex testamēto. Nec dicamr immo ab intestato
. s. ipsi testatori, excluso fratre instituto. Qm̄ dicam, diuina
re esse, quòd illi essent ꝓximiores ab intestato successori: cū
alij proximiores esse possent, vel saltem pares, qui illos filios
fratris in totum, uel in partem excluderent, quòd certè esset
cōtra mentem iurisconsulti ibi, uidebitur itaque de plano fa
tendum, in eo tex. apertè probari, quòd illi filij fratris dicun
tur per prudens consilium testatoris prælati ex testamen-
to; & sic per fideicommissum. Et si quis dicat contra
istam inductionem diuinare esse, quòd ibi ... per-

sonæ pares, vel potiores in successione, cum de eis nullũ ver
bum hat. Respondebo hoc esse verũ, sed q̃ ēt dubitare est, q̃
tales personę non extarent, vt dixi, & ideo uidetur, q̃ tex. sim
pliciter, & indistinctè intelligi debeat, siue sint tales perso-
næ, siue non, q̃ sine dubio erit, dicendo, prælationem illam
fieri per fideicommissum ex testo. Et si iudicaturus in pñ
ti causa istam opi. tanquam ueriorem approbaret, poterit se
cundum eam iudicare sine læsione conscientiæ, & honoris,
licet in contrarium sit communis opi. iux. l. 1. §. sed neq; ex
multitudine. C. de uet. iu. enucle. & tradunt Abb. & alij in c.
1. de const. cum concord. multis, qui ad hoc allegari possent,
& tunc in casu nostro non esset ulterius insistendum. Ve-
runtamen quia hanc opi. nunquam sum ausus cõsulendo fir
mare, propter auctoritatem communis opin. & quia durum
8 esset contra cõem opi. iudicem inducere † Ideo secundo lo-
co dico, posita communi opi. pro uera, ut. s. positi in cõditio
ne non censeantur uocati, q̃ illa debet intelligi, qñ alia ad il-
lud non concurrant. Sed si aliqua alia sit coniectura, pp quã
testator dicatur positos in conditione uocasse, facillimè rece
dimus a prædicta cõi opi. inhærendo uoluntati testatoris. &
ita sæpissime dicunt doc. nostri, maximè Corn. in consi. 22.
in hac consultatione. 2. & 3. col. in consi. 74. Viso prolixo. 2.
col. & in consi. 146. In hac consultatione. 6. col. 2. uolu. & in
consi. 20. Videtur prima facie. 8. col. & in consi. 273. Dubia
satis. post prin. 4 vol. dicit. n. ibi Cor. q̃ semper tam legen-
do, q̃ consulendo arbitratus fuit, q̃ occurrente aliqua alia cõ
iectura filij in conditione positi dicantur uocati. & istud ēt
voluit Pau. de Cast. in dicto consi. 163. dom. meus Soc. in con
si. 73. Capiendo primum. col penul. 4. vol. dicit, q̃ stantibus
aliquibus alijs coniecturis uidit sæpissime consulum, q̃ po-
siti in conditione dicantur per fideicommissum vocati, &
istud voluit ēt in repetitione. l. cum auus. colu. fin. in fi. ff. de
condi. & de dicens, quòd qualis debeat esse coniectura cir-
cumspectioni iudicis relinquitur, sic ēt dixit Curt. iunior in
consi. 41. Habita diligenti. 3. col. in fi. qui etiam in consi. 87.
Negari non potest. in fi. allegando Corne. dicit, quòd qualli-
bet leuis coniectura sufficit ad faciendum, quòd positi in
conditione dicantur uocati, & ita ego etiam solitus sum legẽ
do, & consulendo firmare. Sed sic est, q̃ in proposito casu,
vltra hoc, q̃ filij Christophori sunt positi in conditione, ex-
tant aliæ plures coniecturæ uoluntatis testatoris, ut. s. eos p fi
deicommissum vocare voluerit, ergo sic omnino dicẽdum,
9 & concludendũ est, ut uoluntati testatoris seruiamus. † Vna
.n. extat coniectura, & quidẽ urgentissima; nam testator post
proprios descẽdẽtes masculos in certis portionib. Christo-
phorum filium fratris & eius filios masculos prætulit pro-
prijs filiab. fœminis; cũ illæ ultimò vocẽtur, si Christopho-
rus sine filijs masculis decesserit, vt in testõ apparet, filias ve
rò prætulit cohæredi, seu cõiuncto ipsius Christophori, cũ
10 eas expressè uocauerit, & substituerit, † quia substitutus con
iuncto, seu cohæredi præfertur. l. vnica. §. in primo. §. pro se-
cundo, & §. sin autem aliquid sub conditione. C. de cad. tol. &
ibi doc. tradunt. & est casus in l. 2. §. si duo. ff. de bon. pos. se-
cundùm tab. Istud aũt non sequeretur, nisi isti filij Chri-
stophori dicerentur in occurrenti casu vocati, & admitterẽ
tur; nam si ipsi excluderentur, filiæ testatoris non possent ad
mitti, cũ defecerit condõ, sub qua erant vocatæ; quia. s. Chri
stophorus cum liberis decessit, & ideo oporteret portionẽ re
lictam Christophoro quasi caducam deuenire ad cohæredẽ,
& sic ipse admitteretur ante filias testatoris contra ipsius ma
nifestam uoluntatem. Vnde ne hoc sequatur, cogimur dice-
re, hos filios Christophori fuisse vocatos, postquã ita in cõ-
11 ditione positi fuerunt, † facit regula, qui uult unum, uult oẽ
id, sine quo illud esse non potest. l. nec is §. 1. ff. de acqui. he-
red. cum similib. Et hinc oritur alia, & secunda coniectu-
ra ēt potẽtior: nã cõsiderando, q̃ Christophorũ filiũ fratris,
& eius filios masculos prætulit proprijs filiab. contra nature
lem sanguinis coniunctionem, & iuris præsumptionem,
iux. l. cum acutissimi. C. de fideicom. cum similib. necessariò
fatendum est, q̃ hoc fecerit ex sola rõne conseruandę agna-
tionis suæ, iux. ea quę tradunt Bald. & alij in l. maximum ui-
tium, C. de libe. præt. cum multis alijs, quæ ad hoc cumulari
possent, ad quod semper testator noster erat intẽtus, vt patet
etiam in institutione, & substitutione suorum descẽdẽtiũ,
12 quia semper fœminas exclusit, solos masculos vocãdo, † per
quos honor & dignitas familiæ conseruatur, & perpetuatur,
& non per fęminas, l. pronunciatio, in fi. ff. de verb. sign. & de
clarat Bal. in pulchro suo consi. Martinus Io. de Florẽtia, im
presso inter consi. Ang. num. 68. 1. & 2. col. quod refert, & se
quitur Barb. in consi. 57. Clementissimum Deum. col. 11.
13 ver. taceo etiam, q̃ iste. 4. vol. † Huius autem conseruationis
dignitatis pręcipuum fundamentum sunt bona, & diuitiæ,
sine quibus sordescit, & decrescit honor & dignitas familia-
rum, vt experientia docet, & traditur in l. quisquis, C. ad le
gem iul. maiest. tradit auus meus dom. Mart. Soc. in consi.
30. Quamuis ex his. 3. col. versi. quia ad hoc respondetur,
& Barba. in d. consi. 57. loco prædicto, & in consi. 44. Præcla
rè scribitur, 3. col. 1. vol. Vt igitur in proposito ista ratio at-
tendatur (a qua, cum sit vnica, valet argumentum, iux. not.
in l. quiuis, C. de fideicomm.) oportet fateri, filios Christo-
phori sic in cõditione positos debere dici vocatos; quia aliàs
bona exirent de agnatione, & venirent ad illos cohęredes ex
traneos, scilicet ad pauperes Christi, q̃ omnino esset contra
mentem testatoris, & ideo omnino reijciendũ per supra di-
cta, & ita reperio, q̃ in terminis arguit Cur. senior in consil.
75. Dominus Ludouicus, 4. col. & Ias. in consi. 154. Testator
habens, 3. & 4. col. 4. vol. cum multis, qui ad hoc allegari pos
14 sent. † Et ex his inducitur, seu sumitur tertia ratio, seu cõ-
iectura, q̃ isti filij Christophori dicantur in occurrenti ca-
su vocati; quia cum post eorum patrem, si vixissent tempore
mortis Ioannis Baptistę filij testatoris, testator uoluerit eos
omnibus alijs pręponi etiam proprijs filiabus, sequitur, q̃
idem debet dici nunc, cum post patrem eorum ipsi reperiã
tur, licet pater ipse ante Ioannem Baptistam decesserit, vt sic
dicamus, hoc ipsum per testatorem dispositum fuisse, si ca-
sum istum euenturũ considerasset, & sic verisimiliter respõ
disset, si de eo fuisset interrogatus, a quo in iure nostro sumi
tur maxima, & concludens coniectura in interpretatione te
stamentorum. iux. glo. singu. licet vulgatam & communiter
approbatam in l. tale pactum, §. fi. ff. de pac. & tradit patruus,
& do. meus Soc. in l. in ambiguo. col. fi. versi. tertia cõclusio.
ff. de reb. dub. cũ multis quotis, quæ ad hoc allegari possent;
15 † semper. n. mens disponentis in testamentorum dispositio
ne pręsertim debet attendi, reiecta verborũ figura: vt l. q̃ si
qs. ff. de verb. sig. & supra plenè dixi. Et adeo est hoc verum,
vt procedat, etiam si talis interpretatio veniat cõtra personã,
seu causam fauorabilem, vt tradit egregiè do. meus Soc. in
d. l. in ambiguo, 3. nota. & ita in terminis ab ista coniectura
arguunt Cur. senior, & Ias. in consi. paulò ante allegatis.
Cõsideratur etiam in pręsenti casu alia, & quarta conie-
16 ctura multùm efficax, † nam negari non potest, quin testator ex
eo solùm, q̃ in conditione posuit istos filios Christophori di
catur eos aliquo modo prætulisse, videlicet, aut ex testamen
to, aut ab intestato, & horum alterum videtur necessariũ, a-
liàs prælatio nulla diceretur contra tex. expressum in d. l. Lu
cius. de hær. inst. Et hic est, q̃ communis illa opin. quæ vult
positos in conditione non esse vocatos ex testamento, dicit,
& fatetur illos esse pręlatos in successione ab intestato; vt p
doc. post gl. in d. l. Lucius, sed quãdo pręlatio ab itestato nõ
posset dari, oporteret fateri prælationem factam ex testamẽ
to, ita (ni fallor) est de intentione omnium tenentium com-
munem opi. de qua supra, si enim cessaret illud, propter qđ
suam intentionem tuentur respondendo ad d. l. Lucius. non
video, quin omnes aperto ore fassuri essent, eorum opi. eo
casu nõ procedere: si. n. p̃latio ab intestato non potest dari
ex mente testantis, dicetur facta, & considerata eo modo, quo
fieri potest, & sic in testamento. Alioquin si nulla pręlatio po
17 sitorũ in conditione fieret, sequeretur, † q̃ minus a testato
re dilectus præferretur magis dilecto, cõtra l. Publius. §. fi. &
ibi not. per docto. ff. de condit. & demonst. Et ita reperio,
quòd in terminis arguit, & firmat Corne. in dicto consilio
74. 2. volum. 2. col. versic. secundò induco, & hoc me ma-
gis

gis mouet,sed in proposito filij Christophori ab intestato
nullo modo potuerant uenire ad bona testatoris corũ patri
relicta;cum extent pauperes Christi cohæredes,qui ex testa
18 mento uocarentur, † & quandiu est locus causæ testati ces-
sat causa intestati.l.quandiu,la ultima.ff.de acquiren. hære.
& l.antequam. C. communia de successioni. Nec Christo-
phoro patri succedentes illa bona in eius hæreditate iouene
runt,cum sibi nunquã fuerunt acquisita. Si igitur in casu,q
euenit,non potest cõsiderari prælatio filiorũ Christophori
ab intestato, quòd etiã & aliter contingere potuisset, ut in-
geniosus per se considerabit, sequitur necessariò,quòd testa-
tor eos prætulerit eo modo, quo fieri potest, & sic ex testa-
mento, alioquin sequeretur, ꝙ ipsi magis a testatore dile-
cti circa bona patri eorum relicta excluderentur a pauperi-
bus Christi in illis bonis minus dilectis,cõtra d.l.Publius
§.fi. Cũ itaque ex his quatuor coniecturis quælibet per se
sufficeret ad faciendũ, quòd isti filij Christophori positi in
conditione dicantur uocati, ut ex prædictis constat. omni-
bus simul consideratis multo fortius,& absque aliqua dubi-
tatione illud dicendum est, cum plura uincula sint uno for-
tiora. auc.itaq;.C. cõmunia de succes. & singula quæ non ꝓ
sunt,multa collecta iuuãt.l.instrumẽta.C.de proba. & l.si sti
19 pulatus.in prin.ff.de usur.& utrobiq; gl.no. † Possent ẽt
& aliæ coniecturæ in præsenti casu considerari,ut quia in te
stamento testator fecit plures gradus substitutionũ,iux.tra
dita p Pet.de Anc.in d.cõsi.74. & quia isti filij Christopho
ri sunt positi in conditione nõ simpliciter,sed sub qualitate
masculinitatis, iux. singularem decis.Guid.Papę in quæstio.
184.& Dec. in cons.270.Dominus Raynal.& in l.1.C.de
pac.de qua ẽt per Cur. iun. in d.consi.43.3. col. in fi.in d.
consi.87. in prin. & in consi.113. Pro resolutione. 3. col.
cum concord. quæ allegari possent.Et forte etiam aliæ. So
per eis tamen ego non instabo,nec de eis curo; quia nõ est
necessarium,cum ex præcedentibus satis superq; cõstet,præ-
dictos filios Christophori debere dici uocatos ex testamẽto
per fideicõmissum,& ita eos potuisse post mortem Ioanis
Baptistæ ex propria persona ad illas duas tertias partes hære
ditatis admitti,& ita ego intrepidè concludẽdum puto. Sed
ulterius etiam dico(capiendo nunc secũdam uiam)ꝙ potue
runt admitti ex persona patris eorum,qui in eos dicitur tale
fideicõmissum licet conditionale transmisisse,nõ obstantib.
20 his quæ supra in contrariũ deducta fuerant.† Nam licet ue
rũ sit secundùm communem opi.ꝙ conditionale fideicom
missum regulariter nõ transmittatur etiam ad filios;tamen
istud non procedit,quando ex coniecturata mente testantis
aliud apparere posset.Etenim eius uolũtas talis,qualis appa
ret,nisi legi repugnet,seruari dẽt,ut in auc.de nup. §. dispo-
21 nat.& l.1.C.de sacrosan.ecc & dixi supra. † Et in proposi
to testator,& eius uolũtas potest facere, ꝙ fideicommissum,
qđ per se non transmitteretur,transmittatur, sicut ẽt per cõ
trarium transmissibile sui natura,posset facere non trãsmis-
sibile,ut inquit Bal.in l.si pater.co pen.vel fi. uer.quartò quę
ritur.C.de inst.& subst.ubi pro utroq; dicto allegat bonam
l.vt per eum,& ita solent dicere communiter doc. nostri, vt
per Ias.in consi.52.Io. Bartholomęi.col.pen.uersi.6.facit.3.
uo.& d.consi.154.3.colum.uer.sed præmissis.4.uol. per De-
ci.in consi.397.Viso puncto.1.col.in fi.in consi.515.In ca-
su occurrenti.post prin.& in consi.574.In casu præsupposi-
to.1.colum.in fi.cum mille concord.qui allegari possent, &
hoc in iure est indubitatum. Sed cum quæritur,quo modo
de tali uoluntate apparere debeat, & per quas coniecturas.
22 R ñdetur primò,† ꝙ requiritur uoluntatem istam, & eius
coniecturam sumi ex aliquib.in testõ expressis,prout decla-
rat Bal.in l.vnica.col.fi.uer.quarto de tali q.in fi.C.de his ꝗ
ante aper.tab.& do.meos Soc.in l. hæredes mei. §.cum ita.
5.col.uer. ex dictis tamen Bal.ff.ad Treb.& Cur.iun. in cõ-
si.16.Videretur prima facie.2.col.uer.2.in prin.concl.& ita
23 cõiter tenetur. Et secundò dico, † ꝙ postea arbitrio boni
uiri,hoc est iudicis circonspectione relinquitur,quæ sit suf
ficiens coniectura,qui iudex variè ex personis,causisq; cõsti
tuet,put in simili dicit iurisc.in l.in fundo.in prin.ff.de rei
uen.& Imperator in c.j.§.j.in ti. hic finitur l.deinde cõsuet.
reg.incip.& ita in proposito dicit Cur.iun.in consi.96. Ha-
24 bita diligenti. post prin. † Et in cęteras coniecturas una po
tissime consideratur per doc. quando.s.decedenti ante euen-
tũ cõditionis in eo,qđ sibi erat relictum,reperitur facta sub
stitutio,si sine filijs decesserit:nam tunc ex tali substitutione
in testamento expressa,constat manifeste, ꝙ testator non so-
lum habuit considerationem de primo fideicommissario cõ
ditionali,sed etiam de eius liberis,& sic de ipsis dicitur in ta
li dispositione cogitasse,atq; in eos affectionem habuisse; cũ
eos in cõditione posuerit ad exclusionem alterius substituti,
propter quod sine scrupulo dicendum est,in eos ius fideicõ-
missi trãsmitti per eorũ patrẽ, licet pendente conditione de-
25 cedat. † istud est,qđ uoluit Bal.in d.l.si pater. in 4.q. præal-
legata,dicit.n.fieri transmissionem,si ei,qui decessit, pẽdẽte
cõditione erat facta substitutio, si sine hæredibus decederet.
illa.n. cõditio exponitur.i.sine liberis,l.ex facto.§.fi.ff. ad tre
be. & ibi doc.notant,sic ergo vult Bal.ꝙ si fideicommissario
fiat substitutio,si sine filijs decesserit, si tũc fideicõmissarius
ipse pendente conditione sui fideicommissi decedat, trãsfert
ius fideicommissi in suos filios, & hęredes,ex præsumpta vo
luntate testantis, qui habuit eam considerationem ad dictos
filios,ponendo eos in conditione ad exclusionẽ alterius sub-
stituti,& ita in effectu uoluit dominus meus Soc in d.§.cum
ita, 5.col. & in consi.6. In præsenti consultatione.4.col. ver.
restat nunc respondere.3. uolum. hoc idem firmat Fulg. in
consi.15.Proponitur,quòd Montes.2.col. versic. superest al
tera.Cuma.in consi.13.Titius instituit.1.col.in fi.dicens de
filijs fideicommissarij satis fuisse cogitatum, si fuerũt positi
in conditione.idem uoluit Car.senior in præallegato consi.
73.col.pen uersi.respondetur dupliciter Ias.in d.consil.52.
26 loco præalleg.†dicens, fideicommissum transmitti non ob-
stante pendentia conditionis,si constet,testatorem sic uoluis
se,& inter cætera dicit constare, si filij illius fideicommissa-
rij in substitutione illi facta,sint positi in conditione, ut per
eum, prout propriè est casus noster.Idem etiam dixit in con
sil.154.præallegato,4.uol.& in consil.233. Præsens consul-
tatio. 1.& 2.co.2.uol.idem firmat Dec.in d.cons.397.3.col.
in principio, & in d.consilio 574.secunda columna,in prin
cipio, & alibi sæpe, & ita etiam nouissimè voluit Curr. iu
nior in præallegato consi.16.3.col.ver.secundam conclusio
nem,& in cons.69.Habita diligenti post prin.vbi dicit,ꝙ si
fuerit dictum , si decesserit sine filijs masculis &c. ille, cui
sic erat facta substitutio,decedens pendente conditione,sub
qua fuerat vocatus,transmittit ad filios masculos, vt per eũ.
Et ita propriè dicendum est in casu nostro, in quo Christo-
phoro filijs testatoris conditionaliter substituto fuit facta
substitutio,si decesserit sine filijs masculis, vt in testamento
apparet, meritò ergo dicendum est, per eum ius fideicom-
missi fuisse in eius filios masculos transmissum. Et ista con-
clusio coadiuuatur etiam per secundam & tertiam coniectu
ras,quas supra posui,ad demonstrãdum primam viam, vt, s.
ibi filij Christophori etiam ex propria persona debuerit ad
mitti.Vna est;quia dispositio tota censetur facta fauore agna
tionis conseruandæ. Alia est, quæ ex illa sumitur, ꝙ si testa
tor fuisset interrogatus,an vellet fideicommissum transmitti,
verosimiliter respondisset, se ita velle, si alio modo filij præ
dicti non venirent admittendi, prout ex prædictis constat.
Et in proposito etiam has coniecturas considerant doctores
in locis præallegatis, & maximè Ias. in prædictis consi. vt
per eũ videri potest. Sit igitur ex prædictis omnibus firma,
& (ni fallor) indubitata conclusio,filios Christophori præ-
dicti debuisse admitti ad fideicommissum eorum patri reli-
ctum,tum ex persona propria, tum etiã ex persona patris ex
iure in eas transmisso, secundũ ea, quæ dicta sunt, vel saltem
altero de dictis modis,& hoc vt seruiamus notissimæ menti
testatoris.Non obstantib.allegatis supra in contrariũ. Qui-
bus p prædicta satis superq; responsum apparet. Hæc quò
ad primã quæst.in qua videbatur omnia difficultas consiste-
re, circa præsentem consultationẽ. Et stante ista conclusio-
ne,prout est verissima, sequitur, ꝙ cum filijs Christophori

CASVS.

Domina Francescheta Amberta de Albingana de anno 1528. in suo ultimo testō vniuersalem hæredem instituit Lucretiam eius filiam,& ab ea,quandocunque decesserit sine liberis,legauit Bernardo Barberio libras quingentas monetæ currentis in Albingana.

De anno 1531. per illustrissimum Dominium Ianuense decretum fuit,ꝙ de cætero in quocunque loco suæ iurisdictionis omnes monetæ,seu monetarum summa, obligationes,& contractus fiant ad monetam Ianuensem.

Quo factum fuit, ut in prędicta ciuitate Albinganę fuerit statutum, ꝙ quicunque ante prædictum decretum debebat dare aliquam librarum quātitatem monetæ in Albingana currentis,debeat soluere pro quibuslibet tribus libris Albinganis unam libram Iannensem.

Ex post de præsenti anno 1532. decessit prædicta Lucretia sine liberis, & ita uenit dies soluendi legati quingentarum librarum de quo supra.

Queritur, an debeant solui libræ quingentæ secundùm cursum monetæ in Albingana tempore conditi prædicti testamenti,an uerò debeant solui quingentę libræ monetæ Ianuensis,ubi quælibet libra importat tres libras Albinganas.

SVMMAE.

De quodam legato quingentarum librarum certæ monetæ conditionalis, quid solui debeat,si ante impletam conditionem moneta varietur.

1 *Dies legati non cedit ante impletam conditionem.*
2 *Solutio regulariter fieri debet de moneta currenti, vide infra nu mero 8.*
3 *Voluntas testantis in testamentis est interpretanda.*
4 *Testatoris verba ad tempus testamenti referuntur.*
5 *Legans centum intelligitur legare secundùm cursum,& consuetudinem patriæ suæ.*
6 *Monetæ variatio seu mutatio quando consideratur, solutio fieri debet inspecto tempore celebrati contractus.*
7 *Dies legati quando cedat, quādo attendatur tempus testamēti.*
8 *Lex per aliam legem declaratur.*

CONSILIVM CXLII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitie.



IN præsenti consultatione videbitur fortasse alicui prima fronte deberi libras quingētas Ianuenses, nam si inspicere volumus tēpus quo oritur obligatio (prout uř inspiciēdum) certū est, ꝙ in isto casu obligatio ad libras quingēntas oritur tpe mortis dictæ Lucretiæ,& sic tpe impletæ condōnis legati prædictarum librarum quingentarum; erat enim in effectu factum tale legatū
1 sub illa condōne, si Lucretia sine liberis decesserit, † & ante impletam conditionem dies legati,nec venerat, nec cesserat, ut l.cedere diem. de uerborum signific. dř ergo eius dies cessisse & venisse,qñ illa sine liberis decesserit, ut ibi. Et licet aliàs in contractib.et conditionalib. inspiciatur tps celebrati contractus;tñ non sic in legatis, in quib. solùm inspicitur tempus impletę conditionis, ut. l.si filiusfamilias.in princ. iuncta gl.ff.de uerbo.obli.& ibi omnes docto.declarant. Vnde cum in proposito conditio dicti legati sit impleta per mortē Lucretiæ,quæ contingit de anno 1532. & sic obligatio uidebatur orta post factum ꝑdictum decretum ab Illustrissimo Dominio Ianuensi, uř dicendum summam dictarum librarum quingentarum computandam esse ad monetam Ianuensem,quæ nunc currit,& attenditur: non autem ad monetam olim currentē in Albingana, quæ amplius non
2 attenditur & uidetur sublata. Præterea pro hoc facit† quia solutio regulariter fieri debet de moneta currēti, & sic de pecunia viuali,idest quæ tūc communiter est in vsu, vt videtur probari in c. 2. in fi.de maledi. & ibi gl. vbi vult,id esse verū, etiā si nihil dicatur,& videtur etiam tex. in cle. 2. de deci. tradit Corne. in consilio 181. Visis. 29. colum. 2. volum. & in consilio 321. De pluribus. 5. colu. 3. volum. sed nunc in vsu currit moneta ad libras Ianuenses, propter prædictum decretum, ergo videtur, quòd dictam rationem debeat fieri solutio. His non obstantibus, quæ certè nihil faciunt, clarissimum,& ꝓcul ab omni dubitatione contrarium arbitror, videlicet, quòd immo solùm ex causa prædicti legati debean-
3 tur libræ quingentę monetæ currentis in Albingana tempore facti testamenti,seu quæ tunc currebat. † Nam in testamētis ante omnia perquirenda est voluntas testantis: vt scilicet id seruetur,quod ipse voluit.l.in conditionibus primum locum.ff.de conditio. & demonstra.l.ex facto.la grande, circa medium.ff.de hæred.instituen. & adeo vt omni rigore verborum posthabito voluntas testantis etiam per coniecturas intellecta,iuxta.l.cum proponebatur.cum ibi nota.ff.de leg. 2. debeat attendi.l.3. C.de libe.præteri.l.quoniam indignum. C.de testa.cum simi. Sed isto casu voluntas testantis clara est de qua pecunia soluatur legatum; quia dixit libras quingentas monetæ currentis in Albingana, & voluit hæredem tantùm in quingentis libris tūc tempore testamenti in ciuitate sua currentibus,meritò non videtur,quòd super hoc debeat aut possit fieri probabilis dubitatio: cū verba sint per se tam clara, iuxta. l.ille aut ille. §. cum in verbis. ff.de lega. 3. Et licet testator nō dixerit currētis nūc,& ita non expresserit de cursu tempore facti testamenti; tamen perinde est,ac si ita expressisset; quia semper verba testatoris, si aliud non ap-
4 paret, † referūtur ad tempus testamenti. l. si ita.& ibi doctores tradunt. ff.de auro & argento legato. Immo fortius dici posset, idem esse, etiam si testatrix non ita expressisset, sed simpliciter legasset libras quingentas. Nā vbi aliud non appareat, intelligitur legasse secundùm cursum & cōsuetudinē patriæ suæ Albinganæ, vt probatur clarè in l.si seruus plurium. §.fi.ibi, deinde regionis, in qua versatus est, & ibi doctores tradunt.ff.de leg. 1.& hoc inspecto cursu librarum tempore testamenti, & ita reperio in terminis voluisse Oldra.in
5 consi.31.Thema tale est. † Nam determinat ibi,quòd legatum factum de 200.libris,si non fuerit dictū de qua moneta,intelligitur de moneta currenti tempore facti testamenti, & non tempore mortis testatoris,qui diu superuixerat,allegat in argu. l.vxorem.§.testamento. ff.de leg. 3. & alia plura iura, & rationes, vt per eum. Sed quicquid sit in casu isto, quem aliter non prosequor.quia non est necessarium. In casu nostro sine aliqua dubitatione concludendum est, solùm 7
deberi libras 500. ad cursum monetæ in Albingana tempore facti testamenti. Attento quòd testatrix hoc clare expressit. Et sic non sic hodie in vsu loqui de libris illis,soluatur illarum rerum ęstimatio ad computum librarum,quę sunt in vsu,& sic ꝓ quibuslibet tribus libris tunc currentibus in Albingana soluatur vna libra Ianuen. prout de hoc videtur bonus tex. in c.cum canonicis,& ibi tradunt doc. extra de cēsi. & ita etiam in casu isto habebit locū statutum factum in dicta ciuitate, post decretum Illustrissimi Dominij Ianuensis, de quo in puncto, nam etiam tunc poterat dicta Lucretia dici obligata aliquo modo ad libras 500. respectu. s. ordinationis testatricis,nec poterat Lucretia ab illa obligatione liberari; ordinatū enim erat, quid deberet,& quādo, licet quò ad veram, & efficacem obligationem, quò ad transmissionem dies legati nondum cessisset, vt infra dicam; Compro-
6 batur ista conclusio; quia semper pro regula dici solet, † quādo consideratur mutatio, aut uariatio monetæ, solutionem fieri debere inspecto tēpore celebrati contractus, seu dispositionis; vt tradūt Bar.& alij in l.Paulus respondet. ff.de so. lu. tradū. doc. in l.cum quid. ff. si cer. pe. cum multis concordan, vt per Corne. in consil. 287. In hac consultatione. propе. fi. 1. volu. in dicto consi. 321. 3. volu. & in consi. 109. Viso puncto. 4. volu. & hoc plenè tradit Alber. Brun. in tractu de augumento, in vltima conclusione, ver. his sic præmissis. Et

melius

melius postea in 6. declaratione, ubi ad propositum nostrũ
dicit hoc habere locum etiam, quando quis est debitor pecu
niæ in genere, puta in centum libris; cum nulla peccia pecu
niæ reperiatur, quæ libra appelletur, vt per eum. Sic igitur
ex prædictis indubitáter concludendum est, occasione dicti
legati soluendas esse libras 500. tempore testamenti curren-
tes in Albingana, vel earum æstimationem de libris Ianuen-
sibus, secundùm quòd supra dictum fuit. Non obst. modò
7 allegata in contrarium. † nam ad primum respõdetur, quòd
licet dies prędicti legati non cesserit nisi per mortem Lucre
tiæ; non tamen in quæstione, de qua agimus, est inspiciendũ
tale tempus, sed tantum tempus conditi testamenti, propter
expressam declarationem testatricis, quæ dixit, de qua mone
ta solui debebat. Immo etiam si non dixisset expressè, idẽ
esset dicẽdum, iuxta decisionem Oldrad. in dicto consi. 31.
non obstante quòd legatum fuerit conditionale; quia testa-
tris dicitur habuisse respectum ad libras tũc currentes, quã
do legauit, & non dicitur cogitasse de futuro, & ita declarat
Alber. Brun. in dicto tracta. de augmento. in 9. declaratione
ultimæ conclusionis, ubi istam opinionem defendit a qui-
busdam contrarium dicentibus, quamuis illa disputatio so-
lùm sit, quando variatio monetæ contingit in moneta demõ
strabili, puta in aureis, & etiam quando clarè de voluntate te
statoris non appareret, & ita non procedit in casu nostro, in
quo volontas testatricis est satis aperta, & variatio non est in
moneta demõstrabili, sed solùm disponitur, quòd in vsu li-
bra debeat reduci ad libram Ianuensem. Et vltra etiam di
co, quòd libra Albingana non dicitur in aliquo variata; quia
remanet, prout prius erat; & si quid hodie disponatur ad li-
bras Albinganas, solũ de illis libris intelligeretur, & non de
Ianuensibus, licet ita disponens malè faceret, non seruando
decretum Illustrissimi Dominij. Ex eo tamen non debet dici
plus esse permissum, vel relictum, quàm voluerit promittẽs
vel relinquens. Et notandum est, quòd in proposito casu
Illustrissimum Dominium Ianuense noluit alterare augẽdo
vel diminuendo obligationem ex arbitrio disponentis con-
stitutam, sed tantum uoluit, quòd mentio fieret de libris Ia-
nuensibus, & (ut credo) pro honore & gloria sui imperij, &
ita in simili singulariter declarat Ioan. Andr. in additio. Spe.
in titu. de obligatio. & solutio. §. nunc aliqua. in fine, in ulti-
ma additione. Et licet dies talis legati cesserit solùm quã
do Lucretia sine liberis decesserit. Tamen illud intelligi
tur solùm, quò ad ueram & efficacem obligationem, & quò
ad transmissionem, sed quò ad quantitatem debitam, & solu
tionem faciendam inspicitur omnino uoluntas testatoris,
quæ in casu isto est expressa, & ubi non esset expressa, inspice
8 retur tempus testamenti per prædicta. † Non obstat, quod
secundo loco allegabatur, solutionẽ s. fieri debere de moneta
currenti & vsuali, scilicet tẽpore factæ dispositionis: vt videt
probari in c. olim causam, & in d. c. cum canonicis. de cẽsib.
Nec illa clemẽ. 2. de deci. & d. c. 2. de maledi. dicũt, cuius
temporis vsualis pecunia, aut currens moneta soluatur, sed
simpliciter, quòd solutio de currẽti & vsuali pecunia fieri de
bet. Et illud debet intelligi & declarari, scilicet tempore di-
9 spositionis per iura & rationes, de quibus supra: † conuenit
enim vnam legem per aliam declarari. l. nam & posteriores.
ff. de legi. & c. cum dilectus. de consue. cum simi. Secundò
etiam respondetur, q conclusio supra facta procedit, quãdo
solutio fieri debet debito resultãte ex contractu, vel ex te-
stamento, prout est casus noster. Sed iura contraria proce-
dunt, quando solutio facienda est de debito causato vigore
alicuius legis, quia l. sẽper loquitur, iuxta l. Arriani. C. de hę
reti. Et ita his duobus modis respondet Corne. in d. consilio
287. colum. fi. 1. volu. & in consi. 321. colu. fi. 3. volu. qui in
vtroque loco latius prosequitur, vt per eum videri potest.
His igitur ita remotis ex pdictis remanet clara & indubi
tata conclusio in proposito casu, solutionem legati faciendã
esse solùm ad rationem librarum tempore testamenti in Al-
binga. currentium, secundùm quòd supra dictum fuit.
Laus Deo. Soci. Nepos, Paduæ legens. 1532.

SVMMAE.

De primo testamento inter liberos, an & quando dicatur
per secundum reuocari.
1 *Testator, quando dicatur habuisse animum reuocandi primum*
testamentum. & infrà nu. 3.
2 *Voluntas testatoris quòd fuerit mutata, per coniecturas proba-*
ri sufficit.
Iuramentum habet vim clausula derogatoria.
5 *Insinuatio testamenti facta per testatorem denotat, quòd illud*
testamentum voluerit ualere.

CONSILIVM CXLIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis
& iustitia.


ISIS subtilissimis allegationib. excellentis
simi aduocati dñi Bartholomęi de Prato mi
hi maioris honorandi, ac omnib. in eis con
tentis maturè consideratis, & pręsuppositis
in facto veris, quæ in illis præsupponuntur.
Placet mihi conclusio per eum firmata, uide
licet, q testm̃ conditum per eximium utriusq; iuris doc. do
minum Hieronymum Garumbertum Parmensem de anno
1517. fuerit oĩno reuocatum per sequẽtes dispositiones per
eundem postea factas in anno 1520. & in anno 1521. saltem
1 simul iunctas. † Ex eis. n. satis constare põt testatorem prædi
ctum omnino habuisse animum ab illo primo testõ recedẽ
di, & sic mutasse uoluntatem, quam tunc habebat, qñ illud
condidit, tametsi fuerit conditum inter liberos, & sic libero
rum fauore habuerit in effectu clausulam derogatoriam ad
sequentia testamenta, iuxta auc. hoc inter liberos, & in cor-
pore vñ sumitur, cum his quæ utrobiq; tradunt doc. C. de
2 testa. † Et hoc vnum, ut. s. de mutata uoluntate constet &
per coniecturas sufficit, ut prima dispositio dicatur reuoca-
ta et (q plus est) q in ea fuerit expressa clausula derogatoria
ad sequentia testamenta, ut tradunt Bal. Pau. de Cast. Fulg. &
alij in l. sancimus. C. de testa. cum concordan. de quibus in
prædictis alleg. per prædictum excellen. Aduocatum, & ul-
tra eum ita uoluit Gemi. in consi. 115. Super dubio. 2. colu.
Corn. consi. 174. In præsenti consul. 3. col. uol. 4. Et hoc in
materia ista est dictum indubitatum, & de mente Bar. & om
nium in l. si quis in principio testi. ff. de leg. 3. & in l. si mihi,
& tibi. §. in legatis. ff. de lega. 1. Sed in proposito per prædi-
ctas duas dispositiones dñi Hieronymi testatoris constat, q
ipse uoluntatem a primo testamento amouit, ut dixit, ergo
&c. Illud autem licet ex pluribus suaderi possit, & per ad-
uocatum prædictum plura ad id considerentur. Ego tamen
alijs quæ per eum ponderantur, posthabitis, ex duob. præci-
puè in prædictam sententiam inclino. Primò: quia in utra
que dispositione post illud primum testamentum facta repa
ritur apposita clausula, quòd in eis disposita omnino seruen
tur, effectum habeant, & valeant omni meliori modo, forma
& uia, quib. melius & efficacius valere possent. Et ultra etiã
in ultimo testamento, dicitur, quòd testator uult illud in om
3 nibus & per oĩa obseruari, sub pęna priuationis † per quæ
verba, & per quas clausulas ostenditur enixa, &, ut ita dicam
pręcisa uoluntas testantis, ut talis dispositio omnino valeat,
& propterea dicimus, ex eisdem constare, testatorem amouis
se animum a primo testamento, & illud uoluisse reuocare,
etiam si in illo fuisset expressa aliqua clausula derogatoria
ad sequentia testamenta, prout signanter uoluit Bal. in consi.
226. Reperitur, quòd quidam A. 1. uol. in fi. quòd etiam repe
ritur iteratum. in 5. col. num. 386. quod etiam multùm notã
ter uoluit Io. Bap. Cac. in d. auct. hoc inter liberos: tradit pa
truus meus Soci. in consi. 142. Reuerende pater. colum. fi. 1.
uol. repetito in 2. volum. nu. 172. qui idem uoluit in d. §. in
legatis. co. fi. & in consi. 2. In causa testamentaria. 3. col. 3. uo
lu. & rectè intuenti uoluit Bar. in d. l. si quis in principio. co
4 lu. fi. uer. utrum iuramentum. nam dum ibi uoluit, † quòd iu
ramentum

tamentum positum in secundo testamento habet uim clausulæ derogatoriæ ad præcedens testamentum: quia dicitur habere uim clausulæ, omni meliori modo, manifestè uult, quòd clausula illa, omni meliori modo, habeat eandē uim, & eundem effectum, iuxta illud, propter unumquodq; tale, & illud magis, de quo per Bal. in auc. res quæ. 1. col. in fi. C. communia de leg. Saly. in l. 2. C. de litig. & per Rom. in con. 464. pro decisione. Secundò etiam me mouet; quia dominus Hieronymus testator in ultimo testamēto condito de anno 1521. addidit hanc cautelam; quia. s. fecit illud insinuari apud acta publica coram officiali Mutinensi, quod secundùm docto. sufficit ad ostendendam uoluntatem testantis remotam

5 a primo testamento; † nā ex tali insinuatione, & ex publicis actis præsumitur, quòd illud testamentū omnino ualere uoluerit, & consequenter quod primum ex mente eius dicatur reuocatum, etiam si in eo fuissent expressa clausula derogatoria. Et multo magis si fuissent tacita uel præsumpta, prout in testamento inter liberos, & prout in casu nostro, ita signāter uoluit Bal. i d. l. sancimus co. fi. C. de testa. et ibi doc. communiter sequuntur, ut ibi per Iaso. in 2. co. in 3. limitatione. & Barb. in cōsi. 89. Clementissimi Dei. a. col. 4. uol. ubi idē uole in foetioribus terminis, ut per eum. Et licet prædictæ duæ coniecturæ possent p iuris subtilitatem in dubiū reuocari, & ego aliàs circa primam dubitauerim, legendo d. l. si quis in principio testamenti. de lega. 3. Tamen cum ambę pcedant secundùm communem opi. doc. ut in locis prædictis apparet, non est ab illis aliquo modo recedendum. maximè in consulendo & iudicando per iura uulgaria. Non omitto, quòd fortasse conclusio supra firmata (si temporis angustia pateretur) posset per aliam uiam comprobari ultra omnia adducta in prædictis allegationibus. Verum quia consultans instat pro expeditione, nec tempus concedit ulteriori considerationi, igitur pro nunc prædictis contentus de simplici subscriptione requisitus cōcludo, ut supra, unà cum excellentissimo Aduocato. Laus. Deo.

Socinus Nepos, Paduæ legens.

C A S V S.

Magnificus uir Iacobus domini Iunctę ciuis Senensis de mense Iulij 1534. solenne condidit testamentum, in quo Hieronymum, Petrum, & dominum Iunctam eius filios legitimos & naturales instituit hęredes solùm & dumtaxat in eorum legitima, ita ut plus de bonis suis petere non possint.

Suos autem uniuersales hæredes instituit filios masculos dominę Aquilātis eius filiæ legitimę & naturalis, & Andreę de Landucijs eius mariti.

Postea eodem anno de mense Septembris cum magna detineretur īfirmitate, ex qua sequēti die postea mortuus fuit, in præsentia cuiusdam notarij, & diuersarum personarū dixit, quòd reuocabat illud testamentum, quod per prius fecerat, exprimendo notarium, qui de eo fuerat rogatus, & quòd suos hæredes faciebat filios masculos Hieronymi filij sui, & etiam suos filios, dicendo quòd uolebat, che Pietro habbi un poco di disauātagio, & li figliuoli di Girolamo uantaggio. & ista uerba uel similia pluries dixit aliquando de se, aliquādo interrogatus ab alijs, maximè a magnifico Equite domino Ioan. Baptista de Piccolominib. qui est frater uxoris domini Hieronymi.

Qui testator etiam dixit, quòd relinquebat florenos 1200. Beatrici filiæ prædictę dominæ Aquilantis, & suæ nepti, & quòd ab ea non possit peti uictus, neque uestitus, per plures enim annos illam apud se educauerat.

Hęc autem probantur, si & quatenus apparet ex multorū testium examinatione, facta tam ad instantiam filiorum dicti testatoris, quàm etiam contra eos, quorum depositiones summatim recollectę transmittuntur.

Hoc autem uerum pręsuponitur, & clarè apparet, quòd quando notarius, qui scripserat, iusta ea, quę per dictos testes probātur, interrogauit testatorem, an ea cōfirmaret, ipse testator ppter grauem morbum, & superuenientiam, seu superabundantiā catarrhi non potuit respondere, & propter hoc notarius noluit tale testamentum per publicum instrumentum recipere, seu de eo rogari.

Istis sic stantibus, quæritur quid iuris, vtrum scilicet per tales testes sit sufficienter probata voluntas testatoris prædicti, vt filij dicantur hæredes vniuersales, & dicatur reuocatum primum testamentum, & petitur pro ipsa iustitia & veritate responderi.

S V M M AE.

De reuocatione primi testamenti solenniter facti, vtrum s. fiat per secundum imperfectum, conditum inter liberos. Et quando inter liberos valeat testamētum imperfectum.


1 *De veritate requisitus, si illam tacet, peccare dicitur.*
2 *Veritatem præhonorare sanctum est duobus existentibus amicis.*
3 *Testamentum iure factum valet, donec rumpatur.*
4 *Testandi potestas ante omnia perquirenda est.*
5 *Testari non potest quasi demens, & non sincerę, & sanæ mentis.*
6 *Mortuo similis est, qui articulatè loqui non potest.*
7 *Voluntatis mutatio non præsumitur, nisi probetur.*
8 *A testamento solenniter facto non est credendum, quem breuibus verbis velle recedere.*
9 *Testator interrogatus, si velit reuocare testamentum, si tacet videtur iam factum ratificare, vide infra nu. 49. & 53.*
10 *Animus qualis fuerit in præcedentibus, declaratur in sequentibus, vt de infra nu. 52. & 53.*
11 *Actus forma non seruata, corruit.*
12 *Voluntas libera in testamento est necessaria.*
13 *Testamentum an valeat, si alius testatorem interroget, & exprimat nomen hæredis. & testator ita confirmet.*
14 *Interrogationes quandoque testatorem inducunt ad faciendum quod non habebat in animo.*
15 *L. iubemus. C. de testa. quomodo procedat.*
16 *Testamentum si ad interrogationem notarij fiat, non valet.*
17 *Testator quando dicatur non habere animum reuocandi primum testamentum & faciendi nouum.*
18 *Testamentum inter liberos clausulam derogatoriam habere dicitur, & infra nu. 57.*
19 *Testamentum licet legatur coram testatore, si tamen per eum nō approbetur, non valet, vide infrà nu. 58. 59. & 60.*
20 *Institutio incerta non valet.*
21 *Testamentum imperfectum ex defectu voluntatis nō valet, vide infra nu. 65.*
22 *Testi soli credendum non est.*
23 *Voluntatem testatoris sectari debemus, sicut venator sequitur leporem.*
24 *Voluntas testatoris est ambulatoria vsque ad mortem.*
25 *Testium solennitas in testamento est iuris ciuilis.*
26 *Ius ciuile potest per municipale alterari.*
17 *Testamentum nuncupatiuum in scriptura non consistit, sed in voluntate testatoris.*
28 *Testamentum solis testibus probari potest.*
29 *Testamentum primum per secundum validum reuocatur.*
30 *Testamentum in hæredis institutione consistit.*
31 *In testamento inter liberos ius gentium inspicitur.*
32 *Testes possunt esse fœmina in testamento inter liberos.*
33 *Statutum inuentum ad diminutionem non debet operari augmentum.*
34 *Solennitas per statutum requisita non procedit in personis, quæ sunt priuilegiata.*
35 *Voluntas patris in testamento inter liberos per cōiecturas etiam probari potest.*
36 *Clausula codicillaris semper in testamento inter liberos subintelligitur.*
37 *Clausula, quòd valet omni meliori modo, semper censetur apposita in testamento inter liberos.*
38 *Testamentum ad pias causas potest per duos, aut tres testes probari.*
39 *Causa pia & liberorum æquiparatur.*

40 Causa

& Causa filiorum est fauorabilior, quàm pia causa.
41 *Testamentum secundum inter liberos licet imperfectum, & ad interrogationem alterius factum à patre in extremis constituto, qui respondit tantùm submissa voce cum nutu capitis, de iure valet, & primum tollit.*
42 *Testamentum inter liberos minus solenne, puta cum duobus testibus valet.*
43 *Dispositio ad pias causas valet, licet nõ fuerit lecta, nec publicata*
44 *Testamẽtum secundum inter liberos, licet imperfectum valet, & tollit primum etiam solenniter factum, licet de eo non fiat specialis reuocatio.*
45 *Testamentum secundum factum inter liberos etiam non solenne & ad instigationem eius, cuius intererat primum testamentum reuocari, non valet, & tollit primum, dato quòd testator esset de grauissima infirmitate detentus.*
46 *Testamentum an ex defectu potestatis valeat.*
47 *Infirmitas grauis non impedit quem possit testari, & infrà nume. sequen.*
50 *Testibus pluribus numero maximè deponẽtibus illud, quod naturaliter præsumitur, creditur.*
51 *Testator an fuerit sanæ mentis cognoscitur ex qualitate dispositionis per eum factæ.*
54 *Glo. in l. iubemus. C. ad treb. quomodo procedat. & infrà nu. 56.*
55 *Testatorem blandis verbis quis prouocare potest, vt sibi aliquid relinquat.*
61 *Testamentum non vitiatur ob imperfectionem solennitatis.*
62 *Institutio si est facta sine partiũ assignatione, dicitur facta æqualibus portionibus. & nu. 63.*
63 *Institutio non vitiatur licet per testatorem non fuerit aliquid factum, quòd videbatur facere velle.*
66 *Testamentum illud in dubio preualere debet, in quo venientes ab intestato vocantur.*

CONSILIVM CXLIIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.



VISO puncto simul, & testium depositionib. ad me trãsmissis, cũ præsentis cõsultationis resolutio dubia plurimũ videret, primo motu à scribẽdo remouebar eo præsertim: quia præsens causa vertit inter personas mihi hinc inde cõiũnctas cognitiõe, & maxima beneuolẽtia inter quas vbi daretur, cõcordiã quàlibentissimè suaderẽ,
1 † verũtamen cõsiderãs postea non parũ peccare eũ, qui de veritate requisitus, illã tacet, iux. c. quisquis. 11. q. 3. & c. error. 83. distin. cũ similib. requisitis, vt pro veritate quid de iure sentiã, respõdere velim, nõ potui ita modestæ petitioni nõ
2 annuere, Dicebat. n. Philosophus primo Ethicorũ, † duobus existentibus amicis, sanctũ est prehonorare veritaté, quę magis amica esse debet. Itaque vt veritas ipsa euidentius demonstretur ad partes arguam, & ita per cõtraria transeundo viam ferro aperiam, vt inquit Bald. in l. precibus. 8. colum. C. de impube. & alijs substitu. In primis igitur pro primo, & solenni testamento, vt scilicet non dicatur reuocatũ vide-
3 tur facere clara, & trita regula iuris; † qua dicitur, testamentum iure factum conseruari, & valere donec rumpatur, vt instit. quib. mod. testamen. infir. in prin. & licet inter alios modos rumpendi sit, si nouum testamentum ab eodem fiat, vt §. posteriore. eodem titu. Tamen illud procedit, quando testamentum, quod postea fit, de iure valet, & tale est, vt ex eo quis hæres existere possit. l. prima. & l. cum in secundo. ff. de iniusto rupto testamẽ. cum similibus, vt scribit Roman. in consi. 306. proposita consultatio. in princip. Sed in proposito nõ videtur, quòd testator prædictus aliud fecerit testamentum saltem de iure validum, & ex quo quis hæres esse possit; ergo videtur, quòd primum illud testamentum solenniter factum de iure subsistat. Illud autem, quòd allegatum testamentũ secundo loco factum de iure non subsistat, ex pluribus vide-
4 tur posse probari. Et primò ex defectu potestatis, † quę potestas ante omnia perquirenda est. l. si quæramus, & ibi doct. ff. de testam. uidetur enim, quòd prædictus Iacobus tempore quo dicitur secundum testamentum fecisse, non habuerit testamenti factionem, de actiua loquor, de qua etiam loquitur
5 dicta l. si quæramus. † nam uidetur, quòd fuerit quasi demens, & non sinceræ, & sanæ mentis, propter quod uidetur testari prohibitus. l. furiosum. C. qui testamen. facere possunt. & §. item furiosi. iuncta gloss. institu. quibus non est permiss. facere testamen. etenim cum esset prope mortem, seu quodammodo in articulo mortis, ipsius mortis cogitatione turbatus uidetur, quòd potuerit dici non sanæ mentis, ut l. hac consultissima. §. at cum humana fragilitas. C. qui testamen. facere possunt, & ibi per doct. Et præterea illud uidetur probari per aliquos testes examinatos in processu, nam primò Iulius Tegliaccius hoc manifestè probat: dicit enim, quòd Iacobus prædictus eo die, quo dicitur testamentum reuocasse, nõ erat sanæ mentis. Et idem etiã deponit alius testis, uidelicet magister Cęsar Cerusicus, dicens, quòd die illa, cuius sequenti nocte dominus Iacobus decessit, non erat sanæ mentis, perche barbugliaua con la bocca, e naspaua con le mani, & hoc etiam saltem pręsumptiuè colligitur ex his, quę deponit magister Ioannes de Michaelibus physicus alter testis, dum dicit, quòd pridie quàm dictus Iacobus moreretur, nõ poterat articulatè, aut expeditè loqui, & quòd uerba eius non intelli-
6 gebantur; † nam ex hoc poterat dici mortuo similis, ut. l. iubemus. C. de testamen. & consequenter quodammodo extra mentem, maximè propter instantis mortis cogitationem, propter quam uidetur posse dici, quòd non potuerit uenire ad testandum cum plena deliberatione mentis, prout considerat Corn. in consi. 319. uidetur prima facie. 3. colum. primo uolum. & Pau. de Cast. in dicto §. at cum humana fragilitas. Meritò uidetur, quòd non potuerit ualidè testari, nec testamẽtum solenne, quod iam fecerat, reuocare, & ita post quosdam ab eo relatos arguit Andr. Barbat. in consil. 43. illud in medium referam. prima columna, tertio uolum. & uolunt Barto. Ang. Pau. de Cast. & alij in dicta l. iubemus. Ange. in l. in aduersa. ff. de testamen. & plenius in l. in fraudem. §. primo. ff. de mil. testa. & ideo dicebat Corne. in consi. 161. de duobus. tertia columna, quarto uolumi. quòd notarius de testamentis a talibus personis ordinaris non debet rogari. Secundò ex defectu uoluntatis, esto enim quòd tunc testari potuisset, uidetur quòd noluerit testamentum primum reuocare & nouum facere, etenim per prius in sanitate pluries dixerat, quòd uolebat suos fore hæredes filios Andreæ de Landucijs, prout aliqui testes deponunt, & prout continetur in primo, & solen-
7 ni testamento per prius condito, † unde mutatio uoluntatis nõ pręsumitur, nisi euidentissimè probetur. c. maiores. de baptis. & l. tertia ff. de probati. cum similibus, & ita in materia nostra dicit patruus & dominus meus Soci. in consi. 92. in casu do. Antonij. 9. columna, uersicu. sed pręmissis non obstant. tertio uolumine. Et quòd asseritur dixisse pridie, quàm moreretur, uidet potius dixisse, ut se in extremis positum a molestia interrogantiũ liberaret, quàm ut a priore testamẽ-
8 to solenni, & a sua diutina uoluntate recederet; † nõ enim uidetur uerosimile, quòd a tali testamento solenniter, & non per longa tempora per prius cõdito sic inuricatè, & breuibus uerbis uoluerit recedere, maximè nihil relinquendo illis, quos in eo uniuersales hęredes fecerat, & ita dilexerat, prout arguit Cor. in dicto consi. 319. 3. col. uersi. & maximè. & 4.
9 colum. uersi. item paucis diebus &c. † Et quòd defecerit uoluntas, uidetur satis probari ex eo: quia quãdo notarius uolens rogare testamentum legit, quod scripserat, & petiit, an uellet testamentum iam factum reuocare, & ratificare quæ scripserat, Iacobus non respondit, ut ipse notarius, & quidam alij attestantur, ex quo uidetur sumi, eum noluisse talia facere, ut considerabat Corne. in dicto consi. 319. 5. colum. uersicu. item concurrit, quòd quamplures &c. ex tali enim taciturnitate uidetur ostendi, quòd omnia, quæ per prius dixerat non ex proposito, sed ad suggestionem aliorum inter-
10 rogantium, & molestantium dixerat, † ut sic ex sequentibus declaretur animus, qualis fuerit in pręcedentibus, prout in

his

his considerat, & determinat Paul. de Ca. in cōs. mihi. 366.
viso puncto & allegationibus. secunda colum. versicu. & idē
dicendum est de alijs verbis &c. & hoc consilium secundùm
nouā impressionem reperitur in. 155. primo vol. Et plus di-
xit Paul. de Cast in dicto consil. colum. fina. versicu. pro hoc
etiam bene facit, quod plurimum confert ad ꝓpositum no-
strum, videlicet quòd si testator voluisset testamentum iam
factum reuocare ex proposito & mente deliberata, non con-
duxisset se ad pūctum mortis, nec expectasset se interrogari,
sed proprio motu fecisset, & cū tēporis cōmoditate, vt p eū.
Tertiò non videtur valere vltimum testamentum, datis e-
tiam potentia, & voluntate testandi, scilicet ex defectu requi
sitorum in eo, quasi non fuerit seruata forma in simili testa-
11 mēto alterius reuocatorio requisita; † etenim quilibet actus
eius forma non seruata corruit, & dicitur nullus, l. cum hi. §.
si prætor. & ibi per doctores, maximè Ias. colum. 12. ff. de trā-
sactio. l. Iulianus. §. si quis. ff. ad exhibend. & l. 1. C. de præd. cu
riali. libro decimo. cū simil. vt per Deci. in consi. 11. quo-
niam iudicantium. colu. 8. versicu. solùm contra testamen-
tum &c. & per Fely. in c. cum dilecta. colum. 18. versi. gesta
contra formam. de rescript. Defectus autem non vnus tan-
tùm, sed multiplex videtur interuenisse. Primò enim quæ-
cunque dixit prædictus Iacobus, non videtur proprio motu
dixisse, sed potius ad interrogationem, & suggestionem alte-
rius, videlicet magnifici equitis do. Ioan. Baptistæ, qui conti
nuo instabat, & petebat, an vellet reuocare præcedens testa-
mētum, & facere hæredes filios, & nepotes ex filio, prout hoc
probatur ex depositione multorum testium, & maximè ip-
siusmet do. Ioan. Baptistæ, qui deponit, se requisiuisse testato
12 rem, vt iam factum testamentum reuocaret, † quib. sic stan-
tibus, videtur in dicto testamēto deficere libera, & spontanea
voluntas, quæ in testamento necessaria est, vt l. prima. C. de
sacrosanc. eccle. & probatur in l. prima. ff. de testam. dum in
definitione testamenti dicitur, voluntatis nostræ &c. videtur
enim, qui sic interrogatus respondet non proprio, sed quasi
alieno arbitrio testari contra l. illa institutio. in princip. cum
similibus. ff. de hæredibus instituend. Nec obstat gloss. in
versicu. quemadmodum, in l. iubemus. C. de testamen. cū qua
13 videtur communis opinio, † dum concludit, valere testamē
tum, si alius testatorem interroget, & nomen exprimat hære
dis, & testator ita confirmet, & approbet prout per illum ex-
primebatur: quoniam respondetur, quòd prædicta cōmunis
opinio procedit, quando talis interrogatio fieret à persona
publica, idest à tabellione; quia tunc fides eius dicitur appro
bata, non si à priuata psona: quia tunc potius diceretur quæ-
dam suggestio, ita voluit Bald. in dicta l. iubemus. 2. colum.
refert, & sequitur Corn. in consilio primo, circa primū. mi-
hi 3. col. volu. 4. hinc dicebat idem Corn. in consi. 149. vis
nonnullis. 3. col. versicu. interrogatio, quam duo ex dictis te-
14 stibus, &c. secūdo volumine. † quòd eiusmodi interrogatio
nes sæpe trahunt homines ad dicendum illud, quòd non ha-
bent in animo, vt per eum. Sed in proposito talis interroga-
tio non fuit facta à notario, sed a præfato do. Io. Baptista, er-
go &c. Et tanto magis hoc videtur dicendum: quia ipse vi
detur persona aliqualiter suspecta, cum sit auūculus filiorū
dicti Hieronymi, qui in isto testamento asseruntur scripti
hæredes: ipse enim propter talem cognationem affectasse vi
detur, quòd primum testamentum reuocaretur, prout ipse-
met dixit in suo testificatu, prout hanc suspicionem pareole
læ considerat patruus, & do. meus Soci. in consilio 28. visis
testamento. quinta colum. versi. ad hoc etiam facit. 3. volu.
Quod eo maximè videtur in proposito dicendū attenta gra
uissima infirmitate, qua dictus Iacobus detinebatur: dubita
ri enim potest, ne prædictus do. Ioan. Baptista submissus sit
ad ita interrogandū Iacobum, qui facile omnibus erat respō
surus secundùm interrogationem, iuxta tradita per Paul. de
Ca. in l. prima. §. si quis ita. secunda col. versicu. vltimò Pet.
inducit. ff. de verborum obligatio. & per Soci. meum in loco
15 præallegato. † Posset etiam, & secundò responderi ad gl.
in d. l. iubemus. vt procedat, quando per tale testamentū non
induceretur reuocatio alterius testamenti, quod solenne, &
ualidum præcessisset, sed solùm ageretur, ne homo ille inte-
status decederet; nam tunc fauore causæ testati illo speciali
modo potest tollerari, quòd ualeat testamentum, secus si præ
cedat aliud testamentum; cū propter illud iam causæ testatā
sit satisfactū, nec possit ille decedere intestatus, prout pro-
16 priè contingit in casu nostro. † Tunc enim, etiam si a nota-
rio fieret interrogatio, testamentum sic ad alterius interro-
gationem factū nō ualebit, & præcedens remanebit in suo
robore, ita signanter uoluit Pau. de Ca. in dicto cōs. 366.
in fi. quod etiā sequitur patruus meus Socin. in dicto consi.
92. 9. col. Et ad prædicta, quatenus dictum est, uideri in
prædicto secundo testamento defuisse liberā, & spontaneam
uoluntatem dicti Iacobi non parum facere uidetur; quia no
tarius, qui uenit, ut de testamento rogaretur, uidetur uenisse
nō ex ꝓprio motu testatoris, nec ad eius instantiam, sed po
tius ad instantiam domini Ioan. Baptistæ, & sororis eius do.
Lauræ nurus dicti testatoris, ut uidetur ꝓbari ex depositio
ne ipsiusmet notarij, qui dicit se a plurib. fuisse requisitum
ut iret ad se rogandū de testamento Iacobi prædicti, & etiā
ex depositione do. Apollonij, qui dicit, quòd requisitus ipse
testis a do. Laura adduxit notarium, & quòd do. Io. Bapti-
sta fecit omnem eius diligentiā, & plurimùm laborauit pro
reuocatione primi testamenti, ex quo uidetur satis posse col
ligi, quòd etiam procurauerit uocari, & adduci notarium.
17 † Quo stante cum prædicti do. Ioan. Baptista, & do. Lau-
ra sint personæ suspectæ, induci uidetur præsumptio, q te-
stator non habuerit per se, & propria deliberatione animū
reuocandi primum testamentum, & faciendi nouum, nec dí
cetur reuocatum per ea, quæ uoluit Paulus de Castro in di-
cto §. si quis ita. & in dicto consi. 366. & do. meus Soc. in
dicto consilio 92. & ita in terminis arguit Barbati. in præal-
legato consilio 63. colum. 3. uersicu. quintò facit &c.
18 Secundo reperitur alius defectus, † nam cum primum te-
stamētum esset inter liberos; quia in eo filij & nepotes testa-
toris erant instituti, dicebatur habere clausulā derogatoriā
ad sequentes testamenta, ut scilicet nō ualeant, nisi pater i se-
quenti testamento solēniter facto specialiter declaret, se nol
le præcedens testamentum inter liberos conditū ualere; ut
est tex. & ibi dicunt docto. in autken. hoc inter liberos. C. de
testamentis. & tradunt etiā doctor. in l. si quis in principio
testamenti. de legat. tertio. & sic debet in sequen. testamento
interuenire uoluntas testamentaria, & apponi specialis clau-
sula derogatoria ad præcedens, quod quidē in proposito no
stro non uidetur obseruatum; nam assertum testamentum
quod secundo loco factum proponitur, non potest dici so-
lenniter factum, & non probatur, quòd in eo fuerit apposi-
ta talis clausula derogatoria, ergo, &c.
Tertiò uidetur interuenisse alius defectus, & maioris con
19 siderationis: † quia scilicet non fuit eiusmodi testamentū
lectum coram testatore, & testibus, & a testatore acceptum,
& approbatum, ut satis constat ex processu. Et licet forte no
tarius legerit, tamen talis lectura non debet considerari, sed
pro non facta habetur, ex quo testator eam nō confirmauit.
nā omnia ista requiruntur, & tunc ab ipsa confirmatione di
citur perfectum testamētū, ut l. fideicommissa §. primo. in-
cip. quoties. de legatis. 3. secundùm intellectum, & declara-
tionē gloss. ibi, quam Barto. & alij sequuntur. & ita uidetur
uelle Guido Papæ. in consi. 234. non ualuit &c. in prin-
cip. Ad quod bene facit. l. ex ea scriptura, cum his quæ ibi
dicunt doct. maximè Pau. de Cast ff. de testamentis.
Quartò, & ultimò consideratur in isto secundo testamen-
to defectus certitudinis institutionum in eo factarum, nam
cum dixerit, dauantaggio, e disuantaggio, apparet, quòd uo-
luit facere partes inæquales, non tamē declarauit quomodo,
uel in quo uolebat esse inæquales, & per consequens remane
20 re uidentur institutiones incertæ respectu portionū, † pro-
pter quod uidetur talem institutionem, uelut incertam non
ualere, argumen. l. quoties. in principio. ff. de hæredib. instit.
& l. cum post. §. gener. ff. de iure dotium. dum ibi dicitur, nul
lum esse legatum fundi fundo non demūstrato. Sic enim ui-
detur in proposito nostro, q nulla sit institutio paterna non
demon-

demonstrata, & incerta remanente, & uitiata institutione to-
tum testamentũ uitiatur, argumento. §. ante hæredis, institu.
de legat. Et plus dicendum uidetur, quòd propter nõn ap
positas partes, quas testator inæquales esse uoluit, testamen-
tum illud posit dici imperfectum ratione uoluntatis; nam
cum dixerit testator de illo auantaggio, & disauantaggio, o-
stendisse uidetur se uelle demonstrare, & declarare inæquali
21 tatem, quam mente conceperat, † quod cum postea non fece
rit, uidetur testamentum imperfectum respectu uoluntatis,
meritò uidetur, quòd debeat dici nullum. l. si is qui. & ibi per
docto. ff. de testamẽtis. & dicta. l. quoties. §. tantũdẽ. de hære
dibus instituen. Præterea circa talia uerba testes non uidẽ
tur concordes; nam unus testis deponit de disuantaggio tan-
tùm Petri, alius testis omnium filiorũ, propter quam uarie
22 tatem non satis constat, quæ fuerit uoluntas testantis, & † sic
uidetur nulli testi credendũ, cum quilibet in suo dicto sit so
lus. l. iurisiurandi. C. de testi. cum similibus. Hęc sunt, quę
præsentem consultationem ualde dubiam reddere uidebant,
& quæ, prima fronte me trahebant in conseruationem pri-
mi testamenti solenniter facti. Veruntamen eis non obstan
tibus diligentius omnia animaduertendo, ueritatemque ip-
sam amplectendo contrariam opinionem intrepidè ample-
ctor, tanquam de iure ueriorem, uidelicet quòd testamentũ
primum dicatur omnino reuocatum, & secundum ualeat, &
quidem ex pluribus maximè infrascriptis.
23 † Et pro clariori demonstratione ueritatis præsuppono
primò, quòd in materia testamentaria semp debemus uolun
tatem testatoris, si nobis constare potest, amplecti, & illam
perquirere, & sectari, sicut uenator uestigia leporum, ut in-
quit Baldus in l. quidam. C. de nece. ser. hæredi. instit. Iura
enim uoluerũt morientibus, & eorũ uoluntati ultimæ fauе
re; cum eorum non redeat arbitrium; ut. l. prima. & ibi do-
24 ctores. C. de sacrosanc. eccles. † & ob eam causam statutum
est, morientis uoluntatem esse ambulatoriam usque ad mor
tem, l. quarta. ff. de adimen. lega. l. cum hic status. §. primo. ff.
de donation. inter uirum, & uxorem. & c. cum Marte. de cele
bratio. missarum. & non posse sic ordinari testamentum ali
quod præcedens, quin liceat, quandocunque voluerit, ab eo
recedere, ut per Bar. & alios in l. si quis in principio. ff. de le-
gat. tertio. & in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de uerbo-
rum obli. & cum hoc sit plusquam manifestum, nõ insistam
in eo probando ulterius. Secundò præmitto, ꝙ in ciuita-
te Senensi in qualibet vltima voluntate sufficiunt tres testes
etiam non rogati, vti constat ex statuto, sub rubrica de test.
& succe. in principio, licet iure communi septem testes
requirant in testamentis, in codicillis uerò quinque, nec de
25 ualiditate statuti dubitandum est; † cum testium solennitas
in testamẽto, seu forma testamenti sit iuris ciuilis, seu positi
ui, ut per doctores per illum tex. institu. de testamentis. in
princip. cum similibus, & tradit Alexand. consil. 65. quo-
niam omne damn. tertia columna, uer sic. sed præmissis nõ
26 obstantibus. 6. nolum. † potest enim ius municipale altera-
re ius ciuile, ut in l. omnes populi. cum materia. ff. de Iustitia
& iu. & ita hoc statutũ in indiuiduo ualere præsupponit Ale
xand. cons. 33. ponderatis uerbis. 3. uolumi. & patruus meus
Socin. in consi. 83. uisa asserta. 1. uolu. Et stante tali statuto te
stamentum cum tribus testibus factum, ut in eo dicitur,
dicetur testamentum solenne, ac si septem testes, & rogati
interuenissent, secundùm formam iuris communis.
27 † Tertiò præmitto, quòd testamentum, & eius substantia
non consistit in scriptura aliqua, maximè loquendo de testa
mento nuncupatiuo, sed consistit in sententia, & uoluntate
testatoris, & ideo diffinitur, quòd est uoluntas nostra iusta
sententia &c. ut. l. 1. ff. de testamẽtis, scriptura antẽ quando
interuenit, dicitur interuenire ad euidentiorem rei ꝓbatio
nem. l. contrahitur. ff. de pignorib. l. cum res. C. de probatio.
& ibi gloss. dicit, & cõcordantes allegat, ex quo sequitur, ꝙ
satis dicitur probatum testamentum alicuius, si legitimè ꝓ
28 betur uoluntas eius, puta p testes. † Est enim expeditissimũ
in iure testamẽtum, contractum, aut aliud quodlibet solis te
stibus absque scriptura probari posse, ut in toto titulo. ff. &
C. & extra de testibus. & specialiter de testamento probatur
in l. hęredes palam. in si. princi. ff. de testamen. & dixit Bart.
in l. Domitius Labeo. prope finem, eodem titulo. Pa. de Ca-
lo consi. 254. si bene consideretur. 4. colum. in prin. versicu.
illud autem constat &c. cum concordantibus, vt per Bertan.
in consilio 202. viso casu. prima colum. versicu. præterea o-
sto. 1. volum. & ita pro indubitato præsupponit Abb. in capi
tu. insuper. 6. col. in fine illius articuli, verum legatarius pos
sit esse testis in testamento, extra de testibus, & tradit Alexan
der multa ad hoc allegando in cõs. 105. viso, ac diligẽter. 2.
29 col. in princip 5. volumi. His ita præmissis † dico, quòd
Iacobus prędictus dicitur secundum fecisse testamentum, &
quidem validũ, meritò sequitur, quòd ex eo dicitur primũ
testamentum ab eodem factum quanmmlibet solenniter, re
uocatum & annullatum per regulam. §. posteriore. institu.
quibus modis testamen. infirm. l. si quis priore. ff. ad trebel-
lian. & l. 1. & l. cũ in secũdo. ff. de iniust. rup. testamẽ. cũ simi.
Validitas autem secundi testamenti probatur; quia in eo
testator fecit suos hęredes vniuersales filios masculos Hiero
nymi eius nepotes, & etiam filios suos, prout probatur per
multos testes sup diuersis capitulis examinatos, & maximè
super 6. cap. in quo inter cætera ponitur, & asseritur, quòd Ia
cobus testator fecit prędictam hæredũ institutionem, & pręe
dictum capitulum sextum, & in eo contenta probant, & cla-
rè testificantur, quasi omnes testes, præsertim primus, & ter-
tius, qui apertissimè dicunt, vera esse cõtenta in capitulo Itẽ
& septimus testis, qui clarè deponit prædictã institutionem.
Dicit enim, quòd Iacobus dixit, Io fo miei hæredi vniuersali
li fighuoli di Hieronymo mio figlio, & mei nepoti maschi
nati, & da naicere, & le mie figlie ancora. & cum isti tres te-
stes sufficiant ad probandum institutionem prædictã ex for-
ma statuti, vt dixi in secundo pręmisso, non insistam circa di
cta aliorum testium, sed concludendo institutionem prædi-
30 ctam legitimè probatam fuisse, † dico, & concludo, etiam es
se probatum secundum testamentum, ꝙ in ipsa hæredum
institutione tanquam in eius capite, & fundamẽto consistit.
l. penul. prope finem, ibi Calphurnius Longinus &c. ff. de his
quæ in testam. delen. §. in primis igitur. insti. de fideicom.
hæredi. & §. ante hæredis institu. de legat. Et maximè hoc
dicẽdum est in proposito; cum tale testamentum sit inter li-
beros, & foueat causam intestati, nam propter illud deberet
31 valere etiã, si tantùm per duos testes probaretur; † quia hic
inspicitur solùm ius gẽtium, quo dicebatur, quòd in ore duo
rum, vel trium stat omne verbum; vt legitur Deuterono. c.
17. in princip. & Mathei. c. 18. post princip. & in c. cum es-
ses. & in c. relatum. extra de testamen. & ibi per doctor. & de
hoc est tex. & ibi tradunt omnes doctor. in l. hac consultissi-
ma. §. ex imperfecto. C. de testamen. & in l. fi. C. famil. ercis
32 cun. † Et adeo lex contentatur duobus testibus in testamen-
to inter liberos, vt sufficiant etiam fœminæ, & quòd tales te
stes nõ sint rogati, vt per docto. in dictis iuribus tradit Alex.
in consil. 128. super eod. in secundo dubio. 7. volum. Cur. se-
nior in consil. 75. dominus Ludouicus. 7. colu. in fi. & do. Io.
de Amicis in consil. 39. viso processu agitato. 3. & 4. colum.
cum multis, qui ad hoc allegari possent. Nec dicatur quòd
immo debent tres testes interuenire propter illa generalia
verba statuti in qualibet vltima voluntate &c. vt sic compre-
hendatur etiam vltima volũtas condita inter liberos; quoniã
hoc non videtur verum, nam si inspecto iure communi, quo
septem testes generaliter, & pro regula requiruntur, inter li
beros sufficerent duo tantùm; vt traditur in dicto §. ex im-
perfecto. fortius hoc videtur dicendũ inspecto iure munici-
pali, quo generaliter, & pro regula sufficiunt tres. authenti.
33 multo magis. C. de sacrosanct. eccles. † Nec statutum inten-
tum ad diminutionem solennitatis, & numeri testium debet
operari augmentum, argumen. l. legata inutiliter. ff. de adi-
men. lega. & l. cum tale. §. fi. ff de condi. & demonstra. cum
simi. Facit. l. quod fauore. C. de legi. & istud in simili statuto
34 concludit Deci. in consi. 617. in casu in quo. numero 12. † ꝙ
etiam probatur: quia solennitas requisita per statutum
nõ procedit in personis, quæ simpliciter requiruntur priuile
giariæ

giarię in eo,de quo agitur,ut per Deci in l.quamq̃.in primo
nota.C.de testam. mili.unde cum liberi circa paternũ testa-
mẽtũ simpliciter habeant priuilegiũ,ut illud inter eos factũ
ualeat corã duobus testibus, ut est dictum,solennitas triũ te
stium a statuto requisita in eis,uel aduersus eos nõ procedet.
Et ex his infertur,q̃ si quacũque ratione istud secũdũ testa
mentum secundùm communem regulam statuti ualere non
posset,qđ tñ omnino est falsũ,ualebit tamẽ de iure speciali
35 tanq̃ factũ inter liberos,† cui quidẽ testamẽto inter liberos
facto adeo fauent iura: ut uelint illud procedere,etiam si per
coniecturas,& inditia ꝓbetur uoluntas patris,ut uidetur ꝓ
bari in d.l.fi. C. famil. ercisun. prout illum tex. ponderat
Imo.in.l.si is qui.secunda colum,ff.de testamẽ. & tradit Cor
ne. in consil. 118. in hac consultatione. 3. colum. uersicu.
& ideo in casu nostro &c.3. uolum.& Andre.Barba in dicto
consil.63.3.uolum.7.colum. uersiculo sextò facit &c.
36. † Et plus etiam dicimus, uidelicet quòd in tali testamento
semper subintelligitur clausule codicillaris,secundùm gl.in
uersic.ualuit.in l.cohæredi.§.cum.filiæ.ff. de uulga.& pupil.
quam gl. Imo. ibi plurimum notet inferens ex ea, quòd im-
mo generalius in testamento inter liberos semper censeatur
apposita clausula, quòd ualet omni meliori modo &c.qui
etiam idem dixit post Antoniũ de Butr. in c.Raynucius. col.
25.de testamen: quod etiam uoluit Alexan.in dicto.§.ex im
perfecto.circa finem,ubi etiam hoc dicunt Ias.& alii, & tra-
dit Alex.in consi.105.super his,secunda colũ.uersic.ad con-
firmationem.7. uolum. & Curt. senior in dicto consi.75.
7.colum.in fi.cum igitur,ut ex prædictis constat,illud secun
dum testamentum de iure subsistat, debet omnino dici su-
blatum,& enullatum primum per supradicta. Et hoc pro-
cederet etiam,si hoc secundum testamentum ualeret de iure
speciali liberorum fauore,puta si tantùm per duos testes
37 probaret, † satis enim est ad reuocationem primi testamen-
ti etiam solennissimè facti,quòd secundum aliquo modo ua
leat, & ex eo possit quis fieri hæres, ut l.si quis priore.ff. ad
trebel.& d.l.com in secundo.ff. de iniusto rup.cum si. & ita
post Bal. Ang. & Pau.de Castr.per eum allegatos firmat Ale
xand. in dicto §. ex imperfecto. colum.fi.uersic. quæro e-
tiam,an iste &c. com concordantibus,ut per Deci.in consil.
489. in causa occurrente, secunda colum.uersi. sed tamen
prædictis non obstantib. ubi etiam pro hoc allegat l. se-
cundam.ff.de iniust.rup.& l.eius milites.§.fin. ff.de milita te
stamen.ut per eum,& dicit Andre. Barbat.in supra allegato
consil.44.3. uol. in 4. col. uersic. hoc præsupposito. quòd
illud est uerissimum dictum,& ibi illud euidenter probat,ut
per eum. Et hoc absque dubio in casu isto dicendum sit;
cum euidentissimè appareat de uoluntate testantis, nam
per testes ferè omnes ab utraque parte examinatos proba-
tur, quòd reuocauit primum testamẽtum rogatum per ser
Alexandrũ de Rugumaguo in specie se ad illud referendo,
seu de eo particulariter loquendo,& quòd illud fecerat per
indignationem, quam habebat aduersus filios,cuius postea
pœnituit,& propterea reuocauit,& secundum fecit, ut su-
pra.Et cum circa hanc reuocationem uoluntas testantis sit
manifesta,debet omnino attendi per ea,quæ dixi supra in pri
mo præsupposito. Et ultra prædicta quòd in proposito
per hoc secundum testamẽtum dicatur reuocatum primum,
& illud secundum debeat obseruari, adduco primo consil.
Petr.de Anchara.num.237.de efficacia per totum. maximę
in 3.colum. nam in casu suo præcesserat testamentum so
lenne, & postea testator in infirmitate dicitur fecisse aliud
testamentum, in quo piam causam instituerat,& illud tan
tum per duos,aut tres testes probabatur, sed non fuit factus
rogitus notarij propter causas allegatas ibi per Petr.de An-
charan. & quidem ipse licet per iuris subtilitatem quæ-
rat tueri partem piæ causæ,tamen subdit quod illa subtilitas
38 non est in casu illo necessaria † ex eo,quia satis sit illam insti
tutionem pię causę,& sic secundum testamentũ ad pias cau
sas factum probari p duos, uel tres testes, sicut de testamen
to inter liberos dicitur,licet testamentum illud non uidere-
tur completum, quia notarius de eo non potuit rogari, seu
illud in publicam stipulationem recipere.& sic concludit il-
lud testamentum secundum ad pias causas factum,licet vide
retur imperfectum valere,& propter illud omnino esse reuo
catum primum,licet cum plene solẽnitate factum fuisset, vt
per eum,qui totum fundat in fauorẽ piæ causæ, quæ in hoc
39 æquiparatur liberis, vt per eum. † hoc etiam uoluit Anto.de
Bu.in c. in præsentia. ver. ex his deciditur.de proba.cõsiderã
do æquiparationem prædictam piæ causæ, & liberorum.re-
fert,& sequitur Alexan.in dicto consilio 105.4.volum.2.co
lum.versic.adduco, quod dixit &c. idem ergo dicendum est
in proposito nostro fauore liberorum, etiam si testamentum
40 secũdum per duos testes probaret.† Et multo magis quia fa
uorabilior est causa filiorum, quàm sit pia causa, iuxta illud
Augusti.qui vult instituere Deum,& filium excludere, aliũ
quærat pro consilio &c. vt in ca. fina. 17.quæstio.4. gloss.in
versicu.simili modo,in l.si quis ad declinandam. in princip.
C.de episc.& cleri.tradit Ioan.de Imo.in c.fina. de donatio,
& idem Petr.de Anchare. in consilio mihi 46.prima facie vi
detur dicendum. cum similibus.Fortius ergo, & absque du
bio sic in proposito concludendum est.cum probetur secun
dum testamentum per tres testes,& etiam plures,& sic valeat
non solum de iure speciali fauore liberorum , sed etiam secun-
dùm communem regulam testamentorum seruandam in
ciuitate Senen. propter formam statuti, de quo supra. Se-
cundò pro conclusione supra firmata adduco solennem de-
cisionem Andre. Barba. in dicto consilio quadragesimo ter-
tio, tertio volumine, per totum, ibi enim per quatuorde-
41 cim pulcherrima fundamenta concludit, † quod testamen-
tum secundum inter liberos, licet imperfectum, & ad in-
terrogationem alterius factum a patre in extremo vitæ con
stituto, qui respondit tantùm submissa voce cum nutu capi-
tis de iure valeat,& tollit primum testamẽtum,quod solẽnis
simè factum fuerat, & ad quædam fundamenta in contra-
rium facta,eleganter, & iuridicè respondet, vt per eum, ad
quem me remitto, cum per omnes videri possit. Et conclu-
do, quod fortius in casu nostro hoc dicendum est ex pluri-
bus. Primò : quia Iac. testator expressè dicit se reuocare te-
stamentum primum,& filios, & nepotes proprio ore insti-
tuit,quæ non fuerunt in casu Barba. solùm enim in eo inter
rogatus testator., an vellet, quòd filię suæ sibi succedant, re-
spondet quòd sic,nullà facta mentione primi testamenti. Se
cundò : quia in casu isto testator pluries dixerat se velle re-
uocare testamentum primum, quòd contra eius filios in irã
fecerat,quòd non probatur in casu Barba.Tertiò : quia licet
verba illa dixerit Iacobus aliquando ad interrogationem al-
terius ; tamen aliquando etiam de se idem dixit, prout in
processu probatur, quòd in casu Barba. non interuenit , ex
quibus absque dubio cognoscitur clarior, & magis indubita
ta voluntas testatoris , vt secundum valeat, & primum tol-
latur,quàm in casu Barbat. Quartò etiam ; quia in casu isto
potest dici testamentum perfectum secundum formam statu
ti,cum tres testes, & plures etiam interuenerint,licet de hoc
vltimo parum curem,cum (vt dixi) satis sit, quòd duo testes
probent,& quòd secundum valeat de iure speciali.
Tertiò accedat prędictis pulchra decisio Alex. in consil.
110.super his de quibus,per totum,7.volum. ibi enim con-
42 cludit,† quòd testamentum minus solenne, puta cum duo-
bus, uel tribus testibus inter liberos valet, & seruari debet,
licet de eo nulla extet scriptura,aut minus legitima, & hoc
fauore liberorum,ad quod ipse ibi plurima allegat, & ad cõ
traria respondet,ut per eum. Sic ergo & in proposito dicen
dum est hoc secundum testamentum , licet de eo non extet
scriptura, valere,& obseruandum esse,& consequenter quòd
primũ dicatur sublatum, & licet Alex.ibi non præsupponet
præcessisse aliud testamentum solenniter factum, prout con
tingit in casu nostro,tamen idem dicendum est,quando pre-
cessit,nam cum illud inter liberos factum ualeat,& ex eo adi
ri possit hæreditas,sequitur necessariò,quòd præcedens dici-
tur sublatum,ut d.l.si quis priore , com similibus supra alle-
gat.ff.ad trebellian. Quartò facit decisio Corne. in consil.
43 307.videtur prima facie.per totum.3.volom.† quatenus in
eo

eo concludit, ualere dispositioné ultimæ uoluntatis factam
ad pias causas, licet non fuerit talis dispositio lecta & publi-
cata per notarium. Et licet etiam aliqua uerba protulerit te-
stator, ex quibus colligeretur, quòd uolebat testamentum
publicari; tamen cum uoluntas sua satis dicatur probari per
modos, de quib. ibi per eum, dicit Cor. talem dispositionem
omnino seruandam fauore piæ causę. Idem ergo, & fortius
dicẽdum est in casu nostro fauore liberorum per prædicta,
& si hæc secunda dispositio ualet, & seruari debet, sequitur
quòd prima eius dispositio, idest illud primum testamentũ
debet dici sublatum, & annullatum, & hoc in effectu uoluit
idem Cor. in consi. 157. de pluribus quæritur, per totum. 4.
uolum. nam licet ibi in conclusione consilij dicat, primũ te
stamentum non esse remotum; fundat tamen se in eo, quòd
secundũ non bene per testes probabatur, sed ubi testes bene
illud secundum probarent, licet esset imperfectũ, propter fa
uorem liberorum, etiam quòd non extaret de eo scriptura,
ualeret, & primum tolleretur, ut per eum ibi uideri potest.
Quintò roborantur prædicta pulchra decisi. Ias. in consil,
223. testamentum istud. per totum, secundo uol. ubi. in ter
44 minis concludit, † quòd secundum testamentum inter libe-
ros, licet imperfectum, ualet, & tollit primum etiam solenni-
ter factum, quamuis de eo nõ fiat specialis reuocatio, ut per
eum. Sic igitur in casu nostro dicendũ est, istud testamentũ
inter liberos factũ, etiam si fuisset imperfectum, tollere pri
mũ. Et multo magis cum per Iacobum testatorem fuerit fa
cta specialis reuocatio primi, ut supra dictum fuit. Sextò
confirmatur conclusio prædicta per solennem decisionem
excellentissimi Decij, compatris mei plurimùm honorandi
in præallegato consilio 489. ubi in terminis nostris qua-
45 si in indiuiduo concludit, † quòd secundum testamẽtum fa
ctum inter liberos etiam non solẽne, & ad instigationem e-
ius cuius intererat primum testamentum reuocari, ualet, &
rollit primum, quòd solenniter præcesserat, etiam quòd testa
tor tempore secundi testamenti esset grauissima infirmitate
detentus, & hoc per bonas, & iuridicas rationes, ut per eum
qui ad contraria subtiliter respondet, ad quem me remitto,
concludendo idem dicendum esse in proposito nostro, se-
cundùm quòd supra dictum fuit. Superest nunc responde
re ad allegata in contrarium, & licet pro ueritate ex his, quę
supra deducta fuerunt ad omnia colligi possit responsio; ta-
men pro clariori ueritatis demonstratione singulatim ad ea
respondetur, ut infra, & ex responsionibus infra dicendis
conclusio prædicta plurimùm iustificabitur, & indubitabi-
46 lis quodammodo apparebit. † Ad primum ergo, dum con-
tra secundum testamentum arguebatur, quòd non ualuit ex
defectu potestatis: Respondetur, quòd immo Iacobus præ-
dictus potuit omni iure permittente sic testari, prout fecit:
falsum enim est, quòd tempore, quo secundum testamen-
tum condidit, nõ esset sanę mentis: quia uere erat sanę men-
tis, & ad propositm loquebatur, licet parum loqui posset,
& istud deponunt ferè omnes testes; nam dominus Appollo
nius primus testis dicit, quòd quando Iacobus interroga-
tus respondebat, respondebat ad propositum, ex quo osten
ditur prudentia, & sanitas mentis, & licet dicat, quòd ali-
quando respondebat; illud tamen contingebat non ex men-
te alienata, sed propter infirmitatem, qua plurimùm uexa-
batur. Item domi. Angelina expresse attestatur, quòd Ia-
cobus erat sanę mentis die præcedenti ante mortem eius, li-
cet aliquando ꝑpter abundantiam catarri non posset con
tinuare, aut perficere sermonem. Idem etiam deponit Ale-
xander Ioannis alter testis. Idem etiam deponunt domi. Io-
an. Baptista, & magister Ioan. confessor, & ser Ioan. Bapti-
sta notarius, alij testes examinati pro parte filiorum dicti Ia
cobi, omnes enim aperte deponunt, quòd die prædicta te-
stator erat sanæ mentis. Et illud idem deponit Reueren.
Domi. Camillus examinatus pro parte contraria, dicens
quòd ad ꝑpositum respondebat, erat sanæ mentis, & non
exibat de proposito, si igitur erat sanæ mentis, de quo non
uideo posse dubitari, sequitur, quòd habebat testamenti fa-
ctionem, cum aliud impedimentum non allegetur.

Nec quicquam obstat allegata infirmitas, & quòd erat
47 prope mortem, & mortis cognitione turbatus: † quoniam
respondetur, quòd talia non impediunt, quem posse testari,
vt est tex. in l. quoniam indignum. & ibi doctores notant. C.
de testamen. maximè Corn. & Ias. qui etiam idem dicunt in
l. iubemus. eodem titu. Ex eo enim quòd quis sit in articulo
mortis, & balbutire incipat, modò sit in bono sensu, & pos-
sit aliquo modo verbis voluntatem suam aperire, non priua
tur facultate testandi: vt per doctores in dictis iuribus. tra-
dit Barb. in consilio. 57. prope est dominus. post princi. quar
to volum. Corn. in consilio 91. in causa vertente colum. fin.
quarto volum. & Decius in cap. si pro debilitate, in princ. de
offi. delega. cum multis alijs, qui ad hoc allegari possent.
48 † Non obstat. §. at cum humana fragilitas. In contrarium al-
legatus: quia potius facit pro conclusione prædicta, quoniã
licet ibi dicatur, quòd propter mortis cogitationem huma
na fragilitas turbata plures res memoria nõ possit consequi;
tamen ibi pręsupponitur, quòd non perdat testamenti factio
nem, cum de talis hominis testamento, & quo modo fieri
possit, tractet.
49 † Nec obstat doctrina Pauli de Cast. ibi, & Corne. in allo-
gato consilio 219. tertia colum. primo volumi. quoniam lo
quuntur ambo, quando de voluntate grauiter ægrotantis ad
testandum aliter non constat, quàm per simplicem respon-
sionem ad interrogationem alterius factam, puta quòd inter
rogatus an ita velit, respondeat quòd sic, vel volo, nã si aliud
non apparet, ex quo arguatur, illum ita voluisse forte, quia
facta erat scriptura sine eius voluntate, dici potest, quòd attẽ
ta graui infirmitate dicatur respõdisse potius tedio affectus,
& vt à tali molestia liberaretur, quàm quòd cum plena deli-
beratione voluerit testari, ut per eos, sed ista non faciunt
ad casum nostrum, in quo constabat quòd uolebat testari, &
primum testamentum reuocare, prout ipse sæpe dixerat, &
præterea iste Iacob. non simpliciter rñ dit sic, uel uolo, sed ex
plicitè instituit hæredes filios suos, nepotes, & iam factũ te-
stamentum reuocauit, ita quidem, ut de eius uoluntate non
cadat aliqua dubitatio. Nec obstant dicta testium allegata
in contrarium, uidelicet Iulij Thegliaccij, magistri Cę-
saris, & magistri Ioann. de Michaelibus, ex quibus uide-
batur probari, quòd Iacob. non esset sanæ mentis: quoniam
potest responderi, quòd dicta eorum testium debent intel
ligi non de tempore, quo fecit testamentum, sed postea:
fecit enim dictum testamentum ante prandium, quo
tempore erat sanæ mentis, ut plenè deponunt alij te-
stes, de quibus supra, quorum dicta ad illud tempus sunt
referenda, sed post prandium crescente infirmitate po-
tuit etiam debilitari intellectus, & ita intelligendo om-
nes testes concordabuntur, prout fieri debet, iuxta capi-
tul. cum tu. cum materia, de testib. Et singulorum dictum
discurrendo, animaduerto in primis, quòd magister Cæ
sar specialiter se restringit ad tempus illud post pran-
dium: alius autem, scilicet magister Ioann. uidetur ne-
cessariò intelligendus de eodem tempore, aliàs falsum de-
poneret: dicit enim ipse, quòd Iacobus illa die non pote-
rat articularè, aut expeditè loqui, & quòd uerba eius non
intelligebantur, quod certè non potest referri ad tempus an
te prandium, quando fecit testamentum, cum sit, quòd
tunc articulatè loqueretur, & uerba eius intelligebantur,
ut paret ex uerbis institutionis hæredum, & reuocationis
primi testamenti, quo fuerunt explicitè & expeditè prola-
ta, & ab astantibus intellecta, attento quòd de ea plures te-
stes testificantur, & deponunt, ut supra deductum fuit.
Similiter etiam debet intelligi testificatio Iulij de The-
gliaccijs, & licet ipse deponat de die, qua dicitur reuo-
casse testamentum; tamen ex eo non sequitur, quòd fue-
rit ante prandium, dum testamentum reuocauit; quia dies
illa durauit usque ad occasum solis, unde stant ista simul,
quòd die illa, qua dicitur reuocasse testamentum, dica-
tur non fuisse sanæ mentis, scilicet post prandium, & ta-
men tempore conditi testamenti fuerit sanæ mentis, unde
non probat hoc esse, quod ad hoc contingit abesse, l. non

hoc

hoc.C.vnde legiti.& cap.in pŕentia.cum materia,de proba-
tionibus,& ista sit prima responsio ad dicta ipsum testium.
Vel secundò potest dici, si quis eorum in suo dicto uellet,
ꝙ verè testamenti tempore non esset sanæ mentis,qđ eis non
50 est credendum,†sed standum est septem testibus de sana mé
te deponentibus, cum sint plures numero per iura vulgaria,
& maximè quia deponũt illud, quod naturaliter in quolibet
præsumitur, videlicet illum fuisse sanæ mentis,iuxta ea quæ
51 dixit Corn.in dicto consi.91.colu.fin.4.volum.†Vel & ter-
tiò dici posset,si qua dubitatio esset, an fuisset sanæ mentis,
vel ne tempore testamenti,ꝙ istud cognosci debet ex qualita
te dispositionis per eum factæ: ea enim adeo attendi debet,
vt si ille,qui communiter reputabatur furiosus,fecerit testa-
mentum rite,& rectè, sicut quilibet prudentissimus paterfa
milias fecisset,dicetur ualidum testamentum;quia præsume
retur tunc ex qualitate testaméti,ꝙ eius tempore testator nõ
fuerit furiosus,prout voluit Rom.in l.furiosum.C. qui testa
men.facere possunt,vbi etiam Pau.de Cast.Alex.& Corne.&
prout ipsi allegant, fuit dictum Ioan. Andre.c.fin.de succes.
ab intest.quod etiam voluit Corne.in consi.69.visis nonnul
lis.colum.8.primo volu.& in consil.216.in causa vertente.
col.penulti. in fine, tertio volumine, sed qualitas testamen-
ti secundi, in quo proprij filij masculi, & nepotes ex vno
ex eis sunt instituti,talis est, vt arguat eum prudentem,& pru
dentiorem quàm fuerit tempore primi testamenti, in quo
proprios filios ab vniuersali hæreditate excluserat contra cõ
mune,& naturale votum parentum,de quo in l.scripto.ff.vn
de libe.& contra l.cum acutissimi. C. de fideicommiss. ergo
&c. Non obstat modò secundum fundamentum, dum dice-
batur,in hoc secundo testamento deficere: voluntatem dicti
Iacobi:quoniam ex prædictis clara colligitur respõsio, dico
enim, quòd immo adfuit eius voluntas, & illud testamentũ
fecit;quia sic facere voluit,prout ex prędictis constat.Et licet
aliquando per prius voluerit suos habere hæredes filios An-
dreæ de Landucijs,vt in primo testamento cõtinetur, & per
aliquos testes videtur deponi;tamen ex post mutauit opinio
nem,prout sibi licuit,& noluit aliter disponere, prout in se
cundo testamento disposuit, de quo non videtur hesitandũ
per ea quæ testes deponunt,& supradictum fuit. Et quod di-
citur non prę sumi mutationẽ voluntatis,procedit in dubio,
& per coniecturas,sed in proposito sumus in claro,& certò,
vnde non est locus coniecturis,& præsumptioni l.cõtinuus.
§.cum ita.ff.de verbo.oblig. nec est verum, quòd quæ dixit,
dicatur disisse ad suggestionem alterius,& ut molestiam eui
taret;quoniam illud procederet,quando de sua uoluntate nõ
constaret, nisi per simplicem respõsionem,ut supra dictum
fuit. Nec potest dici in proposito,quòd intricatè,& uno uer
bo dicatur recessisse a priori testamento;quia immo explici-
tè,& multis uerbis illud fecit,ut ex prædictis cõstat, quæ.n.
poterant esse uerba clariora,& magis explicita,quàm illa, lo
reuoco il testamento rogato per ser Alexandro da Rugama-
gno fatto in palazzo, certè nulla. Allegata ergo in contra-
rium, & dicta Cornei in dicto consilio 319. primo uolum.
& patrui mei Soc.in consi.nonagesimo secundo.tertio uolu-
mine,procedunt in dubio,& ubi non sic clarè de mutatione
uoluntatis constaret. Necquicquam obstat, quòd nihil reli-
querit hæredibus institutis in primo testamento: quia ex eo
ubi claram habemus testantis uolũtatem,non debet talis uo
lũtas impediri:cum in eo mutauerit opinionem; iuxta per-
missionem legis,ut dictum fuit in primo præsupposito. Præ
terea non potest dici,quòd non habuerit mentem reuocandi
primum testamentum,ex quo dixit,quòd illud reuocabat cũ
bona gratia Andreæ generi sui,cuius filios instituerat hære-
des.Et plus, etiam de tali uoluntate constat ex illo legato flo-
renorum 120.facto Beatrici filiæ d.Andreæ,uidetur enim il
lud fecisse in quandam recognitionem amoris, quem osten-
derat filiis Andreæ in primo testaméto,& ut ipsum Andreã,
& filios eius quodammodo placaret,& quietos redderet cir-
ca reuocationem primi testamenti,ex quo(ni fallor) euidens
argumentum sumitur de mutata eius uolũtate, & sic constat
quòd auctoritas Cornei in dicto consilio 319. in uersiculis
illis, & maximè &c.& item paucis diebus &c.in contrariũ
allegatis retorquetur,& facit pro prædicta cõclusione.¶Nec
obstat, quòd testator interrogante notario in fine non respõ
derit;quia illud accedit ex impotentia,nam propter grauem
infirmitatem,& superuenientiam catharri non potuit respõ
dere,ut ipsemet notarius, & alij testes ratificantur,nõ autem
tacuit sponte,& animo non condendi testamentum, cũ iam
clarissimè testamentum cõdidisset hæredes instituẽdo,& pri
52 mum testamentum reuocasset.†nec in eo tam subito præsu-
mendum est mutatio uoluntatis.l.non ad ea,& ibi gl.notat,
& concordantes allegat.ff.de conditio.& demonstratio.
Allegata autem in contrarium procedunt, quando non re
spondit:quia noluit,nam tunc potest sumi argumentũ,quod
sumebatur supra,dum in contrarium arguebam, & ita pro-
priè loquitur Paulus de Castro in d.consil.366.uersic.& idẽ
dicẽdum est &c. Dicit enim Paulus, quòd ille infirmus inter
rogatus noluit loqui,sed reuoluit se ad alteram partem,& sic
non fuit impeditus respondere,sed noluit.In casu autem no
stro non potuit,ut est dictum,& responsum eius non fuit ne
cessarium in isto nuncupatiuo testamento: cum ita uolũtatẽ
suam primum testamentum reuocando, & filios, & nepotes
ex filio instituendo declarasset, & ita etiam potest intelligi,
ꝙ dicit Corneus in dicto consi. 319. columna penultima.
uersicu. item concurrit &c. licet ipse Cor. in effectu non fa-
ciat in eo præcipuum fundamentum, sed ex eo uult ostende
re concurrentibus alijs pluribus indicijs, quod non erat ille
testator sani,& integri intellectus, quod non est in casu no-
53 stro,cum de sana mente eius sit manifestè probatum.†Et ul-
tra etiam dico,ꝙ prædicta consilia Pau.de Cast.& Cornei ex
alio non sunt ad propositum nostrum:loquũtur enim, quan
do de uoluntate morientis scriptura non fuerat facta,& solũ
testator ad interrogationem alterius responderat,affirmãdo
id,de quo interrogabatur per uerbum si,uel uoglio; tunc.n.
facile creditur non ex uoluntate esse responsum, cum de ea
aliter non constaret,ut per eos,& in his terminis loquitur ẽt
patruus meus Socinus in dicto cõsilio 92. tertio uolumine.
Sed in casu nostro testator proprio ore reuocauit testamentũ
specialiter demonstrando locum,in quo erat factum,& nota
rium,qui de eo fuerat rogatus,ex quibus resoluta mens eius
in reuocando ostenditur per ea, quæ tradunt doctores in l.si
quis in principio.de legatis tertio,& in §.in legatis,ff.de le-
gatis primo.Item etiam proprio ore nepotes ex filio,& filios
instituit,ita quidem,ut de eius uoluntate apertissimè cõstet,
nec possit probabiliter dubitari,sicut dubitari potest in casi-
bus,in quibus consuluerunt Paulus de Cast. Corneus, & do.
meus Socin.in consilijs præallegatis, ut per eos. Nec demũ
obstat, ꝙ hæc fuerint facta in ultimo uitæ,& per interroga-
tionem alterius,prout considerabat Paulus de Castr.in dicto
consi.366.col.fi.Quoniam respondetur de plano,ꝙ Iacobus
in casu nostro illud fecit, quando ipsum pænituit prioris te
stamenti,& satis est mutasse uoluntatem, quæ semper est am
bulatoria usque ad extremum uitę.Et dictum Pau. de Castro
posset procedere,quando de tali mutatione aliter non appa-
reret. Et ultra dico,quòd immo in casu isto etiam per prius
decreuerat mutare,ut per aliquos testes deponitur,sed quic-
quid sit,satis est de reuocatione apertissimè cõstare,prout ex
prædictis apparet. Nõ obstant quæ tertio loco allegabantur:
nã dum primò dicebatur,quòd defuit libera,& spõtanea uo-
luntas Iacobi. Respondetur, quòd illud est falsum:quia im-
mo Iacobus quicquid fecit,spõte, & ex libertate animi fecit,
54 ut ex prædictis constat.†Et aduertendum est diligẽter:quia
nõ sumus in quæstione,de qua per gl.in l.iubemus.C.ad tre
bellianum. quæ solum procedit, qñ interrogatus solũ affir-
mat;etenim in casu nostro explicitè instituit,& testamentũ
iam factũ reuocauit;ut pluries dictũ fuit.¶Et hoc solùm suffi
ceret ad tollenda omnia, quæ in primo defectu præallegato
dicebantur; omnia enim illa procedunt retentis terminis
glosę prędictę.Vñ esto,ꝙ Iacobus fuerit interrogatus, & nõ
a notario,sed a domino Ioã.baptista auunculo illorũ nepo
tũ,licet ẽt præcessisset testamentũ solẽne: tñ cũ de explicata
mẽte appareat, tum institutione hęredũ in secũdo testamẽ-

to,quam etiam in reuocatione primi,non est de tali volunta
te vlterius disputandum: vt ex prędictis constat. Et ista est ve
ra,& clarissima responsio. Sed vltra etiã instando, & ex abũ
danti dico, quòd immo etiam si interrogatio fieret a perso-
na priuata,& sic non a notario,adhuc procederet gl.in d.l.iu
bemus.quæ generaliter,& nõ in notario tantùm loquitur,&
ita doctores videntur cõmuniter sequi, vt plenè tradit Cor.
in consi.77.viso d.themate 2.co. versic.his tamen non obstã
tib.4.vol. Nec etiam obstat,quòd do.Ioannesbaptista videa-
tur persona suspecta;quia ex hoc non debet vitari clara volũ
tas testatoris,nec ipse prohibebatur bonis verbis suadere Ia-
55 cobo: vt eius nepotibus relinqueret; † quia immo quis sibi-
met relinqui blandis verbis procurare potest, modò dolo ca
reat, vt l.si.C.si quis alt.testa.prohib.& l.fin.ff.eodem. tradit
Bar.in l.Lucius.§.Sempronia.ff.de legatis secundo,& in ter
minis ita firmat Dec.in d.consi.489.3.col.in principio, sed
do.Ioãnesbaptista omni dolo caruit,& propterea ipse nõ sua
debat,sed recordabatur, & illud faciebat: quia iam per prius
ipse Iacobus dixerat, se velle primum testamẽtum reuocare,
prout etiam alijs dixerat, vt constat ex depositione testium.
Et plus etiam dico,ꝙ dominus Ioannesbaptista nedum de ne
potibus eius loquutus fuit,sed & de omnibus filijs testatoris
de vxore eius,& etiã filijs Andreæ,& videtur bono zelo om-
nia dixisse,& pro salute animæ testatoris,quam etiã ei recor-
datus fuit,& cum id,quod a testatore factum fuit,sit secundũ
naturale,& commune uotum parẽtum, videtur,ꝙ careat om
ni suspicione suggestionis. Nec etiã obstat, ꝙ præcessisset so-
lenne testamentum,de cuius reuocatione tunc ageretur: qm̃
56 istud non debet attendi;† quia cum opinio glos.in d.l.iube-
mus,simpliciter approbetur,debet intelligi etiam,si aliud te
stamentum præcesserit,cum totum fundetur in volũtate mo
rientis,quæ est secundùm responsionem per eum factã: nam
si voluntas talis est,sequitur,ꝙ primum testamentum rema-
net sine volũtate, & ita in indiuiduo cõcludit,& bene desen
dit Decius in dicto consi.489.secunda columna,uersi.secun
dò non obstat,ad quem me remitto. Nec obstat, ꝙ esse tunc
testator grauiter ægrotus; quia cum de voluntate clarissimè
appareat, & explicitè loquutus fuerit, infirmitas non nocet,
vt supradictum fuit. Nec obstat,quod dicebatur de notario
vocato ad instantiam aliorum,quàm testatoris: quoniam re-
spondemr, hoc esse falsum: quia immo fuit vocatus petente
testatore, licet postea vt testatori mortem gererent, illud pro
curassent,& domina Laura,& dominus Ioannesbaptista, &
hęc,si rectè aduertatur,bene probantur in processu. Sed quic
quid sit circa ista,quæ omnia(vt dixi) ex abũdanti dicta sunt,
& quæ procederent,quando de voluntate testãtis posset dubi
tari,in casu nostro nõ sunt necessaria: cum claram, & explici
tã habeamus eius volũtatẽ in secundo testamento,& in insti
tutione in eo facta, & in reuocatione primi per supradicta.
57 †Non obstat secundus defectus,qui supra in contrariũ al-
legabatur: quoniam respondetur primò,ꝙ allegata in contra
rium, procedunt quando secundũ testamentum fieret inter
extraneos: nam tunc requiritur testamentaria,& specialis re
uocatio primi testamenti, sed quando secundum testamen-
tum fuit similiter inter liberos,nõ est necessarium, ꝙ fiat spe
cialis reuocatio, & sufficit illud valere etiã de iure speciali
fauore liberorum,prout hoc vltimum supra probatum fuit,
& primum voluit gl.in verbo perfecta,in §.si quidem.in au-
ctẽti.de testam.imperfe.quam ibi,& in auctenti.hoc inter li-
beros.C.de testamen.cõmuniter sequũtur doctores,& vtrũ-
que dictum apertè firmat Angelus in dicto §.si quidem. ꝙ
etiam & multum clarè voluit Romanus in cons.385.in casu
præmisso post principium, vbi pulchris rationibus compro
bat opinionem glossæ præallegatæ. Et maximè hoc proce-
dit, quando secundum testamẽtum est liberis fauorabilius
primo, vt voluit Romanus ibi,& Barba.in consi.32.scribi-
tur præclarè.tertia colum.primo volum. Alexand.in præalle
gato consi.105.quarto volumine,in quarta colu.versic. secũ
dò respondeo. Cyn.& alij in dicta auctenti.hoc inter liberos.
cum concordantibus,vt ibi per Iasonem prima colum.versi.
& pro hoc infero &c. vnde cum in proposito secũdum testa-
mentum sit similiter inter liberos,& eis fauorabilius, quàm
primũ,sequitur,quòd per illud dicatur reuocatum primum,
maximè quia ea quo filij Andreę instituti in primo nõ erant
successuri ab intestato,possunt reputari extranei, vel saltem
non sunt tales liberi,de quibus loquitur dicta auctẽn.hoc in-
ter liberos. cum in eis cesset ratio illius auctenti. tunc enim
causa testati non fouetur a causa intestati, vt est notum. Secũ
dò etiam,& clarius respondetur, ꝙ immo in casu nostro fa-
cta est specialis reuocatio testamenti pręcedentis, cũ dixerit
testator, se reuocare testamentum conditũ in palatio,& roga
tum per ser Alexandrum de Rugumagno, & quia super hoc
neminẽ arbitror hesitaturũ, super eo vlterius non instabo.
58 † Quantùm ad tertium defectum,qui videbatur maioris
considerationis,pro resolutione aduertẽdum est;quia aliquã
do testator vult scribi testamentũ, vt postea illud legatur, &
publicetur,noĩẽs prius esse perfectum,quã ita fiat, quod for
te ipse exprimit, vel colligitur ex uerbis suis dilatiuis, & su-
spensiuis,& tunc nisi ita fiat,non valet testamentũ: quia nec
testator voluisse creditur,& ita procedant allegata in cõtra-
rium: sic enim loquitur tex.in dicto §. quoties. vt probatur
ibi in versicu.exemplum pręparat,& prius decedat, quàm te
stetur. verba enim illa apertè ostendunt, ꝙ fiebat pręparatio,
& testamẽtum differrebatur, & in his terminis procedat ele
gans decisio Domini Decij, si vera est,in consilio centesimo
quinquagesimonono,casus proponitur. semper.n. in eo con
si.nititur probare testatorẽ suspendisse testamẽtum, seu eius
voluntatem,donec notarius rogaretur,ut per eum,qui pluri
ma ad probandum suam intentionem allegat,quę omnia sic
intelligenda sunt. Aliquando verò testator simpliciter, &
resolutè disponit corã testibus, & desiderat illud scribi pro
maiori probatione,& notarius ad id sit intẽtus,& propterea
scribat,& postea legat, & a testatore nouiter approbetur, &
tunc si quo casu illud impediatur, voluntas tamen testatoris
manifestè per testes probetur, valebit testamentum absq; ali-
qua lectura, & approbatione, immo & sine scriptura; quia
voluntas testatoris in testando non erat suspensa, licet vellet
per notarium scribi,ita est de intentione Decij in d. cõsi.cẽ
tesimoquinquagesimonono, & voluit multũ signanter Cor
ne.in d.consi.77.col.fin.libro quarto,& Alexander in dicto
consi.105.septimo uolumine,prope finem,in uersi.non ob-
stat,id de quo notat Oldradus &c. Sed in isto casu testator re
solutè disposuit,nec de aliqua suspensione suę voluntatis ap
paret,ergo &c.& ista est pulchra, & iuridica resolutio, quę
generaliter procedit. Potest & secundò respõderi, ꝙ allegata
in contrariũ non procedunt in testamẽto inter liberos ipso-
59 rum fauore,†nam regulariter valebit testamentum, etiã nõ
reuocatum, nec nouiter per testatorem approbatum, prout
uoluit Bartolus in dicto §.quoties,& in l.si is qui. ubi etiam
Imola.ff.de testamentis,& Paulus de Cast. in dicto §.at cum
humana fragilitas. & licet ipse dubitare, hoc tamen firmat
Alexander in dicto consilio 105.columna fin.in fine,& Cor
neus in consilio trecentesimoseptimo, uidetur prima facie,
septima colum. uersicu.non obstant adducta in contrarium
3.uolu .hoc idem clarissimè,& audacter firmat Guido Papę,
60 in quęstione 538.factum est testamentum, in fin. † Dicit
enim, quòd semper ualebit testamentum inter liberos ubi
ostenderetur perfectum coram testibus, licet non fuisset ta-
le testamentum per notariũ recitatũ, & allegat dicta Bart.in
d.l.si is qui. Nec dicatur,ꝙ tunc uſ testamentũ imperfectum
ratione ut uoluit uoluntatis Paulus de Castr. in l.ex ea.ff. de
testamentis.quia hoc negabo, si quidem.cum uoluntas dica-
61 tur perfecta,† dicimr illa imperfectio potius ratione solen-
nitatis,quam ratione uoluntatis, ut declarant doctores in lo
co pręallegatis,maximè Alexander in d.consi.105.in fine, &
Corneus in d.consi.306.septima colum.& ideo meritò non
uitiat testamẽtum inter liberos, iuxta l.hac consultissima. §.
ex imperfecto.C.de testamentis. Posset etiã forte dici,quòd
inter liberos ualeat aliquando testamentum imperfectũ etiã
ratione uoluntatis,ut infra dicam. Circa quartum,& ultimũ
defectum supra in cõtrariũ allegatũ: quia.s.uidetur institu-
62 tio incerta. Respondetur,& aduertendũ est: quia† cũ institu

tto

tio per se sit facta sine partiū assignatione, dicuntur instituti ꝓportionibus æqualibus, iuxta. §. sed si plures. instit. de hę redibus instituendis. & l. quoties. §. hæredes. ff. eodem tit. & sic incertitudo ex non demõstratis partibus non uitiat institutionem, & ita pater non obstare l. com post. §. gener. ff. de iure dotium. cum similibus. Quatenus uero diceba tur, incerta institutio propter nõ declaratū auātaggium, uel disuantaggium, & sic propter inæqualitatem partium, quam testatur uoluit non declaratam, ut sic uideatur testamētum imperfectum ratione uoluntatis. Respondetur, quòd ex eo non de-
63 beruitiari institutio altera de duabus nijs. † Prima, ut dica mus partibus aliter non demonstratis remanere ualidū testamentum pro partibus æqualibus, prout uidetur probari in l. secunda. in principio. ff. de hæredibus instituendis. dū ibi dicitur, quòd si testator plures instituat ex partibus, quas ascri pserit, partibus non ascriptis erunt hæredes æqualiter. Ita. n. uidetur in proposito dicendum non declarato illo auantaggio, & disuantaggio, ut ita dicā. Et ad hoc optimè faciunt l. cum pater §. finali. ff. de legatis secundo, & l. penulti. C. de in
64 stitutio & substitutio. sub conditio. fac. † dum in eis dicitur non uitiari institutionem, licet per testatorem non fuerit aliquid factum, quod uidebatur facere uelle. Secunda uia est, ut dicant filij, & nepetes Iacobi testatoris hanc incertitudinem non curare, & in eo esse concordes, quòd scientes uolūtatem testatoris, & quòd istud non potest allegari ad inualidandum illud secundum testamentum, & maximè quia non constat, ꝙ testator uoluerit illam inæqualitatem declarare. Potuit namque hinc cogitare, ꝙ illa post mortem suam per bonum uirū poterit declarari, ut sic dicamus, in eo non probari esse aliquam imperfectionem ratione uoluntatis; quia forte in hoc nil ultra dicere uoluit, & consequenter non obstabit. l. si is ꝗ. cum materia ff. de testamentis. cū similibus supra in contra
65 rium allegatis. † Vel etiam dici potest, quòd licèt aliàs imperfectio uoluntatis uitiet, tamen aliquando secus est, ut patet ex iuribus paulò ante allegatis, & maxime hoc dicendū uidetur in casu nostro fauore liberorum; ut uoluit Abb. in c. primo. secunda colum. de successi. ab intestato, & uidetur probari in l. fin. C. famil ercifcun. ibi, siue cœptum, nec comple tum &c. ita illum textum ponderando firmat Roman. in authenti. similiter. C. ad l. falci. pront illam refert, & sequitur Andr. Barbat. in consil. 58. omnipotentem, & immortalem Deum. quarta colu. uersicu. quinimmo plus &c. quarto uolu. Ad quod facit; quia sic uidemus in testamento ad pias causas ut uidetur uelle Bartolus in l. in testamētu. ff. de fideicõmiss. liber. & dixit Imola in c. secūdo, quarta, & quinta colum. uer sicu. sed hic quæritur &c. de testamen. & sequitur Barbar. in consilio xlij. clementissimum Deum. tertia colū. uersic. nec curo intrare. quarto uolu quod etiam uoluit Abba. in dicto cap. primo. Si enim hoc fauore piæ causæ toleratur, fortius fauore liberorū dici debet, quis sūt pia causa fauorabiliores, ut supra dictum fuit. Super hoc tamen non facio maguū fundamentum; quia multi tenuerunt contrarium. Non obstat ꝗ de disuantaggio prædicto testes uariare uideantur: quia unus dicit de Petro tantùm, alius dicit filijs simpliciter; quoniā ex ista uariatione nõ debet alterari principalis institutio hęredum, quæ clarè, & explicitè per multos testes concorditer ꝓbatur, & maximè quia super tali re filij Iacobi cū nepotibus non disputant, sed sunt concordes.

Et præterea ubi uellemus hanc uarietatem attendere, diceremus, super eo nihil esse probatum, in quo est uarietas attēto quòd sunt tantùm testes, qui de tali disuantaggio deponunt, & quilibet in suo dicto remanet singularis, prout in contrarium arguebatur, ita quidem ut dicamus reijciendum esse totum hoc, quod de tali disuantaggio dicitur, & sic remaneat institutio hæredū pura, & simplex, prout ponit in quarto capitulo apertissimè, & prout in eo continetur probato.

Et ex prædictis constat, uerum esse cõclusionem supra firmatam omnibus in contrarium allegatis efficaciter reiectis, uidelicet quòd in proposito casu secundum testamentū præ dicti Iacobi debet omnino prȩualere. Et ubi super hoc remaneret cuipiam dubitatio (licet ego ex supra dictis rem cla-
66 rissimam arbitrer) adhuc idem esset concludendum; † quia in dubio debet istud testamentum prȩualere, in quo uocatur uenientes ab intestato, argumēto l. si duobus. §. si prius. ff. de bono. posse. contra tabu. l. 1. ff. de iniusto, rupto testamento. & l. hac cõsultissima. §. si quis autem. C. de testamentis. & in eis dicūt doctores, & uoluit Bart. in l. prima. §. primo. versi. secunda limitatio. ff. de bono. poss. secundùm tabu. tradit sequendo Bar. Dominicus de Geminia. in c. penultimo, colum na quarta, in versicu. in fine glos. de rescript. libr. sexto, quod etiam tradit Felynus in c. pastoralis. quinta col. in principio versicul. de duobus autem testamentis &c. de rescript. dum in hac materia se remittit ad dictum Geminia. in dicto cap. penultimo. Et si hoc est simpliciter fauore uenientium ab intestato, fortius est dicendum: ut procedat fauore filiorum, ne scilicet excludantur a paterna hæreditate sibi iure quodā naturæ debita ex communi, & naturali uoto parentum, nec possum mihi persuadere iudicem tam impium reperiri, qui etiam data aliqua dubitatione uelit aduersus filios istos iudi care, presertim cum etiam secundùm iuris regulas in fauorem eorum clarissima appareat iustitia, ut ex supra deductis manifestissimè constat. Laus Deo.

Socin. nepos Paduæ legens.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit Grat. consi. 96. volu. 2. Vide Zuat. pro uxore, num. 398. ante num. 384.

SVMMÆ.

Testamētum præcedens, utrum & quando reuocetur per expressa uerba reuocatoria, licet non dicatur: quia uolo decedere intestatus, nec fiat secundum testamentum ualidum de rigore iuris.

1 *Voluntas testatoris est perquirenda, an ualeat testamentum, uel non, an sit reuocatum, uel non.*
2 *Voluntas semper reuocari potest.*
3 *Voluntas testatoris per coniecturas etiam intelligi potest.*
4 *Patrum naturale uotum est filijs parare diuitias.*
5 *Testatoris assertioni quòd fecit aliquid, aliqua de causa standum est.*
6 *Exhæredatio filij facta ex iusta causa quādo reuocata censeatur*
7 *Hæres institutus si non habet uoluntatem testatoris; quia eā mutauit, succedere non potest.*
8 *Testamentum an reuocetur, si testator dicat, nolle testamentum, quod fecit ualere.*
9 *Testamentum dicitur reuocatum, si testator coram testib. dicat, reuoco tale testamentum, & nolo illud ualere.*
10 *Doctor cum ultima opinione per eum relata uidetur transire.*
11 *Testamentum primum inter extraneos, an dicatur reuocatum per sequentem uoluntatem, licet inualidam fauore uenientium ab intestato.*
12 *Voluntas ex actu etiam inualido cognoscitur.*

CONSILIVM CXLV.

Dirigat Dominus uerba mea in uiam ueritatis & iustitiæ.



ISO consilio præstantissimi Consultoris cū subscriptione excellentissimi subscribentis mihi ut fratrum maiorum, & honorādorū, requisitus de subscriptione, & approbatione, quatenus iustitia patiatur, animaduerto super duobus consistere difficultatem.

Primum est, utrum testamentum ultimū conditū per magnificum uirum Iacobum domini Iunctę, in quo filios suos, & nepotes ex filio hæredes fecerat, de iure ualeat, & ita per illud sit reuocatum præcedens quoddam aliud testamentū per eundem factum, in quo nepotes ex filia hęredes instituerat.

Secundum est, posito, absque ueritatis præiudicio, ꝙ ultimum illud testamentū ex defectu aliquo de rigore iuris non subsistat, utrum præcedens sit reuocatū per expressa uerba re uocatoria per prædictū testatorē ꝓlata, de quibus in ꝓcessu.

Circa primum ego nihil pro nūc dicam, cum superiori-

 bus

bus diebus super eo reddiderim consilium meũ, in quo ple-
nissimè, & iuridicè (ni fallor) demonstraui prędictũ ultimũ
testamentum de iure subsistere, & ita per illud esse reuocatũ
pręcedens, & quod tunc dixi, & cõsului, iterum dico, & con-
sulo, ad ibi dicta me remittendo. Circa secundum uerò licet
superfluum sit disserere stante conclusione, de qua in dicto
consi. tamen ut consultanti etiam in eo morem geram, omni
bus bene cõsideratis arbitror reuocationem pręcedentis te
stameoti omnino ualere, & seruandam esse, dato millies q̃ se
cundum illud testamẽtũ de rigore iuris non subsistat, quem-
admodum etiam concludunt pręfati excellentissimi Con-
sultores, & quamuis per eos omnia plenissimè, & doctissimè
discussa fuerint, ita ut nullus locus aditioni relictus uidea-
tur, tamẽ ut rem ipsam degustasse uidear, placet ea infrascri
ptis conclusionem ipsam uerissimam ostendere, instando so
lum super substantialibus, & necessariis.

1 †Considero ergo primũ, & ante omnia, q̃ in materia testa-
mentaria, & vltimæ voluntatis, an scilicet valeat testamẽtũ
aliquod, vel non, sit reuocatum, vel non, & quomodo debeat
interpretari, perquirenda est testatoris mens, & volũtas, quæ
totum facit l. ex facto. la grande, circa medium. ff. de hæredi
bus instituẽdis. & primum locum tenet, & omnia regit l. in
conditionibus primum locum, in principio. ff. de conditio.
& demonstratio. & propterea dixit tex. in l. prima. C. de sa-
erosanct. eccles. nihil magis hominibus deberi, quàm vt vl-
timæ voluntatis liber sit stilus, & licitum, quod non redit ar
bitrium; vnica enim est legis intẽtio, vt suprema hominum
iudicia impleãtur, vt inquit Imperator in auctenti. de iure-
iuran. a mor. pręsti. in principio. collatio. 5. & hoc etiam pu-
blicè expedit, vt l. vel negare. ff. quemadmodũ testamen. ape-
2 rian. †& propterea meritò statutum fuit à lege, vltimam vo-
lũtatem ambulatoriam esse, vsque ad mortem, & ex arbitrio
posse semper reuocari l. cum hic status. §. ait oratio. ff. de do-
natione inter virum, & vxorem. & l. quarta. ff. de aliment. leg.
& adeo q̃ quis in testamento non potest se obligare ad non
reuocandum, & si fecerit, eo non obstante semper aperta erit
sibi uia ad reuocandum; vt l. si quis in principio testamenti.
cum sua materia. ff. de legatis tertio. vbi aliquando post alios
dixi, & in l. si mihi, & tibi. §. in legatis. & ibi doctores tradũt.
3 ff. de legatis primo. † Et in tantum est attendenda voluntas
testatoris, vt etiam si per cõiecturas intelligi possit, sufficiat.
l. cum proponebatur. ff. de leg. 2. Illa enim quomodocunque
intelligatur, posthabito verborum rigore prolatorũ, vel nõ
prolatorũ, & stricta iuris obseruãtia debet præualere, & ob-
seruari l. tertia. C. de liber. præter l. quoniam indignũ. C. de
testamẽ. & l. cum virum. C. de fideicom. cũ similibus. Solum
itaque in proposito diligenter perquirendum est, vtrũ mẽs,
& uoluntas testatoris prędicti fuerit omnino testamentũ il
lud præcedens reuocare, & quare etenim cognita eius volun
tate non est dubitandum, quin debeat illa omnino seruari
per prædicta. Immo dicit Imperator in §. disponat. in auctẽ
ri. de nupt. collatione quarta. q̃ voluntas testatoris erit lex, &
pro lege debet seruari. Quare omnibus in facto contingen-
tibus rectè, ac maturè cõsideratis proculdubio arbitror, præ
dictum testatorem omnino voluisse reuocare præcedens te-
stamentum, & illud in fauorem filiorum, & nepotũ ex filio,
& ita cum voluisse ex pluribus per prędictos excellentis. con
sulentes ostensum fuit, quę concludenter illud probant.

Et præsertim quia expressis verbis, & reiteratis manifeste
dixit, q̃ reuocabat testamentum factum in palatio, de quo ro
gatus erat ser Alexãder, ita quidem, vt nõ cadat dubitatio, de
quo testamento reuocando senserit, cũ ita explicitè, & in in-
diuiduo illud demonstrauerit. ratione enim talis demonstra
tionis dicimus rem certam habere l. certam. ff. si certũ peta
tur. cum similibus, & sic non est opus tractare illam quæstio-
nem, quando plura testamenta præcesserant, quale dicatur re
uocatum, de qua per doctores in l. si quis in principio testa-
menti. ff. de legatis tertio. Et talem reuocationẽ fecit; quia vo
lebat filios suos, & sic ab intest. venientes sibi succedere, vt
probatur ex eo; quia in vltimo testamento q̃ facta tali reuo-
catione faciebat eos institui. Placet etiam multùm illa ratio
quæ sumitur a cessante ratione illius præcedentis testamẽti,
4 † in quo parum filijs proprijs reliquerat contra naturale, &
commune votum parentum, quod est parare diuitias filijs, vt
l. scripto. in si ff. vnde libe. & contra stimulum naturalis ra-
tionis, iuxta l. cum ratio. ff. de bon. damna. Illud enim fecit,
prout ipse testator asseruit, & aliqui testes deponunt pp irã,
& indignationem quandam, quam habebat aduersus filios,
licet fortasse nulla subesset iusta causa, hæc autem causa cessa
uit; quia cum filiis pacem fecit, & reconciliatus fuit, meritò
ergo cessante causa illius testamenti illud voluit omnino re
uocare, & quidem filiorum fauore, quibus vt cum ei recon-
ciliatis relinquere voluit, prout postea expressit filios insti-
tuendo, nulla igitur cã amplius existente non est tolerandũ,
vt iniuriam filij patiantur ex paterno testõ, iuxta l. non est n.
5 & ibi nota. per Ange. ff. de inofficioso testamẽto. †& assertio
ni testatoris, quam fecit de causa prædicta standum est, cum
penderet ex animo suo l. prima. C. de fal. causa adic. lega. &
l. ex hac scriptura. ff. de donatio. & ita in proposito per dicta
iura dicit Ias. in consi. 219. testamentum istud. secunda co-
lumna. secundo volum. & pro hoc adde Bar. in l. 3. §. si ff. de
adimend. lega. dum vult, quòd exhæredatio filij facta ex iusta
causa censetur reuocata, si inter patrem & filium sequuta sit
reconciliatio, & ita etiam post Bar. firmat, & multum no. Ias.
in l. in arenam. col. si. C. de inofficioso testamento. refert, & se
quitur Hippolytus de Marsilijs in rubrica. ff. de fideiussori.
nu. 220. ubi etiam adducit multa similia.

6 † Probatur etiam hæc eadem voluntas; quia ipse testator
asseruit in ea consistere animæ suæ salutem, hoc est, q̃ nisi re
uocationem faceret, & filii relinqueret, non credebat posse
saluari, unde cum nemo credatur immemor suæ salutis per
iura uulgaria, & dixit Fulgosius in consi. 39. ad primum vi-
detur, & anima cunctis rebus sit pręponẽda. cap. cũ infirmi
tas. de pœniten. & remiss. ca. solitæ. de maiorita. & obidiẽ. &
c. inspicimus. 11. q. prima, cum vulgaribus, sequitur, quòd p̃
salute animę suę dicitur omnino voluisse reuocare, vt supra,
prout verò, & apertissimè reuocauit, & quia hæc virtualiter,
& alia quædam per primos Consulentes deducuntur, aliter
non insistam. Ostensa ergo voluntate testatoris de reuocan-
do, vt supra, & sic quòd instituti in præcedenti testamẽto nõ
habeant, satis apertè sequitur, testamẽtum illud omnino eua
cuatum, & iuribus non subsistere, & durum, immo impiũ ar
bitrer, hominem, qui institutis in tali testamento contra ex
pressam testatoris volũtatem vellet hæreditatem deferre per
prædicta, & pro ista opinione (ni fallor) verissima est casus in
l. prima. §. penultimo. ff. si tabu. testa. nullæ exta. dicitur enim
7 pro regula, † quòd si hæres institutus non habeat voluntatẽ
testantis, qui eam mutauit, succedere non potest, sed bona ve
niunt ad venientes ab intesta. si ipse voluit intestatus decede
re, quod intelligo, si aliud testamentum non fecit, vel aliter
constat, quòd fauore venientium ab Intestato volũtatem mu
tauit. Et licet in dicto §. penultimo. ponatur exempla de in-
cisione tabularum, vel cancellatione; tamen illa non restrin-
gunt regulam, maxime cũ ibi statim dicatur, uel quia alia ra
tione uoluntatem mutauit, semp enim regula procedit, quo
modocunque hæres non habeat uoluntatem testatoris, ita il-
lũ tex. in terminis nostris inducit, & declarat Barbatia in cõ
sil. lx. illud afferam. colum. 11. 2. uolum. Sed in proposito nõ
est dubiũ, testatorem mutasse opinionem, & fauore uenien
tium ab intestato, vt ex prædictis cõstat. ergo sequitur, quòd
instituti in primo testamẽto nõ dicuntur habere amplius te
stantis uoluntatem, meritò sunt omnino repellendi, p̃ut cõ-
cludit Barbat. in loco præallegato. Et ex prędictis uidetur
sublatũ, quod uidebatur urgere de doctrina Barto. in l. si iu
8 re. ff. de legatis tertio. † dum uult, non reuocari testamẽtum
ex eo tantum, quòd quis dixerit, nolle testamentum, quod fe-
cit, ualere per §. penultimũ. institu. quibus modis testamen.
infirm. & idem etiam uidetur p̃bari in l. sancimus. C. de te-
stamentis, dum ibi cum contraria uoluntate requiritur cur-
sus decennij. Nã iura prædicta, & op oio Bart. debet intelligi
quãdo sumus in dubio, & nõ cõstat, qua ratione testator dixe
rit se nolle primũ testamẽtũ ualere, poset. n. dubitari, an fece

rit

tit fauore fisci propter indignitatem hæredis scripti, an ve
rò fauore veniētiū ab intestato, an quia volebat facere aliud
testamentum,& alios hæredes facere: tunc enim lex in tali
dubitatione non credit eum voluisse decedere intestatum ꝓ
pter fauorem causæ testati, cum iam testamentum vnum fe-
cisset, ita si rectè aduertatur colligitur ex mente Bartoli ibi,
& aliorum qui eum sequuntur, licet non ita clarè loquatur.
Et propterea ibi dicit Bar. ꝙ si testator dixerit, nolo primum
testamentum valere: quia volo decedere intestatus &c. quia
tunc clarè de uoluntate testantis apparet, & nõ sumus in du
bio, dicitur primum testamentum reuocatū: vt voluntas te
stantis clara seruetur,& licet Bartolus ibi dicat, id ēt fieri:
quia per aditionem venientium ab intestato confirmabitur
adēptio ab instituto in primo testō: tamen illud ita pōt dici,
etiam ꝙ testator exprimat, quia volo decedere intestatus, mo
dò tamen illud idem testatorem uoluisse constare possit, ita
ut venietes ab intestato dicātur habere uolūtatem testantis,
prout semper nullo valido testamento existente dicuntur ha
bere, vt l. conficiuntur. post principium. ff. de iure codicillo.
Quamuis etiam illud dictum Bartoli de confirmatione adē-
ptionis per aditionem venientium ab intestato, reprobet ibi
Cumanus, dicens, ꝙ est vna truffa, vt per eum, quem in hoc
refert,& sequitur Angelus de Perigl. in d. l. si iure. prout ve
rum vr: quia poterit ademptio confirmari per aditionē ve-
nientium ab intestato, etiam si testator non dixerit, quia vo-
9 lo decedere intestatus, ut infra dicam. † Et licet ista suffi-
ciant ad euitandam illam opinionem Bartoli. Tñ ad clario-
rem iustitiam conclusionis supra per nos firmatæ pōt dici,
ꝙ illa opinio Bartoli non sit de iure vera; qm̃ si quis post fa
ctum testamentum dicat,& solenniter coram sufficienti nu-
mero testium, ego reuoco tale testamentum, & uolo illud va
lere; quia voluntatem mutaui, vr iustum, & æquum testamē
tum esse reuocatum, etiam si non fuerit dictum; quia volo de
cedere intestatus, & istud videtur apertè probari in dicto §.
penultim. l. primæ. ff. si tabul. testa. null. ex ta. & ita istam
opinionem contra Bartolum firmat Baldus in l. sancimus.
C. de testamentis. in principio. dicens, ꝙ ratio naturalis ita
dictat,& verè ita est, nam sicut eo modo posset testari, loquen
do de testō nuncupatiuo, & sic hæreditatem dare, ita debet
posse testamentum reuocare,& hęreditate priuare,& ista pri
uatio secundùm Baldum ibi transit in suum effectū, quia cō
firmabitur ad aditionē venientium ab intestato, quibus cre-
ditur in tali reuocatione uoluisse prospicere; cū de alia eius
voluntate non appareat, per regulā dictę l. conficiuntur. ff. de
iure codicillo. Et tātum erit, ac si testator expressisset, se uel-
le decedere intestatum, nec videtur, ꝙ in ea dubitatione, de
qua supra, eligatur via causæ testati, cū cōtra eam stet expres
sa volūtas testatoris,& dicere forte, uolebat aliud testamentū
facere, non uidetur omnino securum: quia dicam ego,& for
te nolebat, sed intestatus decedere, cum si uoluisset facere, po
tuisset,& satis alienum esset à uera mente legis, ac etiam ini-
quitatem saperet,& uoto testatoris repugnaret fauore causę
testati potius conseruare testamentum expressam uoluntatē
testatoris, quam dare uenietibus ab intestato secundùm pre-
sumptam uoluntatem, debet igitur fieri totum contrarium,
& ista cōsideratio (ni fallor) quadrabit cuilibet sensato, & ra
tionabili intellectui, & cum ista opinione Bald. contra Bar-
tolum uidetur tenere Salycetus in dicta l. sancimus. cum opi
10 nionē Baldi ponat ultimo loco. Semper enim quis uidetur
cum ultima opinione transire, iuxta glo. in l. qui filium. §. Sa
binus. ff. ad trebellianum, & tradit Bartolus in l. bona fides
ff. depositi. Et si dicas, ꝙ Salycetus ibi refert aliam opinionē
quę sumitur ex glo. per eum allegata, dicam, quòd super ista
non se firmat, sed cogitandum relinquit,& sic rectè intuēdo
Salycetus, uel tenet opinio. Baldi, uel putat distinguendū, an
quęras, an testamentum tollatur ipso iure,& dicas ꝙ nō, aut
ope exceptionis, & tunc secus. Quod etiam seruiret in casu
nostro, ut infra dicam unum uerbum. Hanc opinionem Bal.
non contra Bart. tenuit insignis doctor do. Honofrius de Pa
nolinis Perusinus, prout eū refert, & sequitur Imo. in l. si ita
scriptum. §. regula. in fi. ff. de liber. & posthu. & idem uī te-
nere in l. proximè. ff. de his quæ in testamēto delentur. Et ita
etiam refert,& sequi videtur dictum Honofrium Auge. Are
tin. in §. penultimo, insti. quibus modis testamē. infirm. post
notabilia, in versic. aduertendum est, aut saltem Areti. ibi se-
quitur distinctionem Salyce. modò relatam. Licet, attento, ꝙ
vltimo loco refert Honofrium, melius sit dicere, ꝙ cum eius
opinio. transeat per prædicta. Et ista opio. Bal. contra Bar. fir
mat & ex pluribus cōprobat Barb. in d. consil. 60. 2. uolu. in
secunda dubitatione per totam, maximè in colum. 15. consi-
lij, per quem plura inuenientur ad casum nostrum contra in-
stitutos in præcedenti testamento. Et inter cætera cōtra opi.
Bar. considerat, quòd illa dicitur multum captiosa testatori-
bus vulgaribus, qui nesciunt dicere: quia volo decedere inte
status, arbitrantes id sequi reuocato testamento. Et maximè
hoc procedit, quando præcederet testamētum nuncupatiuū
quod potest tolli per actum facti incidendo, vel cancellando,
prout fieri potest de testamento in scriptis. Et ibi per Barb.
respondetur ad omnia iura, & rationes Bar. & sequacium, &
plures pro ista opi. allegantur, ad quem me remitto. Et istam
opi. tenuit etiā Pet. de Bel. in d. l. si ita scriptū. §. regula. & ita
eum refert,& istam opi. sequitur do. Gui. Papæ in q. 200. Ti-
mardus Sumerij,& in consil. 147. Consiltum pro R. 3. col.
versi. ad tertium dubtū. Et licet do. Guido intelligat hoc, qñ
interuenerunt septem testes; tamen illud dicit habito respe-
ctu ad solennitatem de iure communi regulariter requisitā,
sed in casu nostro sufficerēt tres, cum tot regulariter in ciui
tate Senarum sufficiā pro solennitate testamētorū, imò isto
casu etiam duo sufficerēt, cum tot de iure communi in testa-
mento inter liberos sufficiant, vt dixi in alio consilio pro cō
seruatione vltimi testamēti reddito. Et ex his habemus opi.
istam contra Bar. optimis rationibus, & pluribus, ac magni
ponderis auctoritatibus roboratā, ita ut facile sit cuicunque
iudicaturo ab opi. Bar. recedere,& pręsertim cum Bart. dubi
tatiuè loquatur, quod patet, dum dicit, Ego dicerem sic sal-
ua veritate &c. & ita etiam ponderabat Barba. in d. consi. 60.
colum. 13. Et cum totum fundamentum Barto. sit, ut per adi
tionem venientium ab intest. confirmetur ademptio facta hę
redi in præcedenti testamento instituto, & illud ęquè bene
continget, siue testator exprimat: quia volo intestatus decede
re, siue nō exprimat, vt supra dictum fuit, satis audacter dici
pōt, opi. illam Bar. non esse attendendam. Verùm vlterius cō
siderando, dico, quòd nos in pręsenti casu non sumus in pre
dicta disputatione inter Bar. & Bal. & eorū sequaces, quādo-
quidem illa procedit, quando non venit testator, dum reuo-
cat, ad nouum testamentum condendum, nec quicquam di-
xit de suis venientibus ab intest. Sed si incipiat nouum cōde
re testamentum, licet non perficiat,& sic tale testamentū, vt
testamentum de iure ex aliquo defectu non valeat, si contige
rit in eo uocari eos qui ab intest. erant successuri, & in pri-
mo erant vocati extranei, idest non successuri ab intest. dici-
tur primum omnino reuocatum, & venientes ab intest. ex
voluntate morientis non quasi ex testamento, sed quasi inte
stati voluntate muniti ad hęreditatem admittentur, casus est
de hoc clarus,& indubitatus in l. hac consultissima. §. si quis
aūt. C. de testa. per quem tex. ni fallor, decaditur casus noster
in terminis. Et licet ibi tex. requirat numerum quinque te-
stium: tñ id est respectu numeri septem testium cōiter in
testamentis requisititum, vt sic pauciores eo casu sufficiant,
vnde cum in ciuitate Senensi, vt dixi, communiter tres suffi
ciant, in tali voluntate etiam tres sufficient, vel forte paucio-
res. Si igitur est in quolibet veniente ab intest. multo magis
in proposito nostro ita dici debet, cum de proprijs filijs aga-
mus, quorum fauore sufficit quodcunq; voluntatis indiciū,
& quomodocunque de voluntate constet, reiectis omnibus
rei iuris ciuilis solennitatibus, vt tradit Alex. in consi. 104.
11 Paucis vtar. 2. vol. † Et ꝙ si in primo testamento sint vocati
extranei, dicatur reuocatum per sequentem voluntatē, licet
inualidā fauore veniētium ab intest. firmauit Aug. de Peril.
in d. §. regula. Alexand. in d. consil. 4. & Barb. in consilio 44.
Illud in medium afferam 6. colum. versi. quintò facit, tertio
uol. per quē, si rectè aduertatur, decidit in terminis casus no

ster. Idē voluit Fulg. in consi. 41. Casus talis. col. 4. Hoc idem voluit Matthe. de Afflic. in titu. de aliena. feu. §. & si clientulus 6. colum. versi. item regulariter. & in hoc est omniū cōmunis opinio nemine contradicente, vt per docto. in d. §. si quis autem. & in alijs locis preallega. Esto ergo millies, q̄ vltimō testamētum ex aliquo defectu vt testamentū nō valeat, absq; tamen veritatis præiudicio, negari tamen non potest, quin eos verbis tunc a testatore prolatis appareat euidenter de sua voluntate fauore filiorum, & contra institutus in pri-
12 mo testamento, † cū ex actu etiam inualido voluntas cognoscatur, l. fi. ff. de reb. eorū. cum simi. Cum igitur in proposito fauore filiorum ad reuocationem primi testamenti nō solō uoluntatis indicium habeamus, sed volūtatem claram, & indubitatā non video, quomodo primum testamentum possit subsistere, nisi velimus testatori, de quo agitur, contra espressam suam voluntatem eos succedere, quos ipse apertissimè succedere noluit contra d. §. pe. l. 3. si tab. testa. nu. exta. & cōtra ea quæ supra in princip. dicta fuerunt.

Debent ergo instituti in primo oino excludi, & ab eorum petitione reijci per prædicta. Quod eo præsertim procedit, cū filij possideant, & per consequens ope exceptionis se tueātur ex via de reuocatione primi testamenti opponentes, pro ut videntur tenuisse Saly. in d. l. sancimus. & Ange. Are. in d. §. pen. vt supra dictum fuit, & etiam per alios consulentes tactum fuit. Ex prædictis ergo & altjs deductis per prædictos cōsulentes concludo, primum testamentum reuocatum fuisse posito millies, sed non cōcesso, quòd vltimum testamētū vt testamentum conseruari non possit. Laus Deo.

Soci. nepos, Paduę. 1536.

C A S V S.

Nobilis Vincent. dominus Collati, de Priocis in suo vltimo testamento inter cætera voluit q̄ certo adueniente casu, qui postea euenit, do. Camilla eius filia, & filij, ac descendentes masculi per lineā masculinam ipsius do. Camillæ, essent hæredes, & si dicta do. Camilla, & filij sui masculi descendētes, vt supra, decesserint sine filijs masculis, tunc substituit pro tertia parte quendam Antonium de Princis, pro alia parte quendam Gabrielem de Litolphia, & pro alia tertia parte omnes filias dictæ do. Camillæ dicti testatoris filiæ, vt latius in testamento apparet.

Accidit, q̄ hæreditas tota vigore prædicti testamenti peruenit ad do. Collatinum filium dictæ do. Camillæ post mortem eius, quæ vltra Collatinum prædictum reliquit tres filias fœminas Collatinam, s. Claram, & Cassandram, quarum aliquæ natæ fuerunt post mortem dicti testatoris.

Decessit postea do. Collatina, & dom. Cassandra superstitibus eisdem quibusdam filijs, & hæredibus vniuersalibus.

Demum decessit dominus Collatinus prædictus sine liberis. Et sic uenit casus, quòd vigore prędictę substitutionis bona testatoris debent pro tertia parte peruenire ad filias dictę dominæ Camillæ.

Vnde quæritur, vtrum d. tertia pars tota pertineat ad do. Claram superstitem, exclusis filijs prædefunctarum sororū? an verò solū pro tertia parte illius tertię partis, & aliç doę tertię pertineant ad filios, vel filias prædictarum Collatinę, & Cassandrę prędefunctarum.

S V M M AE.

De fideicommisso cōditionali an transmittatur ad filios.

Et an filiorum appellatione veniāt nepotes in prouisione testamentaria ipsis fauorabili.

1 *Filiorum appellatione an & quando veniāt nepotes, & infra nu. 7. vsque ad nu. 15. & num. 19.*

2 *Testatoris verba debent intelligi secundum communem vsum loquendi.*

3 *Emphyteusis acquisita pro se, & filijs, nepotes non comprehendit.*

4 *Fideicommissum conditionale pendente conditione non transmittitur.*

5 *Et quando ad filios transmittatur.*

6 *Testator pōt facere, vt fideicommissum, quod aliās non esset transmissibile, transmittatur, & econtra.*

16 *Nepotes ex filijs præmortuis an à filio superstite excludantur, vide infra nu. 18.*

17 *Filij fratrum cum fratribus pariter ad fideicommissum admittuntur.*

18 *L. cum pater. §. hæreditatem. ff. de legatis secundo. quomodo procedat.*

CONSILIVM CXLVI.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.



VISO testō, de quo in puncto, ac facti contingentia bene considerata, licet propositę qōnis resolutio, vt ex infra dicēdis apparebit, apud me sit modicę dubitationis. Non tū dubitatio, aliquos fore, qui primo aspectu arbitrentur, solam dñam Claram superstitē admittēdam esse exclusis penitus filijs, & filiabus prędefunctarum sororum eius. Nam si bene ponderamus verba testamenti, testator ad illam tertiam partem solūm uocauit fi-
1 lias dictæ do. Camillę, ex quib. solūm superest do. † Clara, merito vr, q̄ illa sola sit admittenda. Nec vr, posse dici, q̄ sub nomine filiarum dicantur comprehensi nepotes, aut nepies dictæ dominæ Camillæ; quia hoc repugnat naturæ verbi filiarum, alio enim nomine filij, alio nepotes, appellantur. l. q̄ si nepotes. ff. de testamen. tut. & institu. qui testamen. tut. dar. possunt. § fi. Et maximè hoc vr dicendum in proposito,
2 † quia verba testatoris debent intelligi s̄m communē vsum loquendi, l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fundo instructo. ubi gl. & sequūtur doctores in l. liberorum. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. 3. cum multis, quæ allegari possent. Inspecto aūt communi vsu loquendi sub nomine filij nepos non intelligitur, ergo &c. Et ita per hanc rationem in simili determinat Signor. de Homodeis in consi. 147. Quidam fecit. prope finem, & bene facit pulchra decisio Saly. in l. 2. q̄.
3 21. C. de iure emphy. † dum uult, q̄ emphyteusis accepta pro se & filijs non comprehendit nepotes, quod refert & sequitur & multùm no. Ias. in l. si quis id quod. 5. col. in 13. limitatio. vbi alios concordantes allegat. ff. de iurisdictione omniū iudicum. Et quemadmodum videtur, q̄ isti nepotes, vel neptes non possint venire ex propria persona; quia vocati non videntur per prædicta, ita etiam non debent posse venire ex persona Collatinæ, & Cassandrę matrum ipsorum, si dicerent per eas ius, & spem fideicōmissi in eos, vel in eas tras-
4 latam fuisse. † Quia pro regula dicimus, q̄ fideicommissū conditionale pendente conditione non transmittitur etiam ad proprios filios, quam gl. & ibi omnes approbant in l. unica. C. de his qui ante apertas tabulas. quicquid in contrariū respectu filiorum dixerit gl. in l. is cui. ff. de actio. & obl. quæ cōiter reprobatur, ut ibi per Bar. & alios, & per Bal. & alios in l. vnica. cum concordantib. multis, qui allegari possent, vt per Ias. in consi. 142. Venerabilis. 1. col. in fi. & in consi. 203. Vannotus de Catania. 3. col. uer. 2. & fortius. 2. uol. & ista regula probatur in l. vnica. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de cadu. tol. in sui generalitate, & similiter etiam probatur in l. si cum hæres. ff. quando dies legati cedit. Cum ergo filię dñę Camillę per fideicommissum vocētur ad illam tertiam partem sub conditione, videlicet si deficiant masculi ex dom. Camilla descendentes, sequitur, q̄ prædictæ Collatina, & Cassandra, quæ ea conditione pendente decesserūt, ad suos filios nihil transmiserunt. His tamen non obstantibus (prout verè non obstant) arbitror clarum & apertū ius esse in contrarium, ut. s. isti nepotes uel neptes ad suam ratā illius tertię partis admittantur unà cum dicta domina Clara in stirpes scilicet, & non in capita, & licet pro ista con-
clusione

clusione posset forte considerari, quòd prędicti nepotes, vel
neptes dominæ Camillæ venire & admitti possint ex perso-
na matrum, vt sic per eas ius fideicommissi dicatur transla-
5 tum; †quã licet gl. in d. l. is cui. sit communiter reprobata; ta
men in certis casibus procedit, & defenditur, videlicet, quan
do de uoluntate testatoris constare posset ẽt per coniecturas,
q̃ voluerit conditionale fideicommissum ad filios transmit-
ti, ut plenè per Bal. in d. l. vnica. C. de his qui ante apertas ta-
bulas, & per patruum & dñm meum Socinum in l. hæredes
mei. §. cum ita. ff. ad Trebellianum. nam cum uoluntas testa-
toris ante omnia sit attendenda. l. penul. ff. de leg. 1. & l. cum
6 proponebatur. de leg. 2. cum simil. †Potest testator facere, vt
fideicommissum, quod aliàs non esset transmissibile, trans-
mittatur, sicut etiam potest per contrarium: vt tradit Ias.
plurima adducens in consil. 154. Testator habens. tertia, &
quarta columna. & sequen. quarto volu. & Deci. in consilio
574. in causa quæ agitur. prima columna, in fine, & sequen.
& ea multis coniecturis, quæ per Bald. & dominum meum
Soc. & alios in locis prædictis considerantur, aliqua posset
forte adaptari ad casum nostrũ, & posset forte dici, sic testa-
torem uoluisse; quia vocando filias dominæ Camillę non vi-
detur ad eas habuisse particularem affectionem, nisi inquan-
tum & ipsa domina Camilla descẽdebat, maximè quia dici-
tur vocasse nedum natas tunc, sed etiã nascituras, propter il-
lud verbũ omnes filias &c. qui enim omne dicit, nihil exclu
dit, l. Iulianus in principio. de legatis tertio. & c. si Romano
rum. decimanona distinctione, cum similibus. Et nisi hoc di
ceremus, domina Clara prędicta vocari non posset, cum na-
ta fuerit post mortem dicti testatoris: ista autem considera-
tio procedit etiã respectu nepotũ, vel neptũ do. Camillę: cũ
& ipsi ab ea dicantur descendere, & sic cũ testator videatur
etiam de nepotibus habuisse considerationem, videtur posse
dici, q̃ Collatina, & Cassandra, licet cõditione pendente de-
cesserint, in suos filios, vel filias fideicommissum transmise-
rint ex coniecturata mente testantis. Si enim de hoc fuisset
interrogatus, verosimiliter respondisset, velle fieri transmis
sionem per prędicta, & propterea uidetur, q̃ hoc nos inter-
pretando dicere habeamus, iuxta vulgatam illam glo. cõiter
approbatam in l. tale pactum. §. fi. ff. de pactis. cũ multis, quę
ad hoc cõgeri possent. Licet (inquam) prędicta forte dici pos
sent, propter quę remota essent, quę vltimo loco in cõtrariũ
allegata fuerunt; tamen pro nunc non intendo prędictã dif-
ficultatem aliter discutere, nec in ea quicquam firmare: quia
non est opus, cum ex alio conclusio supra posita in fauorem
istorum nepotum clarissima sit, & secundùm communẽ opi-
nionem docto. de plano procedat, vt statim demonstrabo.

Dico igitur, istos nepotes ex propria persona esse admitten
dos tanquam a testatore vocatos; q̃m q̃n testator vocauit ad
illam tertiam partem omnes filias dominæ Camillę, dicitur
vocasse etiam nepotes, vel neptes eiusdem, mediante perso-
na filiarum, quæ premorerentur saltem per iuris interpreta
7 tionem; sæpissime enim† filiorum appellationem veniunt ne
potes. l. filij appellatione. l. iusta interpretatione, & l. libero-
rum. versi. sed & Papinius. ff. de verborum significatio. Et
quamuis in contrarium videatur d. l. quòd si nepotes. de te-
stamen. tute. cum alijs supra allegatis, & propterea articu-
lus ipse in se, vtrum. s. appellatione filiorum nepotes veniãt,
sit valde dubius, & hinc, & inde reperiantur decisiones ma-
iorum nostrorum secundùm varietatem casuum, & rationũ
ut etiam inquit Corne. in consi. 293. Tota vis. secunda co-
lumna. versi. & licet ubi essent. quarto volumine. Et pro &
contra arguit Bal. & non resoluit in consi. 304. Ad euiden-
tiam. prima col. 2. uol. & multas opiniones refert, & tandem
suam distinctionem ponit Signorolus in consi. centesimo
quinquagesimoseptimo. In quęstione, qua quęritur, & in d.
consi. 247. Tamẽ in proposito casu omnino tenenda est pars
affirmatiua, vt sic isti nepotes, vel neptes dominę Camillę di
cantur vocati, uel uocatę sub nomine filiarum eiusdem, uã
quicquid sit in aliis casibus contingentibus (quos ad præ-
sens nõ intẽdo disputare) quando testator loquitur de filijs
disponendo, puta uocando eos ad fideicõmissum, maximè si

talis dispositio nemini sit onerosa, cõprehenduntur in effe-
ctu etiam nepotes sub filiorum ꝓlatione, prout singulariter
voluit Bartol. in dicta l. liberorum. secunda columna. uersicu
lo. aut eis prouidet eos instituendo. de verborum significa-
tionibus. mouetur per dictam l. Lucius Titius, la secunda. ff.
de hæredibus instituen. vt per eum. Et reperio, quòd idẽ, se-
cundùm Bartolum, voluit Iacob. Butrigarius in quodam suo
consilio incipiente. Condidit testamentum. quod reperitur
impressum inter consilia Bal. numero 264. quarto volu. vbi
valde subtiliter loquendo facit multa capita, & inter alia fir-
mat, & concludit, quòd si in testamento dicatur, bona veniãt
ad Titium, & eius filios, dicentur vocati etiam nepotes Titij,
vt per eum, & bene seruit in casu nostro, in quo primò voca
ta fuit domina Camilla cum masculis, & postea deficiẽtibus
masculis, vocantur filiæ ipsius dominę Camillæ. idem etiam
clarius voluit Bald. in consilio 302. Non continentur. quar
8 to volumi. †concludens quod appellatione filiorum ueniunt
nepotes in prouisione testatoris, in qua fit mentio de filijs
personæ viuentis, & dispositio, seu prouisio illa fundatur,
seu fit propter naturalem caritatem, & sanguinis cõiunctio-
nem, vt per eum, quæ sine dubio concurrũt in casu isto. Fuit
enim per testatorem facta prouisio fauore filiarum dominę
Camillæ, fuit facta mentio filiarum personæ viuentis, cũ do
mina Camilla tũc viueret, & talis prouisio, siue dispositio so
lùm fuit facta propter naturalem caritatem, & coniunctionẽ
sanguinis, vt de se notum est. Sic igitur dico, q̃ Bald. ibi in
terminis casum nostrum decidit. Et maximè hoc dicendum
est in proposito nostro: quia isti nepotés, sicut etiam filiæ do
minę Camillæ erant, sunt de descendẽtibus dicti testatoris,
quod multũ considerari debet, prout considerat Bald. in con
silio 361. Opiniones. quarto volumine. Dicam ergo, cũ ratio
eadem reperiatur in istis nepotibus dominæ Camillæ, quę in
eius filiabus considerari potest, maximè q̃ cum etiam futu-
ras filias vocauerit, vt supra dicebam, circa viam transmissio
nis, debet idem ius statuj, & voluntas testatoris saltem per
9 interpretationem trahi etiam ad nepotes. † Et quòd in pro-
uisione testatoris appellatione filiorum veniant nepotes, qñ
in eis est eadem ratio, voluit etiã Romanus in consi. 129. Li-
cet magna. Idem etiam, & multùm ad propositum nostrum,
voluit Imol. in l. Gallus. §. instituens. ff. de liberis. & post-
hum. dum vult, quòd in ꝓuisione testatoris de filijs Collat.
in incertum futurum euentum sub nomine filiorum veniũt
etiam nepotes, vt per eum. Nam, & in casu isto filiæ domi-
næ Camillæ sunt vocatæ in futurum euentum, & incertum,
videlicet si defuerint descendentes masculi dominæ Camil-
læ. & opinionẽ Imol. refert, & sequitur Angelus Aretinus in
§. fi. 3. colum. prope finem. institu. qui testamento tutores dari
10 possunt. †Et quòd in proposito casu & similibus appellatio-
ne filiorum veniant nepotes in prouisione testatoris, sequen
do in hoc doctrinam Bar. in dicta l. liberorum, tenuit Petrus
de Ancha. in clemen. prima, secunda columna, versic. primo
casu. extra de baptism. idem etiam sequitur Anto. de Butrio
in c. quibusdam. secunda colu. versi. secundo casu. de pœnis.
& in c. secundo. de verborum significatio. vbi etiam idẽ se-
quitur Cardinalis in secunda quæstione. qui etiam idem vo
luit in dicta clementina prima, de baptis. columna fi. dum se
remittit ad dicta per se in dicto c. secundo. Hoc idem simpli
citer sequendo Bart. in d. l. liberorum, pluries consulendo fir
mauit Alex. vt in consilio nono. Visis. prima, & secunda col.
vbi dicit opin. Bart. veram & communem, & in consilio 61.
Super eo. secunda columna, primo volumine. in consil. quin
to. Circa primum. prima columna, versiculo sed premissæ, &
in consilio 26. Videretur fortasse. prima colum. in fine, ter-
tio uolumine. & in consilio 27. Viso themate. per totum, sex
to uolumine. & alibi sæpe. Quod etiam latè discutiens sequu
tus fuit dominus Marianus Socinus auus meus in consil. 14.
Sequendo ordinem. in prima quæstione, & etiam dominus
Barthol. eius filius patruus, & dominus meus in consilio 90.
Abunde, & subtiliter. prope fin. versicu. pro hoc etiam. pri-
mo volumine. & in consilio 249. materia pręsentis consul-
tationis. prima columna, secunda volum.

Idem etiã & pluries sequutus fuit Andr. Barba. vt patet per eum in consilio 10. Sapienter scribitur. quinta colum. 2. volumine. in con. 55. Præclarè scribitur, sexta colum. ver. & præmitto, & in consilio 63. Præclarè scribitur. secunda columna eodem secundo volumine. Hoc idem sequitur Corne. in consi. 107. De pluribus. 7. & 8. col. 2. volum. præsertim si dispositio sit in fauorem descendentiũ testatoris, prout in casu nostro. Et istam opinionem sequi videtur & communem asserit Ias. in d. l. Gallus. §. instituens. quinta, & sexta columna, & apertius illam firmat in consilio 53. Ioannes Bartholomæi. 3. columna. tertio volumine, & ibi asserit eã esse cõmunem. Idem etiam firmat Decius in consilio 491. In casu proposito. secunda columna, & maximè quãdo dispositio de filijs confertur in futurum, & incertum euentum, prout etiã voluit Imo. in d. §. instituens, & Ang. Aret. in d. §. fi. insti. qui testamen. tuto. dar. possunt, & supra retuli. Eandem opinionem sequitur insignis doctor dominus Stephanus Bertrandus Gallus in consil. 196. Viso consultationis themate. in secundo quæsito, secundo volumine, & etiam dominus Bartholomæus Cassaneus similiter Gallus in consil. 67. Ad pri-
11 mum dubium. columna octaua. numero 59. † vbi etiam generalius videtur loqui, dicens nepotes sub filii nomine contineri, quando de filio ab homine fit mentio, sed debet intelligi quando dispositio, & ipsis filijs, & nepotibus fauorabilis sit. Hoc idem etiam approbat insignis modernus Andreas Alciatus in d. l. liberorum. in prima specie, dicens receptius esse, & sic procedere secundum communem opinionem, quod quando filijs prouidetur, & in eorum fauorem disponitur, sub nomine filiorum veniunt nepotes, vt per eum.

Quod etiam nouissimè sequitur dominus Ioannes Antonius Rubeus in consilio 8. Præsupponitur in facto. in fi. & in consil. 28. Circa præmissam. tertia colum. vbi concludit, quod (quicquid sit, quando testator filios grauat) quando illis prouidet, & in eorum fauorem disponit, filiorum appellatione veniunt nepotes, & ex his constant istam opinionem esse cõmunem, & propterea præsertim consulendo, & iudicãdo nõ esse recedendum, licet nonnulli reperiantur aliquando contrariũ tenuisse. Sic igitur remanet in proposito casu clara cõclusio, quod filiæ vel filij præmortuarum Collatinæ, & Cassandrę vnà cum domina Clara debẽt admitti velut nepotes, vel neptes dominæ Camillæ comprehensi, vel comprehensæ in effectu appellationa filiarum eiusdem dominæ Camillæ. Et pro ista opinione in casu isto facit pulchra ra. quę plurimũ
12 & præcipuè mouit; † nam semper verba testatoris sic sunt interpretanda si quo modo patiantur, vt ipse videatur se conformare cum dispositione iuris, iuxta tradita per Bar & alios in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trebellianum. cum similib. vnde sicut de iure ab intestato isti nepotes vnà cum domina Clara succederent, siue inspiciamus personam testatoris, qui erat eis proauus, vt in §. cum filijs. institu. de hæredi. quę ab intestato defe. siue etiam personã Collatini vltimo loco mortui, cum sit horum nepotum auunculus, vt in aucthẽti. cessante. & in corpore vnde sumitur. C. de legitimis hęredibus. & ita etiam debet credi, testatorem voluisse, quod erit dicendo quod sub illis verbis omnes filias dominæ Camillę, & nepotes includere voluerit, & ita in proposito multũ signãter arguit Areti. in consili. 145. Respondendo summatim. prope finẽ.
13 † Facit etiam, quod inquit Pau. de Cast. in consi. 271. Pręsens casus. ubi uult, quod institutis filijs in fauorabilibus filiorũ appellationa nepotes ueniunt, ut per eum, & si ita est in statutis, fortius in testamentaria dispositione filijs fauorabili, ar-
14 gumento l. in testamentis. ff. de regulis iur. † Nõ obstant modò allegata in contrarium; quia licet uerbum filij, de se in stricta significatione non comprehendat nepotem, tñ bene comprehendit per interpretationem, ut d. l. iusta. de uerb. significa. & ista interpretatio omnino fieri debet in casu nostro ex coniectura ta mente testantis per ea, quę dicta sunt, & ita concludunt docto. omnes præallegati pro ista opinione communi. Nec obstat, quod de communi usu loquendi dictũ fuit; quia illud posset procedere, quando mens testatoris alia non haberetur, & subiecta materia pateretur, sed in proposito mens testantis alia præsumitur, & subiecta materia. i. fauorabilis prouisio filijs aliter expostulat, vt ex prædictis constat, ergo &c. Et in proposito, quod prolatio filiorum a testatore secundùm subiectam materiam intelligatur, firmat Signoriu. in consi. 157. In quæstione quæ vertitur. in fine, recedens ob eo, quod ipse alias dixerat de communi vsu loquen-
15 di, vt per eum. † Non obstat decisio Saly. in l. seconda, quõne 21. quia illa procedit in contractibus, secus fit in prouisione testamentaria, ut in terminis declarat Ias. in d. l. si quis id quod. in 13. q. & in l. pactũ inter hæredes. post principiũ versicu. tertia differentia ff. de pactis. Concludit. n. in vtroq; loco, quod licet in contractibus filiorum appellatione non ueniãt nepotes, vt in decisione Salyce. & similib. tamen in vltimis voluntatibus bene veniunt, quod debet intelligi, quando vltima voluntas, & ipsis filijs, & nepotibus est fauorabilis per prædicta. Ex quibus remanet conclusio in fauorem istorum nepotum, secundùm quòd supra eam posui, & defendi. Laus Deo.

Soc. nepos Paduæ legens in prima sede iuris ciuilis de iero. 1536.

Dubitatio quædam contra præcedens consilium literis aduocati transmissæ.

Vidi excellentissime præceptor, elegantissimum tuum cõsilium super difficultate emergenti ex testamento quondam domini Collatini de Princis, in quo & doctè, & ingeniosè, de more tuo consuluisti, dñam Claram superstitem non excludere ab hæreditate d. quondam dñi Collatini filios, & filias do. Collatinæ, & Cassandrę prædefunctarum, & per cõsequens tertiam partem illius tertiæ partis dictæ hæreditatis spectare, & pertinere ad præfatam dn. Claram superstitẽ, & aliæ duæ tertiæ ad filios, & filias prædictarum do. Collatinæ & Cassandræ prædefunctarum. Et quoniam patrocinium, & defensionem ipsorum nepotum suscepi, & de proximo inchoandum est iudicium contra dictam dominã Claram, volui prius nonnullas difficultates, quæ me dubium, & ancipitem reddunt, ad te præceptorem meum, & patrem honorandum enodandas ac discutiendas scribere, quibus a te resolutis, ac lucidatis tuo fęlici ingenio, & auspicio ducti litẽ inchoabimus sub spe certę, & indubitatę victoriæ. Tota uis, difficultas, ac status causæ in hoc pendet, ex eo, quod testator substituerit omnes filias dominæ Camillæ dicti testatoris filiæ, an appellatione filiorum veniant nepotes, vel neptes. & sic dicti nepotes vel neptes d. Camillę dicãtur vocati, vel vocatę sub nomina filiorũ. Credo etenim, licet multi multa dixerint, quod quñ testator loquitur de filijs disponendo in eorũ fauorem, puta uocando eos ad fideicommissum, si eo tpe, quo venit casus fideicõmissi, non extant & superiunt filij, sed tantùm nepotes, appellatione filiorum comprehendantur, & veniant nepotes, & per consequens nepotes admittantur ad fideicommissum. Sed si tpe, quo venit casus fideicommissi supersunt filij & nepotes ex alijs filijs pręmortuis, an appellationa filiorum veniant nepotes & neptes, & vnà cum filia superstite admittãtur ad fideicõmissum valde dubiu & sub
16 lite. nam quod nepotes & neptes ex filijs pręmortuis excludantur a filio & filia superstite, vt esse casus apertius, in l. cum pt. §. hęreditatem. ff. de lega. 1. iuncta expositione gl. & Dy. dum tex. dicit, cũ de alijs eligendi ptãs non fuerit. f. superexistentes sunt tantùm eligendi, & non mortuorum filij, & sic nepotes, vñ appellatione filiorũ ibi existentib. filijs non veniũt nepotes ex filijs præmortuis. Quod quidem confirmatur, & corroboratur per doctrinam do. Bartho. Soc. patrui tui in l. Gallus. §. instituens. in fi. ff. de libe. & posthum. qui volens euitare d. §. hęreditatem. respondet dupliciter, & dicit, quòd ideo ibi appellatione filiorũ non veniunt nepotes & neptes. Primò; quia ibi non dixit, filijs simpliciter, sed filijs suis. Secũdò; quia ibi extabant, & superant filij, & nepotes ex filijs pręmortuis, unde cum verbum filij, possit verificari in filijs primi gradus, & dispositio in eis sortiatur effectũ, ideo ibi non veniunt nepotes. Et ideo dominus Barthol. Socinus

cinus tenet, quòd quando extant filij & nepotes ex filio præmortuo, appellatione filiorum nõ veniũt nepotes. Et propterea cũ in casu nostro extet, & supersit domina Clara filia dictæ dominæ Camillæ, dicendum videtur ex mente & verbis dicti do. Bartholomæi Soc. q nepotes, & neptes nati ex alijs filiabus præmortuis dictæ do. Camillæ nõ admittãtur cũ præfata dom. Clara, nec appellatione filiorum comprehẽdantur.

Reperi quoq; post dictũ do. Bartholomæum Soc. hoc idẽ voluisse, & tenuisse do. Iasonem in dicto §. instituens. in 6. col. ibi, istam solotionem sequitur do. Alexand. Et in iudlue duo mihi videtur cõsuluisse Corn. in pluribus locis, & maximè in consil. 131. in 3. volum. & in consilio 182. incip. Videtur. & in consil. 207. incipiens de pluribus, in 2. parte. Hæc sunt obiecta & cõtraria quæ apparent limitare omnes auctoritates per te adductas in elegantissimo tuo consil. ideo me cogitabundũ & dubium reddunt, quibus à te, tanquam à delphicò oraculo legalem responsionem expecto, & ea habita statim dictã litem contra præfatam dominam Claram mouebimus. Reliquũ est, vt me tibi deditissimum, vt soles, ames, & Alexandro filio meo mihi vti fratri dilectissimo nomine meo salutem dicas, & bene valeas.

Hieronymus Priorianus vti filius, & seruus scripsit.

Responsio ad præfatam dubitationem.

Excellentissime domine Hieronyme tanquam frater honorande, vidi dubiũ per tuam excellentiam subtiliter excogitatum cõtra consilium meum, & licet primo aspectu videatur vrgere. Tamẽ eo non obstante arbitror veram esse conclusionem per me in consilio firmatã, quicquid videatur velle pater meus, & Ias. in l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posth. dum tuendo Imo. circa intellectum l. Lucius. la 2. ff. de hære. institu. respondet ad l. cum pater. §. hæreditatem. in primo. ff. de lega. 2. Nam in eo quod volunt, non venire nepotes appellatione filiorum in dispositione testamẽtaria, quando supersunt filij. non videntur bene loqui, præsertim si eorum dictũ velimus trahere ad casum nostrum, cum regula sit generalis in contrarium, vt in consilio dixi. Et si rectè aduertantur auctoritates per me allegatę, inuenietur, quòd aliquę loquũtur etiam, quando aliqui filij extabant, cum quibus præmortuorum filij, & sic nepotes vocantur, & maximè Alexand. in consil. 26. Videretur fortasse tertio volumine. Et pro conclusione nostra facit gl. magis communiter approbata in l. cum

17 ita. §. fina. in gl. penult. ff. de lega. 2. † dum vult, per doc. declarant. q filij fratrum cum fratrib. pariter ad fideicõmissum admittantur. Et licet Bal. & quidã alij id negent. Tamen opin. gl. magis communiter recipitur; præsertim quãdo agitur de successione eius, cui abintestato pariter proximior & remotior succederent, prout excellentia tua bene nouit.

18 † Non obstat d. §. hæreditatem. qui verè nihil facit, nec etiã gl. ibi rectè intellecta ita voluit. Quæstio enim erat ibi, vtrũ hæredes præmortuorum (de hæredibus simpliciter loquẽdo repræsentãtes personam sui auctoris) debent admitti ad partẽ, & determinatur quòd non; quia mortui non sunt con fidendi cum eligi non potuissẽt, & spes illa fideicõmissi in hæredes pendẽtes conditione nõ fuerit transmissa per iura vulgaria, & hoc voluit ibi glo. si bene aduertatur, & ita declarat ibi Cumanus. Sed si superesset aliquis filius præmortuorum & sic nepos grauati, q non habeat partẽ, ibi nõ probatur: solũ enim dicitur, quòd ex his, qui eligi poterãt, superuenientes admittantur, vnde dicã, q etiam ille nepos debeat admitti, cum eligi posset, nã cum deberet filijs restituere, & ex his cui voluisset, & aliàs filiorum appellatiõe veniãt nepotes, poterant etiam nepotes eligi, ergo &c. Et hoc forte voluit Cor. in consil. 209. septima colum. 2. volu. dum dicit, q dictus §. hæreditatem, cũ glo. nihil penitus facit, nec. magnifacio allegata consilia Cornei, nam primò illud 131. 3. volum. potest euitari, quia Corn. ibi de illo dicto videt dubitare in versiculo, sed si vera est &c. & facit fundamentum suæ cõclusionis in eo, q relictum de quo ibi ad filiã & nepotes illius Laurentij non peruenisset ab intestato, vt per eũ. Contrariũ est in casu nostro; quia filij præmortuorũ cum superstite domina Clara simul venissent ab intestato, siue inspiciamus personam testatoris, siue filiæ eius dominæ Camillæ, siue etiam vltimò decedentis Collatini, ut tuæ excellentię notum est.

Similiter dico de cons. clxxxij. 2. volu. nam Corne. ibi illud non firmat, & dicit se noluisse subscribere, ut patet in versiculo possei attentari, & fundat cõclusionẽ in multis cõiecturis, ex quibus in casu suo concludit, quòd appellatione filiorum non veniunt nepotes, seu q filij cuiusdam Euangelistæ, de quibus excludendis agitur, non erant vocati. Ad illud autem, quod dicit Corne. in dicto consi. 207. mihi colu. 8. in principio. dum refert distinctionem Imolæ in d. §. insti-

19 tuens, † potest dici, quòd procedit, quando reperitur filius. s. pater nepotis; quia tunc verũ est, quòd appellatione filij non veniet nepos ille, ut cũ filio succedat: quia sic est verosimilis mẽs testatoris, & in his terminis videtur loqui Imola p Corne. allegatus, non sic ergo erit, quando extaret filius, & præmortui filij nepos, prout est casus noster, in quo omnis ratio & verosimilis mens testatoris expostulare videt, ut simul admittantur, ut in consi. dictum fuit. Hæc pauca placuit tumultuarie, & cursim scribere pro resolutione dubitationis ab excellentia tua subtiliter excitatæ.

Et ubi pleniori studio uti in re hac potuissem, fortasse plenius tuæ excellentię satisfecissem, cętera tamẽ ipsa per se supplebit, cui me plurimum commendo, & bene valeat.

Padoæ. die. 20. Octobris. 1536.

Excellentiæ tuæ uti frater Marianus Socinus.

Et secundum præscriptum consilium fuit iudicatũ Vincẽtiæ 19. Ianuarij 1538. per Magnificum & excellentissimum iurisconsultum dominũ Hieronymũ de Doctoribus ibi Vicarium, prout pars eadem die ad me scripsit.

C A S V S.

Dominus Baptista de la Rassa ciuis Mantuanus Bartholomęo uni ex filijs iure institutionis in suo prætenso testamẽto reliquit ducatos ducentos, alios uerò quinque filios masculos uniuersales hæredes instituit, & dũ uellet perficere testamentũ, & aliqua addere, forte clausulam codicillarem, superueniẽte cathatro obmutuit, & statim decessit, antequã dictũ suum testamentum scriberetur, aut perficeretur, & sic tale testamentum non fuit per notarium publicatum, aut lectũ coram testibus.

Sed notarius ei, quod scripserat dictante testatore, ipso iam mortuo addidit ista uerba, uidelicet, & dũ ipse testator uellet pcedere circa clausulas codicillares morte præuẽtus ob quẽdã cathatrũ præcipitãtem, a quo suffocatus immediate fuit, progredi ulterius non potuit. Bartholomæus prædictus, qui tunc non erat cum patre, immo per aliqua tempora seorsum ab eo habitauerat, audito tenore testamenti paterni respectu uniuersalis institutiõis fratrũ, & suæ particularis de 200. ducatis, tã ex aliquorum relatione, quàm etiam ex publica uoce tenens pro firmo testamentũ ualere; quia quod in fine acciderat, nunquam nouit, ultra non quæsiuit, immo nec ducatos 200. petijt.

Quo postea mortuo, filij eius, uidelicet dominus Pyrrhus, & dominus Baptista, minores tamen uigintiquinque annorũ in pluribus uicibus acceperunt dictos ducatos ducentos existentes in eo errore, & illa opinione, quòd testamentũ prędictũ ualeret, & in tali receptione meminerunt de ipso testamẽto, quatenus scilicet in eo erant relicti pdicti. 200. ducati præfato Bartholomæo eorum patri.

Nunc dominus Pyrrhus, qui ex eis solus superest, habẽs nouiter notitiam omnium, quæ de testatore cõtingerunt, & de uerbis per notarium in fine appositis, pretendit ex psona patris eius, & ut eius filius, & hæres ratam suam cũ alijs filijs prædicti testatoris tanquam ab intestato decedentis cõsequi in ea tamen computando ducatos ducentos prædictos, & de hoc mouit iudicium de anno 1532.

In quo per reos conuentos, & per eum multa hincinde allegata,

legata, & pducta fuerunt, & testes plures examinati, & inter cęteros examinatus fuis unus ex testibus testamẽtarijs, qui solus uiuus repeciebatur, qui ioter cętera depooit, ꝙ dũ prædictus dominus Baptista conderet testamentũ, & dum q. dominus Franciscus de Gagbloneris notarius scriberet pręditum testamentum, ipse dom. Baptista decessit, antequam pręfarũ testamentum in totũ esset scriptum, & sic ꝙ aliter noo fuit publicatum.

Istis sic stantibus, quæritur quid iuris.

S V M M A E.

De testamento imperfecto an & quandn ualeat inter liberos, & utrum acceptans relicta sibi in testamento possit contra illud uenire, & quando.

1 *Filius sufficit quòd iure institutionis uocatus sit, & si in legitima est grauatus, eius supplementum petere potest.*
2 *Institutus in rebus certis in multis loco legatarij habetur.*
3 *Clausula codicillaris in testamento inter liberos semper intelligitur.*
4 *Clausula codicillaris si sit omissa, tamẽ eius effectus, qui improtat fideicommissum non impeditur.*
5 *Fideicommissum solo nutu relinqui potest.*
6 *Testamentum conditum inter liberos ualet, etiam si fiat ratione uoluntatis imperfectum.*
7 *L. Hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. quomodo procedat.*
8 *Testamentum imperfectum regulariter dicitur nullum, etiã si in eo aliquid Imperatori relinquatur.*
9 *Testator dicitur potius cępisse testari, quàm testatum fuisse, si nõ dixerit omnia, quæ uolebat.*
10 *Lex ita de notario confidit, sicut de instrumento.*
11 *Notario asserenti ea, quæ interuenire potuerunt tempore cõditi instrumenti, creditur, nisi contrarium probetur.*
12 *Notario spectat aduertere ad qualitatem personæ testatoris, & an aliqua in eo acciderent, per quę testamentum impedieretur.*
13 *In notario assertio falsitatis non præsumitur.*
14 *Notario an credi debeat, si id, quod asserit non percipitur sensu corporis.*
15 *Testamentum ut dicatur perfectum, quæ requirantur.*
16 *Testamentum uires capit a puncto ultimo secundùm designationẽ testatoris.*
17 *Testis unus de necessarijs testamenti facit uacillare eius effectũ.*
18 *Instrumentum uim duorum testium habet.*
19 *Testamentum dicitur imperfectum, si in eo non reperitur in fine scriptum, actum & conditum, nec ualet, nec potest publicari.*
20 *Clausula codicillaris quando ad ualiditatem testamenti sit necessaria.*
21 *Voluntatis testatoris designatio dicitur pars integralis illius testamenti.*
22 *Testamentum non ualet, si testator pereat non facto legato, quod designauerat, licet in cæteris suam perfectionem habuerit, & infrà nu. 26.*
23 *Clausula codicillaris uarijs modis, & uario effectu concipi potest.*
24 *Fideicommissum quando nutu dicatur relinqui.*
25 *Testator non sufficit aliquid uelle, nisi disponat.*
27 *L. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. quando locũ non habeat.*
28 *Nil dicitur actum, quando aliud deest ad agendum.*
Forma essentialis testamenti consistit in puncto indiuisibili, & in ultimis uerbis concluditur.
29 *Vtile per inutile uitiari non debet ratione indiuiduitatis.*
30 *Testamentum nõ ualet, si pater nominat filios hęredes, & si antequam compleat, impediatur.*
31 *Solennitas iure ciuilis inter liberos relaxatur.*
Limita ut infrà nume. 35.
32 *Voluntas ubi non completur, dicitur potius cæpisse testari, quàm testamentum fecisse.*
33 *Intellectus ad. l. fina. C. fami. erciscun.*
34 *Solennitas in testamento quare requiratur.*
35 *Inęqualitas inter liberos in testamento facta inducit suspitionem falsitatis.*
36 *Testamentum imperfectum inter liberos factum quare ualeat.*
37 *Filius in testamento patris sibi hęreditatem patris ascribens in pœnam falsi non incidit.*
38 *Lex laborat, ut æqualitas inter filios seruetur.*
38 *Pater ex pluribus filijs non debet facere vnum bastardum, & alium legitimum.*
40 *Testamẽtũ secundum non valet, in quo vnus filius est pręteritus.*
. s. ꝙ condidisset, seu publicasset testamentum, nisi per filias,
& generom fuisset impeditus, ergo &c. Hæc sunt quib. for
tasse aliquis moueri posset contra prædictas filias, & generū
do. Alexandri. Istis tamen oon obstantib. prout verè non
obstant, contrarism opinionem de iure aperio, & absque ali
qua probabili dubitatione veriorem, & æquiorem arbitror,
& concludo filias prędictas; aot generum do. Alexandri nul-
lo modo incidisse in pęnas tit. si quis aliq. testari prohibo. &
ipsas filias in pace potiri debere paterna hęreditate vigore
testamenti olim conditi per ipsum dominum Alex. de ano o
1515. & nouissimè tempore suæ mortis confirmati, ut infra
dicetur. Solùm ergo difficultas consistit in his, quæ supra
in contrarium deducta fuerunt; eis. n. resolotis conclusio no
stra de plano procedet. Igitur pro ipsorum clara resolotione.
11 † Pręmitto primò, ꝙ in delictis, & ut quis vt delinqnēs pu
niatur, requirūtur probationes luce meridiana clariores, vt
est tex. in l. fi. C. de proba. & in c. sciant cuncti. 2. q. 8. cum si-
milibus. Et io specie vt pœnam prohibitionis testandi quis
patiatur, requiri clarissimam, & indubitatam probationem,
dixit Cur. ae. in consi. 56. videtur primò. secunda columna,
12 primo volomine. † Secundò pręmitto, quòd in proposi-
to, ot hac pęna quis puniri possit, requiritur probatio, quòd
defunctus testari voluerit, & quòd fuerit prohibitus, ut supra
dictum fuit. Et ultra etiam requiritur, qoòd prohibitio inter
uenerit illo eodem tempore, quo testari volebat; vt sic identi
tas temporis probari debeat. Cum. n. lex puniat eum, qui pro
hibet volentem testari, ut l. 1. in prin. ibi, voleote eo facere te
stamentum. ff. si quis aliq. testa. prohib. debet intelligi, ut pro
hibitio cum uoluntate io tempore cōcurrat, & sic in tempo
13 re uerbi, cui adijcitur verificetur, † qualitas. n. verbo adiecta
in tempore oerbi debet verificari. l. in delictis. §. si extraneus.
ff. de noxa. cum sim. vt per Alex. in consi. 59. viso themate. co
lum. fi. ver. cootrariam sententiam. 5. vol. & ita io terminis
nostris declarat in indiniduo parrum, & do. meus Soc. in d.
consi. 105. 2. col. ver. capio igitur primum. 3. vol. Et plus
etiam requiritur. s. quòd voluntas testandi fuerit reducibi-
lis ad actum testandi, tunc tempore prohibitionis, ita ot va-
lidum fuisset factum tastamentum, nisi prohibitio ioterue-
nisset, sed si non sic daretur; quia forte plura testamento ua
lidè conficiendo defuissent, etiam oulla facta prohibitione,
oidetur qoòd tunc prohibitio non debeat considerari, & mi
nus puniri, argu. l. qui commeans. in princi. ibi, dum tamen
non tardus &c. ff. de re milita. com si. & ita in termiois per il
lum tex. & alia quędam firmat singulariter Corn. in consilio
289. quia primò de personis. col. pen. versic. concurrunt ēt.
secundo oolumi. Nec huic dicto ob. doctri. Barto. in l. fi-
oa. colum. fin. ff. si qois aliq. testa. prohibue. versicu. quęro,
14 pone quòd testator; dum uidetur uelle, † quòd licet aliàs te
stamentum iam factum simplici uoluntate remoueri nō pos
sit; tamen si testator dicat, quòd coactè illud fecit, & libēter
mutaret, nisi timeret nominando a quo timet, facit illū indi
gnum sua hęreditate, & tamen ex sola mutatione non face-
ret

ret validam mutationem testamenti. l. sancimus. C. de testa.
quoniam Bar. non dicit, quod tempore, quo talia verba testa-
tor protulit, non haberet facultatem mutandi testamentum,
quinimmo præsumendum est, quòd haberet; & solus timor
erat causa non mutandi, quando autem non nominasset, per
quē metus inferebatur, nō potest dici aliquis indignus quia
nescimus, de quo ille sensit, & testamētum primum non tol-
litur: quia testator non vltra processit, & simplici voluntate
tolli non potest: non tamen negat Barto. quin si vltra proces-
15 sisset, potuisse validè testamemtum reuocare. † Tertiò præ-
mitto, quòd in iure nō prohibetur quis blādis verbis, & prę-
cibus, aut probabili alia suasione inducere quempiam ad sibi
relinquendam, vt l. fin. ff. & C. si quis aliq. testa. prohibue. &
ibi per doctores. Et hoc verum est, nisi iam expresse de vo
luntate testatoris constiterit, quòd alteri volebat relinquere,
puta quia iam testamentum fecerat: tunc enim nō permitti-
tur alicui ad sui commodum suadere, etiā blandis verbis mu
tationem testamenti, talis enim suasio non caret dolo, prout
de hoc pulchra de doctrina Ang. in l. fi. C. si quis aliq. testari
prohibue. & in l. non est enim. ff. de inofficio. testam. referen-
tis, ita fuisse aliàs iudicatum in fauorem pauperum instituto-
rum in primo testamento contra quosdam agnatos, qui per-
suaserant se in secundo testamento institui, & hāc decisionē
refert Barbat. & sequi videtur in c. presbyter. prima colum.
de pecul cleri. & Iaso. in l. dedi. §. fin. in quarto notabili. ff. de
condit. ob causam. Et licet ipsemet Ias. in d. l. fi. videatur te-
nere contrarium, nisi dolus probaretur. dicit tamen decisio-
nem prædictam, & Ange. doct. esse notandam: quia est vtilis
16 decisio. † & facile posset dici dolū eò casu semper prę́sumi,
cum iam testator de bonis suis disposuerit, & alteri ipse mul-
tum probabili sit ius quæsitum, cui nouus suasor quærit au-
ferre, & damnum inferre, & ita pro multùm singulari notat
Hippolyt. de Marsi. in singulari. 516. licitum est &c. dicens
quod bis illo anno iste casus Bononiæ contingerat.
Et ex his in proposito nostro infertur, illis nepotibus mi-
nimè licuisse suis verbis, aut medijs amicis suadere, & opera
ri, quòd dominus Alexander testamētum primum mutaret,
& filiabus hæreditatem auferret illos instituēdo, prout satis
clarum est illos ita procurasse. Et ex aduerso prædictis fi-
liabus licuisse omnino suis verbis, & bonis rationibus, ac sū
ma industria procurare ne primum testamentū iam factum
mutaretur. modò tamen non sic facerent, vt voluntati patris
oppugnantes illum testari, aut testamentum mutare volen-
tem dolose impedirent. Et tanto magis eis licebat, quanto
ipsę sūt filię, ad quas paterna hęreditas ab intes. ꝑuētura erat,
& i testō iā facto erāt vocatæ, & sic ꝑ eis cōcurrebat legis, &
patris expressa voluntas. Nulli. n. quærebāt ius aliquo modo
quæsitum auferre, sed proprium conseruare, damnum eui
tare, & propterea sunt in hoc omni fauore adiuuandæ. l. fin.
C. de codicil. & l. Proculus. ff. de dam. infect. cum similibus.
Non ergo peccarunt, si ad finem prædictum maximo studio
procurarunt, ne quis patrem earum molestaret, aut aliquo
modo induceret ad nouiter testandum. His ita præmissis,
& rectè contingentia facti animaduersa satis constare po-
test allegata in contrarium nullo modo obstare; vt tamen ve-
ritas manifestius demōstraretur, ad omnia singulatim respō
deatur, vt infra. Quatenus ergo dicebatur. dominum Alex.
voluisse testari, & prohibitum fuisse, ita vt sit locus pœnę ti-
tuli, si quis aliq. testari prohibue. respondetur, negando vtrū
que, non enim verè, & firmiter voluit testari domi. Alexan. &
si voluisset, potuisset; quia nemo eum prohibuit, aut prohi-
buisset. Et circa primum, quòd noluerit tunc testari, quan-
do aderat dom. Hieronymus Sanctinus notarius, quo tem-
pore prætenditur facta prohibitio, licet falsò, satis clarè ap-
paret ex proprijs verbis ipsius domi. Alexan. qui ipsi nota
rio interroganti, respondit, quòd nolebat tunc testari, cuius
dicto in hoc stādum est; cum illud penderet à sua libera vo-
luntate, quam nemo melius aperire potest, quam ipse pro-
17 prius, vt est notissimum. † Et hinc dicimus quòd in penden-
tibus ab animo nostro statur nostræ assertioni, vt dixit glo.
communiter approbata in versiculo dicit, circa medium,
in §. sed istæ. institu. de actio. tradit Barto. in l. pro hærede.
in principio. ff. de acquiren. hæredita. & in l. Celsus. dum lo-
18 quitur de bona fide. ff. de vsucapio. † Et probatur: quia ver-
ba dicuntur expressiones earum, quæ sunt in animo passio-
nes, & nemo præsumitur dixisse, quod prius mente non con-
cepisset, vt l. Labeo, & ibi doctores tradunt. ff. de supellecti.
lega. Solet enim dici, quòd vox dicitur cordis præco, & de
interiori voluntate verba procedunt, vt per Bald. in suo con-
silio scismatis in pluribus locis, maximè in decima colum.
Nec obst. quòd paulò ante dixerit, se velle testari, siue
iam factum testamentum mutare, vt aliqui testes deponunt;
quoniam posito eo pro vero, absque tamen præiudicio ve-
ritatis, respondetur, quòd ab illa voluntate recessit; cum po-
stea dixerit, se tunc nolle testari, ambulatoria est enim vlti-
ma voluntas, & ex arbitrio mutari potest. l. cum hic status. §.
ait oratio. ff. de donat. inter virum & vxorem. l. quarta. ff. de
adimen. lega. cum similibus. Et eodem modo responde-
tur ad dispositionem dom Francisci, dicentis, quòd dom.
Alexan. volebat testari, & nepotes instituere hæredes, nam ab
illa voluntate recessit, vltra quòd de instituendis nepotibus,
tunc dictus testis est singularis, sed non curo instare super
eo; cum satis sit, eum tunc noluisse testari, quo tempore, li-
19 cet falsò, prætēderetur facta prohibitio † Nec dicatur quòd
non debet præsumi illum ita incontinenti mutasse volunta-
tem argu. l. non ad ea. ff. de conditionib. & demonstra. quia
illud procedit in dubio, nos autem sumus in claro; quia dixit
proprio ore se tunc nolle testari. In clara ergo voluntate non
est locus præsumptioni dictæ l. non ad ea. & l. continuus. §.
cum ita. de verborum obligatio. Ad illud autem, quod de-
ponunt plures testes, videlicet quòd sæpe, & in diuersis lo-
cis & temporibus do. Alexan. dixerat, quòd volebat relinque
re nepotibus bona sua pro honore familię. Respondetur pri-
mò, quòd ex eo, posito q̄ sit verum, non infertur aliquid
ad prætensam prohibitionem, sed est ipsi testatori imputan-
dum, qui cum illud pluries, & etiā tempore vltimæ infirmi-
tatis facere potuerit, illud non fecit, seu potius dicendum est
quòd à tali voluntate recessit, si quando illam habuit, vt ex
20 facto demonstrauit, cum eos non instituerit, † Facto enim
voluntas demonstratur. vt l. reprehendenda, vbi gloss. &
doctores. C. de institutio. & substitutio. sub conditio. fact.
& l. Paulus. ff. rem ratam habe. cum similibus, vt per Ale-
xandri in consil. 79. circa primum. in fi. primo volumine. ex
eo ergo quòd eos non constituerit tanquam exitu quodam
probatur, quòd ipse agebat in mente sua, scilicet eos non
21 facere hæredes; † cum dici soleat, exitus acta probat,
prout in terminis nostris considerat dominus meus Soci. in
d. consi. 105. tertio volumine, mihi in principio, octaua col.
Nec obstat, quòd aliàs non præsumatur mutatio volun-
tatis. l. eum qui. ff. de proba. & capi. maiores. in fi. de ba-
ptism. quoniam illud est verum, nisi contrarium ostenda-
tur, satis est mutationem ostendi præsumptiuè, vt inquit
Corneus in consi. 92. in hac causa. tertia columna. versicu-
lo quia ad hoc respondetur, primo volumine. Sed cui du-
bium est, quòd si quando illam habuit voluntatem, con-
stat eam mutasse, & nolle eos instituere per prædicta, er-
go &c. Et mutatio ista potuit causari ex indignatione,
quam domi. Alexandri. suscepit ex nimia solicitudine Do-
22 minici, & instantia, vt testaretur, † nam indignatio mu-
tationem voluntatis operatur. l. tertia. in fin. cum l. sequen.
ff. de adimen. lega. & ita in terminis nostris considerat
Soci. noster in dicto consilio 105. sexta columna. Indigna-
tio autem dom. Alexan. erga Dominicum, & fratres osten-
ditur ex illis verbis, quando testator dicebat erga Domini-
cum, mi vuoi tu sotterrare auanti ch' io mora, io vi voglio
sotterrare tutti, & similia verba, prout testes deponunt.
Secundò potest responderi, quòd prædictis testibus,
23 † cum omnes in suo dicto sint singularis, non est adhiben
da fides. l. iurisiurandi. cum materia. C. de testib. etiam si
essent mille; quia non plus probant multi singulares, quàm
vnus solus, immo minus, vt inquit Bald. in d. l. iurisiurandi.
vndecima colum. versicu. deinde nota rationem, & dictum

vnius sępe debilitat fidem alterius, secundùm Bal. in l. de qui
bus. col. antepen. versi. sed nunquid testes. ff. de legi. tradunt
hæc Alexan. in d. consi. 21. repetitio, post prin. 4. vol. & Dec.
in consi. 153. viso processu. 5. colum. versicu. secunda testis,
cum multis alijs, qui ad hoc allegari possent. Tertiò respon
detur quòd talis voluntas non dicitur fuisse in do. Alexãdro
resoluta, seu ex verbis ab eo prolatis assumi debet; cum variè
loqueretur, sicut enim aliquando dicebat se velle relinquere
bona sua nepotibus, ita etiam sæpe dicebat contrarium, & quòd
filias suas volebat sibi esse hæredes, & quòd eas mirũ in modum
diligebat, & quòd volebat eas priuare propter nepotes, vt plu-
24 res testes deponunt. † Et sic cum variè loqueretur, prout sibi
contingebat, non potest ex sua loquela varia variatis tempo-
ribus, & ex diuersis verbis probari certa eius voluntas. l. Se-
io amico. §. 1. vbi Bar. & alij. ff. de ann. leg. & ita in proposi-
to nostro firmat dom. meus Soci. in d. cõs. 105. in fi. sextę col.
Et si qua voluntas ex varijs sermonibus dom. Alexandri as-
sumi debet, potius capiẽda est illa, vt de nepotibus sic loque
retur potius per iactantiam, quàm quòd verè ita voluerit, prout
ni considerat patruus meus Soci. in dicto consi. 105. sexta co-
lum. ver. præterea ex quo iste sæpius, de filiabus verò, vt verè
25 voluerit eas sibi succedere, sic enim lex diuina dictat. † Dici
tur enim in ea, filius ergo hæres vt legitur ad Galatas. c. 4.
de quo meminit Ias. in l. Gallus. §. & quid si tãtùm. mihi col.
18. versi. immo fortius, item lex naturæ, seu naturalis ratio,
vt l. cum ratio. ff. de bon. damnato. qua inspecta parentes na-
turali, & communi voto filijs thesaurizare dicũtur. l. scripto.
26 in fi. cum similib. ff. vnde liber. † Item etiam lex ciuilis, quę
filijs etiam fœminis primum ius succedendi tribuit, vt in au
then. de hæred. ab intesta. veni. post principium, collat. 8. &
in auth. in successione. C. de suis & legitimis, vnde credendũ
est sic dom. Alex. voluisse, cum sic prædictis legib. cõueniat.
27 † Quilibet. n. creditur velle, quod leges volũt, & cũ illis suã
voluntatem conformare; vt inquit Bald. in l. prima, 5. co-
lum. C. de sac. sanct. eccle. tradunt Barto. & alij in l. hæredes
mei. §. cum ita. ff. ad trebellianum. Alex. in consi. 52. circa hãc
dubitationem, septima colum. in fi. versic. præterea adduco.
quarto uolum. & insignis doctor Vincen. Paleot. inter consi-
lia Alexan. num. 54. viso puncto. colum. fi. in princ. quarto
volumine. cum infinitis concordantibus, qui allegari pos-
sent, & ita in terminis nostris Soc. in dicto cõs. 105. septima
colum. versicu. nec hoc verosimile est, & plus est in casu no-
stro; quia vltra præsumptam voluntatem aderat expressa do-
mi. Alexan. dispositio; cum in testamento iam filię essent hæ-
redes institutæ, & licet testamentũ iam per annos plures es-
set factum; tamẽ vires suas conseruauit, cum non reperiatur
mutatum quinimmo fuit confirmatum per ipsum testatorẽ,
vt multi testes deponunt, & constat ex rogitu domini Pau-
li Fortunati notarij de declaratione, quòd non fuerit prohi-
bitus testari, de qua infra dicam.

Quartò respondetur, esto quòd dominus Alexan. habue-
rit illam voluntatem relinquendi nepotibus; quia tamen illi ea
mediante volunt succedere, & clarum est, quòd non possunt; cũ
28 talis voluntas non sit redacta ad actum, † non enim sufficit
morientem aliquid velle, nisi ita testando disposuerit. l. qui-
dam cum filium. & ibi per doctores. ff. de hære. insti. Immo
& si deuenisset ad actum testandi, & talem voluntatem ex-
presserit, nisi testamentum perfecisset, nullum ius esset di-
ctis nepotibus quæsitum, vt l. si is qui. & ibi tradunt doct. ff.
de testam. & hoc non habet dubium. Aut volunt ex hac volũ-
tate arguere prohibitionem testandi factam do. Alex. & cla-
rum est arguum non valere, sed oportet probari concluden-
ter & clarissimè, quòd prohibitus fuerit volens testari, quòd
certè non fuit, cum ipse testari noluerit, ut dictum est, & in-
fra etiam dicetur. Demum circa hoc non obstat, quòd do. Ale-
xan. noluerit, seu passus fuerit legi scripturam illam, in qua
continebatur, vn schizzo di sua volontà &c. vt sopra argue-
batur, quoniam respondetur primò, quòd ex eo non apertè
constat. quòd tunc testari vellet. sed poterat velle considera-
re super tali scriptura, & ei addere, vel minuere, prout sibi vi-
deretur, secundũ quòd ipse dixerat, vt aliqui testes deponunt,

& postea alio tempore testari, ne ita infirmus vno eodemque
tempore ita longè detineretur occupatus, & exitus videtur
hoc demonstrasse; quia distulit testari in aliud tẽpus. Et hoc
etiam suadetur; quia notarius, & testes ordine testatoris non
fuerunt vocati, sed per Dominicum, & alios desiderantes, &
instantes quòd testaretur, vt ex multis dictis testium constat,
maxime do. Hieronymi Sancti notarij, & apertè videtur cõ-
stare ex eo, quòd do. Alex. postquam dixit, se tunc nolle testa-
ri, dixit notario, & alijs præsentibus, m'incresce che costoro
ui habbiano dato fastidio, prout deponit don Franciscus cõ-
fessor eius. Ex his enim verbis satis potest colligi, quòd prin-
cipalis intẽtio sua non erat tunc testari; quia tunc ipse fecis-
set vocari notarium, & testes, & tũc illis non dedissent fasti-
dium alij, sed ipse dom. Alex. cuius cõtrarium sonant verba
sua. Secundò etiam respondetur, posito millies quòd dom.
Alexã. ea die ab initio habuerit animum testandi. & propte-
rea voluerit legi illam scripturam, quoniam dico, quòd ani-
mum illum deposuit, & ab eo recessit, deliberans propria sua
volũtate pro tunc nõ testari, sed in meliorẽ statutũ suę psonę
differre, prout ipse expressè dixit, licet postea non curauerit
aliter testari, nisi quatenus antiquum testamentum compro-
bauit. Et vltra expressa verba sua quòd tunc noluerit testari,
apparet: quia propria manu abstulit Piperario genero suo
scripturam illam. Nec passus fuit, vt vltra in eius lectura pro-
cederetur, prout plures testes deponunt. Et sicut ex eo quod
ab initio voluit illam scripturã legi, arguebatur, quòd vide-
batur habere animum testandi, ita postea ex eo quòd illã ab
stulit demonstratur, quòd recessit ab animo testandi pro tunc,
vt sic cõtrariorum eadem sit disciplina, iuxta tradita per do-
ctores in rubr. ff. de acquir. poss. vbi vltra alios plenè dixi,
29 † seu velis dicere, vt quòd operatur propositũ in proposito,
operetur oppositum in opposito, vt l. & si cõtrarab. ff. de vul.
& pop. & l. n. in princ. ff. de leg. 3. cum si. Ex his itaq; cla-
rissimè constat, do Alex. tunc testari noluisse, & sic primum
requisitum, vt habeat locum pœna tit. si quis aliq. testa. pro-
hibue. non esse probatum. Ex quo infertur, quòd accusati tali
pœna puniri non possunt, etiam quòd actus eorum tendis-
sent ad prohibendum, quòd tamẽ est omnino falsum. Et ma-
ximè hoc dicendum est; quia etiam quòd testari voluisset, nõ
constat, quòd validum testamentum fecisset; quia non aderat
30 numerus testium, & qui aderant non erant rogati. † Et præ-
sertim attento quòd præcedebat testamentum inter liberos,
quod dicitur habere clausulam derogatoriã ad sequentia testa-
menta, iuxta authẽticam hoc inter liberos, cum sua materia.
C. de testamẽtis. propter quod ad validitatem noui testamẽ-
ti contra filias multa requirebantur, quæ facile fuissent prę-
termissa, & sic potest dici nõ constare, quòd validum fuisset
testamentum, ergo sequitur, quòd actus prohibitorij si qui
interuenissent, quòd omnino negatur, non essent puniendi,
secundùm quòd voluit Corn. in dicto consilio 209. secundo
volum. & supra dixi. Sit tamen hoc dictum ex abũdanti; quia
veritas est, vt dixi, quòd dominus Alexan. vltimate pro nunc
testari noluit. Et prædicta sola sufficerent, vt isti accusati pu-
niri non possẽt, nec esset opus instare circa eorum verba, vel
actus, an scilicet importauerint prohibitionem testandi.

Veruntamen vt magis eorum innocentia ostendatur, &
quod nullo modo pœnam prædictã pati possint, dico, quòd
verba, & eorum actus non tendebant ad prohibitionem ali-
quam saltem punibilem, attentis his quæ in processu probata
fuerunt, sed solùm ostendunt, quòd desiderabant dominum
Alexan. aliter non testari, seu iam factum testamentum non
mutare, quod desiderium naturaliter reperitur in omnibus
successoris ab intestato: cum testamentum eis prodesse non
possit, sed potius nocere, nec tale desiderium improbatur à
iure, & verba quælibet hoc infirmo suadentia sunt à lege
permissa, vt traditur per illa iura in l. fina. ff. & C. si quis aliq.
testari prohibu. & ita in terminis dixit Cor. in consilio 84.
diu post redditum. in fin. tertiæ columnæ, primo volum.

Et idem dicendum est de actibus, & gestis tendenti-
bus ad idem, vt scilicet infirmis inducatur ad non te-
standum per eandem rationem, modò tamen ex verbis,

aut

aut actibus, nō impediatur testamentum fieri ab eo, qui om-
nino, & resoluta mente volebat testari; vt habetur in locis
prædictis, & tradit dom. meus Soc. in d. consi. 105. Hoc autē
in casu nostro non reperitur, sed dicta omnia, vel facta per
istos accusatos solùm tendebant, vt dom. Alexand. inclinare-
tur ad non testandū, vel etiam vt ab alijs nō molestaretur de
faciēdo testamēto, ꝙ similiter a iure nō prohibetur, vt plenè
per Cor. in d. consi. 84. Et hoc rationi conuenit: quoniam te-
stamenta debent esse libera, & sæpe contingit, ꝙ infirmi ad
suggestionem propinquorum testātur, ultra quàm resideret
in eorum libera, & spontanea voluntate: vt experiētia docet,
quæ dicitur rerum efficax magistra. c. quàm sit. de elec. lib. 6.
Et plus dico in proposito, quòd si actus, aut verba istorum
accusatorum possent trahi ad illicitum, & etiam ad licitum,
& sic essemus in dubio, debēt trahi ad licitū, & permissum;
31 quia semper actus nostri in dubio sunt intelligendi, ut deli-
cto careant, & pœnam non mereantur, & sic prout a iure per
mittuntur l. meritò. ff. pro socio. facit l. interpretatione. ff. de
pœ. ita dixit Bar. in l. non solùm. §. sed ut probari. ff. de ope-
ris no. nunc. & dixit Cuma. in consi. 5. nauta quidam. col. fi.
& Hippoly. de Marsi. in consi. 21. Vocem meam exaudi. secū
da colum. in principio, & in fi. cum concordantibus multis,
qui ad hoc allegari possent. Et præsertim in casu nostro hoc
32 est dicendum, † in quo adest bona fama accusatorum, quæ
multum prodest; vt non dicantur prohibuisse testari, cum
illud sine dolo non fiat. l. j. §. j. l. secunda. & per totum, ff. si
quis aliq. testa. prohibu. & sic delictum grauissimum, maxi-
33 maque pœna punitum, † vbi enim bona fama hominis repe
ritur in dubio, non præsumitur deliquisse, aut fuisse in dolo,
vt per Cumanum in consi. 135. ad primum 11. columna. in
princ. Hoc tamen in proposito non est necessarium: quia ver-
ba, & actus accusatorum non sunt talia, aut tales, vt per se tra
hi possunt ad illicitum, aut ad aliquam prohibitionem testā
di voluntati do. Alexā. aduersatiuam, vt ex prędictis constat,
& infra clarius constabit. His sic declaratis non obstant, quę
in contrarium allegabantur ad probandam prohibitionem.
Quoniam respondetur & de facili.
Nam dum primò dicebatur, quòd dom. Alex. destitit a te-
stando propter iniuriosa verba per eius filias dicta Domini-
co, & propter altercationem, & rumorem inter eos, & quia
recedere noluerunt. Respōdetur primò, quòd ex his nō fuit
impeditus testari, sed inductus ad nolle testari, differendo te-
stamētum in futurum tempus, quo, ut sperabat, melius se ha
bebit, non ergo destitit a testando; quia non posset, & ab ali-
quo impediretur, sed quia noluit, & non est dubium, quòd si
tunc uoluisset testari, quòd potuisset. si aderat debitus nume
rus testium; quia sicut dixit, quòd nolebat testari, ita poterat
dicere, quòd volebat, & ab illis altercationibus liberari, præ
cipiendo filiabus, & omnibus, quòd inde exirent, cui nullus
contradixisset, & maximè filię propter filialem reuerentiam,
verba ęrgo filiarum, quæcunq; fuerint, non possunt dici pro
hibitio testandi, & maximè cum non essent versus do. Alex.
sed cum Dominico, iux. tradita per Cor. in d. consi. 84. 3. co-
lumna. Et si dicatur, quòd si non fuisset prædicta altercatio
testatus fuisset, prout aliqui testes videntur deponere. Dico
primò, quòd illi testes indicant potius, quàm testificentur, er
go &c. nihil. n. de hoc dixit testator. Secundò dico, esto quòd
ita esset, non tamen illa altercatio dicitur prohibitio punibi
lis; quoniam desistentia a testando fuit voluntaria, & ab eo
qui testari poterat, & potuit moueri amore filiarum deside-
rantium, ꝙ non testaretur, ac etiam propter molestiam, & in-
stantiam d. Dominici, nimis optātis, quòd ad sui, & fratrum
commodū testaretur, prout hoc satis cōstat ex verbis ipsius
do. Alex. videlicet, mi vuoi tu sotterrare auanti ch'io mora,
& mi ui no sepellir tutti, & similia. Potest etiā dici, quòd for
te fuisset testatus propter instantiam, & importunitatē Do-
minici, & don Frācisci, qui pro eo instabat, vt testaretur, nisi
vidisset filias ægrè ferre, non aūt fuisset testatus ex pura, &
primæua eius voluntate, prout in simili cōsiderat Cor. in d.
consi. 84. colum. fi. Et si dicatur, quòd saltem dicta altercatio
dedit causam dilationis ad testandum. Respondetur, quòd
dans causam dilationi non punitur, quando postea testator
potuit testari, & noluit: tunc. n. arguitur, ꝙ mens & animus
eius erat remotus à factioni testamēti, & à principio præsu-
mitur distulisse, tanquam non bene resolutus ad testandū, vt
inquit patruus meus Soci. in cōs. 92. in causa domini Anto.
2. col. in fi. 3. vol. Sed in ꝓposito do. Alex. post illam dilatio
nem potuit commodè testari, cum per plures dies vixerit in
sane intellectu, & tamen noluit, ergo &c. Præterea tunc di-
latio posset arguere delictum in dante causam eius, quando
fieret ex necessitate: quia tunc nullo modo posset fieri testa-
mentum, & testator sic impeditus diceret, postquam nunc
non possum testare, faciam cras, vel alio die, sed quando dila-
tio fit per testatorem, quia ita tūc poterat testari, sicut differ-
re, vt contingit in casu nostro, nū uideo quare aliquis ex tali
dilatione possit puniri, cum ille ex mera voluntate mouea-
tur, & tunc testari nolit, licet possit, sed differre. Nec in ali-
quo peccarunt filiæ nō recedendo; quia Dominicus non po-
terat eis id præcipere, & voluerūt remanere, vt languenti pa-
tri necessaria ministrarent, & etiam ne quis molestaret patrē
ad testandum contra eas, hoc autem non recedere non inue-
nio, ꝙ possit dici ꝓhibere testari: cum etiam illis præsentib.
potuisset fieri testamētum, ita in terminis firmat Corn. in d.
consil. 2. & 3. columna. & Soci. in d. consi. 105. 5. colum. &
si pater voluisset eis absētibus testari, facere poterat principe
re, quòd exirent, quæ certè vti bonæ filiæ ei obedissent, esto
ergo, quòd altercatio prædicta fuisset causa dilationis testa-
menti, & quodāmodo impedimentum, ne tunc testaretur, ꝙ
tamen negatur, saltē quantum respicit dictas filias; tamē nō
debent puniri filiæ: quia in eis nullus dolus fuit qui omnino
34 requiritur, vt supra dixi. † Et pro hoc respondetur ad gene
ralitatē dictæ l. secūdę. C. si aliq. testari prohib. quia debet in
telligi de impedimento doloso, vt sic illa. l. per alias ll. decla-
retur, iux. l. non est nouum. cum l. seq. ff. de legib. Secundò
principaliter ad argumentum respondetur, quòd altercatio
prædicta causata fuit facto, & colpa Dominici, qui anxius, ꝙ
do. Alex. illū cū fratrib. in testamēto institueret, & proprias
filias excluderet, dixit filiabus illis, quòd exirent de camera
vnà cum eo, vt sic postea don Franciscus, & notarius, qui pro
eo ibi erant inducerent testatorem ad sic faciendum absenti-
bus filiabus. sed filiæ noluerunt exire, ne parētem infirmum
derelinquerent, & forte etiam ne pater induceretur ad te-
standum aliter, quàm per se vellet, vt modò dixi. Et inde or-
ta fuit altercatio, propter quam prætenditur testamentum
fuisse impeditum, quæ certè ipsi Dominico debet imputari,
cum ipse prius ei causam dederit, nimis solicitus, ꝙ do. Ale.
35 testaretur. † Sicut in simili dicit de rixa corporali inter duos
vt illi. 1. imputetur, ꝙ prius causam dedit iux. tradita per do-
ctores in l. vt vim. ff. de inst. & iure. & in l. 1. C. vnde vi. vnde
sicut dicimus, quòd qui est causa causę, dicitur causa causati.
l. hoc iure. §. deiecit. ff. de regu. iu. c. mulieres. in fin. de senté.
excommuni. l. prætor. la secunda. §. si cum seruum. in fi. ff. vi
bono rapto. & l. nihil interest. ff. ad l. Corn. de sicca. cum si.
per Hippolyt. de Marsi. in consi. septimo, summi cœli Deus.
secunda columna. in principio, ita in proposito Dominicus,
qui fuit causa altercationis debet dici causa impedimenti,
seu dilationis testamenti, si volumus, quòd ab altercatione
prædicta fuerit causatum. Non ergo tale impedimentum
debet imputari prædictis filiabus, sed potius Dominico.
1. Et istud clarè videtur ostendi: quia cum eo, & fratri-
bus testator indignationem ostendit, quando dixit, cho
diauolo è questo &c. mi vuoi tu sotterrare &c. vogliono
che io mora &c. prout testes deponunt, quæ omnia versus
Dominicum protulit, & propterea dimisit tunc testari, no
ille, qui maximè illud desiderabat, morem gereret pro-
pter prædictam indignationem, tunc si quando habuit vo-
luntatem testandi, & aliquid dictis nepotibus relinquendi,
illam mutauit, volens super eo de nouo cogitare, & ideo di-
stulit factionem testamēti in aliud tempus, & (ni fallor) hoc
cuilibet sani capitis quadrabit potius, quàm dicere, quòd in-
dignatus cum filiabus, & ab eis perturbatus dimiserit testa-
ri, si quidem tunc indignatio contrarium effectum osten-

disset, ex quo filiabus rem gratam faciebat non testando,
quòd non faciunt, qui cum aliquibus indignātur, prout ex-
perientia docet. Secundò non obstant illa verba dom. A-
lexan. Io farò poi à modo mio, prout supra de eis argueba-
tur. Quoniam primò dici potest, quòd verba illa forte non
ita fuerunt; quia aliqui testes deponunt, quòd dixerit, che se
migliorava, faria quello gli pareria, ex quibus non uidetur
sic posse argui, sed uidentur importare, q testabitur, vel
non, secundùm quòd sibi videbatur. Sed posito quòd sic
dixerit, prout in argumento dicitur. Secundò respondetur
quòd illatio illa, quòd tunc suo modo testari non poterat,
non debet aliquo modo referri ad filias, idest quòd per eas
prohiberetur, sed potius censeri debent prolata propter in-
stantiam, & importunitatem Dominici, qui instabat, quòd
ei, & fratribus relinqueret, dicendo ricordatiue del vostro
sangue &c. & similia verba, vt testes deponunt, & instando
quòd testaretur, & ea de causa volebat filias inde exire, pro-
pter quod dom. Alexan. cum eo fuit indignatus, vt dictum
est, & sic inspecta infestatione d. Dominici videbatur, quòd
non posset ex arbitrio proprio testari, sed quodammodo ad
satisfactionem d. Dominici, & fratrum, quo considerato, vt
signum indignationis ostēderet, noluit tunc testari, dicens
quòd aliàs testabitur à suo modo, idest ex proprio arbitrio,
& non ad instantiam alterius. Et quòd ita talia verba de-
beant intelligi probatur. quia ex his, quæ in processu probā-
tur, nulla verba per filias prolata fuerunt erga patrem, vt ali-
quid faceret ad earum instantiam, ita vt illatio ex verbis te-
statoris, quòd tunc suo modo testari non poterat, possit re-
ferre ad filias, sed bene Dominicus dixerat, & repetierat, mes
ser Barba ricordatiue, che anche noi siam del vostro sangue,
& similia verba volens inferre, quòd sibi, & fratribus bona
sua deberet relinquere, & sic quodammodo videbantur vel-
le dare modum testandi, propter quę verba dom. Alex. indi-
gnatus noluit aliter testari dicens, di poi che starò meglio fa-
rò testamēto à mio modo. Præterea quo respectu talia ver
ba fuerint prolata, pendet ab animo proferentis, vt est notū,
& sic ipse solus potuisset nobis declarare, an. s. protulerit q̃a
tunc per filias, & generum testari prohiberetur, an verò quia
per Dominicum molestaretur ad testandum in fauorem ne-
potum. Sed sic est q ipse postea declarauit, quòd filiabus, &
genero nūquā fuit prohibitus testari, & quòd à semper po-
tuisset testari si voluerit, ergo sequitur, quòd verba illa, el fa-
rò poi à mio modo, non possunt dici probata respectu alicu-
ius ꝓhibitionis per filias, aut generum factæ, cum verè nul-
la facta fuerit, sed debēt intelligi ꝓlata respectu do. Dñici, vt
supra dictum est. Et præterea quando essemus in dubio,
quo respectu talia verba prolata fuissent, non debet ex hoc
inferri, vbi aliud nō appareat, quòd vera interuenit prohibi-
tio testandi, vt per eam personę accusatę debeant sic puniri;
cum ad illud requirantur probationes luce clariores, vt su-
pra fuit dictum, & non possunt isti accusati puniri ex aliqua
præsumptione, quam quis vellet ex illis verbis sumere, licet
36 malè; † quia in criminalibus nemo debet ex pręsumptioni
bus damnari, etiam si vehementes, & violentę fuerint, vt vo-
luit Bal. in l. fin. C. de probatio. cum concordantibus, vt per
Alexan. in consi. 16. viso processu. 10. colum. versicu. tertiò
per id. primo volu. & per Iaso. in consi. 167. formatæ sunt.
quarta columna. versic. & cum ista dicta sint ambigua. quar-
to volumi. & per Hipplytum de Marsil. in consilio 132. in
nomine sanctæ. prima columna. versicu. & adeo hoc est ve-
rum. & tertia colum. versi. & licet ex prædictis.

Ad tertium respondetur, quòd verè nihil facit; quia ex de
sistentia à testādo non auferebatur causa iniurię, neque tol-
lebatur, quin Dominicus vltio faceret de verbis contume-
liosis illi dictis per filias, aut vnam earum, quinimmo magis
augebatur animus in malum aduersus eas; cum videret de
suo frustratū desiderio, cum admodum desiderasset per pa-
truum fieri testamentum, & ab eo tunc desisteret, sed bene
econtra, si fecisset testamētum, posset argui, quòd non liberè
fecisset, sed potius timens de suis filiabus, vt placaret Domi-
nicū. & tunc bene procederent argumentum, & ista (vt puto)
est verissima, & clara responsio. Posset etiam dici, quòd ille
timor erat vanus; cum ibi Dominicus esset solus, filię autem
essent tres, adesset maritus vnius, & alij de domo, qui semper
fauissent d. filiab. ita q nullo modo esset verosimile eas per
Dominicum posse offendi, ergo non timendum l. non est ve
rosimile. ff. quod me. cau. c. solicitę. de rest. spo. cum si. vt per
Iaso. in l. si extraneus 2. col. ff. de cond. ob causam. & Dec. in
consi. 644. viso, & perlecto 2. col. Non ob. modò quartum, q
de Piperario dicebatur; quoniam respōdetur, quòd malè ex
illo modo legendi, vel ex verbis, de quibus in argu. infertur
ad probibitionem testandi: poterat. n. tunc do. Alex. vel ipse-
met dicere, quicquid volebat ordinādo testamentum, vel au-
ferre scriptū de manu Piperarij, & dare notario, qui omnia
legeret, non fecit: quia tunc non erat resolutus testari; si. n. te
stari voluisset, non video quare illud, vel quid simile facere
nō potuisset, sicut accepit dictum scriptum de manu Pipera
rij, & posuit sub cuperta, quando noluit testari, differens te-
stari ad aliud tempus, prout statim ipse respondit ipsi nota-
rio interroganti, an vellet testari, & verba illa, mio messer nō
vuol far testamento, nihil faciūt ad prohibitionem, sed sunt
prolata respectu suæ opinionis: cū sciret, quòd iam aliud te-
stamentum fecerat, vel sunt prolata respectu noui, & vniuer-
salis testamenti; cum tantum vellet ęquare filias, prout ipse-
met Piperarius dixit, quando dixit Sanctino notario, hauere
te poco da fare, perche vuole solamente agguagliare le sue fi
gliole &c. quæ verba non solùm non arguunt prohibitionē
testandi, sed dicuntur ostendere curam Piperarij, quòd domi
nus Alex. testaretur, aperiendo, tanquam intimus eius, & suę
37 mentis conscius, uoluntatem suam, † & illis verbis videtur
credendum; cum eis non contradixerit do. Alex. prout pote
rat, sed potius tacendo assenserit. arg. l. qui patitur. & l. si remu
nerādi §. j ff. mand. & l. 2. §. volūtatem. ff. sol. mat. & est regu
la in c qui tacet. de reg. iu. lib. 6. & ibi per Dyn. vel saltem ea
nō negauerit l. qui tacet. de reg. iu. c. is qui tacet. eo. tit. libr. 6.

Et ista bona voluntas Piperarij, quòd do. Alexā. testaretur,
probatur etiam ex eo; quia adduxit dom. Ioan. Frāciscum Bel
letum notarium, ei dicens el si dice, che mio messer vuol far
testamento, voglio che ve ne rogate, prout ipse Belletus, &
quidam alij deponunt, & ex his clarissimè constat nullā pro
hibitionem testandi probari ea die factam per istos accusa-
tos, ita vt per eam incidant in pœnam tit. si quis aliq. testari
prohibu. a qua pœna omnino sunt absoluendi, & vt verum
fatear, ego non video super hoc probabilem dubitationem,
38 & vltra pręd
icta cōcludentissimè ostenditur sic. † Ibi aderat
notarius, & forte debitus numerus testium, ita, vt dici non
possit prohibitionem factam per expulsionem notarij, vel te
stium, prout dicunt fieri prohibitionem Bald. & alij in l. pri-
ma. C. si quis aliq. testa. prohibu. & Barto. in l. fin. ff. eodem ti
tulo. Nullus. n. fuit expulsus, sed omnibus patebat aditus im
mo (vt dixi) aderant, & (ut multi testes dicunt) poterat testa-
ri, si voluisset. Solùm ergo posset considerari, quòd fuerit
prohibitus per aliquem timorem, vt sic animus eius coactus
diceretur non testari: facile. n. erat ei dicere, tales facio hęre
des, uos estote testes, & tu notario sis rogatus. Solū itaq; per
aduersantes pōt dici, quòd aliquo timore ductus id nō fecit,
sed certè hoc falsum est, & nullo modo dici pōt. Primò quia
verè nihil tunc accidit, propter quod debuerit timere, ut ex
pręd
ictis constat, saltem quòd cadat in constantē virū, pro-
ut in similib. requiritur, vt per Bar. Bal. & alios in locis præ-
dic. Secundò ēt; quia si de hoc aliquod esset dubiū, totū pēde
bat ab aio suo, verū. s. timuerit, q ppea quasi prohibitus absti
nuerit a testando, an verò ex libera eius volū ta. Hoc autē du-
biū est sublatū: cum per eum fuerit facta declaratio, quòd. s.
nullā vim passus fuit, & quòd nullus prohibuit eū testari, me
ritò ergo sumus extra oēm considerationē prohibitionis te-
standi. Igitur isti accusati veniūt absoluendi. Nō ob. qd quin
to loco allegabatur de illo notario Cauagnano, alia die non
admisso; quia rñdetur primò, quòd illud nō est verū, fm mul
tos testes q deponūt, q si d. notarius voluisset ingredi came
39 rā potuisset, & q ostiū erat apertum, † & cū sint isti testes in-
strumentarij, & ēt alij, sequitur, q nō est oīno standū cōtra-
rię

riæ assertioui ipsius notarij, Inata docti. Bart. in l.j.§.si quis neget.ff.quemadmo.test.aperi.

Secundò etiam respondetur, quòd tunc non probatur, quòd dom. Alexand. vellet testari, neque de eo erat aliquis sermo, immo potius constabat contrarium; quia ipse die præceden te dixerat velle testari post duos dies, si ad meliorem statum personæ peruenerit, non ergo in die sequen. testari volebat, propter quod sequitur, quòd illa non admissio notarij, veluti non tendens ad prohibitionem testandi non fuit punibilis,
40 nec facit indignum non admittendum:† cū requiratur eodē tempore concursus duorum, scilicet quòd quis velit testari, & prohibeatur, puta per non admissionem notarij, inata tradita per Bart.in d.l.si.ff.si quis aliq.test.prohibu.& Bal. & alios in d.l.j.C.eo.& supra dictum fuit, & ita in terminis considerat Cor.in d.consi. 84.j.col. versic.si quis enim verbo, vel facto, & do.meus Soci.in d.consi. 105.4.colum.ver.secundo loco. Ad secum de minis Piperarij in dom. Christophorum Maotellum notarium &c. respondetur primò, posito (siue præiudicio veri) quòd ea eo argueretur aliqua prohibitio per ipsum Piperarium facta, es ea filię non venient pri
41 uandæ:† quia delictum vnius alteri non nocet l.2.§ fratris. ff.si quis aliq.testa.prohibue. Secundò dico, quòd immo veritas est, quòd nulla dicitur prohibitio testandi per dictum Piperatiū facta saltem punibilis, quòd primò probatur; quia non constat, quòd propterea dictus notarius non accesserit ad se rogandum de testamento, sed non accessit; quia superuenit do. Hieronymus Sanctinus alter notarius, qui ad illum finē & sine aliquo impedimento ingressus fuit, tanquam magis gratus Dominico, qui eum adduxit, & vbi ille Mantellus fuisset intro vocatus, credendum est, quòd intrꝍisset, & se rogasset spretis verbis, aut minis dicti Piperarij, put verè sper-
42 nendæ erant,† nec iustum timuerem tuserebant: cum non esset solitus aliquem offendere, aut minas suas mandare executioni, aut similia facere, iuxta tradita per Spec.in ti.de præ sump.§.j.ver. sed pone P. minatus est, cum concord. vt per Alexand. in l.metum. C.quod met.cau. Secundò: quia tunc argumē possēt procedere, quādo notarius fuisset vocatus per testatorem volentem testari, quòd in casu isto non contigit: quia iste fuerat adductus per vnum ex nepotibus, qui instabant, & sollicitabāt pro testamēto, ergo &c. vt per Cotoc. in d.consi.84.j.colum. Et maximè dicendum est in proposito; quia Piperarius à dom. Alex. acceperat, quòd nolebat testari, vt ipse dixit. Tertiò dico, quòd illæ factæ per viam protestationis vocatis testibus sunt intelligendæ per viam tutis, hoc est quatenus iura patiantur, alioquin quid erat opus dicere, fiate testimoni, come io protesto &c. solùm enim testes rogauit; ut quā postea opus esset in iudicio examinarentur, hoc autem nullam prohibitionem punibilem potest importare; quia quod iure fit, pœnam non meretur l.Graccus.C.de
43 adulte.† & protestari omnibus permittitur, sed intelligitur postea quatenus iura sibi opitulentur, vt per Bar.& alios in l. non solùm.§.morte.ff.de oper.nou.nunc.

Demum non ob.quod de publica fama allegabatur: quoniam respondetur primò, quòd non est rectè probata, prout
44 †quia testes de fama deponentes non deponunt audiuisse a maiori parte populi, prout requiritur secundum Bart. in l. de minore.§.plurimum 4.colu.versi.quæro qualiter probatur.ff.de quæstio.& ibi plenè per Hippol.de Marsil.cū concordan.vt per eum in consi.72. tunnda cor meum. colum.4. post princ.per Alexan. in consil.20.in causa appellationis 3. colum.4.volum.& per Dec.in consi. 54.in causa dom. Antonij 3.col.sed testes non sic dicunt, ergo &c. Et verum, quòd don Fracisc.deponit, che'l si dice per la piu parte de la gente, sed iste est vnus, & non sufficit ad probandam famam, vt per Bar.& alios in d.§.plurimùm.versic.præallegata. Et præterea ipse non deponit, quòd sit publica vox, & fama, sed simpliciter dicit, che à Mantoua si dice per la piu parte della gente: & tamen videtur requiri: vt prius dicatur, quòd si publica vox, & fama, vt videtur velle Barto. in dicto §.plurimum 4.column. versicul. sis tamen cautus &c. super hoc tamen vltimo non multū me fundo propter ea, quæ ibi Bart. antea dixerat. Secundò respondetur, quòd ibi fama debet dici vana vox populi; quia non constat vnde habuerit originem, nisi quòd aliqui testes dicunt, quòd audiuerunt ab illis de Vbertis, & eorū famulis, & sic a personis suspectis, & non a fide dignis; tunc enim non dicitur habere aliquam fidem, sed dicitur vana vox populi: vt per Bar.& alios in d.§.plurimùm.tn q.de effectu famæ, & dicit Inno.in c.qualiter & quā.
45 el 2.de accus.† quòd testes debent dicere à quibus audiuerunt ad hoc, vt cognoscatur, a quibus personis fama habuerit originem, & si a personis non dignis, sed suspectis, nulla sit, prout refert, & sequitur alios etiam alleg. Bertran.in consi.27.adiicio quod cum D.Gulielmus 3.co.2. vol. Sed &
46 tertiò respondetur† quòd fama etiam legitimè probata non probat in criminalibus, nec ex ea quis potest damnari, immo nec semiplenè probat, vt per Fely.post multos ab eo relatos in c.veniens 5.colum.versi.tertia conclusio. de testib. & Bertrand in dicto consil. 26. Immo nec facit iudicium ad torturam de iure, licet aliquando seruetur contrarium, vt per Hippol.in dicto consi.72.5.colu.in fin. Remanet itaque ex prædictis omnibus vera conclusio non esse aliquo modo probatum, istos accusatos aliquo modo prohibuisse dominum Alexand. testari, & per consequens eos debere absolui.
47 †Et vbicunque de hoc aliqua caderet dubitatio. quod tamē negatur per prædicta, dico quòd per declarationem, quam ipse dominus Alexander, fecit, tollitur omnis difficultas. In ea enim apertè dixit se non fuisse ab aliquo prohibitum: vt patet ex publico instrumento, & tunc, ut testes dicunt, pluries dixit versus nepotes, & alios qui contrarium asserebant, che si mentiuano per la gola, & quòd nolebat testamentum illud ualere, quod fecerat de anno 1535. illud confirmando, exprimendo etiam alia verba contra ipsos nepotes, videlicet, che era so animo di farli qualche bene, ma che pin non lo voleua fare, etiam se scampasse, & alia quædam, quæ non expedit referre. Huic autem suæ declarationi omnino standum est, sicut contra debere stari, si se per aliquem prohibitum declarasset, secundùm Bartol.in dicta l.fina.in vlti. colum. ff.si quis aliq. testam. prohibi.& Bal.in l.prima.C.eodem titul. Immo fortius nam si ibi statur ad pœnam delicti, fortius debet hic stari ad liberationem pœnæ, & ad innocentiam accusatorum, argumen.l.absentem.ff.de pœn.cum simil.

Et ex omnibus his manifestè constat, domi. Alexan. ex propria voluntate noluisse testari, quando aderat Sanctinus notarius non autem ab aliquo fuisse prohibitum, & demum eundem voluisse decedere cum antiquo testamento, & nihil voluisse nepotibus relinquere. Et stantibus istis dico, quòd pro istis filiabus est casus in §.cuius. versicu. si contundus fuerit. in auc. vt cum de ap.cognos.& quòd filię de prætensa prohibitione essent conuictæ, quòd tamen est omnino falsum,
48 vt dictum est.† Ibi enim dicitur, quòd pater qui aliquādo fuit testari prohibitus per filium, potest postea testando illum exhæredare; non tamen cogitur. l.non quicquid.ff.de iudi. potest ergo instituere expressè, vel forte etiam tacitè, si volens testari maluit intestatus decedere, iuxta l.conficiuntur. ff.de iur.codi.in prin. quasi videatur sibi iniuriā illam remittere. sic ergo in proposito vi detur, quòd pater confirmando primum testamētum, in quo filiæ erant uocatæ, dicatur illis remisisse omnem iniuriā & culpam prohibitionis, si quam fecissent; quod tamen uegatur. Item & secundò inducitur ille tex. uam uult ibi tex. testari prohibentem accusari solùm per eos, quorum interesat, & eo tantùm casu, quando pater in ipsa prohibitione decesserit, sed si non in ea decesserit, quia potuit postea ex arbitrio testari, qui prius prohibuit eū testari accusari palàmq; non potest, & ratio est, quia cum forte iam plius testari nolit, & sic animum amouerit ab eo qd iam uoluit in testamento disponere, non est aliquis, qui prætendere possit interesse; cum solum ad accusationē admittātur prætendentes interesse, prout ibi egregiè not. Ange. & si testari uelit, in eius arbitrio, est tanquam solus iuintiatus illū punire ipsum exhęredādo, vt ibi dicitur, eū ergo in proposito dn. Alex. etiā quòd fuisset prohibitus per filias, licet falsum

 sit,

sit, non decesserit in ipsa prohibitione, nulli competit facultas accusandi: potuit enim expost testari, sicut potuit illam declarationem facere, & tamen noluit aliud facere testamentũ, sed solùm antiquum illud conformare, ergo sequitur quòd noluit filias aliquo modo punire, sed potius eis omnẽ iniuriam remittere, & sic mihi videtur in omnẽ euentũ probatæ prohibitionis pro absolutione filiarũ esse casum in d. §. causas. inducto, vt supra, super quo nemioẽ sani capitis puto dubitaturũ. Nõ ob. si dicatur, prout inuenio in processu, ꝙ prædicta declaratio non fuit ex libertate animi facta, aut pro veritate, sed ad stimulum, & instantiam filiarum, prout vidẽtur deponere aliqui testes maximè quædã Maria, & quidam Daynus; quoniam respondetur primo, ꝙ prædicti testes non sunt fide digni ex plurib. & maximè, quia ambo sũt famuli istorum de Vbertis accusantiũ, † & sic velut, eorum familia-
49 res & domestici non sunt pro illis idonei testes. l. etiam, vbi Cy. Bal. & alij. C. de test. tradit Sal. in l. seruos. C. de quæst. cũ concord. vt per Cor. in consi. 170. licet in hac. col. 4. 5. vol.

Secundò etiam respondetur, & tollitur omnis difficultas; quia dico, & si fecit ad instantiam filiarum, optimè fecit, ne. s. filiæ iniustè pati possent, & per se fortasse talem declarationẽ non fecisset: quia ignorabat sic eas accusari, & de tali prohibitione inculpari, nec id cogitare poterat, sciens se non fuisse prohibitum, vnde filiabus ei nunciantib. qualiter calumniabãtur ad earum instantiam, iux. tamen veritatem, & proprij cordis conscientiam fecit talem declarationem, & vltra etiã processit, ꝙ filiæ non petebant dicendo, quòd volebat primũ testamentum conditum anno 1515. valere, & cum eo mori, vt multi testes deponunt. Non ergo potest reprehẽdi ipse in d. declaratione, nec etiam filiæ eam petẽdo; cum totum factũ sit, ne iniustè pœnam paterẽtur, iuxta tradita per Odofr. in l. fi. C. si quis aliq. testa. prohibu. Nec dicatur, quòd illa declaratio, velut quædam ex colpa tin offensi non debet releuare delinquentem, vt per Inn. & Io. de Ana. in c. 1. de homic. videtur velle Bart. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de fru. & tradit Fel. in c. 1. col. fi. de præsump. quoniam ad hoc respondetur, quòd procedere posset: istud, quando aliunde clarè de delicto constaret, non autem quando de eo dubitaretur, pront declarat Alex. in consi. 1. visis processu. 5. col. post prio. 5. vol. & idem voluit Fely. in d. c. 1. sed in casu nostro non constat de tali prohibitione, immo potius constat contrarium, vt ex prædictis patet, ergo &c. Posset etiam dici particulariter in materia ista, quod prohibitio per filium facta nõ punitur, nisi quando prohibitus in ipsa prohibitione decedit, non autem si postea potuit testari, nisi secundùm quòd supra inducẽdo d. §. causas. vnde cum in isto casu de clara voluntate patris appareat, vt non puniatur: quia dicit eas non fuisse in aliqua culpa, sequitur manifestè, quòd omnino debent absolui, tã ipse, quàm Piperarius, & similiter ipsę debent in paterna hæreditate ex paterna voluntate cõseruari, & pro ista conclusione in fortiorib. terminis facit decisio Cor. in d. cõsil. 85. & 209. præallegatis, & dom. mei Soci. in d. cons. 105.

Nec tali conclusioni obstant plures decisiones in contrarium allegatæ; quoniam nihil faciunt ad casum istum; quia omnes, posito quòd sint veræ, loquuntur in terminis valde diuersis. Nam primò decisio Odofre. in d. l. 2. si vera est procedit ex eo; quia filij fuerunt in dolo in non vocando notarium, pront patri promiserãt, de quorum promissione pater confidit, nec alteri potuit imponere, vt notarium vocaret, & sic remansit deceptus, & præterea decessit in ipsa prohibitione, quæ omnia cessãt in casu nostro: nullus enim fuit dolus filiarum aut generi, nec in aliquo fuit do. Alex. deceptus per eorum promissionem, nec in prætensa prohibitione decessit, vt ex prædictis constat. † Non obst. secundò
50 doctrina Barto. & aliorum in d. l. testamenti, quia procedit quando de prohibitione constabat, quòd isto casu negatur.

Præterea dici posset, quòd ibi loquitur de pœna per patrem imponenda, scilicet de exhæredatione, de qua ad pœnas, de quibus agitur, nõ debet argui, quando prohibitus nõ decessit in ipsa prohibitione, ut dixi supra dum induxi d. §. causas. Ad tertium respondetur, quòd omnes prædictæ decisiones procedunt; quia de vi, & probabili metu apertè constabat, sed secus in casu isto, immo hic constat contrarium,
51 vt ex prædictis constat. † Quartò ad consil. Petr. de Anch. 337. respondetur, ꝙ alius fuit rumor in casu illo, vociferauit enim taliter ex eo, quòd non potuit testator prosequi testamentum, & ultra etiam notarium expulsit, ostium clausit, & testari uolens in ipsa prohibitione decessit, quę omnia cessant in casu illo, vt ex prędictis constat.

52 † Non obst. quintò auctoritas Calcao. in dicto consi. 61. quia posito quòd sit uerum, quod ipse dicit, de quo tamen nõ parum dubito, respondetur, quòd in casu illo notarius, qui mandato testatoris inceperat publicare, fuit interruptus, & impeditus prosequi contra testantis uoluntatem, & ille infirmus in ipsa prohibitione decessit, sed casu isto non sic est; quia notarius non inceperat publicare, & ex altercatione, & rumore per se non destitit dom. Alexan. a testando, sed ex propria uoluntate, cum posset, si vellet, prout etiam postea per multos dies potuit, sed noluit, meritò istis accusatis nihil est imputandum. Vltimò ad consilium Ias. 31. 1. uolum. respondetur similiter, quòd ibi prohibitio fuit uerè facta, expulsus enim fuit notarius, & testes, & postea semper fuit ostium clausum, vt redire non possent, & ita vt etiam nõ potuerit illa misera mulier accipere sanctissimum corpus Christi, & sic in ipsa prohibitione decessit, quæ omnia cessant in casu isto. vt ex prædictis constat, & licet quædam alia ex processu possint considerari contra istos accusatos, tamen non curaui super eis instare propter instantiam consultantis, & quia sunt læuia, & illis rectè intuenti apparebit clara responsio ex supra deductis. Ex quibus concludo vt supra, manifestam iustitiam esse in fauorem filiarum domi. Alexandri, vt scilicet iure debeant paternam hæreditatem retinere, & ab iniusta accusatione unà cum dom. Francisco Piperario absolui.

Soci. nepos, Paduæ. 1536.

S V M M AE.

Filiorum appellatione an & quando ueniant nepos in dispositione testamentaria fauorabilis.

1 *In fideicommissis ante omnia mens testantis attendi debet.*
2 *Filiorum appellatione an nepotes ueniant, maximè quando dispositio est fauorabilis filijs. & inf. nu. seq. & nu. 7.*
Inæqualitas inter descendentes filiorum seruari non debet.
4 *Voluntas testatoris censetur esse talis, vt iuri communi sit conformis, maximè quando sic interpretando stamus in proprietate uerborum à testatore prolatorum.*
5 *Proximiores in gradu ab intestato præferuntur.*
6 *Repræsentatio inter transuersales quando sit permissa.*
8 *Verba illa, per stirpes, & non in capita, quid operentur.*

CONSILIVM CXLIX.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitia.

PROPOSITA quæstio notissima est, & quasi uulgaris, utrum scilicet in prouisione testatoris appellatione filiorum in effectu cõprehendantur nepotes. in qua uario modo loquũtur doctor. & legendo, & consulendo, super qua abunde, & subtiliter in præsenti casu scripsit excellentiss. Consultor domi. Georgius Guizardus, mihi vti frater honoran. concludendo pro parte negatiua, & sic ꝙ filij domi. Aloysij, & Antonij, & nepotes dom. Bernardi testatoris filij non dicantur uocati ad partem aliqua bonorum domi. Michaelis filij testatoris nuper defuncti sine liberis, sed ad eius successionẽ ẽt uigore substñnis, de qua in testõ, solùm dicantur uocati superstites filij aliorum fratrum d.

Michaelis

Michaelis prædefunctorum,& huc ex pluribus pulchris rationibus,de quib. in consi. quas referre non expedit.
Verùm ultra deducta per Consulturem prædicta conclu
1 sio. uidetur multùm difficultari; † qm̃ in cõtrarium uidetur
verosimilis mens testatoris,quæ ante omnia præsertim in fi
deicom̃ m. attendi debet.l.pen.ff.de leg. 1.l.cum virum.C. de
fideicom & l.hæredes mei.§.cum ita.ubi hoc anno dixi , &
concordantes allegaui.ff.ad Treb.Et istud vr̃ apertè demon-
strari:nam testator pluribus filijs institutis sic substituit, si
contigerit aliquem,vel aliquos ex filijs ipsius testatoris dece
dere sine filijs,tunc & eo casu sibi,& tali,vel talibus sic dece
denti, vel decedentibus hęredes instituit , & substituit quos-
cunque alios ipsius filios tunc superuiuentes,& si aliqui de-
cessissent ipsorum filiorum prædefunctorum filios masculos
2 per stirpẽ & non per capita,† uidetur.n. ꝙ cum testator quẽ-
libet ex filijs pariter uocauerit,dicatur habuisse parem affe-
ctionem ad posteritatem cuiusq; ex filiis, & sic ꝙ quando di
xit,defunctorum filios masculos &c. voluerit sub illo uerbo
filios defunctorum omnes descendentes vocare.iux.l.libero
rum.prope fi.ff.de uerb.sig ne aliàs inter descendentes filio
rum suorum dicatur differentiam, & inæqualitatem fecisse,
quod non est dicendum,arg.l.vt liberis.C.de colls.& l.cum
pater.§ pater plurib.ff.de leg 2.& tradit Are.in consi. 1.de-
crenctam.col. fi.& patruus,& do.meus Soc in consi.160. in
præsenti consultatione.3.col.cum multis alijs,qui ad hoc al
legari possent. Et eo maximè in hoc casu uidetur dicendũ
quia testatur uocauit,illos per stirpem,& non per capita, ex
quo uidetur,quòd solùm considerauerit proprios filios , &
cuiuslibet eorum stirpem,seu prolem pro rata sua,quod non
esset,si illi nepotes dom.Bernardini filij prædefuncti exclu-
derentur,stirps enim & proles dom. Bernardi nihil haberet
contra verosimilem mentem testatoris. Sic igitur uidetur ,
3 ꝙ etiam illi nepotes sub verbo filios dicantur vocati,† cum
dispositio testatoris sit ipsis filijs fauorabilis,iuxta doctr. Bar
to.in l.liberorum.2.col.uer.aut eis prouidet &c. ff.de uerb.
sig.quæ opinio,quicquid dicat suprascriptus excel. Consul-
tur.,est magis communiter approbata; ut per Alex. in consi.
9.visis.1.& 2.col.1.uol.Ias.in l.Gallus.§.instituens. 5. & 6.
col.ff.de libe.& post.& in consi.92.Ioannes.3.col.3. volu.&
per Dec.in consi.391.in casu proposito.2.col.& secundùm
illam opin.ego pluries consului; quia semper mihi uisa est
vera,nisi aliqua ratio vrgeat in contrarium. Istis tamen nõ
obstan.uerius arbitror,quod supra per do. Consultorem; &
rectè,vt puto,firmatum fuit. Et ultra fundamenta eius in-
geniosè deducta moueor pulchra , & ni fallor concludenti
4 ratione , quæ præcipuè me induxit in hanc opin.†nam vo-
luntas testatoris censetur fuisse talis circa fideicommissum ',
vt si conformis iuris dispositioni ab intestato,ita voluit Bar.
in l.hæredes mei.§.cum ita. in 3.oppo.ff.ad Trebel.prout ibi
declarant Alex.patruus meus Soc.& alij. Et maximè hoc pro
cedit,quando sic interpretando stamus proprietati verborũ
a testatore prolatorum,& aliter capiendo ab ea recedimus ,
prout declarat Ale.in d.§.cum ita. refert , & magis declarat
Cur.iun.in consi.128.præsupponitur in facto.3.col. uer. &
licet circa intellectum. sed in proposito prædicto Michaeli
ab intestato succederent solùm filij superstites prædefuncto
5 rum fratrum,† non autem cum illis admitterentur nepotes
d.do.Bernardi prædefuncti fratris;cum sint in gradu proxi-
miores,iuxta auctẽ. post fratres.la 2.& in corpore unde su-
6 mitur.C.de legi. hære. † Nec enim tunc illi nepotes repræ-
sentabunt personam eorum patrum,aut in eorum locũ sub-
intrauit;quia repræsentatio inter transuersales solum reperi
tur in iure permissa,quando qui vult repręsentare,tractat de
succedendo patruo,amitæ,auũculo, vel materteræ , qui sunt
fratres,aut sorores patris,vel matris eius prædefunctę, & di-
cuntur ehij,ut est tex.in auct.de hęred.ab intesta. ueni.§.re-
liquum.maximè in uer. huiusmodi priuilegium &c. & ibi
doc.tradunt,& Dec.in consi.5.memini.& Cur.iunior in cõ
si.57.infra allegando.5.col.ꝙ in casu isto non esset:quia Mi
chael nuper defunctus,de cuius hęreditate agitur,pręd ictis
nepotib.sui fratris non dicitur patruus. Sicut ergo nepotes
prędicti ab intestato in nihilum succederent exclusi a proximio-
ribus ita in dubio credendum est,ꝙ testator uoluerit eos ad
fideicommissum vocare. Et præsertim quia sic interpretã
7 du stabimus proprietati sermonis,† cum propriè nepotes nõ
veniant appellatione filiorum,alio.n.nomine appellantur fi
lij,alio nepotes.l.ꝙ si nepotes.ff.de testam. tut.& §.pen.insti.
eod.tit Et per hanc viam propter rationem prędictã puto
limitandam esse opi.Bar.in d.l.liberorum,quia non pro-
cedit,quando ita interpretando testator diceretur aliter per
fideicommi.vocare,quàm ab intestato uocarentur ; tunc .n.
vt pariter non uocet,sic vt iuri communi sit conformis,'di-
cemus,ꝙ appellatione filiorum non continetur nepotes, &
ita signanter arguit,& concludit Are.in consi.146.respondẽ
do summatim,& illum refert,& multùm notando. sequitur
Cur.iuni.in consi.57.Habita diligenti.3.col. Posset etiam
pro ista opi.allegari similiter vltra consulentem pulchra do-
ctri.patrui,& dom mei Soc.in l. Gallus.§. instituẽs. in fi. de
liber.& posthu.dum respondendo ad l.cum pater.§.hæredi-
tatem.el 1.ff.de lega.2. vult , ꝙ effectualiter nepotes non ve-
niant appellatione filiorum,quando supersunt filij, de quib.
testator mentionem fecit,ꝙ etiam uidetur sequi Ias.ibi in 6.
col.ver.istam solutionem sequitur dom.Alc.idem etiam ui-
detur velle Cor.in consi.182.uidetur prima facie.4. colum.
2.uolu.& in consi.131.uidetur prima facie.2.col. 3. uolu. ꝙ
nihil aliud est dicere,nisi quòd licet aliàs appellatione filio-
rum veniant nepotes;non tamen sic veniunt,vt cum filijs cõ
currant, unde cum in casu isto essent filij prædefunctorum
fratrum dicti Michaelis nepotes cum illis non debent con-
currere. Et licet hoc dictum sic simpliciter positum apud
me sine dubitatione non transeat , & in eo non faciam ma-
ximum fundamentum:tamen placuit illud cum præcedenti
deducere propter auctoritatem prædictorum , & quia pul-
chrum est,si est verum,ad limitationem doctrinæ Bar.in l. li
berorum,de uerb.sig. Non obst. modò allegata in contra-
rium; quoniam rectè intuenti ex prædictis clara colligitur
responsio; nam dum dicitur,quòd conclusioni nostræ repu-
gnare uidebatur uerosimilis mens testatoris , istud omnino
negatur: quia immo verosimilis mẽs eius est in contrarium
quia creditur se uoluisse conformare cum dispositione iuris
ut scilicet illi uocentur, qui ab intestato succederent, ut su-
pra dictum fuit. Nec dicitur testator fecisse differentiam
inter filios : quia istud omnibus contingere potuisset,sic. n.
dicitur cuiuslibet filiorum prædefunctorum filios vocasse,
vt sic etiam nepotes comprehendi possint, eo tamen modo,
& ordine,quo et,qui nuper defunctus fuerit,ab intestato suc
cederent secundùm primam rationem, uel ita, ut tamen ne-
potes cum filijs non concurrant secundùm rationem secun
8 dam. † Nec quicquam obstant illa verba , per stirpem , &
non per capita; quia per illa uerba non uocantur plures per
sonæ,quam uocatę essent sine eis,nec alteratur in aliquo di-
spositio,sed solùm importat,quòd si ex uno filio testatoris
prædefuncto extarent plures filij & ex alio vnus tantùm , ꝙ
non vocentur viriliter,& per capita,sed per stirpem, & sic
quòd illi plures pro uno debeant reputari, & hoc probatur
in §.1.in auct.de hær.ab intest.uenientib. & in auct. in suc-
cessione.C.de suis,& leg.iuncta d.auct.post fratres.la 2.C.de
legi.hær.& tex.in corpore unde illa sumitur.
Ad doctrinam autem Bar. in d. l.liberorum.responsio est
clara;quia licet illa simpliciter loquendo bene procedat, de
bet tamen limitari,nisi per illam interpretationem aliter uo
carentur,quàm ab intestato succederent , ut in primo fun-
damento supra posito,uel etiam nisi concurrant cum filijs,
quos expressè testator uocauit ; quia tunc cum eis nepotes
non concurrerent,ut in secundo fundamento dictum fuit.
Laus Deo.

Socin.nepos Paduæ legens. 1547.

duobus eadem res simpliciter in eadem oratione legatur si-
ne partiũ assignatione, pront propriè fuit in casu nostro, ut
ex prædictis constat. Et licet multi tenuerint hoc casu non
dici coniunctos re & verbis, sed verbis tantùm, vt Perr. Cy.
& alij quidam, & eorum opinio videatur in puncto iuris sub
stantialis. Tamen communis opi. est, quòd sint coniuncti re
& verbis, & tradit Ias. plenè istum punctum disputãdo in d.
l. re coniuncti. mihi col. 2 1. cum 3. seq. in versic. tertius arti
culus principalis. Et hoc stãte si Gabriel ad legatum pro sua
parte non fuit admissus, debet omnino illius portio ad Go-
daldum fratrem & collegatarium pertinere iure non decre-
6 scendi, vt dicunt doc. † quia quando duobus eadem res sim-
pliciter legatur, cuilibet censetur insolidũ relicta, sed si neer
que veniat ad legatum, faciunt sibi partes per concursum, &
si vnus repudiet, aut admitti nõ possit, tota res remanet apud
alterum suo iure non diminuta per alterius concursum, eo
q tota ei fuerat, vt dixi, relicta ab initio, & sic ex re sibi sim
pliciter & insolidũ relicta nihil dicitur decrescere, & istud
est, quod docto. nostri dicũt, remanere per ius non decrescẽ-
di, hæc omnia apertissimè probantur in l. vnica. §. sin autem
disiunctim. cum seq. vsque ad. §. quę autem. C. de cadu. tol. &
hoc procedit in casu nostro, vel simili secundùm opin. Bart.
7 & magis communem in d. l. re coniuncti, † licet aliqui volue
rint, q immo remaneat propriè per ius accrescendi attenta
coniunctione verbali, propter quam dicitur portio cum suo
onere accrescere, vt tradit Ias. in l. re cõiuncti. col. 17. & seq.
in ver. circa coniunctos re & verbis simul, & illud vf velle
Saly. in d. l. vnica §. si autem disiũctim. in vltimis verbis. C.
de cadu. tollen. Sed quicquid sit circa pręd ictas difficulta-
tes, siue velimus in casu nostro esse coniunctos re & verbis,
siue uerbis tantùm, & quòd habeat locum ius accrescẽdi, si-
ue ius non decrescendi, satis est, quòd portio Gabrielis uno
uel alio iure pertinere debet ad Godaldum fratrem, & colle
8 gatarium eius. † Et sic ex prædictis arguendo a partibus suf-
ficienter enumeratis, iuxta l. patre furioso. & nota. ibi p Bar-
tolum. ff. de his qui sunt sui uel alieni iuris. cum similibus, si
ue Gabriel decessert post acceptationẽ legati, siue antea, &
siue post cessionem diei, siue antea, semper & quolibet casu
portio sua dicitur pertinere ad prędictum Godaldum fra-
trem, aut ut hęredem, aut ut collegatarium eius, secundum
quòd supra ostensum fuit.

Sola difficultas remanet in remouendis allegatis in contra
rium. Quare pro resolutione aduertendum est; quia primò
dici potest ad id, quod in contrarium dicebatur, quòd immo
prædicti fratres fuerunt inuicem substituti.

Vel expressè referendo illa verba, quos inuicem substituit
&c. ad ipsos fratres principales legatarios, ut supra etiá per
Consulentẽ dictum est, attento maximè, q immediate subdi
tur, & filios ipsorũ &c. intelligendo ipsorũ. s. legatariorũ, &
nõ filiorũ ipsorum legatariorum, licet aliter quidam credãt.

Vel saltem tacitè ex coniecturata mente ipsius testatoris,
ut similiter per dominum consulentem dictum fuit. Ad qđ
(ultra deducta per eum) non paruam pręstat cõiecturã, quòd
testator uidetur fecisse legatum prędictum, ut prædictos Go
daldum & Gabrielem remoueret ab omni iure, quod eis cõ
peteret aduersus dictum testatorem, ut patet in d. testamen-
to, in uersic. & hoc pro omni eo, & toto, quod prædicti de
Velocio recipere possent, & petere &c. ex quo demonstratur,
quòd intentio testatoris erat, quòd legatum cum tali iure
quodammodo compensaretur, etiam quòd forte legatum es-
set lõgè maius, propter quod uidetur, quòd omnino debeat
totum pertinere ad Godaldum superstitem; cum omne ius,
quod ambo uiuentes habebant contra testatorem remanse-
rit apud ipsum Godaldũ, cũ sit hęres Gabrielis fratris eius,
ubi enim seu apud quem reperitur ius aduersus testatorẽ, &
eius bona, debet reperiri legatum, quod secum habet onus
9 prędicti iuris remittendi. Sicut † in simili dicitur, ibi dos es
se debet, ubi sunt onera matrimonij, quę dos secum habere
solet l. si is. §. ibi dos. ff. de iure dot. iuncta l. pro oneribus. C.
10 eod. titu. † Facit, quod df, limitata causa, seu dispositio limi-
tatum producit effectum, l. in agris. ff. de acquirendo rerum
do. & l. 2. vbi Bal. ff. de ser. expor. cũ similibus. Si igitur sunt
inuicem substituti, non est dubium, omnia allegata in contra
rium tolli, immo rectè intuendo retorquetur; cum substitu-
tus ante omnes præferatur, vt in allegatis in contrariũ dice-
batur. Sed licet ista opinio, quòd prædicti fratres dicantur
inuicem substituti de iure procedere possit per prædicta, &
etiam mediante grauamine illis post mortem omnium iniũ
cto de toto legato, iuxta l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg.
2. & ea quæ tradunt doc. in l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad treb.
vbi aliquãdo plenè de materia scripsi, & in l. penul. C. de im
pub. & alijs substit. pront per dominum consulentem plenè
fuit tractatum. Tamen his omnibus pretermissis, & posito q
d. fratres per testatorem non dicantur inuicem substituti nec
expressè, nec etiam tacitè, & sic posito quòd prædicta prima
responsio de iure non procedat, absque tamen ueritatis præ-
iudicio, secundo loco ad contraria respondetur, quòd portio
Gabrielis pertinet ad Godaldum, vel vt ad hæredem, vel vt
collegatarium eius, secundùm quòd supra deductum fuit.
Et dum dicebatur, quòd ante eum debent admitti hæredes
instituti mediante expressa substitutione de eis facta in hũc
casum. Respondetur, & (ni fallor) melius de plano negan-
do, scilicet quòd ipsi hæredes in casum. qui euenit, dicantur
substituti, & verissimum arbitror, quòd casus, seu conditio
substitutionis, de ipsis hæredibus factæ non euenit, & condi
tio nõ est impleta, quo posito res clarissima est, prædictos hæ
11 redes admitti non posse; † quia donec cõditio alicuius dispo
sitionis impleatur, dispositio conditionis non potest sorti-
ri effectum, sed pro eius essentia, & effectu requirit omnino
implementum conditionis l. cedere diem. versicu. vbi sub cõ
ditione ff. de verbo. signifi. l. hæc vẽditio. in prin. ff. de cõtra-
hen. emp. & vf textus in l. qui heredi. §. Plautius. vbi Bart. &
patruus meus Soci. tradũt. ff. de condi. & demon. cum multis
concordan. qui allegari possent. Hoc autem, quòd prædictæ
substitutionis conditio non sit impleta, in quo stat pondus
præsentis consultationis, clarè ostenditur. Nam hęredes in-
stituti sunt substituti in prædicto legato, casu quo deficerent
masculi, ex legitimo matrimonio procreati ex dictis de Velo
cio &c. qui casus nondum euenit, seu quæ conditio non dici
tur impleta; nam dicta conditio debet intelligi post mortem
istorum fratrum de Velocio: quia donec aliquis eorum viuit
non põt dici defecisse masculos, ex eis legitimè procreatos,
etiam quòd nullos tunc haberent: quoniam possent procrea-
re, vt est clarum. Sed adhuc superest prædictus Godaldus, er-
go &c. & hoc puto clarissimum. Quinimmo, vt audio, iã ex-
tant masculi ex d. Godaldo legitimè procreati, meritò sequi
tur, tales masculos non defecisse, & consequenter conditio-
12 nem non esse impletam. † Nec ob. quæ contra hoc facere
videntur ex allegatis in contrarium, videlicet, quòd plurali-
tas, seu generalitas debet resolui in suas singularitates. per re
gulam. l. falsa. §. fi. de cõdit. & demonstra. cum alijs supra alle
gatis in contrarium. Quia respondetur, quòd prædicta regu
la non procedit in casu nostro, nec mihi videtur, q sit locus
disputationi, an regula illa locum habeat, nã illa disputatio
fieri solet, quãdo pluralitas simpliciter ponitur respectu cer
tarum personarum, puta Stichum, & Pamphilũ, si mei erũt
lego, vt d. §. fina. vel Titio, & Sempronio mando, vt post eo-
rum mortem restituant, vt l. Lucius. §. Caio. ff. ad trebel. vel
aliter vt in casu l. fi. §. filium. ff. de lega. 2. in istis enim, & simi
libus casibus pluralitas resoluitur in singularitates.

Vel fit etiam disputatio, si dicatur, si ambo, si vterque, vel
si oẽs decesserint, & tũc licet regulariter non fiat talis resolu
tio; quia sunt nomina collectiua: tamen aliquando ex conie
cturis fieri debet, vt per doc. in d. l. penul. C. de impu. & alijs
substitu. & in d. §. cũ ita. ad trebel. In quibus casibus atq; ẽt
in alijs plurimùm mihi placet, vt dicamus fieri, vel non fieri
resolutionem in singularitates, secũdùm quòd potest colligi
ex coniecturata voluntate testantis, vt sentit Fel. in c. omnes,
prima dist. secundùm quòd refert, & sequitur Curt. Iunior
in dicta l. penultima. in secundo præmis. Vel etiam vt dica-
mus regulariter talem resolutionem non fieri, nisi identi-
tas effectus, vel rationis ad talem resolutionem nos inducat,
vt vo-

vt voluit Ias. in l. Gallus. §. quòd si is 3. colum. versicu. in principali articulo, in j. lect. ff. de lib. & posth. Sed in casu nostro nó videtur locus disputationi prędictę; quia illa pluralitas. si deficerent masculi &c. non ponitur simpliciter respectu certarum personarum, sed in genere respectu descédétium masculorum ex prædictis legatarij non referendo se particulariter ad certos homines; puta Titiũ, & Sempronium &c. nec de morte certorum hominum loquendo, sed generaliter de defectu hominum certi generis. fuit enim dictum, si deficerét masculi legitimè procreati ex dictis legatarijs, qui casus non euenit, cum (vt iam dixi) tales masculi non defecerint, & (ni fallor) magna est differentia, an dicatur respectu Titij, & Sempronij, si decesserint sine liberis, an verò dicatur, si linea talis; siue descendentes ex talibus deficiant. Nam primo casu vno sine liberis mortuo potest cõuenieter disputari, an pro sua rata sit locus dispositioni; quia verum est, eum sine liberis decessisse. Secúdo verò casu non sic; quia donec aliquis superest clarũ est non defecisse descendentes ex talibus, testator enim defectum talium personarum considerauit, vbi in primo casu potest dici, quòd mortem cuiuslibet particulariter considerauerit. Nec tunc ob. decisio Alex. in dicto cõsi. 91. in contrarium allegato. Quia primò posset dici, talé decisionem esse dubiam: quia uidetur contra prædicta. Sed posito quòd sit vera, dico, quòd ibi Alexan. solùm disputat illud ad cognoscendum, vtrum inter illos plures sit inductum tacitum reciprocum fideicommissum, de quo in casu nostro non est opus disputare, vt ea prædictis constat. Vel secundò dico, & de plano tollitur omnis difficultas, q̀ decisio Alex. ĩ. procedit quando persona superstes non succedit prædecedéti de iure communi, ut erat in casu suo, prout ipsemet statim ibi dicit, & declarat in versiculo, & hoc procedit. sed in casu nostro Godaldus superstes, & post eum eius filij ab intestato de iure cõmuni succederent Gabrieli prædecedenti, prout re ipsa Godaldus successit, ergo non sumus in casu dn. Alexã. & & consequenter eius auctoritas videtur pro hac conclusione nostra. Et illa prima responsio bene intellecta quadrabit cuilibet sensato homini, & tollet oém difficultatem. Sed etiam aliter responderi potest, posito millies, quòd etiam in casu nostro posset habere locum prædicta disputatio. Quoniã potest primò dici, quòd pluralitas non resoluitur in singularitates, quando illa respicit vnum communem effectum, prout post Iaco. Bu determinat Bart. in d. l. falsa. §. fin. & cum eo tenuerunt communiter doc. vt ibi refert Imo. licet ipse videatur aliqualiter dubitare. Sed hic respicit vnum communem effectum, scilicet legatum, de quo agitur, ergo &c. Vel secundò responderi potest, quod talis resolutio non fit, quando ex ea resultaret absurdum, aut aliquid contrarium rationi, vel méti testatoris, vt egregiè firmat Bal. in d. l. pen. C. de impub. & c. 1. col. versi. modò generalius &c. sed in casu nostro resultaret absurdum, & contra verosimilem mentem testatoris: vt ex prædictis constare potest, ergo &c. Vel & tertiò potest responderi, quòd prædicta resolutio in singularitates non debet fieri, quando superest persona, quæ ex verosimili mente testatoris excluderet substitutum, secundũ quòd Bart. & alij doc dicunt in d. l. pen. & in d. §. cum ita. Et dicunt tunc talé superesse personam, quando superest aliquis ex grauatis, qui decedente ab intesta. succederet excluso substituto, vel cum decedente esset coniunctus ita, vt inter eos esset locus iuri accrescendi, vt per docto. in dictis locis, & refert, & sequitur Corn. in consil. 93. Licet posset instari 3. col. versicol. Potest autem dubitari 3. unlum. Et illud de iure accrescendi in specie dixit Barto. in l. codicillis. in prima opposi. ff. de vsufruc. lega. Sed in casu nostro superest Godaldus, qui fratri ab intestato succederet, & ita in legato per mediam eius personã succederet testatori excluso substituto, & cũ fratre habebat ius accrescendi, siue non decrescédi, qđ est fortius, ergo &c. Et ita in simili declarat in casu suo Corn. in dicto consi. 93.

Et ea his, & alijs per consulentem deductis arbitror vnà cum eo non esse locum substitutioni factæ de institutis hæredibus, sed portiones prædecedentis Gabri. omnino spectare ad prędictum God. fratrem hęredem, & collegatarium eius, & successiuè postea ad eius filios legitimè procreatos. Laus Deo.

C A S V S.

In testamento ser Antonelli Garisci de Montagnana duæ eius filiæ pro duabus tertijs partibus, videlicet do. Bernardina, & domina Violantes, & pro alia tertia parte ser Antianus frater testatoris fuerunt instituti.

Et post aliquas substitutiones particulariter hincinde factas inter prædictos hæredes fit vltima substitutio per ista verba, uidelicet, & si d. filiæ, vel descendentes ex eis legitimi, & naturales. & dictus ser Antianus, uel descendentes ex eo legitimi, & naturales masculi, venientes per lineam masculinam non extarent: tunc voluit, iussit, & ordinauit, quòd fructus omnium suorum bonorum dispensentur per suos commissarios in puellis maritandis &c. ut latius in testamento continetur.

Contigit ser Antianum superstite sibi filio masculo decessisse, qui postea sine liberis masc. legitimis, & naturalib. decessit superstitibus prędictis filiabus testatoris, seu ex illis descendentib. masculis.

Quæritur, nunquid ad portionem prædicti ser Antiani, quæ ad filium eius peruenerat, possint prædictæ filię, siue ex eis descendentes masculi aliquo iure aspirare, & illam obtinere vigore fideicommissi.

S V M M AE.

De tacito, & reciproco fideicommisso quando scilicet inducatur per substitutionẽ factam post mortem plurium. Et quòd positi in conditione sub qualitate masculinitatis censeantur vocati.

1 *Substitutio facta de aliquo expirat deficiente cõditione, sub qua erat facta, & amplius non resurgit.*

2 *Substitutio, quę non reperitur facta, non subintelligitur, etiam quòd testator illam facere cogitauerit.*

3 *Substitutio nulla dicitur esse facta, quę in testamento non legitur. vide infrà nu. 9.*

4 *Substitutio quãdo fit in tota hęreditate post mortem plurium institutorum, vel substitutorum quorum aliquo decedente alij superstites ex verosimili mente testantis excludunt substitutum fideicommissum reciprocum dicitur esse inter eos, quibus fit substitutio vide infrà nu. 11.*

5 *Fideicommissum reciprocum vt inter aliquos inducatur, quę requirantur.*

6 *Substitutio quòd fiat ab vltimo moriẽte, vel quòd fiat post mortem omnium, paria sunt.*

7 *Filij excludunt substitutos.*

8 *Testatoris affectio cognoscitur ex ordine institutionis, & substitutionis.*

10 *Filij positi si in conditione non dicuntur vocati secundum communem opi.*

Limita, vt infra nu. 12.

CONSILIVM CLI.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitiæ.



INSPECTIS uerbis testamentis, de quo in púcto, & simul etiã contingentia facti bene cõsiderata dubia uisa est resolutio pręsentis consultationis, & ego super ea aliquãdiu anceps fui. Etenim primo aspectu uidebatur aperta fronte concludendum prędictas filias, seu ex eis descendentes masculos nullo modo admittendos esse; nam illi uidentur uocati tantum in casu, quo ser Antianus decederet sine descendentibus per lineam masculinam; ut patet in d. testamento in versi. & si dictus ser An-
1 tianus decederet sine filiis &c. † qui casus non euenit; quia

prędicto

prędicto ser Antiano fuit superstes eius filius legitimus,& na
turalis, meritò substitutio de filiabus testatoris,& earum de-
scendentibus expirauit deficiente conditione, sub qua facta
erat. l.qui hæredi. §. Plautius, & ibi Bart.& alij,tradunt ff.de
condi.& demon.& licet dictus filius ser Antiani postea deces
serit sine liberis legitimis,& naturalibus: ex eo tamen substi
tutio, quæ iam euanuerat, non resurgit. l. filiusfami. §. cum
quis. ff. de leg. 1.& uidetur tex. in l. cum uxori. C. quando dies
leg. ced. quem ad hoc ita firmando allegat Oldr. in consil.
21. Thema tale est, & ita in terminis plures alios allegando
firmat Dec. in consi. 218. In casu ad me transmisso, 2. colum.
in fi. Nec uidetur, quòd ex verbis testamenti, dum dicitur
& si dictæ filiæ, vel descẽdentes ex eis &c. de quibus in puncto
possint prædicti descendentes filiarum aliquo modo uenire.
Quia in dictis verbis ipsi non uocantur, neque de eis fit ali
2 qua substitutio, † & aliàs dicitur, quòd substitutio quæ in
testamẽto non reperitur facta, per nos subintelligi nõ debet
etiam si diceremus, quòd testator illam facere cogitauerit;
quia non sufficit testatorem quid voluisse, aut cogitasse, nisi
aliquo modo illud disposuerit. l. quidam cum filium, & ibi
tradunt doct. maximè Bal. & Imo. ff. de hæred. instituen. &
tradit Alex. multùm no. 3. in fi. C. de lib. præte. cum concor.
3 vt per Deci. in consil. 89. Viso puncto. 5. columna. † Hinc
in materia substitutionis solet ista regula tradi, vt scilicet
substitutio nulla dicatur facta, quæ in testamento non legitur
prout hanc regulam post multos per eum relatos tradit pa-
truus,& dominus meus Soc. in consi. 91. Viso capitulo. 3.
colum. 5. uolum. & insignis Moder. Lancel. Galie. in l. cen-
turio. colum. 66. ff. de uulga.& pupilla. Cum igitur in propo
sito post mortem filij. dicti ser Antiani, quam sine liberis, nõ
reperiatur facta aliqua substitutio de descendentibus prædi-
ctarum filiarum, sequitur; quòd nos per interpretationem
non debemus posse subaudire. His tamen non obstant. ma
turius mentem testatoris intuendo, & iuris regulas diligen-
tius considerando contrarium sententiam vti de iure verio-
rem amplector, & sic concludo, quòd immo decedente filio
prædicto ser Antiani sine liberis legitimis filiæ testatoris, seu
ex eis descendentes dicantur per fideicommissum uocari ad
portionẽ, quã habuit dictus ser Antianus in hæreditate præ
dicti testatoris, & hoc uigore taciti, & reciproci fideicom-
missi inter descendentes institutorum hæredum; uirtualiter
p testatorem facti,& contenti in illa ultima substitutione, dũ
in testamento dicitur,& si dictæ filiæ, vel descendentes ex eis
legitimi & naturales masculi non extarent. tunc uoluit, iussit
& ordinauit, q fructus omnium suorum bonorũ dispensen
4 tur &c. † Etenim vera,& communis conclusio in iure no-
stro est, quòd quando fit substitutio in tota hæreditate post
mortem plurium institutorum vel substitutorum, quorum a-
liquo decedente, alij superstites ex verosimili mente testato-
ris debent excludere substitutum, iux. l. penul. cum sua mate
ria. C. de impub.& alijs substitu. dicitur inter eos, quibus fit
substitutio, inductũ reciprocum fideicommissum, ita firmat
egregiè patruus,& dominus meus Soc. in l. hæredes mei. §. cũ
ita. 5. colum. in ver. aliquando, & tertiò. ff. ad trebel. & istud
iuridicè, & concludenter probat, ad quem me refero. Qui e-
tiã subdit, quòd ista conclusio non deuiat ab intentione Bar.
sed ex mente eius procedit, vt per eum, qui eandem opinionẽ
firmat in consilio 249. Materia præsentis consultationis.
7.& 8. colum. 2. volu. & maximè in versicu. secundò respon-
deo, quòd substitutio, & secundùm eum in utroque loco exẽ
plum erit, quando instituti, vel substituti sunt filij descenden
tes testatoris; nam tunc in fauorem filiorum, & aliorum de-
scendentium superstitum dicitur tacitũ fideicommissum in-
ductum; cum illi ex uerosimili mente testantis debeant exclu-
dere substitutum,& ad hoc ipse Soci. & iura bene probantia
& plures docto. allegat, dicens quòd ita est communis opi-
5 nio, a qua in iudicando recedi non debet. † Et vis stat in eo
quia prædictis interuenientibus dicit facta substitutio in ef
fectu ultimo morienti, vt ipse ibi concludit,& ita uirtualiter
interueniunt illa tria, scilicet quòd post mortem plurium
ultimo morienti,& in tota hæreditate dicitur facta substitu-
tio, quę solent requiri, vt inter aliquos dicatur inductum re-
ciprocũ fideicommissum, iuxt. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff.
de lega. 2. in quo tex. secundùm omnes probatur prędicta cõ
clusio. Et hanc eandem opin. egregiè firmat Cur. iun. in cõ
silio 16. Præsupponitur in facto. 2. col. ver. præmissis tamen
non obstantibus, & idem generalius etiam loquendo deter-
minat in consil. 156. In testamento condito. 2. colum. versi.
6 item est alia communis conclusio. † Dicens, quòd secundùm
communem opi. paria sunt, quòd substitutio fiat ab vltimo
moriente,& quòd fiat post mortem omnium, vt per eum. Et
hanc eandem opinionem tenet Ias. in consil. 53. Factum sic
se habet. 1. volum. & ut ipse ibi dicit, fuit opin. Pau. de Ca. in
d. l. penul. C. de impu.&c.& ita ego tenendum dixi d. §. cum
ita, in 3. nota. His sic stantibus dico, & concludo, quòd in
casu nostro, vt supra, est concludendum. Nam substitutio fa-
cta fuit virtualiter in tota hæreditate; quia dictum est, quòd
fructus omnium honorum dispẽsentur &c. in illa enim vni-
uersalitate nihil dicitur exclusũ, vulgata. l. Iulianus. ff. de leg.
3.& l. à procuratore. C. mande. &c. si Romanorũ. 19. distin.
cum simil. Item facta est post mortem plurium, vt patet
ex illis verbis,& si dictę filiæ vel decendẽtes &c.& dictus ser
Antianus, vel descendentes &c. non extarent, non enim vo-
luit testator habere locũ substitutionem, nisi quando nullus
ex prędictis extaret,& sic omnibus deficiẽtibus,& consequẽ-
ter post mortem plurium, vt communiter cõcludunt docto.
in l. hæredes mei. §. cũ ita. ad treb. & maximè patruus,& do-
mi. meus Soci. Item & facta est substitutio filiabus, & de-
scendentibus earum, ergo &c. Et licet inter eos, quibus fa-
cta fuit substitutio, sint admissi descendentes Antiani, qui
testatori, non erant descendentes; tamẽ hoc in proposito nõ
refert, inspecto eo, quòd nunc supersunt descendẽtes ex filia-
7 bus, qui † ex verosimili mẽte testatoris debẽt excludere sub-
stitutos, iuxta. d. l. pen. & per regulam. l. cum acutissimi. in fi.
C. de fideicommis. quòd enim per doc. prædictos concludi-
tur vt supra, id totum fundatur in fauore descendentium, vt
scilicet testator non videatur alienas successiones propriæ
anteponere, vt d. l. cum acutissimi. Et præterea quod dictum
est de descendentibus, dictum est gratia exempli, & conclu-
sio fundatur in eo, quòd persona superstes ex pręsumpta mẽ-
te testantis debet excludere substitutum, & istud in casu no-
stro procedit, vt dixi. Et forte procederet, etiam si superesset
legitima proles masculina dicti ser Antiani, & defuissent de-
scendentes masculi legitimi ipsarum filiarum, immo tunc di
cta masculina proles dicitur expressè substituta, ut patet in te
stamento in ver. & si omnes prędicti &c. Sic igitur ex prędi-
ctis concludendum puto deficiente legitima prole masculina
dicti ser Antiani debere admitti descendentes masculos ex
filiabus testatoris. Et hanc conclusionem audacius firmandã
puto; quia si testator de hoc fuisset interrogatus verosimili-
ter ita respondisset, nam dicitur magis dilexisse descenden-
tes masculos ex filiabus, quàm ex dicto ser Antiano, quia vna
ex eis descendente, sine talibus descendentibus uocauit de-
scendentes alterius, si extarent,& non descendentes ser Antia-
ni, ut patet in testamento in uersicu.& quandocunque una ip-
8 sarum &c. † Ex ordine enim institutionis, & substitutionis co
gnoscitur affectio testatoris. l. Publius. §. j. & ibi tradunt doct.
ff. de condit.& demon. cum si. Sed legitimos descendentes ma
sculos ser Antiani vocauit, seu admitti uoluit, quando defice-
rent descendentes masculi filiarum, ut clarè dicitur in testa-
mento in d. uersic.& si omnes prędicti &c. ergo etiam uerosi
mile est, testatorem uoluisse, quòd descendentes filiarum ad-
mittantur deficiente legitima prole masculina dicti ser An-
tiani,& ita (ut dixi) si de hoc testator fuisset interrogatus, ue-
rosimiliter respondisset, meritò ergo & nos ita interpretari
debemus, iuxta singularem illam gl. licet uulgatam in l. tale pa
ctum. §. fin. ff. de pac. & quę ibi dicunt doc. & alibi sępissime.
ut est notissimum,& ideo non insisto. Et ex his rectè intuen-
ti uidentur remota allegata in contrarium, nam quod primo
loco dicebatur, de plano procedit, & uerum est; quia substitu
tio expressa facta d. ser Antiano euanuit, cum decessit cum
filio legitimo, & naturali, nec de tali substitutione amplius
tractandum

tractandum est per allegata in contrarium. Sed ueniunt isti descendentes filiarum testatoris uigore taciti, & reciproci fi-
9 deicommissi, secundùm quòd supra dictum fuit. † Et licet istud fideicommissū non reperiatur expressum in verbis testamenti, & aliàs pro regula dicatur, quòd substitutio, quæ in testamento non legitur non dicatur facta: vt in contrarium secundo loco dicebatur. Tamen talis regula fallit, quando ex verbis testamenti colligitur mens testatoris in contrarium, quòd propriè contingit, quando post plurium mortem fit substitutio in tota hæreditate ultimo morienti expressè, vel interpretatiuè, vt patet ex his, quæ tradunt doc. in d. l. pen. & in d. § cum ita. & supra dictum fuit. Sed contra prædicta remanet scrupulus: nam prędicta omnia ꝓcedūt, quando substitutio fit post mortem plurium honoratorum, seu aliquo modo uocatorum, quod non uidetur in casu isto reperiri; qa descendētes filiarum testatoris, & ser Antiani fratris hęredū institutorum nō uidentur fuisse honorati, seu per testatorē
10 uocari; quia solùm fuerunt positi in conditione, † & aliàs ꝓ regula dicitur secundùm communem opi. quòd positi in conditione non dicuntur vocati, iuxta glo. communiter approbatam ibi per Bar. Bal. Pau. de Cast & alios in l. Lucius. la 2. ff. de hæred. insti. & pleuè tradit patruus, & do. meus Soci. in l. cū auus. circa fi. ff. de condi. & demon. vbi hanc communē
21 opi. probat, & defendit. † Et quòd in proposito reciprocū fideicommissum nō intelligatur factum, quando fit substitutio post mortem plurium simpliciter positorum in conditione, declarat egregiè ex intentione omnium d. Soc. in d. §. cum ita. in primo casu, quem ipse in hac materia considerat, & in dicto consi. 246. 5. col. ver. aliquando, & secundò. 2. vol. Veruntamen tuendo conclusionem supra positam, ad illud respondetur, & primò potest dici, q cessare uidetur difficultas: quia filij, & descendentes masculi ser Antiani fuerunt per testatorem expressè uocati, vt patet in testamēto in uersi. & si omnes prędicti &c. & cum in casu isto agatur de fideicommisso ipsis descendentibus ser Antiani iniuncto, uidetur tolerabile, vt ualeat, cum a testatore fuerint expressè uocati, & honorati. Vel si cui hoc non satisfaciat, secundo loco respondetur q immo omnes descendentes masculi institutorum dicuntur uocati, & honorati per testatorē ex eo quòd in cōditione fuerunt positi sub qualitate masculinitatis, semper enim fuit dictum, si decesserint sine liberis mascu-
22 lis, † quo stante communis conclusio, de qua in d. l. Lucius. limitatur: quia tunc tales eo modo in conditione positi dicuntur uocati, ꝓut signanter cōcludit do. Gui. Pad. in q. 184. in illa quæstione, refert, & sequitur Dec. in l. 1. in vlt. nota. C. de pac. in consi. 206. Dominus Raynaldus. 3. col. & in consil. 318. in casu istorum. 2. colum. & istud ante prędictos uoluit dominus meus Soc. in consil. 116. In causa filiorum. 5. colum. ver. sed contra hoc posse &c. 3. volum. Et hanc opinionem sequitur Cur. Iun. consi. 87. præsupponitur in facto. in prin. & in consil. 112. pro resolutione. 4. col. & secundùm eam ego sæpe consului. & ita etiā soleo tenere in l. centurio. ff. de uul. & pupil. Laus Deo.

Mar. Soci. Iunior, Pad. 1539.

C A S V S.

Petrus Lucæ de Nellis de Florentia in suo testamento in effectu instituit hęredes Constantiā, & Polissenam eius filias & Lucam filium fratris quemlibet pro tertia parte.

Et casu quo aliqua ex dictis filiabus decederet, antequam nuberet, uoluit partem suā alteri sorori superstiti accrescere, & similiter quando una ex eis uellet monacari, totum illud, quod sibi obuenire debet ex hæreditate patris supra florenos. 200. sibi debitos pro monacatione remaneat alteri sorori &c.

Et in eodem testamento ante hæredum institutionem reperitur hoc capitulum, uidelicet.

Hoc declarauo, quòd si aliqua ex dictis, & infra scriptis filiabus dicti testatoris uellet monacari, & faceret professionem in aliquo monasterio loco portionis hęreditatis, dictis filiabus fœminis debēdę, debeat habere solùm florenos ducentos inter eleemo sinam & alia necessaria, pro ipsa monacanda, & residuum, quod sibi obuenire deberet, remaneat alijs filiabus fœminis dicti testatoris &c. prout hæc latius in testamento prædicto cōtinentur, cuius copia transmittitur.

Mortuo testatore vna ex d. filiabus fuit effecta monialis, ꝓpter quod sua portio hæreditatis à florenis ducentis supra peruenit ad sororem eius, tunc in seculo remanentem.

Quæ etiam paulò post effecta est monialis.

Dubitatur modò, nunquid portio hęreditatis vltimę monialis effectæ, & etiam primæ supra ducentos cuilibet ipsarum pro monacatione conseruandos, pertineat ad Lucam cohæredem, an verò trāseat in monasterium cum ea, quę vltimo loco illud ingressa fuit.

Super quo puncto emanauit consilium excellentissimi doctoris in fauorem prędicti Lucæ, cuius copia transmittitur, & petitur ab excellentia vestra prædicti consilij comprobatio per viam subscriptionis, si tamen iustitia patiatur, & non aliter.

S V M M AE.

De iure accrescendi, quando scilicet habeat locum.

Et quando procedat post acquisitam portionem.

Et clausula. si aliqua ex filiabus fiat monialis, vtrum comprehendat omnes, si tunc vna fit alteri substituta.

1 *Verbum remaneat, dicitur verbum commune.*
2 *Fideicommissum effectum caducum apud grauatum remanet.*
3 *Dictio solùm, est taxatiua.*
4 *Dictio taxatiua quando taxatiuè profer atur, affirmat illud, quod ponit & excludit omne aliud, & negat.*
5 *Voluntas testatoris impleri debet.*
6 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
7 *Hęreditatis portio ablata ab aliquo cohærede alteri cohęredi accrescit.*
8 *Ius accrescendi habet locum inter cohæredes, etiam vbi non est aliqua coniunctio.*
9 *Ius accrescendi post aditam hæreditatem locum non habet. Limita vt ibi, & nume. 10.*
11 *Ius accrescendi licet à l. principaliter inducatur; tamen in eo cōcurrit etiam tacita voluntas testatoris.*

C O N S I L I V M C L I I.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitia.

VISO eleganti cōsilio excellētissimi domini Nicolai Guicciardini mihi vti fratris honorādi, & simul etiā testamēto Petri de Nellis, cōclusio in dicto consil. firmata visa est prima facie aliqualiter dubia. Etenim primo aspectu videbatur prædictū Lucā nō esse admittendū ad portiones hæreditarias filiarū testatores supra quadringētos florenos, ambobus ꝓ monacatiōe relictos, sed videbatur tales portiones ad monasteriū, in quòd vltima est ingressa, pertinere. Nā cū quęlibet earū fuerit instituta hęres ꝓ tertia parte, videtur in effectu per fideicōmissū grauata, vt si monialis fiat retētis ducētis florenis hæreditatē restituat sorori in seculo remanēti, & ita vidētur importare verba testamēti in ver. & similiter quādo vna &c. dū dicitur, quòd
1 totū remaneat alteri sorori &c. † Verbū enim remaneat, dicitur verbū cōmune, vt tradit Bart. in l. centurio. col. fi. vers. 4. dubitatur de verbo remanet, & ibi sequūtur cōmuniter doc. ff. de vulga. & pupil. vnde cū eo casu non possit habere locū directa substitutio; quia differtur post pupillarem ętatem, & creditur hæreditatem fuisse aditam, iuxta. §. fina. institu. de pupilla. substitutio. iuncta. l. post aditam. C. de impube. & alijs substit. sequitur, quòd locū habere debet fideicōmissaria substitutio. Quo stante infertur, quòd quando prima

filia

filia effecta fuit monialis, portio sua supra ducentus florenos
dicitur per fideicommissũ peruenisse ad sororẽ tunc in secu-
lo permanentum, quæ uidebatur eodem onere fideicommis-
2 si grauata. † cum autem postea illa secunda fuerit effecta mo-
nialis, & (vt dixi) simili fideicommisso grauata reperiretur, eo
tunc, quo cessit dies fideicommissi, nõ fuit reperta in rerum
natura persona, cui fideicommissũ erat relictum, & ita fidei
commissum dicitur effectum caducum, meritò ergo uidetur
quòd remanserit apud personam grauatam, & eius hęredes,
iuxta l. 1. §. sinautem aliquid sub conditione. C. de cap. tollẽ.
erat enim quælibet dictarum filiarũ grauata restituere soro
ri in seculo remanenti, sed ista soror in seculo remanens non
fuit reperta tempore, quo secunda filia fuit effecta monialis,
ideo uidetur, quòd apud ipsam secundo loco monialem effe-
ctam liberè remanserit ita, vt per eam suo monasterio uidea-
tur acquisitum. Nec prædictus Lucas isto casu reperitur a-
liquo modo uocatus, meritò non uidetur, quòd aliquo modo
admitti debeat; si enim testator uoluisset eũ in casum mona
cationis filiarum admitti, vtique dixisset, sicut expressè di-
xit, ꝙ admitteretur altera soror, unde cum non dixerit, credi
tur noluisse, arg. l. 1. §. finantem ad deficientis. C. de cad. tollẽ.
& c. ad audientiam. de deci. ad quod bene facit. c. inter corpo
ralia. circa med. ibi, unde si circa trãslationem. de transla. epi
sco. Istis tamen non obstan. maturius omnia considerando
contrarium ueris esse arbitror, & sic portiones hæreditas
filiabus delatas, cum ambæ sint moniales effectę, detractis du
centis florenis pro qualibet earum, pertinere ad prædictum
Lucam ipsarum cohæredem, prout sapientissimè, vt puto, p
do. Consultorem firmatum fuit. Et non est dubium, quòd
testator apertissimè demonstrauit, nolle bona sua peruenire
ad monasterium, neque ad filias, si moniales fierent, exceptis
ducẽtis florenis pro qualibet earum, vt ex lectura testamenti
constat, maximè in illo uersi. hoc declarato in prædictis &c.
dam dicitur, quòd si aliqua ex suis filiabus ingrediatur mo-
3 nasterium debeat habere solùm florenos ducentos &c. † Nã
cum dicto, solùm, sit taxatiua, vt declarat Bar. in l. cum ita le
gatum. ff. de condit. & demon. & l. 1. ff. si quis ius dicen. non
obtemp. in prin. & in l. si quidem. C. de trãsac & tradit Dec.
in consi. 2. Et pro tenui. 4. col. in fi. excludit reliquum hære-
4 ditatis, † talis enim dicto, & similis, quando affirmatiuè pro
fertur, affirmat illud, quod ponit, & excludit, & negat omne
aliud, vt inquit Bar. in d. l. 1. sic igitur in proposito ponit, ꝙ
filia, quæ monialis fiet, & consequenter per eam monasteriũ
habere debeat ducentos florenos, & nihil aliud de hęredita-
te testatoris, & illos 20. florenos debet habere loco portionis
hæreditatis, in qua erat instituta, vt clarè legitur in testamen-
5 to, & statim dicam. † Sic itaque uoluntas testatoris est filiá
monialem, & per eam monasterium excludi supra ducentos
florenos & debet omnino illud obseruari, vt uoluntas ipsius
impleatur p iura uulgaria, & prout ĩ simili firmat Ias. in cõs.
43. Ioannes Laurentius. 3. vol. & similiter in simili firmat
Deci. in consi. 269. Visis his, cum alijs adductis supra per do
minum Consulentem. Et hoc ita stante dico, quòd filia,
quæ fiet monialis secundùm ordinem, & uoluntatem testato-
ris, perdet suã tertiam portionem hæreditatis, & loco illius
dicetur in effectu instituta in ducentis florenis, vt apertissi-
mè demonstrant illa verba, loco portionis hæreditatis &c.

Et cum ducenti floreni subrogentur loco tertiæ partis hæ
reditatis, debent sapere eius naturam, & consequenter cense-
ri debent relicti iure institutionis, vt sic impediatur rupiela
6 testamenti ex causa præteritionis, † regula enim est, quòd sub
rogatum sapere debet naturam eius, in cuius locum subro-
gatur, uulgata. l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. cũ
concordantibus, de quibus ibi per glo. vt ultra illam glo. est
bonus text. & ibi plenè tradit Bar. in l. 1. . hæc act. ff. si quis
testa. lib. esse ius fuerit, facit l. cõperimus, ubi etiam no. Bar.
in fi. C. de proxi. sacr. scri. lib. 14. sicut ergo filia ĩ seculo rema-
nẽs tertiam partem iure institutionis erat habitura, ita facta
monialis eodem iure ducentos florenos habere debet, & ni-
hil ultra, & residuum portionis hæreditaris dicitur uacare p
ingressum monasterij: quia testator relinquendo tali filię du
centos florenos loco portionis hæreditatis apertè voluit, ꝙ
tunc talem portionem non habeant, sed solùm florenos du-
centos, vt supra dictum fuit. Et tunc est aduertendum: qa
si vna tantùm efficeretur monialis, testator expressè dispo-
suit quid agendum de tali sua portione; quia per viam sub-
stitutionis uoluit eam peruenire ad sororem in seculo per-
manentem, ut patet in testamento in uer. & similiter qõ vna
ex eis vellet monacari. Sed qñ etiam alia post primam fie-
ret monialis, prout de facto euenit, non reperitur expressè
dispositum, ad quẽ portio eius sit peruentura, & sic si omnes
fierent moniales, non repetitur facta aliqua substitutio cir-
ca portiones hæreditatis, sed solùm reperitur, quòd testa-
tor in effectu eam sic monialem effectam priuauit omni por
tione hæreditatis, & eius loco reliquit ducentos florenos se-
7 cũdùm, ꝙ supra deductum fuit: † Vnde sequitur, quòd in oc-
currenti casu portio hæreditatis ipsarum filiarum per mona
cationem ultimæ, dicitur ei per testatorem ablata absq; eo,
ꝙ in ea fecerit aliquam substitutionem, & propterea dicitur
vacare, & consequenter sequitur, quòd iure accrescendi pti-
nere debet ad prædictũm Lucam uti cohæredem non obstan
te, quòd inter eum, & illas filias testatoris nulla fuisset coniũ
8 ctio; † qm̃ inter cohæredes, vbi nulla sit substitutio, habet lo
cum ius accrescendi, etiam ubi nulla sit coniunctio, est tex.
clarus in l. 1. §. his ita diffinitis, & ibi tradunt doc. C. vt de ca
duc. tol. & in l. hæredes sine partib. ff de hæred. instituen. &
ita expressè declarat Bar. in d. l. re coniuncti. mihi col. 9. ver
si. quæro quartò, nunquid inter omnino disiunctos, & ibi cũ
Bar. transeunt omnes, & similiter ita firmant doc. in l. 1. C.
quando non peten. par. & dicitur portio vacans portioni per
aliquem acceptatæ accrescere, & quidem inuito cohærede,
vt d. §. his ita. Et istud ea ratione, vt communiter dicunt
doc. ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte inte-
status, contra l. ius nostrum ff. de reg. iur. ut per Bar. & alios
in loco prædicto. Et licet Ias. ibi col. 28. ver. circa omnino
disiunctos, de hac ratione dubitet, & contra eam tenere vi-
deatur: tamen (vt dixi) est magis communiter per doct. rece-
pta, & eam ibi defendit Io. Crot. col. 12. versic. inquantũ ẽt
Bar. & melius eam defendit ibi Polinus conciuis, & aliquãdo
concurrens meus colum. 22. cum seq. in ver. alia nunc sequi-
tur quęstio. & eam etiam defendit Deci. in l. 1. 2. co. versi. sed
tamen his non obstantibus. C. quando non peten. par.

Nec prædictæ conclusioni obst. si dicatur, quòd prædictæ
filiæ antequam ingrederentur monasterium, adiuerunt hæ-
reditatem pro earum portionibus, seu se immiscuerunt pa-
9 ternæ hęreditati. † Quoniam licet pro regula dici soleat, ꝙ
ius accrescendi non habeat locum post aditam, & iam acqui
sitam hæreditatem loquendo respectu proprietatis, ut l. 1. §.
interdum. ff. de vsufru. accrescen. cum simi. ut per Bar. in d. l.
re coniuncti. mihi. 24. colu. ver. quartò est cõsiderandũ, vtrũ
portio &c. vbi etiam per Ias. mihi col. 47. ver. assummo secũ
dàm materiam, tamen regula prædicta fallit in multis casi-
bus, ut per Bar. ibi qui ponit aliquos casus, & alios plures ad-
dit ibi Ias. Et inter alios casus regula prędicta fallit, quan-
dò ex post facto post acquisitionem acquisitio deficit, seu an-
nullatur, puta, quòd qui adiuit per in integrum restitutionẽ
ab aditione impetrata cum effectu desinit esse hæres, ut pro-
batur in l. ex contractu. ff. de re iudi. ibi, vel ad cohæredem,
qui tex. secundùm Bar. Ang. & Alex. ibi est ad hoc melior de
iure secundùm ꝙ dicit Ias. in l. re coniuncti. col. 49. uer. quar
ta fallentia Bar. est. Vel si ex dispositione l. perdat acquisitam
hæreditatem, iuxta auc. hoc amplius, & in corpore, unde su-
mitur. C. de fideicom. & declarat Iason post alios per eum re
latos in d. 49. colum. versicu. 6. fallentia &c. Vel etiam si il-
10 lud contingat ex dispositione testatoris. † Nam etiam post
acquisitionem ex testatoris dispositione potest esse locus iu-
ri accrescendi secundùm Bald. in l. ab eo. versicu. pone ergo
quòd pater. C. de fideicom. quod etiam refert, & sequitur Ia-
son in loco nouissimè allegato. Et certè in his, & similibus
casibus non potest esse alia ratio, nisi quia in eis inspecto eo,
quod euenire poterat, acquisitio non erat perfectè, & irreuo
cabiliter facta, & cum effectu permansionis. Et quãdo expost
acquisitio

acquisitin habetur pro non facta, saltem quantùm ad effectum habet locum ius accrescendi, sicut si ab initin quæsita nõ fuisset hæreditas; vt egregiè voluit Aogelus in consil. 153. Rusticus quõdam Chitaue. versi. super secundo similiter &c. & ita etiam sentit Decius, dum Ang. simpliciter alleg. & sequitur in rubri. C. quando non petentium partes, in secunda, & tertia lectura. in ver. & istud ius accrescendi habet locum.

Quæ omnia, si rectè considrrentur, apertè drcidunt casum nostrum, nam licet adiuerint filię hæreditatem, vt dixi, tamen cum ea veniebant priuandę ex dispositinne testatoris, si fierẽt moniales, onu dicebatur eis hæreditas pefectè, & irreuocabiliter qun ad effectum acquisita, attento quòd poterant monacari, vnde cũ casus ille euenerit; quis ambę sunt moniales effectę, & consequenter ex ordine, & dispositione testatoris, aufertur ab eis portio hęreditatis, debet in talibus portionibus sic ablatis, & vacantibus habere locum ius accrescendi, prout etiam per dominum coosulentem dictum fuit. Et rectè intuendo videtur, quòd tertium exemplum supra positum de dicto Bal. in d. l. ab eo. determinet casum istum.

Et præterea etism secundum exemplum de dicta auc. hoc amplius, optimè facit; nam sicut habet locum ius accrescendi, si quis desinat esse hęres ex dispositionĩ legis, ita etiam debet habere locum, si id accidat ex dispositiooe testatoris, vt in caiu nostro; quia dispositin testatoris debet pro lega seruari. §. disponat. in auc. de nupt. collat. 4. Sic igitur verissima videtur cooclusin domini consulmris, vt scilicet portiones hęreditatis pręfdictarum filiarum detractis ducentis florenis pro qualibet earum iure accrescendi pertineant ad pręddictum Lucam earum cohęredem, secundùm quòd supra deductum fuit. Et ex pręddictis rectè intuenti colligitur clara responsio ad allegata in contrarium, nam dum dicebatur, quòd pręddictus Lucas non reperitur substitutus, aut aliqua modo vocatus, istud ego fateor quò ad expressam vocatinnem. Nec enim dicimus, quòd Lucas admittatur iure substitutiõis; quia in testamento nou reperitur expressè substitutus, sed dicimus quòd venit, & admitti debet iure accrescendi ad vacantes portiones, prout supra dictum fuit. Et in eo dicitur considerari ta
11 cita testatoris voluntas: † licet enĩm ius accrescendi principaliter inducatur à lege, vt l. si in testamento. ff. de vul. & pup. & l. Celsus. §. 1. in fi. & ibi no. Bar. ff. de lega. secuodo. Tamẽ in eo concurrit etiam testatoris tacita voluntas, vt probatur in l. si Titio, & Mæuio. §. Iulius. ff. de legat. 2. ibi quasi substitutus &c. & ita illum tex. põderant doc. ibi, & patruus & dominus meus Soci. in l. centurin. 7. colum. ff. de vulg. & pupil. & hanc doctrinam tradunt docto. in rubri. C. quando non petentium part vt ibi per Modern. maximè per Curtium iuniorẽ io 7. præmisso, & per Sebastia. Sapiam. 2. colum. versicu. nota tamẽ perpetuò. Dum autem in allegatis in contrarium dicebatur, quòd caduca substitutio, seu fideicommissum debet remanere apud grauatum &c. Respondrtur, quòd nou sumus in tali casu: non enim reperitur facta aliqua substitutin per testatorem, nisi quando prima fiat monialis, quo casu vocatur altera, & ita de facto euenit, nam portio eius, quæ primo loco monasterium fuit ingressa, iure expressæ substitutionis, seu fideicõmissi prrueuit ad sororem, quę tunc in sęculo remanserat. Sed quando postea altera etiam facta fuit monialis, licet portiones hæreditatis supra ducentos florenos pro qualibet earum dicerentur et ablatæ ex ordine testatoris; tamen non reperiuntur io testamento alicui assignatę, neque in eis facta aliqua substitutio, seu fideicommissum, quod dicatur fieri caducum: tunc enim bene procederent allegata in contrarium, sed reperiuntur tales portiones vacare, meritò iure accrescendi debet pertinere ad pręddictum Lucam, earum cohęredem. Et profectò si rectè omnia disposita in testamento considerentur, attento quòd testator noluit plus ad aliquam earum, si fiat monialis, & per eam ad monasterium peruenire quàm ducentos florenos, si testator de hoc casu fuisset interrogatus verosimiliter respondisset, pręddictum Lucam esse admittendum, quem multum diligebat, & per quem dignitas suę familię coosernatur, quo posito sequitur, quòd ita etiam nos iudicare debemus, iuxta glos. illam notabilem licet vulgatam in l. tale pactum. §. fi. ff. de pactis. cum concordãtibus multis, qui allegari possent. Et ita ex prædictis, & aliis per Consulentem deductis concludendum puto. Laus Deo.

Soci. Nepos, Pad. legens 1539.

S V M M Æ.

De clausula codicillari utrum operetur fideicommissum si testamentum rumpatur pręteritione posthumi, ignoranter facta, saltem quandu testator post natiuitatem posthumi superuiuens testamentum non mutauit.

1 *Interpretatio semper debet fieri, quòd pater inter filios æqualitatem seruare voluerit.*

2 *Clausula codicillaris etiam per uerba futuri temporis non operatur, quando præteritus sit filius ignoranter ab eo, qui non putabat habere filium.*

3 *Clausula prædicta, quando filius est præteritus, non operatur, ut a ius sit obligatus per fideicommissum restituere institutus.*

4 *Clausula prædicta nil operatur, ubi creditur, quòd uoluntas desit.*

5 *Legata particularia quando per talem clausulam conseruentur.*

6 *Testator superuiuens si non mutat testamentum, an credatur quòd cum eo decedere uoluerit.*

7 *Leges quilibet scire præsumuntur.*

CONSILIVM CLIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitiæ.



ISO subtili ac copioso cõsilio excellẽtissimi doctoris domini Camilli Ragnoli mihi uti fratris honorandi, & olim acutissimi discipuli mei nõ parũ lætatus sũ, cũ ex eo aptissimè nouerim, illũ expectationẽ, quam de se magnam concitauerat, non dum respõdisse, sed eam longè superasse Et mihi summopere placet cõclusio, per eum firmata, uidelicet, quòd posthumus, de quo agitur, non fuerit obligatus restituere ex causa fideicommissi suam portionem hæreditatis paternæ fratri suo, qui solus fuerat iostitutus in testamento patris, rupto per ipsius posthumi natiuitatem, non obstãte clausula codicillari inserta in dicto testamento etiam per illa verba, si non valet, vel valebit &c.

Quæ cooclusio, vltra quòd de iure videtur verissima, semper mihi vt æquissima placuit i terminis nostris, & similibus quando scilicet in testamento reperitur præteritio posthumi ignoranter facta per iura, & auctoritates, de quibus plenissimè per dominum Coosulentem, qui adeo omnia subtiliter, & ab unde pertractauit, vt nihil ferè addi posse uideatur. Et proot ipse etiam inquit, veritas prædictæ conclusionis clarè apparet ex consi. Andreæ siculi numero 60. Illud afferam in medium, secundo vol. ex consi. vltimo Are. eleganter, & subtiliter. & ex cõsi. patrui, & domini mei Soc. 93. Testamẽtum pręmissum, libro quarto. In quibus, & maximè in illo Soci. rationes huiusmodi opinionis, & resolutiones contrariorum plenè deducuntur, & constat etiam hanc opinionem esse magis communem, licet plerique tenuerint contrarium.

Et præsertim illa opinio vera erit in casu nostro, ne inter fratres, & filios testatoris inęqualitas inducatur, quod nõ est uerisimile patrem testatorem uoluisse. † Semper enim (si fieri quoquo modo potest) debet fieri i talis interpretatio, quòd inter filios pater æqualitatem uoluerit, vt eleganter tradit Aretio. in consilio primo. Decreueram, ad finem, & in terminis in casu isto ita concludit Bal. in consi. 156. Clausula codicillaris. post principium, secundo uolumine. Et quòd clausula codicillaris etiam per verba futuri temporis non operetur, quando præteritus sit filius ignoranter vltra doc. copiosè allegatos per excellentissimũ consulentem uidetur uelle Alex. consilio 41. Visa tenore. ad finem libro primo. Dices, in hoc sequendo Bar. in l. prima. in sexta quęstione. ff. de iure codicillo. quòd clausula prædicta non operatur, quando pręteritio filij sit ignoranter ab eo, qui non cogitabat se habere filium,

ſlituo, idem etiã firmat Andre. Sicul.aliàs Barb.in c.Raynal
dus,car.liij.col.3.uer.item adde inquãtum iſta clauſula, de
teſta.Dicens ſe pluries cõſuluiſſe ſequutus ſupremũ doc.do.
Barm.in d.l.1.in 6.q.& inter cętera patet in ſuo cõſ.60.lib.
3.de quo ſupra.Eandem opi.ſequitur inſignis doct.do.Ber-
tran.in cõſ.172.Ponitur in facto.1.colũ.lib.1.in uerſi.ad ſe-
cundũ quæſitum,dicens,quòd amplectitur hanc partem uti
ueriorem in conſciẽtia ſua,& etiam æquiorem,ut per ipſum
& idem etiam uoluit in conſil.71.Ex tenore proceſſus.2.
col.lib.3. maximè quando teſtator erat iuris ignarus, & ſic
uerosimiliter ignorabat uim,& uirtutem dictę clauſulæ,pro
ut uerè fuit i caſu noſtro;qa teſtator,de quo agitur,talis erat
3 qui uirtutem dictæ clauſulę uerosimiliter ignorabat.† Eo.n.
poſito clauſula illa,quę ex conſuetudine tabellionum apponi
tur non operatur,vt filius, qui ignoranter fuit prętéritus,di-
catur per fideicommiſsũ grauatus reſtituere inſtitutus in te
ſtamento, ex eo quia non creditur, quòd teſtator ſic feciſſet,
4 ſi filium ſibi naſciturũ cogitaſſet.† clauſula enim codicilla-
ris nihil operatur, ubi creditur deeſſe uoluntas teſtantis,ut
uol.in Barto.in l. prima.4. quæſt.ff. de iure codicil.& Bal.in
con ſil.170.Quidam Nicolaus. colum.fin.5.uolum.repetito
.numer.309. eod. uolu. cum concordan. ut per Decium in
conſilio 105. In cauſa iſtorũ nobilium. ad fin.& in conſilio
3 94.pro uera reſolutione. colum. fina.uerſic.ex his etiam
reſpondetur.Et hanc opinio.uidetur amplecti inſignis mo
der.do.Ioan. Franc.de Ripa in l. centurio.colũ.16 & 17.ff.
de uulg. & pup. & ſi quis rectè mentem ſuam inſpicit,co-
gnoſcet,quòd in hãc partem inclinat, maximè per argumẽ.
deficientis uoluntatis, ſed eam expreſsè, & aperto ore tenet
in l.ſi unquam.in 12.quęſt.C.de reuo.dona.dicẽs,quòd per
prius ſemper crediderat,& tunc maximè credit hanc opinio
nem ueriorem eſſe plurima pro ea deducens,quæ cum publi
cè uideri poſſint,de induſtria gratia breuitatis ꝑtermittam,
ad eum me remittendo. Et demum iſtam opinio.ſequitur
Io.Ant. Alexandri, & concordantes allegat in cõſi.125.Præ
5 ſens caſus per totum, & in conſi. 116.Viſo teſtamento.† ubi
in fortioribus terminis uult,quod nec etiam legata particu-
laria per talem clauſulam dicuntur conſeruari, quãdo maxi
mè teſtator erat ignarus,prout erat in caſu noſtro,vt iam di-
xi,de quo tamen ad pręſens nihil firmo. Nec ob.quòd te-
ſtator in caſu iſto uixerit ferè per annum poſt natiuitatẽ poſt
6 humi,in quo uidetur fieri aliqua difficultas,† cum ita ſuper
uiuendo potuerit mutare teſtamentum,quòd cum non fece-
rit, creditur uoluiſſe cum eo decedere, prout in ꝓpoſito cõ
cludit Pau.de Caſt in l.ſicuti incerti. col.fi. C.de milit.teſta.
in l.1.C.poſth.hęre. inſti.& in conſi.158.Præclarus,& egre-
gius.3.col.uerſ.pro cõfirmatione, cum concord. ut per do.
Conſulentem. Quoniam ad hoc pluribus modis reſponde-
tur prout ſapientiſsimè per conſultorem ſupra dictum fuit.
Et inter alias reſponſiones multùm mihi placet illa,vt.ſ.
ex ſuperuenientia, & non mutatione teſtamenti inducatur
præſumptio,quòd noluerit teſtamentũ illud in aliquo ſorti
ri effectum.Nam cum iam ruptum eſſet, & illud ſciret teſta-
7 tor ſaltem pręſumptiones iuris;† q̃a quilibet p̃ſumitur ſcire
leges,l.leges ſacratiſsimæ.C. de legi.& l.pe. C.de iur.& fac.
igno.& aliud nũ dixiſſet,præſumitur cõſentire rupturę teſta
mẽti,& ſic uelle inteſtatus decedere, arg l. ſi mater filiis.C.
de inoffi. teſta.ubi natus poſt teſtm̃ matris,de quo nulla erat
facta mẽtio, ſi mater diutius ſuperuiuat, meritò rumpit te-
ſtm̃.Et ſic dicimus,teſtatorẽ præſumi ſic uoluiſſe ex eo,ꝙ nõ
mutauit ſumma diſpoſitionem. Et quòd prædicta opi.ſit ue
ra, etiam quòd teſtator ſuperuixerit ultra deducta per pręfa-
tum do.Conſulentem firmant etiam Bertran.in conſil.172.
3.colum.uer.nec opponat aliquis, & Ioan.Anto.Alex.in d.
conſil.225. quòd etiam uoluit Ioan. Franc. de Ripa in d.l.
ſi unquàm. in quæſt.42.ad fi. C.de reuo.don. Ex his ergo
& alijs copioſè deductis per dom. Conſultorem uerius,&
ęquius eſſe arbitror in caſu noſtro non fuiſſe, nec eſſe lo-
cum alicui fideicommiſſo, non obſtante clauſula codicilla-
ri, etiam per uerba futuri temporis expreſſa, prout per ip-
ſum excel.Conſultorem concluſum fuit in primo dubio.

Circa ſecundum uerò, prout ipſe non inſtat,nec ego in-
ſtandum puto, ſed pro re clara unà cum eo concludo, quòd
pendente lite bona, de quibus agitur, debent computari in
bonis, & hęreditate poſthumi, ita quòd de eis legatis ſatiſ-
fieri poſsit, ac etiam detrahi legitima matris ſaltem præſti-
ta cautione de reſtituendo in caſum ſuccumbentiæ, prout
per dominum Conſultorem concluſum fuit & probatum.
Laus Deo.

Mar.Soci.Iunior,Pad.legens.1541.

S V M M AE.

Filij naturales quando facit deficere conditionem ſub-
ſtitutiones,ſi ſine filijs &c.

Legitimatio de infante facta per Comitem palatinum an
ualeat ſaltem eo poſtea ratificante.

Et pluries quis legitimari poteſt, & ex pleniori iuuari.

1 *Fideicommiſsi conditone deficiente fideicommiſſum deficit.*
2 *In alternatiua alterum uerificari ſufficit.*
3 *Conditio,ſi ſine liberis deceſſerit,dicitur deficere,etiam ſi ſint filij non legitimè nati.*
4 *Ad ſubſtituti excluſionem non requiritur,quòd poſitus in conditione ſuccedat,ſed ſatis eſt, eum extare, & facere deficere conditionem.*
Filij in conditione poſiti non dicuntur uocati,
5 *Infant an legitimari poſſit, ſi in priuilegio Comitis dicatur, quòd poſſit naturales,baſtardos,ſpurios,manzeres,notos, inceſtuoſos, et quoſcũq; ex illicito coitu procreatos,uel procreãdos legit̃mare.*
6 *Legitimatio requirit conſenſum legitimandi,niſi ſit infans.*
7 *Infans legitimatus ſi legitimationem ratificauit,legitimatio redditur ualida.*
8 *Infantis legitimatus ualet in eius fauorem,ſed nõ redigitur in patriam poteſtatem,niſi factus maior conſentiat.*
9 *Legitimari quis poteſt pluries.*
10 *Legitimatio ſubſtitutis non citatis non praeiudicat.*
Limita, vt nu.ſeq. & nu. 11.
12 *Sacrilegium eſt de poteſtate Imperatoris diſputare.*

CONSILIVM CLIIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ.

IN caſu occurrenti in ciuitate Regij,uerẽ ſcili
cet decedẽte nobili dom. Thoma de Zobolis
ſuperſtite ſibi Cæſare filio naturali infante,
quem tamen legitimari fecerat, ſit locus pręſ
tenſo fideicõmiſſo in fauorẽ eccleſię ſanctę
Crucis, ſeu Paradiſi,uel domi i Galaſij aſſerẽ
tis ſe prædictum locũ repręſentare facto,& ordinato in teſta
mẽto patris dicti do.Thomæ ꝑ uerba, de qbus in eo. plenè,
doctè,& multũ eleganter ſcriptũ eſt ꝑ excel.iuriſcõ.dominũ
And.Alcia.mihi ut fratrem honorandũ,eius ſententia, vt.ſ.
ꝓdicto domino Galaſio nullũ ius competat ex cauſa ꝓdicti
fideicommiſsi,mihi etiã iuridica, & ueriſsima uidet̃, & licet
adeo plenè & abunde ꝑ dominũ conſultorem omnia fuerint
diſcuſſa,vt mihi de ſubſcriptiõe requiſito nõ uideat̃ relictus
locus aliquid addẽdi,& ꝓpterea ſatis eſſe uideret̃, iuſtiſsimã
eius opi. ſimpliciter ſubſcribẽdo cõprobare. Tamẽ vt diffi-
cultatem ipſam deguſtaſſe uidear, & vt conſulranti ſimul,&
mihi ipſi ſatisfciam, paucula quædam ꝓ temporis anguſtia
ſubiiciam,ſubſtantialia duntaxat tangendo. Fuit ergo ſub-
ſtitutio in effectu facta per hęc uerba,ſi caſus acciderit,quòd
ipſe Thomas hæres inſtitutus moriatur ſine filijs maſculis
de legitimo matrimonio deſcendentibus, vel quoquomodo
uenientibus, ſubſtituo ei præfato præſidentẽ, & diſcipulos
Chriſti, & ipſã eccleſiam Sãctę Crucis, & Paradiſũ &c. nũc
dico, ꝙ Thomas hæres iſtitutus nõ deceſſit ſine filijs maſcu
lis per teſtatorẽ conſideratis, quia.ſ. ei ſuperfuit Cæſar eius
1 filius,iux.l.non eſt ſine liberis.ff.de uerb.ſig.† meritò ſequi-
tur

tur, quòd substitutionis, seu fideicommissi conditio deficit,
seu nondum dicitur impleta, & cósequenter q ei nó dicitur
factus locus, l. Meuius. & l. qui hæredi. §. fi. & per totum ót. ff.
de condi. & demóst. facit l. thais. §. stichus. ff. do fideicom. lib.
& l. unica. §. sin antem aliquid sub códitione. C. de cad. tol. cú
si. tradnot Bar. & patruus meus Soci. in d. §. fi. & in specie in
proposito nostro uidetur tex. in l. filiusf. c. cú quis. ff. de leg. 1.
Nec ob. si dicatur, quòd dominus Cæsar non fuit de legiti
mo matrimonio procreatus; qm̃ respõdetur duobus modis.
Primò, quòd testator non curauit quomodo ipsi Thomæ in-
stituto hæredi filij nascerentur; uoluit. n. per eos excludi sub
stitutum siue de legitimo matrimooio, siue quocunque alio
modo nascàtur, vt patet ex illis verbis, de legitimo matrimo
2 nio, uel quoquo modo &c. † & in ista disiúctiua, siue & vt dici
tur, alternatiua oratione sufficit alterú uerificari. l. si hęredi
plures. in fi. ff. de cóndi. instit. cù si. illa enim uerba, uel quoquo
modo &c. vt notissimum est, important. 1. non de legitimo
matrimonio, vt sic a præcedétibus differant, & dictio, uel, in
ter diuersa ponatur, prout est eius natura. Et plus est testa
torem sic dixisse, quàm si simpliciter dixisse, si decesserit sine
filijs; quoniam apertissimè ostédit, etiam illegitimè natos se
ponere in conditione, quòd non est, quaodo dicitor simplici
ter, si sine filijs &c. qa tunc posset addi. s. legitimis, & natura
lib. quòd in casu nostro fieri non pút; quia uerba expresse re-
3 pugnant. † Vnde dicá in ꝓposito, & simplex illa conditio, si-
ne liberis decesserit, dicitur deficere, et si supersunt filij non
legitimè nati, vt est tex. in l. ex facto. §. si q s rogatus. el 1. ff. ad
treb. & ibi plenè p doc. fortius ergo dicitur deficere prædicta
códitio in casu nostro p inpexistentiá dicti Cæsaris, auc. mul
to magis. C. de sac. san. ecc. & ista prima responsio procedit
etiam quòd dictus Cæsar nunquam fuisset legitimatus. Et
si tunc dicatur, quòd si non esset legitimatus, non posset suc-
4 cedere, ergo non deberet excludere substitutú. † Responde
tur, q ad exclusionem substituti nó requiritur, quòd positio
in conditione succedat, sed satis est, eum extare, & facere de-
ficere conditionem, quicquid de eo sequatur, vt probatur in
d. l. filiusfa. §. cú quis. de leg. 1. & ibi doc. tradút, nec. o. ea eo
q qs ponitur in códitione ad exclusionem substituti, dicitur
uocatus, cú uulgata sit illa communis opi. quòd positi in con
ditione nó dicantur uocati, de qua per gl. & doc. in l. Lucios.
la 2. ff. de hære. insti. & in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad treb. & p
Soci. in l. com auos. col. 21. cum quinque seq. ff. de condi. &
dem. Secundò respondetur, posito quòd prima responsio nó
sufficiat (absq; tñ præiudicio ueritatis.) quia dico, qd iste Cæ
sar, licet illegitimè natus fuerit, fuit solenniter, & iuridicè le
gitimatus & ad legitima iura nataliom restitutus, & quidem
pluries & per habentes ad illud amplissimam auctoritatem.
Primò enim fuit legitimatus patre uiuente, & ad eius in-
5 stantiam. Nec obst. si † dicatur, quòd tunc erat infans, &
propterea uidetur, quòd legitimatio illa non tenuerit: cú fue
rit facta p Comité palatinú nó habentum de eo specialé con
cessionem, iuxta tradita per Ang. in l. fi. ff. de his qui sunt sui
uel alie. iur. & in sua disputa. nobilis quidá genere, in primo
dubio, & per Ant. Rosel. in trac. de legiti. in 2. lib. col. a vj. dú
loquit᷑ de causa matrimoniali. 1. col. uer. unde comites habé
tes &c. Quoniam ad hoc respondetur primò, quòd immo ta
lis comes dicitur habuisse talem potestatem, licet de infante
nó fiat expressa métio, attéta generali, seu indefinita cócessio
ne sibi facta, dú dicitur, q ualeas legitimare naturales, bastar-
dos, spurios, manseres, nothos, incestuosos, & quoscunq; ex
illicito coitu procreatos, uel procreandos &c. Talis. n. indefi
nita oratio ęquipollet uniuersali. l. si pluribus, de leg. 2. & l. si
plures, de leg. 3. cum si. vt per Dy. & alios in rub. de reg. iur.
lib. 6. vt sic dicamus quoscunque, scilicet cuiuscunque ętatis
sint, & sic etiam infantes, ita in proposito nostro firmat Bal.
in consi. 204. super primo artic. 2. uolum. & alij plures alle-
gati supra per clarissimum cònsultorem, & dixit Dec. in cós.
316. In casu proposito. 3. col. quem etiam consulens alle-
gat, quòd ita se habet communis opi. & rectè intuenti hoc ui
6 detur uelle Bar. in l. iubemus. C. de emanc. libe. † dum conclu
dit, quòd licet aliàs in legitimatione requiratur consensus le-
gitimandi: tamen fallit in infante, cum consentire non possit
ponderando pro hoc. d. l. iubemus. vt per eum, & hac ratione
utuntur Fulg. in cósi. 16. Casus talis est. a. col. & Cor. in cons.
157. Egregie discussa. 1. col. 1. vol. quæ consilia per consu-
lentem allegantur. Secundò etiam respondetur, & tollitur
omnis scrupulus, posito quòd prædicta opinio non procede
7 ret: † quia dico, quòd si legitimatus infans factus maior legi-
timationé ratificauit, legitimatio redditur ualida: ná cú ex
eo tñ nó ualeret secundùm uná opi. quia nó aderat legitima
ti consensus, propter infantism eo ratificante, & sic cósentié
te cessat ratio impediens, & ideo ualebit legitimatio; etenim
ratihabitio retrotrahitur, vt in c. ratihabitionem. de reg. iur.
lib. 6. & quòd ratificatio legitimati sufficiat, uidetur tex. in §.
generaliter. ibi, & filij hoc ratum habuerút, in auct. quib. mo
na. eff. sui. & ita firmat Ro. in cósi. 194. In proposita. 3. col.
uer. 4. dubitatur. Immo plus dixit Bal. in consi. 46. Titulus
8 principis. 3. col. uer. & aduerte. 1. uol. † uidelicet, quòd immo
legitimatio infantis ab initio ualet in eius fauorem, sed
non redigitur in patriam potestatem, nisi factus maior con-
sentiat, vt per eum, quem refert, & sequitur Ias. in consi. 135.
Pondus præsentis. 5. col. 4. uol. Et quòd ratificatio legitima
ti sufficiat, dixit Ang. in consi. 71. Arbiter, & in consi. 87.
Spurius & Pau. de Cast. in consi. 227. Dicendum est, & in
specie de infante facto maiore dixit Dec. in d. consil. 160.
5. colum. uersi. & ulterius, & in consi. 55. Et pro tenui. 5. col.
uersi. tertiò. respondetur, dicens quòd ita etiam consuluit A-
lex. super eum, & ita etiam uoluit Sal. in d. l. iubemus. uer. &
adde. & Lud. de Sardis in tract. de legi. dum loquitur de legiti
matione per rescriptum in 3. q. 4. q. princ. Et ista opi. est
uerissima, & communis, immo ei nó inuenio contradictoré,
sed sic est in ꝓposito, q præfatus Cæsar factus maior infante
legitimationé ratificauit, & acceptauit, ergo &c. Et ubi prędi
cta legitimatio aliquo modo non prodesset (quod tñ est fal-
sissimum) secundo loco post mortem patris, & de eius cósen
su, & ordinatione fuit dominus Cæsar iam prope pubertaté
existens legitimatus primò per Comitem palatinum imperia
lem, & deinde etiam ad abundátem cautelam per Comité pa
latinú pontificalé, ꝓut in instruméntis ltimationú prędictarú
claré cóstat, de qbus ltimationibus nó cadit dubitatio, cú de
patris prædefuncti consensu factæ fuerint, iuxta tradita per
doc. communiter i l. Gallus. §. & quid si tantú. ff. de li. & post.
9 † Nec dicatur, plures legitimationes simul stare non posse;
quia semel ltimatus amplius nó uidetur, q possit legitimari
iuxta tradita p Cur. senior. in cósi. 16. clarus uer. 10. col. Qm̃
respondédo dico, q immo ueritas est i cótrarium, pót. n. qs
pluries ltimari, & postea ea pleniori, & ualidiori ltima. iuus
ri, vt voluit Bal. in d. cósi. 176. ꝓpe fi. & tradit Pau. de Ca. in
cósi. 41. Viso testaméto. prope fi. 2. vol. secúdú noua impress.
& ita solitus est dicere Deci. vt patet in l. 1. a. col. C. de carb.
edi. in d. consi. 55. 4. col. uer. & considerandum est, & in cons.
552. In causa exemptionis. 1. colum. & alibi sæpe. Conclu-
ditur igitur ex prædictis, Cæsarem istum rectè legitimatum,
et consequéter uti ltimatum, & naturalé facere deficere con
10 ditioné fideicommissi. † Nec dum dicatur, quòd talis
legitimatio nó potest præiudicare substitutis, cú nó fuerint
citati, iuxta tradita p doc. maximè dominum meum Soci. in
d. §. & quid si tantùm. col. pe. uersic. quartum corrolarium,
quoniam respóderi potest, vt supra per excellen. consultoré.
11 † Et ultra eú pót dici, q allegata in contrariú ꝓcedere pos
sent, si uera sunt, nisi spàliter Comes ltimans habeat auctori
tatem legitimandi etiá nó citatis his, quorum interest, prout
in caso nostro reperitur in priuilegio illius Comitis impe-
rialis, qui dominum Cæsarem patre iam mortuo, ea ipsius
tamen consensu, & ordinatione legitimauit; cum. n. placuerit
12 summo Imperatori sic legitimationé fieri posse, † de cuius
iudicio, & potestate uidetur sacrilegium disputare. l. 2. C. de
cri. sacri. non uidetur dubitandum, quin hæc legitimatio ua-
luerit sine citatione substitutorum perinde, ac si ab ipsomet
Imperator talis legitimatio facta fuisset, cum facta a comite
Impatoris auctoritate, vt uoluit Bal. post gl. 1. ff. de tut. &
cur. dat. ab his, & tradit Cur. senior i cós. 16. pręalleg. co. 9.

Præterea

Praeterea potest dici, quòd allegata in contrarium procedo-rent: quando substituti nullo modo excludi possent, nisi facta legitimatione ad eorum exclusionē tendente, quod non uidetur in casu isto: quia substituti excluduntur per existentiam ipsius Cæsaris, licet illegitimè nati, cum in conditione fuerūt positi nedum nati ex legitimo matrimonio, sed quocunque modo, ut supra dictū fuit. Et legitimatio potius uidetur facta ut ipse Cæsar habilitetur ad succedendum, quàm ad exclusionem substitutorū, fiat igitur ex iam dictis conclusio, nondum uenisse diem fideicommissi, de quo agitur, & propterea reum conuentum in præsenti iudicio esse absoluendum. Cuius absolutio videtur esse necessaria ultra prædicta. Tum quia dominus Blasius actor non est talis, quem se asserit, & sua nō interest, tū etiam quia alijs omnibus cessantibus alienatio facta in reum conuentum de possessione, de qua agitur, debet sustētari, imputanda in legitimam filij testatoris, prout hęc per excellentissimum consultorem deducta fuerunt, ad quę gratia breuitatis me refero; Laus Deo. So. nepos Pad. legens, 1537.

C A S V S.

Dominus Christoph de Carugo Comensis in suo testamento dominam Iacobinam vnicam eius filiam vniuersalem hæredem instituit.

Et si contigerit eam mori ante mortem dicti testatoris, vel etiam post, substituit ei vulgariter, & per fideicommissum Ioannem Mariam, Nicolaum, & Ioannem Fran. filios masculos eiusdem domine Iacobinæ, & nepotes ipsius testatoris.

Qui Paolò ante do. Mattæ, & Catherinæ neptibus suis, & eiusdem domine Iacobinæ reliquerat certam summā pro suis dotibus, dicēs, quòd volebat eas stare tacitas, & cōtentas.

Et postea subdit, quòd si domina Iacobina prædicta (unquam viro quem tunc habebat orbata) transiret ad secunda vota, volebat, quòd eius hęreditas perueniat, & peruenire deberet in dictos eius dominæ Iacobinæ, & domini Andreæ tunc eius mariti filius masculos tantùm absque aliqua detractione &c. quoniam ipse testator vult eius hęreditatem omnino peruenire in supra nominatos filios masculos.

Mortuo postea testatore decessit ex post domina Iacobi. iā facta hæres patris, & cum ex suis filijs masculis prænominatis duo superfuerint, videlicet Io. Franc. & Io. Maria ad eos dicitur peruenisse testatoris hęreditas, iuxta formā testamēti.

Decessit postea Io. Franc. prædictus intestatus, superstite fratre suo Io. Maria ac etiam do. Iacoba, & do. Margarita filiabus ipsius Io. Francisci.

Contenditur nunc de bonis, & hæreditate prædicti testatoris, quæ peruenerant ad do. Io. Fran. an, si, pertinere debeāt ad d. filias Io. Fran. tāquam vniuersales hæredes patris earū? An verò ad dominum Ioannemmariam, cum solus superstit ex filijs masculis prædictæ domine Iacobinæ.

Quęritur ergo quid iuris, & petitur consilium tantùm pro iustitia.

S V M M AE.

De interpretatione cuiusdam testamenti, & vtrum fideicommissaria substitutio intelligatur facta, quando nulla verba testatoris ad eam adaptantur.

1 *Hæres grauati per fideicommissum illud restituere tenetur.*
2 *Testatori incognitus censetur minus dilectus.*
3 *Argumentum à ratione vnica valet.*
4 *Substitutio facta filio, si sine liberis decess. non deficit, si decedat cum filia, quando testator proprias filias ab hæreditate exclusferat, vide infrà nu. 12.*
5 *Statutum si excludit filiam propter masculum, à fortiori excludit nepotem, vide infrà nu. 14.*
Argumentū de statutis ad testamenta valet, vide infrà nu. 13.
5 *Substitutio non censetur facta, vbi verba non adaptantur.*
7 *Testatorem non sufficit aliquid velle, nisi etiam disponat.*
8 *Substitutio facta hæredi, si moriatur ante testatorem, dicitur vulgaris.*
Substitutio facta hæredi dicitur fideicōmissaria quādo post mortem testatoris hæres adita hæreditate decedat.
9 *Ex diuersis non arguitur.*
10 *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.*
11 *Nati ex fœmina non sunt de agnatione, licet sint masculi.*
15 *Fideicommissum purificatum transmittitur ad hæredes suos, etiā quòd fideicommissarius decedat, antequam illud acceptet, & etiam ante hæreditatem aditam.*

CONSILIVM CLV.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.



LICET præsentis cōsultationis resolutio apud me sit admodū clara, & in promptu appareat, vt ex infra dicendis ostendetur. Vidi tamen pleraque subtiliter, & ingeniosè ad aliam partem adducta, ex quibus fortasse apud aliquē valde dubia videbunt. videtur. n. ex eis posse dici, quod bona dicti testatoris pertineāt ad prædictū Ioan. Mariā ex cā fideicommissi, quo frater eius præmortuus grauatus videbatur, si decesserit sine filijs masculis, q. casus euenit:
1 † vt sic dicamus filias Ioann Francisci nup defuncti veluti eius hęredes vniuersales obligatas, videri ad restitutionē prædictorū bonorū ex causa fideicommissi prædicti, iuxta l. cohæredi. § cum filiæ. ff. de vulg. & pup. cū si. Quod autē eiusmodi fideicom. factū videatur, videtur posse suaderi coniecturando mentem testatoris, quam ante omnia inspicienda & obseruanda est, l. in cōditionibus primū locū. i princ. ff. de condit. & demon. l. ex facto. la grāde, circa me. ff. de hær. inst. l. cū virū. C. de fideic. & l. 5. C. de lib. præte. cum multis simi. Coniectura autem videtur satis manifesta sumi ex eo; quia neptes suas, & filias dominę Iacobinę institutæ a sua hæreditate exclusit propter masculos nepotes suos, & eiusdē do. Iacobinę filios, vt in testamento apparet, & hoc certè, vt per ipsos masculos conseruetur agnatio, quæ per fœminas non conseruatur, prout sunt iura notissima. Hoc supposito videtur necessariò inferendū quod multò magis propter tales masculos, vel aliquem illorum uoluerit excludere istas do Iacobam, & Margaritā eius pronepotes. Tū quia illæ testatori sunt remotiores, arg. l. si unua matre, C. de bon. mater. circa medium: nam sicut ibi dicitur filius non debere esse deteriores nepotibus, ita similiter in casu nostro nō deberent neptes proximiores esse deteriores pronepotibus remotioribus, sed neptes a testatore sunt ex-
2 clusæ, ergò fortius debent dici exclusę proneptes; † tum etiā quia testatori incognitæ, & per cōsequēs minus dilectę, quā neptes cognitæ per ipsum testatorem, arg. l. cum ita § ti. ff. de leg. 2. & l. q. filiabus. in princ. iuncta gl. ibi in solutione contrarij, de leg. 1. Colligendo ergo mentem testatoris, & quidem ex verbis videtur omnino dicendū, quod uoluerit omnes, & quascunque fœminas propter masculos excludere, quascūque cōtigerit nasci, arg. l. q. maiore militari. ff. de mi. test. & hoc (vt dixi) ea ratione, vt masculi admittantur, & sic agnatio con-
3 seruetur; † a qua ratione cū videatur fuisse vnica, valet argumentum, vt scilicet etiam istæ proneptes dicantur exclusæ, & nullo modo vocatæ, non quidem per extensionem voluntatis testatoris, & eius dispositionis, sed per declarationem eius; quia quando datur ad vnguem eadem ratio, casus dicitur inclusus in dispositione, non autem ad eum fit dispositionis extensio, vt tradunt doc. per illum tex. in l. 2. C de noxa. cū concordantibus, vt scribit Alex. in consilio 89. circa primum dubium. 2. col. prope fi. 6. vol. & alibi sępissimè, & est commune dictum, pro quo ego soleo allegare tex. meliorem de iure. in l. fi. ff. de cloac. ibi, prætorem enim sic intellexisse ait &c. & istud argumentum notum est prædictis allegātibus ęneū, & adamantinum, & insolubile. Et comprobatur ista argumentatio ex his, quæ dicit Pau. de Cast. in l. 1. in fi. C. de cond. in-
4 ser. † uidelicet, quod substitutio facta filio, si sine liberis decesserit, nō deficit, si decedat cum filia, quādo testator proprias filias excluserat ab hæreditate per rationem d. l. si unua matre: quia. s. creditur testator etiā neptes voluisse excludere, quū proprias filias exclusit. Facit etiā quia statuta sic interpretan-

5 tur † si enim statutum excludit filiá ꝑpter masculú, censetur
etiam, & fortiori ratione excludere neptem, vt voluit Bal. in
l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat. cum multis concor. qui allega-
ri possent. Ita ergo, & in casu nostro arguendo de statutis ad
testamenta, prout in iure permittitur, iuxta no. per Bar. in l. si
quis legauerit. ff. de leg. 1. facit l. cú quidá. versi. quemadmo
dum enim. vbi Bal. & alij no. C. de verb. sig. cum multis alijs
q̃ alleg. possent. Demum ita videtur dicendum; quoniam si
testator de hoc casu fuisset interrogatus, verosimiliter ita re-
spondisset per rationem prædictá, unde licet id non dixerit,
videtur, quòd habeatur ꝓ dicto, iuxta notabilé illam gl. uul
gatam in l. tale pactum. §. fin. ff. de pac. cum simi. Et ad ista
uirtualiter reducuntur omnia, quæ contra prædictas do. Iaco
bam. & Margaritam uidi subtiliter adducta. Eo etiam ad-
dito, quòd negabatur Io. Franciscú nuper defunctum adiuis
se hæreditatem do. Iacobinę, seu do. Christophori testatoris.

Istis tamen non obst. velut alienus totaliter a casu nostro,
& eam minimè tangentibus verissimum esse arbitror prędi
ctas filias Io. Francisci eius hæredes uniuersales nullo onere
fideicom. esse grauatas, & per consequens quòd ad eas debér
omnia bona earú patris pertinere etiam ea, quę fuerunt prę
6 dicti testatoris libere, & absque aliquo onere. † Et pro hoc
apertissimè demonstrando præsuppono, ꝙ in materia substi
tutionis, & fideicom. hæc regula traditur, vt. s. dicamus hoc
casu nó loquitur substitutio. i. verba nó adaptantur, ergo fa-
cta non censetur, & qui contrarium dicit, illud debet euiden
tissimè probare; cum aliàs verborum significationi standú
sit. l. non aliter. in prin. ff. de leg. 3. cum si. hanc regulam in ef
fectu voluit Io. And. in add. Spe. in ti. de testa. §. 1. ver. occur
rit. ad fi. cum concor. relatis per patruum, & do. meum Soc.
in cons. 62. viso capitulo substitutionis. 3. col. 3. vo. ver. & in
primis, vbi hanc regulam pro indubitata ponit, & idem fa-
cit in consi. ibi seq. col. 8. ver. sed præmissis non obst. & est
tritum, & commune dictum, vt etiam tradit insignis mode.
Lancel. Gali. in repe. l. centurio. col. mihi 66. ver. & si dicis,
ff. de vulg. & pup. quando verba substitutionis non reperiun
tur, & alicui morienti onus substitutionis nó iniungút, illud
minimè dicédú est; etiam si diceretur, ꝙ testator fortè illud
7 voluerit, aut mente cogitauerit; † quia non sufficit testatoré
quid velle, aut mente agitare, nisi illud aliquo modo dispo-
nat, vt l. quidam cum filiú. vbi Bal. & Imo. no. ff. de hęr. inst.
& pro valde no. tradit Alex. in l. 3. in fin. C. de lib. præter. cú
concor. vt per Car. sen. in consi. 42. testator Augusti. 12. col.
& in consi. 44. statuto, seu consuetudine, col. 10. & Dec. in cō
sil. 89. viso puncto. 5. colum. Hoc ita posito uidendum núc
est, nunquid verba testamenti importare aliquo modo pos-
sint, & consequenter etiam testatoris intentio ad illud fuerit
directa, vt prædicto Io. Francisco nuper defuncto aliqua sub
stitutio dicatur facta, & certè (ni fallor) plusquam clarissimú
est ꝙ non. Etenim testator post institutionem de filia sua do.
Iacobina factum eidem substitui eiusdem d. Iacobinæ filios
masculos, de qbus supra, casu, quo ipsa decederet viuo testa
tore, vel ét postea. Item etiam, & secundo casu, quo ipsa uiués
transiret ad secunda vota, nam ét tunc morte eius nó expecta
ta voluit bona peruenire ad prædictos filios masculos ipsius
8 testatoris nepotes, † quæ substitutio in primo casu, videlicet
quando illa moreretur, potuisset dici vulgaris, si viuo testato
re dom. Iacobina moreretur, vel etiam postea, antequam pa-
tri fieret hæres, iuxta tradita per Bar. & alios in l. 1. ff. de vulg.
& pup. Item etiam potuit dici fideicom. si post mortem testa
toris iam facta hęres decederet: quia tunc vulgaris expi-
rasset ꝑ aditioné, vt l. post aditam. C. de impub. & alt. substi.
& solùm fideicommissaria posset habere locú, vt §. fi. inst. de
pupil. subst. & tradunt Bar. & alij. in l. centurio. ff. de vulg. &
pup. Similiter etiam, & in secundo casu potuisset habere lo
cum vulgaris, vel fideicommissaria, secundùm quòd tráситus
ad secunda vota contigisset ante aditam hæreditatem, vel po
stea quàm adita fuisset. Ex istis autem substitutionibus ita ta-
ctis, & quæ potentialiter verificari poterát, una tantùm locú
habuit, prout una solùm poterat verificari, dico enim, quòd
cum do. Iacobina non transierit ad secunda vota, sed iam fa-
cta hæres patri decesserit, habuit locum substitutio fideicom
missaria in primo casu substitutionis factæ, & aliæ omnes ex
pirarunt, sic ergo vigore prædictę & substitutionis bona te-
statoris peruenerunt ad filios masculos ipsius d. Iacobinæ te-
statoris nepotes, prout ipse testator desiderabat, & expresè
ordinauerat, & ita impleta, & finita fuit omnis substitutio, q̃
in prædicto testaméto reperitur facta. Quid autem de bonis
suis fieri debeat postquam ad d. suos nepotes masculos perue
nerint, testator non disposuit, sed dimittendo ea in ipsorum
arbitrio eos liberos reliquit, non. n. lego aliqua verba in di-
cto testamentum, quæ sapiant aliquod fideicom. prædictis suis
nepotibus, aut alicui eorum iniunctum, & certè sicut testator
non dixit, creditur noluisse, sicut enim post mortem filię sub
stituit; quia noluit í eius libertate bona sua remanere, ita etiá
post mortem d. nepotum, vel alicuius eorum substituisset, si
voluisset eos onerare, non fecit, meritò creditur noluisse, ar-
gumen. l. vnicæ. §. sin autem ad deficientia. C. de cad. tol. & c.
ad audientiam. de decim. cum si. Cum igitur Io. Fran. nuper
defunctus nullo onere fideicō. reperiatur grauatus, sequitur,
ꝙ omnia sua bona etiam quæ habuerat de bonis d. testatoris
liberè ad eius filias, & hæredes uniuersales peruenerunt, & í
ipsarum dominio, & arbitrio libera permanere debét, & istá
conclusionem veluti in iure nostro verissimam, & clarissimá
intrepidè amplector, tametsi, vt verum fatear, desiderassem
contrariam opi. iustiorem mihi apparuisse, cō pro ea primú
requisitus fuerim. Nec prædictæ conclusioni ob. quæ in con-
trarium adducta fuerunt; quoniam ad ea si quis rectè intuea
tur, claram colliget responsionem ex supra deductis; vt tamé
veritas clarius ostendatur, singulatim ad omnia respondetur,
ut infra negando ante omnia prædicto Io. Fran. nuper defun
cto fuisse impositum aliquod onus fideicom. prout supra fir
mata conclusio continet, & verissimum arbitror; cum nullú
verbum de hoc in prædicto testaméto reperiatur, per ea quæ
dixi supra in pręmisso. Non ob. igitur, dum pro maximo fun
damento dicebatur, coniecturam substitutionis fideicom. ad
exclusionem istarum proneptium testatoris sumi ex eo, quòd
neptes proximiores excluserat &c. quoniam respondetur, ꝙ
arg. procederet, quando esset facta alicui substitutio, de cuius
importantia dubitaretur, puta si decederet sine filijs, & dubi-
taretur. an testator appellatione filiorum voluerit etiam fœmi
nas comprehendi: vt sic etiam ipsę substitutum excludát, an
verò voluerit de masculis tantùm intelligere, vt sic fœminæ
per substitutum excludantur, nam tunc cum constet, substitu
tionem esse factam, sed dubitatur, quomodo, debeat interpre
tari in suis verbis, potest túc recurri ad coniecturam, de qua
in argu. & in caso nostro posset cadere talis disputatio, si te-
stator prædicto Io. Fran. substituisset Io. Mariam, si sine filija
decesserit, & tunc bene procederet argu. ex identitate rōnis,
vt scilicet qua ratione in prima substitutione facta d. Iacobi-
næ exclusérat neptes, eadem vel fortiori ratione videretur in
secunda substitutione facta Ioan. Franc. exclusisse proneptes,
ut sic per eas substitutus, & per testatorem expresè vocatus,
non excludatur. De quo tamen quid sit dicendum, nihil pro
nunc dico: quia non est præsentis speculationis, maximè, quia
articulus ille in se est valde dubius, & hincinde reperiuntur
fortes rationes, & maximè auctoritates, vt per do. meú Soc.
in l. cum auus. in 3. q. vltra Bartol. ff. de cond. & demon. vbi
per 8. colum. plenè, & subtiliter prosequitur prędictam dif-
ficultatem. Dico enim, quòd iste non est casus noster: quia
in testamento, de quo agitur, non reperitur facta Ioan. Fran.
aliqua substitutio, de cuius verbis, & eorum dubia interpre-
tatione agatur, & per cósequens non reperitur aliquis substi-
tutus, siue vocatus post mortem Io. Fran. vt dubitari contin-
gat, vtrum istæ filiæ vocatę expresè a testatore excludantur,
9 vel tanquam fœminæ per substitutum excludantur. † Om-
nia ergo dicta in argu. ruunt, uelut aliena a casu nostro, & ni-
hil commune cum eo habentia; ab eis enim ad casum no-
strum argui nullo modo potest. l. naturaliter. §. nihil com-
mune. ff. de acquiren. posses. l. fi. ff. de calum. & l. inter stipu-
lantem. §. sacram. uersi. sed hæc dissimilia. ff. de uerb. oblig.
cum simi. Nec obstat quòd sic personæ remotiores, & in-

cognitę

cognitę videantur magis dilectæ, quàm prosimiores, & cognitæ ipsi testatori, ut in arg. dicebatur: quia (ni fallor) in ar. est fallacia. Illud. n. procederet, quando ex aliqua dispositione testatoris diceremus istas pronepotes excludere masculos; cũ neptes proximiores fuissent per masculos exclusę, sed hoc non est in casu nostro; quia istæ pronepotes non vocãtur ex aliqua dispositione testatoris, sed de iure cõi patri succedunt, qui potuisset eas præter legitimã excludere a bonis suis. testor. n. suã dispositionẽ non porrexit vltra secunda vota, vel mortẽ suæ filiæ hæredis institutæ, & cum ipse non prouiderit, remãsit res in terminis iuris cõis, vt s. ipsi, sui nepotes masculi bo

10 na sine onere fideic. haberent, † vulgata. n. est regula, quod casus omissus remanet in dispositione iuris communis. l. commodissimé. ff. de li. & posth. l. si extraneus, vbi Bar. & alii. ff. de cõdi. ob cau. & c. susceptum. de rescr. lib. 6. com sim. & ita Are. no. per illum tex. in l. illam. 2. no. C. de colla. Nec quicquam facit considerare rationem, & fauorem agnationis conseruãdæ: quia ex tali ratione, aut fauore non sunt addendæ, seu sõniandæ substitutiones vltra dispositionem testatoris, alioquin res procederet in infinitum, si semel vna subitò reperia

11 tur facta fauore agnationis, quod ridiculum esset. † Vltra quod in proposito isti nepotes, licet masculi non erant de agnatione testatoris: quia erant nepotes ex fœmina, iux. l. familię. ff. de ver. si. & §. j. inst. de legi. agn. tu. & est gl. in fi. inst. de patri. pot. Et pro vero testator non videtur habuisse respectum aliquem ad agnationem illorum nepotum, cum non esset propria agnatio, sed vti assolet eos magis diligebat, quàm fęminas; & propria ipsorum nepotum contemplatione videtur voluisse bona sua ad eos peruenisse, & ita per mediã personã eorum ad eorum hæredes, etiam quod fœminę forẽt, vt videtur arguere do. meus Soc. in d. l. cum auus. col. mihi 53. ver. quintus casus. super hoc tamen insisto quia non est ad propositũ; cum simus in casu claro, ex quo nulla reperitur facta substitutio, de cuius interpretatione agatur, & in qua adaptari possit consideratio agnationis conseruandæ. Et ex his constat ar. illud ex identitate rationis, quod adamantinum, & insolubile reputabatur. vitreum esse, & nihil obstare, immo esse extra propositum, cum hic non sit consideranda idẽtitas rationis: quia non datur subiectum, cui talis cõsideratio applicari pos

12 sit, ex quo nulla fuit facta substitutio. Et † ex his manifestè cõstat non obstãre, quæ notan. per Pan. de Ca. in l. j. C. de condi. insert. quia (vt dixi) sunt extra terminos nostri casus, licet de eorum veritate dubitare possis per ea, quæ traduntur per patruum meum Soc. in d. 3. q. vt etiam supra dixi.

13 † Non ob. modò ar. de statuto ad casum nostrũ: quia similiter dicitur extra propositum, nam procedere posset tale arg. quando ageretur de successione alicuius, ex qua dispositione testatoris filia, vel neptis esset exclusa, quia tunc facile posset dici, quod exclusa filia esset ẽt exclusæ neptis, vel exclusa nepte es

14 set ẽt exclusa proneptis, † in quibus terminis respectu statuti loquitur Bal. in l. si verò. §. de viro in contrarium alleg. sed iste non est casus noster, nam cum agatur de successione Io. Fran. non reperitur, quod ab eius successione etiam respectu bonorum testatoris sit exclusa aliqua persona ex prouisione testatoris: cum ipse noluerit in hoc casu aliquid disponere, vt supra dictum fuit. Et si dicatur, quod agitur de bonis testatoris, a quibus neptes dicuntur exclusę, ergo uidetur, quod ẽt pronepotes dicantur exclusæ, respondetur, quod exclusio neptium fuit tantùm post mortem, vel secunda vota do. Iacobinæ, qui tunc voluit bona peruenire ad d. masculos, illud autem fuit impletũ non est ergo vlterius quærendum, nec vltra trahenda testantis dispositio, quàm ipse ordinauerit. Non omitto etiam quod Bal. in d. §. de viro, loquitur de nepte ex filia exclusa, secus fortasse esset in nepte ex filio, iuxta no. per eundem Bal. in l. venia. C. de in ius vocan. & nos hic agimus de pronepotibus ex masculis, de hoc tamen non curo: quia est extra propositum, cum res clara sit in casu occurrenti non reperiri factam aliquam substitutionem, aut onus aliquod fideicomm. impositum d. Io. Fran. Ad illud, quod dicebatur per no. in l. tale pactum. § fi. ff. de pac. respondetur, negando quòd testator sic respondisset, quoniam cum non disposuerit aliquid, postquam bona peruenerint ad nepotes masculos, verosimile est, quòd aliud disponere noluerit, & cum ipsos dilexerit, verosimile est, quod eorum contemplatione post eos dilexerit omnes eorum hęredes, tam masculos, quàm fœminas, vt supra dicebam. cum enim testator vltra casus per se consideratos nõ fecerit aliquam substitutionem, non possumus nos, nec debemus alias substitutiones, & fideicom. onera addere per ea, quæ supra dicta fuerunt, & ita absque aliqua hęsitatione concludẽdum puto. Demum non ob. quòd dicebatur, non fuisse aditam hęreditatem per do. Io. Fran. quoniam primò dicam, prout verum credo, quòd immo ille unà cum alijs fratribus maternam hæreditatẽ adiuerit, & actũ in ea fecerit, qui nõ posset fieri citra ius, & nomine hęredis, præsertim cũ per aliquot annos ante eius mortẽ pręddecessisset d. D. Iacobina eius mater, & (ut arbitor) istud in facto euidentissimè probari potest quo posito cessat omnis difficultas.

15 † Sed posito quòd non probaretur, secundo loco respõdetur, quod cum dies fideicom. relicti do. Io. Fran. pro sua parte cesserit per mortem do. Iacob. & sic esset purificatum, illud decesserit, antequam illud peteret, aut acceptaret, prout tradunt Bar. & omnes post eum in l. cum filiofa. in. 5. q. ff. de le. 1. & ibi etiam ego hanc opi. sum secutus. Nec quicquã ob. si dicatur, quòd decessit forte Io. Frã. antequã aliquo modo adiretur hęreditas do. Iacobinę per aliquem ex filijs, vel etiã antequam adiretur hęreditas testatoris; quoniam licet eredã apertissimè utrunque falsum: tamẽ posito quòd sit verũ, dico non impediri ex eo transmissionem fideic. in vita sui purificati per ea quã firmat Bar. & alij, & ergo etiam ibi dixi in d. l. cum filiofa. in. 6. q. Sit igitur ex pręddictis omnibus conclusio clarissima, & indubitata apud me, quòd filię pręddicti Io. Fran. nullo onere fideico. grauatæ reperiuntur, sed liberè habere debent omnia bona patris earum etiam illa, quæ ipse habuerat de bonis d. Christophori testatoris. Ad cuius conclusionis comprobationẽ plurima adduci potuissem, sed his paucis volui esse contentus: tum quia (ni fallor) res clarissima est tum etiam quia temporis angustia, & quotidianarum lectionum impedimentum non patiuntur, me longiorem esse.

Soc. nepos, Paduæ. 1537.

S V M M AE.

De validitate testamẽti facti à puella. 15. ann. in quo virũ suum hæredem fecerat eo præsente, & qui per prius illã violẽter rapuerat de ecclesia, & in matrimonio postea acceperat & postea passus fuit eã morbo epidimiæ mori absque aliqua gubernatione.

1 *Testamentum si sit per prius scriptum absque commissione testatoris non validatur, si postea interrogatus respondeat se facere prout scriptum est.*

2 *Testamentum vel actus meticulosus ob maritalem reuerentiam rescindi debet.*

3 *Præmium ex iniquitate reportare nemo debet.*

CONSILIVM CLVI.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitia.



ISO eleganti consil. excellentis. cõsultoris D. Iulij Vidalta mihi vti fratris hono. & pręsuppositis in facto veris omnibus, quæ per eũ præsupponuntur, eiisdéque diligẽter, & maturè pro tpis angustia cõsideratis iustissimã, & æquissimã arbitror cõclusionẽ per eum firmatã, vt. s. Georgius Bertoldus maritus infelicis il. ius puellę domi. Elisabeth hæreditatem nullo mõ debeat, non obstãte quodã asserto testamẽto quod ab ea factũ dicitur, & exhibitur, in quo ipsa reperitur institutus hęres, sed potius debeat pręd-

dictę puellæ hæreditas pertinere ad eius agnatos velut ei ab intestato succedētes; cum ex iuris interpretatione facile dici possit, quòd intestata decesserit, vel saltem quòd asserium testamētum nullas vires habere possit in fauorē prędicti Georgij in eo instituti, & hæc per ea quę supra per do. Consultorē deducta fuerūt, nam cum puella ista vix an. 12. rapta fuerit, & per prius quodam modo vendita propter eius patrimonium constat Georgium prædictum, & patrem eius ab ipso initio anhelasse ad bona eius, & maxima auiditate, propter quod verosimile videtur, immo appatet violēta quædā præsumptio q. dolosè, & fraudulenter induxerunt puellam illam ad reipō dendum, quòd testabatur, prout ei per notarium legebatur q antea scripserat absque aliqua commissione ipsius puellę, & cū ipsa tunc esset in manibus eorū, qui eam violenter rapuerant iustè eos timebat, nec eis audebat contradicere, & cum esset in loco maxima pestis, & cuilibet continue imminerei periculum, videtur posse dici, quòd erat quodammodo maxima infirmitate detenta, & in periculo mortis, & propterea poterat ipsū timere, ne ab eis in tali periculo si quid ei contigisset deseretur, si in aliquo cōtradixisset, ob quā causā videtur, quòd recte procedat disputatio, de qua per gl. & doc. in

1 l. iubemus. C. de testa. † in qua inter cętera cōcluditur, quòd si testamentum per prius absque voluntate, & commissione testatoris fuisset scriptum non validatur ex eo; quia postea ipse interrogatus respondeat prout scriptum est, iuxta doc. Pa. de Castr. in l. hac consultissima. §. at eū humana fragilitas. C. qui test fa. pos. & ita etiam voluit Bal. in d. l. iubemus. Pau. de Castr. in consil. 166. viso puncto, & allegationibus. 2. colu. q̄d in noua impressione reperitur in 1. vol. nu. 155. & Ro. in consil. 306. proposita consultatio. in vlti. verbis cum cōcor. de q̄bus supra per do. Consultorem, & ratio iuue videtur, vt multi dixerunt: quia homo in infirmitate detentus facile assentit pręsentibus, & curam eius habentibus, ne ab illis deseratur, q̄tano videtur considerabilis in casu nostro; vt modò dixi, & præsertim in puella ita tenere ætatis, quia tūc magis poterat

2 timere, † & tanto magis quia eū in testamento esset scriptus hæres Georgius maritus eius, cuius vires & arma iam experta erat in rapto, maritali reuerētia præsumitur sic respondisse, prout respondit, propter quòd actus ille testādi, velut meticulosus potest dici nullius momenti, vel saltem propter iustū metum rescissibilis, iuxta l. 1. §. quæ onerandæ, iuncta gl. & q̄d ibi dicunt doc. si qua re. act. non dat. prout etiam supra per Consulentem deductum fuit. Et profectò si quis recta mente consideraverit facti cōtingentiam à principio in medio, & vsque in fi. cognoscet ex parte Bertoldorum iniquitatem maximam esse, nam quid inquius, quā q raptor puellę eidem matrimonio coniunctus postea per maximum puellę metum & qui dolosè, & eodem metu saltē iuris præsumptione induxit eam ad se instituendum, & paulopost eandem vix ann. 15. epidimię morbo laborantem deseruit omnino, & ea sine aliqua cura, & gubernatione passus fuerit mori eius hæreditatem habeat. Certè, sicut ego his cōsideratis impellor ad concludendum, vt supra, ita arbitror neminem futurum, qui

3 contra prædictum raptorem non sentiat, † ne ipse ex sua iniquitate à flagitioso illo crimine rapius incipiente præmium & lucrum reportet, iuxta l. itaque fullo. in fi. prin. ff. de fur. & l. si ab hostibus. §. 1. cū gl. & his quæ ibi tradunt doc. ff. solu. mat Ex rapina enim, & alijs malis, quæ eam secuta sunt, de q̄bus puniendus esset, non conuenit, quòd premium, & vtilitatem reportet, arg. l. siue hæreditaria. in fi. eum sua gl. ff. quod met. ca. Potuissem, & alia plura tāgere, & addere etiā ad prædictorum consumationem, nisi instantia consultantis calamum de manu mea eripuisset, & ad maximum temporis angustiam, idest vnius noctis tantum me restinxisset de simplici subscriptione me requirens. Ex his ergo, quæ per dominum Consulentem deducta fuerunt, præsertim ex supra scriptis arbitror concludendum, vt supra. Laus Deo.

Soc. nepos. Paduæ. 1535.

CASVS.

Strenuus miles D. Carolus Garumbertus nobilis Parmæ in eius vlti. testō Hortensiam unicam filiam suam impuberem hæredem instituit uniuersalem, & casu quo ab hac uita in pupillari ætate decederet, ipse testator sibi substituit do. Petrum mariam de Rubeis pro medietate suorū bonorum, & p alia medietate filios D. Octauiani de Garumbertis. Postea uerò in eodem testamento fecit plura legata diuersis personis, & inter cætera prædicto dom. Petromariæ legauit his verbis, itē legauit ipse dominus testator do. Petromariæ de Rubeis eius consobrino scutos centum de intrata quolibet anno in perpetuum super bonis ipsius testatoris.

Ipso testatore mortuo Hortensia filia in forma iuris valida adiuit paternam hæreditatē, seu illi se immiscuit, & per aliquot annos viuens singulis annis soluit scutos centum domino Petromariæ prædicto ex causa prædicti legati.

Modò ipsa decessit impubes, & ita vigore substitutionis illi factę successerunt do. Petrusmaria pro dimidia, & pro alia dimidia filij do. Octauiani de Garumbertis.

Quæritur nunc, utrum prædictū legatum scutorum centum singulis ann. factum do. Petromariæ sit totaliter extinctum, an uerò filij do. Octauiani remaneant obligati ad illud pro eorum rata hęreditatis.

SVMMAE.

Legatarius annui relicti succedēs ex pupillari instituto hęredi, utrum pro rata suorū cohæredum legatū petere possit.

1 *Legata, vel fideicom. missa relicta ab instituto, an à substituto repetita censeantur. & infrà nu. 6 & 19.*

2 *Testator alicui partē hęreditatis relinquens non creditur, quòd uelit vt habeat legatum ei ab hęrede relictum.*

3 *Pater si instituto filio legat uxori vsusfructū, & si filius decedat in pupillari, & mater ex substitutione succedat cum extraneo non debet habere vsus-fructum, & uide infrà nu. 14. & 15.*

4 *Legatum annuum non est unum, sed multiplex, & infrà nu. 16.*

5 *In legatis conditionalibus pendente conditione dies obligationis non cedit, uide infrà nu. 18.*

7 *Substitutus à milite non tenetur ad legata relicta ab instituto ui de infrà nu. 21.*

8 *Legatum passiuē pro hęreditaria portione, sicut anera in heredē transit.*

9 *Aditione hęreditatis debitoris facta per creditorem obligatio confunditur.*

10 *Hęredi à semetipso legari non potest.*

11 *L. licet Imperator ff. de leg. 1. de quo substitutio loquatur.*

12 *Per pupillarem substitutionē pupillo, & non testatori succeditur*

13 *L. atinet Largus ff. de le. ij. quo modo loquatur.*

17 *Legatum annuum ad hęredes debitoris transit*

20 *L. Imperator ff. de leg. ij. ita procedit in milite, sicut in pagano.*

CONSILIVM CLVII.

Dirigat Dominus verba mea in viam Veritatis, & iustitia.



LICET præcedentis cōsultationis resolutio in fauorem, d. do. Petrimarię nō sit multæ dubitationis vt ex infra dicendis apparebit tamen fortasse cuipiam prima fronte uidebitur contra eū, & sic q legatum sit totaliter extinctum, postquā ex ordine testatoris d. Petrusmaria legatarius fuit vocatus ad dimidiam partem hæ

1 reditatis. † Et pro hoc primò uidetur tex. in l. licet imperator. ff. de lega. 1. i ver. vel q̄d si substituit. ibi enim aperte dicitur quòd licet regulariter legata, vel fideicom. relicta ab instituto censeatur repetita à substituto; tamen aliquādo secus est ex uoluntate testatoris, & ibi inter cętera ponitur exemplum, si legatarium, vel fideicommissarium ex parte substituit; nam tunc legatū, vel fideicommissum nō cēsetur à substitutis re

2 petitū, † & ratio pōt esse, quia cū testator in substitutione partē hæreditatis reliquerit, non creditur uoluisse, vt habeat etiā legatum

legatum eidem ab instituto relictum, arg. l. Latinus Largus.
ff. de legat. 2. quasi partem hæreditatis loco legati reliquerit,
vnde cum in casu isto d. Petromariæ, cui ab instituta filia te-
statoris erat factum legatum fuerit in substitutione relicta
pars hæreditatis, vñ, q legatum a substitutis non dicatur repe
titū, & consequenter q filij do. Octauiani ad aliquid non te-
neātur. Secundò facit pulchra decis. Dy. quam per illum tex.
3 ponit in d. l. licet imperator, † dixit. n. q si pater instituto fi-
lio pupillo legauit vxori vsufructum, & filio decedenti in pu
pillari ætate substituit pro parte extraneū, & pro parte vxo-
rem suam matrem pupilli, si postea filius impubes moriatur,
& mater ex substitutione succedat vnà cum extraneo, nō de-
bet amplius mater habere vsumfructum, sic igitur dicēdum
videtur in terminis nostris, quòd dom. Petrusmaria, qui ex
substitutione vnà cum filijs do. Octauiani succedit filia te-
statoris impubere mortua non debeat amplius habere lega-
tū scutorum centū singulis annis, & sic videtur, q sit totali-
4 ter extinctum. † Tertiò facit; quia hoc legatum de centū scu-
tis de intrata singulis annis, velut annuum legatū nō est vnū
tantùm legatum, sed multiplex, hoc est quolibet anno vnum
legatum separatum, vt l. cum in annos singulos. ff. de annu. le
ga. l. senatus. §. fi. ff. de don. cau. mor. & l. cum in annos. la j. ff.
quando di. leg. ced. cum si. & pro primo dicitur legatum pu
rum, pro sequentibus verò cōditionale, vt l. si in singulos. ff.
de annu. leg. & ibi doc. no. & tradit Bart. in l. ita stipulatus. la
grande, in col. 22. ver. tertiò est videndū, quando obligatio
habet diē &c. & ibi ego dixi in repetitione mea col. 80. in fi.
quo stante non videtur, q pro futuris annis debeatur a filijs
do. Octauiani, velut hæredibus prædictæ Hortensiæ, eo q in
5 persona eius non erat causata, seu orta obligatio; † quia in le
gatis conditionalibus pēdente conditione non venit, nec ces
sit dies obligationis l. cedere diē. ff. de verbo. sign. cum sim.
si igitur ipsa non tenebatur, non videtur posse dici, q hære-
des eius, velut ad æs alienum teneantur, sed potius q legatū
ipsa Hortensia moriente extinguatur pro futuris annis con
ditione non impleta, & superueniente domino Petromariç
commodo substitutionis, secus si legatum fuisset vnum & pu
rum, & ita hāc differentiam in simili tradit Paul. de Cast. in
consi. 31. circa primum 2. col. 2. vol. secundùm nouā impres-
6 sionem. † Præterea, & quartò in proposito q non videatur a
substitutis repetitum hoc legatum suaderi videtur præsum-
pta mente testatoris; nam cum testator filios dom. Octauiani
pro dimidia, & do. Petrummariā pro alia dimidia substitue-
rit, videtur apertè voluisse, illos esse pares in suis bonis, & tā
tum habeant d. filij quantum do. Petrusmaria, & econtra, q
certè nō esset, si legatum diceretur repetitum; quia ipsi filij
singulis annis tenerētur ad l. scutos, & sic tanto minus habe-
rēt, & ita daretur inæqualitas contra prçsumptā voluntatem
testantis, quæ ante oia in testamētis perquiri, & seruari debet
l. in cōditionibus primū locū. ff. de cōd. & demon. l. qm̄ indi
gnū. C. de testa. l. 3. C. de lib. præte. cū si. etenim in interpræ-
tādis dispositionibus moriētium eorū voluntatē vti venator
leporē pedetentim sectari debemus; vt inquit Bald. in l. qui-
dam. in prin. C. de neces. serui. hære. insti. Et demū, q non di
catur facta talis repetitio, vidêtur probari ex eo: quia testator
7 erat miles, per tex. in l. quærebatur. §. fin. ff. de mili. testa. † vbi
substitutus a milite nō tenetur ad legata relicta ab instituto,
si igitur in proposito hoc legatum non est repetitū, sequitur,
q filij do. Octauiani ad aliquid nō tenentur. Sed his non ob-
stātibus, & prout rei veritas est, casum nostrū non tangētibus
cōtrariū absque aliqua dubitatione uerissimum de iure arbi
tror, & cōcludo, prædictos filios do. Octauiani teneri, & obli
gatos esse ad dictū legatū pro eorū rata hçreditaria, & sic ad
scutos l. annuos prædicto do. Petromariæ, donec uixerit.

Et pro huius conclusionis clara demonstratione aduerten
dū est; quia non sumus in disputatione, utrum legatum dica-
8 tur repetitū a substitutis, † sed dicimus, q istud legatum in
iunctum do. Hortensiæ hæredi, & confirmatū per aditionem
hæreditatis do. Hortensiæ. & per eā, dum uixerit, annuatim
præstitum uelut onus illi, & suæ hæreditati annexū, per illā
trāsmissum fuit passiuè in suos hæredes pro eorū rata hçredi
taria, sicut & cætera onera transeunt, iuxta l. 2. & l. fin. C. de
hæred. act. cum si. unde cū illi ex pupillari substitutione suc-
cesserint, & hæredes fuerint prædicti filij domini Octauiani
pro dimidia parte, & pro alia d. Petrusmaria prędictus, sequi
tur q in eos tale onus pro rata hæreditaria dicatur translatū.
9 † Est bene verum, quod pro parte do. Petrimariæ dicitur tale
onus, & obligatio cōfusa per eius aditionem, cum ille sit cre-
ditor, & debitoris adierit hæreditatem, ut est tex. in l. stichū.
§. aditio. ff. de solu. & in l. debitori. C. de pac. ex hoc tamē nō
impeditur, quin creditum suū a filijs do. Octauiani suis cohç
redibus pro eorum rata hçreditaria petere possit, ut est text.
apertus in l. j. C. de hçre. ac. nō enim pro ea parte dicitur ob-
ligatio confusa, & ratio est: quia ideo confunditur obligatio
aditione creditoris, quoniam aliàs obligatio actiuè, & passiuè
reperiretur penes eundem, quod esse non potest, hinc dici-
10 mus † quòd hçredi a seipso legari nō pōt l. legatū. §. j. & l. qui-
dam. ff. de lega. j. & in simili quis non potest pro eodem apud
eundem teneri, ut l. Vranius. ff. de fideiuss. fit ergo cōfusio ob-
ligationis solùm pro parte adeuntis, & non pro parte cohære-
dum, sicut etiam qui adit solùm pro sua rata personā defun-
cti reprçsentat, & nō pro rata cohçredum, ut l. cum à matre,
cum sua materia. C. de rei uendicat. Concluditur itaq; quòd
do. Petrusmaria adeundo hçreditatem do. Hortensiç ex pu
pillari substitutione solùm pro sua rata confudit obligationē
ad centum scutos annuos sibi ab illa debitos, sed pro alia par
te remanet obligatio aduersus cohçredes per tex. in d. l. j. &
cum istud fundamentum sit clarum, & indubitatum, non cu
ro aliter hanc partem fundare. Quç uerissima est, & clarius
11 apparebit ex responsionibus ad allegata in contrariū. † Non
ob. ergo primò d. l. licet Imperator. de leg. j. quia respondeo
omissis pluribus, quç dici possent, quòd ille text. loquitur de
substituto uulgari, cuius respectu disputatur de repetitione
fideicom. relicti ab instituto; cum enim institutus non fiat hç
res, sed uocetur substitutus uulgaris, & sic legatum, uel fidei-
com. ab ipso instituto deberi non possit ex defectu aditionis
hçreditatis, meritò & conuenienter quçritur, an debeatur a
substituto, ut sic ab eo censeatur repetitum, ex quo ille ita suc
cedit testatori, sicut successisset institutus, & cōcluditur regu
lariter quòd sic, licet in certis casibus aliud sit, puta si legata-
rius in uulgari substitutione fuerit uocatus ad partem hçredi
tatis, vt d. l. licet Imperator, & ratio tunc est: quia cum testa-
tor illum uocauerit ad partem suç hçreditatis, non est uerosi
mile, quòd uoluerit aliud eum habere de sua hæreditate, ut
12 ibi per doc. † Nos autem sumus in substitutione pupillari, per
quā non testatori, sed do. Hortensiç pupillç succeditur l. 2. cū
materia. ff. de uulga. & pupilla. & insti. de pupil. subst. in prin
cip. & §. igitur. cum simili. quç domina Hortensia, ut prçsup
ponitur, fuit hçres patri, & ita ut hæres suscepit in se obliga-
tionē legati, de quo agitur, & illud soluere cæpit, ita quidem
ut dici nō possit tale legatum ab instituto non deberi, & pro-
pterea etiam non cadit dubitatio, utrum censeatur a substitu
tis repetitum, sed solum cadit dubitatio, utrum hæredes do-
minæ Hortensiç, sic isti pupillariter substituti ad tale lega-
tum teneātur pariter, sicut illa uiuens tenebatur, & absq; du-
bio dicendum est éos teneri, secundùm quòd supradictū fuit
licet pro parte do. Petrimariæ per eius aditionem fuerit ob-
13 ligatio cōfusa, ut similiter dictum fuit. † Nec in proposito ua
let argumentum, quo dicebatur, uerosimile fieri, quòd testa-
tor noluerit dominum Petrummariam habere legatum, cū
partem hçreditatis ei reliquerit, quoniam illud procederet, si
reliquisset partem suç hçreditatis, hoc est, quòd eum sibi hç-
redem fecisset per uulgarem substitutionem, prout intelligi
tur. l. Latinus Largus. de lega. 2. in contrarium allegati, quod
isto casu non contingit: quia dominus Petrusmaria non uo-
catur ad hçreditatem testatoris, neque illi succedit, sed Hor
14 tensiç pupillç, ut iam dictum est, ergo &c. † Secundò non ob
stat illa decisio Dyn. in d. l. licet Imperator, quia respondetur,
quòd illa posset negari, prout eam simpliciter ibi repro-
bat Cuma. Sed si aliquo casu procedit, solum procedit
quando illa mater instituto filio ante aditionem deceden-
te succederet ex tacita uulgari, quæ secundum docto. erat

comprabensa in expressa pupillari, iuxta, l. iam hoc iure.
in prin.ff.de vulga.& pupilla.nam tunc eo modo illa mater
succedit testatori,& ad partē hæreditatis eius vocatur, secus
autem,si adita hæreditate filius impubes decessisset, cui ma-
ter pupillarem pro parte succederet; nam tūc pro parte co-
hæredis deberet legatum vsusfructus consequi, & cohæres
ad eam partem tenetur non ex vi repetitionis, sed vt hæres
pupilli pro sua rata,& ipsius nomine, & tanquam æs alienū
eam præstabit,ita in terminis declarat Bartol.in dicta.l. licet
Imperator. & indinctè cum eo omnes transeunt, vt ibi per
Ias.in 6.colnm.in 8. notab. & vltra eum ita voluit Bald. in
consi.230.ser Petrus fecit. primo volumine. Et est ista opi-
nio.quæ est communis omnium,determinatur casus noster,
vt scilicet domi. Petrusmaria possit legatum prædictum pe-
15 tere pro rata cohæredum,† & reperio etiam, quòd ita quasi
in terminis consulendo firmat vir maximæ auctoritatis Si-
gnorol.de Homod. in cons.123. habens habiaticum. prope
finem. erat enim in casu suo pupillus institutus vniuersali-
ter,& cuidam eius sorori relicta erant centum iure institu-
tionis,& etiam alimenta certo tempore,in quibus illa habe-
batur ꝑ legataria,iuxta,l.quoties C.de hęred.inst. & eadem
soror cum quibusdā alijs erat pupillariter substituta:cum ve
neri. casus pupillaris substitutionis;quia pupillus adita hæ-
reditate paterna, vel auita decessit,dicit ibi Signoro. ꝙ illa so
ror,non obstante ꝙ ex pupillari substitutione vocetur ad par
tem,poterit petere alimenta,& illa centum cohęredibus pu-
pilli pro eorum rata, & sic rectè considerando ibi habemus
decisionem pręsentis casus quasi in terminis, vt de se patet.
16 † Ad tertium respondetur, fatēdo ꝙ legatum istud est mul
tiplex,pro primo anno purum,& pro alijs conditionale: vt
in arg.dicitur,sed dico, ꝙ conditio in proposito nostro est, si
dominus Petrusmaria superuiuat; vt colligitur ex allegatis
in contrarium,& maximè ex d.l.si singulos,ff. de annu. lega.
vbi hoc apertè dicitur, vnde in proposito dico, quod donec
dominus Petrusmaria viuet, quolibet anno implebitur con
ditio eiusmodi legati,& eousque debebitur,& non vltra per
allega.in contrarium. Sed non alteratur tale legatū per mor
tē Hortēsiæ debitricis,sed obligatio,qua ipsa tenebatur, trā s
missa dicitur passiuè in eius hæredes. Et licet pro futuris an
nis propter conditionem legati dies non cesserit: vt diceba-
tur in arg. tamen ea hoc non impeditur dicta transmissio,
quæ si non est verè obligationis,& iam in esse deductę, est ta
men obligationis speratę.& quę impleta conditione orietur
iuxta,§.ea conditionali.insti.de verb. obligat. & a qua domi.
Hortensia,nec eius hęredes credere non poterant. Nec obst.
quod ex parte domi. Petrimariæ legatarij tale legatum non
sit transmissibile ad hæredes;quoniam illud est ex eo:quia eo
mortuo diceretur defecisse conditio d. legati pro futuris an-
nis,quod non consideratur mortua do.Hortensia, vt ex præ-
17 dictis patet.† Ea eo enim quòd legatum sit annuum, non trā
sit ad hæredes debituris quicquid sit de hęrede creditoris: vt
probatur in l. libertis quos,§.1.ff.de alimen.lega. loquitur. n.
ille tex.in legato alimentorum, quod est annuum.
Et quòd eiusmodi legata transeant passiuè ad hæredes ob-
ligati, licet non transeant actiuè ad hęredes legatarij, firmat
Alexan.in consi.118.attentis narratis,in fi.6.vo & est hoc in
18 dubitatum. † Non ob.decisio Pau.de Cast.in d.cons.31. alle
gata in contrarium,quatenus faciendo differentiam inter le-
gatum simplex,& legatum alimentorum, quod est annuum
vult, ꝙ legatum alimentorum certis casibus finiatur per su-
peruenient commodum substitutionis,siue partis eius ipsi le
gatario:quoniam rectè consideranti decisio illa potius seruit
pręd ictis,quàm eis obstet:nam ibi Paul. per adducta primo
loco concludit, regulariter non extingui etiam legatum an-
nuum, sed tamen in legatu alimentorum in eo casu cōtrariū
dicit,quando commodum substitutionis sufficit ad alimenta;
quia legatum alimentorum eo casu pręsumitur factū ex pie-
tate,& ex causa necessitatis,ne fame pereat, quę causa, & ra-
tio legati cessat, quando ex cōmodo substitutionis potest ali,
vt per eum ibi.Sed in casu nostro legatum annuum non fuit
factum ea causa alimentorum, sed vt legatario tale commo-
dum,& emolumentum largiretur propter benemerita eius,
& propter amorem maximum, quo illum testatur prosequē-
batur,meritò ergo non debet tale legatum extingui propter
commodum substitutionis per allega.ibi per Pau.de Cast. in
19 princ.† Non obst.quartū:quia negatur, quòd testator volue
rit Petrummariam esse ęqualem cum filijs domi. Octauiani
in bonis suis,quinimmo dico, quòd voluerit inter eos inę-
qualitatem,nam dum de bonis proprijs disposuit,Petrumma
riā prædilexit valde,relinquendo illi,d.centū scutos annuos,
filijs verò domi.Octauiani nihil reliquit,ergo &c.
Fateor bene, ꝙ dum postea de bonis filiæ disponendo sub
stituit ei pupillariter, voluit prædictos esse æquales,sed ex hoc
non est inferendum, ꝙ etiam circa bona propria eos fecerit
æquales: cum apertissimè contrarium appareat, & ęqualitas
in substitutione obseruatur: quia quilibet pro dimidia succe
dit,& pro dimidia ad onera, & sic ad d.legatum tenetur, sed
Per.Maria adeundo pro sua rata obligationē confundit: quia
sibi ipsi debere non potest, prout supra dictum fuit. Ad vlti
mum respondetur primò, quòd non agitur in caso nostro de
repetitione legati,sed quòd hæredes.d. Hortensię eius nomi
20 ne teneantur ad illud, quod ipsa viuens teneretur. † Secun-
dò etiam responderi potest,quòd immo regula,d.l.licet Im-
perator,ita procedit in milite,sicut in pagano; quia etiam in
testamento militis dicitur facta repetitio, alioquin miles es-
set deterioris conditionis, & minus eius voluntas seruaretur;
cum talis repetitio fundetur in pręsumpta voluntate testan-
21 tis, vt d.l.licet Imperator,quod non est dicendum.† Nō obst.
d.l.quęrebatur,§.fina.quia ille tex.procedit ea ratione; quia
legatum debetur a primo institoto ratione vtilitatis, quam
percepit ea hęreditate tempore, quo fuit institutus, nec lega-
tum dicitur extingui propter substitutionem, sicut continge
ret in d.l.licet imperator.si non diceretur repetitō, quilibet
ergo heres in dicto,§.fin.tenebitur ad legata sibi iniūcta pro
pter commoditatem, quam ex hæreditate percipit, & ista est
vera declaratio ad illum tex. prout dixi in rubri.ff.de vulga.
& pupilla.seu in præmissis in repetitione,l.centurio, eod.tit.
licet in casu isto non sit necessaria per prædicta.Ex quibus in
trepidè,& absque aliqua dubitatione concluditur, filios do.
Octaniani teneri ad scutos,l.annuos,d. Petromarię donec vi
xerit.Laus Deo. Soci.nepos Paduę.1536.

C A S V S.

Illust.domi. Andræas Piccolominens cum haberet tres fi-
lios masculos,& quasdam fœminas in suo testamētu inter cę
tera sic disposuit. Item attēto quòd dom. Ioan. eius filius pri
mogenitus est in sacris,& archiepiscopus,ideo pręlegauit Pe
trofrancisco eius secundogenitu castrū Castiglionis Pischa-
riæ, rocbetas in mari, & insulam, & castrum Lilij cum suis
iuribus &c.ita vt in perpetuum essent descendētium mascu
lorum ipsius Petrifrancisci.
Et casu quo decederet sine filijs mascolis legitimis, & na-
turalibus ipsa bona reliquit, & pręlegauit Alexandro eius fi-
lio tertiogenitu cum eisdem modis &c.declarans, quòd sem
per transeant de primogenitu in primogenitum,& ꝙ primo
genitus debeat suis fratribus redditus communicare, prout
latius in dicto testamento continetur.
Et postea subditur,& casu quo d. Petrusfranc. & Alexan-
der sui filij,& hæredes prædicti decederunt sine filijs legiti-
mis & naturalibus,tunc præfatus do.Io.Archiepiscopus suc-
cedat in omnibus bonis prædictis toto tempore vitę suæ.
Et deinde post mortem ipsius dicta bona deueniant,prout
inferius est annotatum,& declaratum.
Inferius autem solùm reperitur, ꝙ statim testator quædam
particularia bona pręlegauit pręd icto do. Ioanni ex declara-
tione ꝙ attentu, ꝙ ipse sit religiosus, vt supra, omnia sibi pręle-
legata habeat solùm toto tempore vitæ suę, & deinde post ip
sius mortē ipsa bona pleno iure redeant ad Petrumfranciscū
& Alexandrū eius germanos,& eorū hęredes, & successores.
Et demū in fine testamētu pręd ictos tres filios hęredes vni
uersales instituit,cū illa tamē declaratione de omnibus,& sin-
guns

gulis bonis tangentibus d.do.Ioannē, q ipse intelligatur bona ipsa habere solùm toto tēpore uitæ suæ, & deinde post ipsius mortem ipsa bona deueniant pleno iure ad d. Petrūfrā. & Alexandrum, & suos hæredes, & successores, vt supra in legato supra facto, iterum declarum, & annotatum est.

Testatore mortuo, & adita per omnes filios hęreditate decessit illust.dom. Petrusfrancis. sine filijs masculis superstite tamen sibi unica filia nomine Syluia, cui certam quātitatem iure institutionis reliquit, reueren.do.Io. fratre, & tunc Cardinali instituto hærede uniuersali, cum quibusdam substitutionibus, ut latius in eius testamento continetur.

Deinde decessit illustriss. do. Alexander sine liberis intestatus, cui ex forma statuti asseritur successisse reueren. Cardinalem eius fratrem.

Demum decessit reuerendiss. Cardinalis prædictus intestatus.

Istis sic stantibus pro nunc de duobus quæritur.

Et primò, utrum testator in prælegato facto illustriss. do. Petrofranc. in illis uerbis, prout inferius est annotatum &c. dicatur se retulisse ad formam expressam in prælegato reueren. Cardi. & etiam institutione.

Secundò, utrum illa uerba. & eorum, uel suos hęredes, & successores, intelligantur solùm de descendētibus, ita ut hodie solùm uerificentur in illust.do. Syluia filia prædicti dom. Petrifranc. an uerò etiam de alijs, & quibuscunque hæredibus. Et sic re ipsa quæritur, ad quem pertineant hodie bona quęcunque, & quomodo cunque ipsi Reueren. Cardinali relicta in testamentu patris eius.

Et si iustitiæ patiatur, petitur consilium in fauorem illust. dominę Syluię, prout per alios consultum fuit.

S V M M AE.

Hæredis appellatione qui ueniant in substitutionibus, & an institutus in re certa.

Conditio, si sine filijs decesserit, an & quādo ad masculos sit restringenda.

Copulatiua oratio, uel collectiua in conditione utrum requirit omnium implementum.

Filij positi in conditione, utrum censeantur uocati ex testamento, saltem quando non possent admitti ab intestato.

Et quid in legatis particularibus.

1 *Voluntas testatoris est attendendenda, etiam si verba in eorum rigorosa significatione aliud significare videantur.*
2 *Verborum interpretatio nunquam tantum valet, vt sensu testatoris melior sit.*
3 *Voluntas testatoris, nisi legi repugnet, pro lege habetur.*
4 *Oratio vna, & eadem non debet diuerso modo capi.*
Determinatio plura respiciens debet pariter determinare.
5 *Relatum in referente censetur esse.*
Relatio fit cum omnibus suis qualitatibus.
6 *Verba, & eorum hæredes, de quibus hæredibus intelligantur, & infrà nu.47.*
7 *Verba testamenti à communi vsu loquendi interpretanda sunt, & infrà nu.10.12.16.& 19.*
8 *Verba, donec castè vixerit, in legato apposita, quomodo intelligantur.*
9 *Communis vsus loquendi præualet.*
11 *Vocans filios, & eius hæredes ordine successiuo vocati essent ur.*
13 *Nomen, hæres, quomodo in testamentis capiatur, & infrà nu.20.*
14 *Testator aliquem diligens præsumitur etiam diligere eius hæredes etiam extraneos.*
15 *Grauari sibi ipsi nemo potest.*
17 *Verbum, successor, ius hæreditarium importat.*
18 *Notarij sæpe ponunt in testamentis clausulas ex seipsis, & testatores eorum intelligentiam nesciunt.*
21 *Filius in re certa institutus dicitur hæres.*
22 *Hæres mediatus propriè non dicitur hæres testatoris.*
23 *Conditio, si sine liberis decesserit, deficit per existentiam vnius filiæ, licet non sit hæres, & num.seq.*
25 *Conditio, si sine liberis decesserit, quare apposita censeatur.*
26 *Pater non præsumitur plus diligere filios quàm nepotes.*
27 *Substitutio de masculis facta fauore agnationis conseruandæ censetur facta.*
28 *Vna pars testamenti aliam declarat, vide infrà nu.48.49.*
Testator cum statuto videtur se conformare, & infrà nu.50.
29 *Substitutio facta pluribus, vltimò morienti censetur facta, vide infrà nu.51.*
30 *Filij positi in conditione non censentur vocati ex testamento, sed dicitur eis reseruatum ius succedendi ab intestato.*
31 *Conditio, si sine filijs decesserit, de quibus intelligatur.*
32 *Filiorum appellatione legali interpretatione fœminæ etiam veniunt.*
33 *Masculinus sexus fœmininum semper continet.*
34 *Verbum, continet, proprietatem denotat.*
35 *Conditio, si sine filijs decesserit, operatur, vt fœminæ faciant fideicommissum deficere.*
36 *Conditio, si sine filijs decesserit, a l. subintellecta deficit, si fœminę superfint.*
37 *Cōditio prædicta deficit per filiam, si de masculis non exprimitur.*
38 *In fideicommissis testatoris mens seruanda est.*
39 *Testatoris verba semper sunt ad intellectum iuris referenda, si aliud non repugnet.*
40 *Testator si in duabus substitutionibus de filijs masculis fecit mētionem, in tertia loquens de filijs simpliciter videtur de fœminis etiam intelligere, & nu.41.*
42 *Dignitas familiarum sine diuitijs sordescit.*
43 *Testator deficientibus masculis censetur diligere tam fœminas ex suis filiis, quàm substitutos.*
44 *Res prohibita alienari extra familiam potest in filiam, cum sit de familia transferri.*
45 *Statum excludens fœminas fauore agnationis conseruandę non admittit.*
46 *Præsumptio fortior aliam tollit.*
51 *Dispositio per verba collectiuè facta omnium collectorū concursum requirit, & numero 53.*
52 *A natura verborum non est recedendum, nisi aliter constet de voluntate testantis.*
54 *Substitutio facta aliquibus, si decesserint sine filiis, non habet effectum, si vnus ex illis prius decedat cum filijs, licet postea alter sine filijs decedat.*
55 *Conditio respiciens plures personas, quando apponitur per verba pluralis numeri, æquipollet duabus conditionibus copulatiuè appositis.*
56 *L. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. quomodo procedat.*
57 *Filij in conditione positi, an dicantur ad fideicommissum vocati, & infrà nu.69. & 71. vbi latè. & nu.73.*
58 *Testator quando est intentus dispositioni testamentarię non præsumitur, quòd voluerit causam intestati interponere.*
59 *Quis quando à lucro remouetur alicuius fauore, illud lucrum ei applicari debet, cuius fauore ille excluditur.*
60 *Substitutio fideicommissaria ex coniecturis inducitur.*
61 *Substitutio fideicommissaria etiam nutu fieri potest.*
62 *Filii in conditione positi, qui faciunt deficere fideicommissum, non impediunt, quia omnia veniant ad fiscum, si institutus deportetur.*
63 *Bonorum confiscatio fideicommisso non præiudicat.*
64 *Verba conditionalia aliquando disponunt.*
65 *Voluntas testatoris etiam per coniecturas habita in fideicommissis attendi debet.*
66 *Conditio ad fauorem grauati apposita, si de voluntate disponentis constat, aliquando operatur, si illud poterat disponere.*
67 *L. ex facto. §. ex facto. ff. ad treb. quomodo procedat.*
68 *Clausula in fine posita ad quæ referatur.*
70 *Communis opinio temporis cursu mutari potest.*
72 *Iudicare nō debemus ex doctorum multitudine, sed quod melius, æquius, & verius est.*
74 *Prælatio quando ex testamento dari non potest, debet fieri eo modo, quo potest.*
75 *Sufficit casum euenire posse, quòd positi conditione ab intestato non vocentur.*

76 *Limitatio ad gl. in l. Lucius. ff. de hered.*
In legatis de verbis curandum non est, sed tantum sensus testatoris attenditur.

CONSILIVM CLVIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitia,

ABVNDE, & multū subtiliter absoluta fuit
præsens consultatio per insignes iurisconsul
tos Senen. quorum tertius est mihi filius,
duo verò primi uti fratres carissimi, & ho-
no.& olim acutissimi discipuli mei, quorum
perspicacissimum ingenium, uberemque do
ctrinam iam pridem ex multis mihi notissimam in præsenti
consultatione apertissimè cognoscere licet. Eam enim ita ac
curatè absoluerūt, ut reliquis nullus ferè dicēdi locus uideatur relictus. Ego autem veluti post terga optimorum messo
rum incedens, eorum uestigia calcando, & si quas spicas inuenero, colligendo, breuiter rem ipsam expediam, substātialia
duntaxat tangendo, vt moris mei est, Addendo postea nouā
viam fauorem illustri. dominæ Syluię a prædictis consulenti-
bus non consideratam. Quantùm igitur pertinet ad primam
quæstionem, arbitror rem clarissimam, vt scilicet testator di-
catur in illis verbis, prout inferius est annotatum, & declara
tum, omnino se retulisse ad substitutionem, quam eidem re-
ueren. Cardinali fecit circa bona illi relicta, tam inte institutionis, quàm prælegati, dum dicitur, & deinde post mortē
eius deueniant dicta bona ad Petrumfranciscum, & Alexan-
drum & eorum hęredes, & successores, vt sic etiam idem in-
telligatur dictum circa castrum Castiglionis, insulam Lilij,
& prælegata illustrissi. do. Petro Francis. postea quàm deue-
nerint ad reueren. Cardinal. intelligendo tamen non respe-
ctu ipsorum do. Petri Francisci, & Alexandri, cum pręsup-
ponatur tunc præ mortui, sed respectu hæredum illorū, pro
ut supra per dominos consulentes dictum fuit. Et ista relatio
vltra deducta per eos clarissimè ostenditur ex illis verbus in
fine capituli institutionis positis, dum dicitur, vt supra in le
gato sibi facto iterum declaratum, & annotatum est. Innuūt
enim talia verba talem declarationem, & annotationem esse
eam, ad quam in primo pręlegato se retulerat, cum eisdē ver
bis vsus fuerit se ad inferiora, quibus postea vtitur referēdo
se ad superiora. Attēto maximè quia semper, & respectu om
nium bonorum, vult reuerē. Cardinalem esse solum vsufru
ctuarium, disponendo quid sequi debeat post mortem eius.
Credi enim debeat, quòd semper eodem modo disposuerit,
vt scilicet deueniant d. bona ad Petrumfranciscum, & Ale-
xandrum, vel eis pędefunctis ad eorum hæredes, & succes-
sores. Super hoc tamen vlterius non puto insistendum; quia
neminem de eo arbitror dubitaturum. Circa secundā quę-
stionem disputatio est satis nota, & admodum subtilis, & to
ta pendet a mente testatoris, vtrum scilicet sub verbo hęre-
des, solùm intellexerit de descendentibus, prout sępe in iure
reperitur, an verò intellexerit de quolibet hęrede, qui ad bo-
1 na, & hęreditatē admittatur, etiā si non sit de liberis. † Id. n.
quod verosimiliter testator creditur voluisse, seruādum est,
cum in testamentorum interpretatione voluntas testantis
ante omnia pro regula sit attendenda per iura vulgaria, etiā
si verba aliud in eorum rigorosa significatione sonare vide-
rentur l. 3. C. de lib. pręter. & ita in effectu volunt omnes do
ctor. in l. Gallus. §. etiā si parente. ff. de liber. & posthum. Hinc
est quòd in eiusmodi disputatione varia, & diuersa repetiun
tur maiorum nostrorum responsa, secundùm scilicet q̄ va-
rietas casuum, & pręsumptę volūtatis diuersitas requirebāt
videndum est ergo, quid senserit illustrissi. do. Andreas testa
tor in casu nostro; nam si etiam de extraneis sensisset, ita ser-
uandū esset, ēt q̄ verba de sui natura tm̄ descendentes impor
tarent. Si verò solùm de descendentibus suorū filiorū intel
lexerit, similiter talis eius intētio, & voluntas seruari debet,
esto q̄ verborū proprietas aliud videretur expostulare, vt per.

2 docto. in d. §. etiam si parente, † Nunquam enim verborum
interpretatio tantum valet, vt testatoris sensu melior existat
d. l. 3. cum similibus, Hinc legimus, vnicam esse legis intētio
nem, vt scilicet voluntas testātiū impleatur, in auctēn. de iu.
iuran. a mor. pręsti. in princip. & in §. exheredatos. in auctē-
3 ti. de hęredi. & falcid. † In tantum vt tales voluntates, nisi le
gi repugnarent, pro lege haberi debeant, vulgato. §. disponat
in auctenti. de nupt. cum simi. Ita in proposito casu omni-
bus, quæ in testamento continentur, diligenter animaduer-
sis, vnà cum dominis consulentib. videtur cōcludendū, mē
tem testatoris pręfati fuisse, vt sub. verbis illis; & eorū hære-
des, & successores, sola illustrissi. dom. Syluia comprehenda-
tur nti ipsorum descendens, eo respectu hæres nuncupata.
Et pro hoc apertius demonstrando pręsuppono, quòd verba
prædicta in eodem sensu capi debent, prout ad ea fit relatio
in prælegato de castro, insula, & alijs primo loco facto illu-
strissi. domino Petrofrancisco, in quo capiuntur in prælega-
to facto reuerendissi. Cardinali, & in institutione de eo fa-
4 cta; † tum quia vna. & eadēm oratio non debet diuerso modo
capi, argu. l. eum qui ædes. ff. de vsucapio. tum quia vna deter-
minatio plura respiciens non debet difformiter, sed pariformiter omnia determinare, vulgata l. iam hoc iure. cum simi
5 lib. ff. de vulgar. & pupilla. † tum etiam & tertiò: quia rela-
tum censetur esse in referente, vt voluit Bart. per illum text.
in l. ale toto. ff. de hæredib. insti. & in l. si quis seruum. §. si
cui. de legatis 2. & Bald. in l. fina. C. de impube, & ali. sub-
stitu. & relatio cum omnibus qualitatibus fieri dicitur l. à fi-
lio §. testatore. ff. de alimen. & ciba. lega. & l. si prior. vbi Bar,
Bald. & alij. ff. sol. matrimonio, Bartol. in l. sanctio legum 4.
colu. ff. de pœnis. & tradit patruus, & dominus meus Socin,
in consi. 251. quoniam in præsenti 3. colum. 2. vol.
6 † Hoc ita posito dico, q̄ in p̄legato, & in institutione Car-
dinalis verba prædicta, & eorum hæredes &c. vidētur debe-
ra pro descendentibus intelligi, ergo &c. Istud autem osten
ditur primò: quia sic se habet cōmunis vsus loquendi, vt ple
nè per dominos consulentes dictum fuit. Et vltra eos ita af-
ferit Deci. in consi. 38. circa primum 6. colum. ad fin. & Ber-
trand. in consil. 113. tota difficultas. prima columna. libr. 3.
7 † à quo communi vsu loquendi non est dubium verba testa-
menti esse interpretanda, vt plenè dixerunt domi. consulen-
tes, ad quos me refero. Et vltra eos ita dixit dominus meus
8 Socin. in consilio 73. circa primum colum. 6. 4. volu. † Hinc
dicimus, quòd verba illa, donec castè vixerit, apposita in lega
to vxori intelliguntur, donec ad secunda vota non transie-
rit ex communi vsu loquendi similium testatorum, licet
aliter esset dicendum de proprio significato, ita post Oldr.
dixit Bart. in §. cum igitur. in primo notab. in auctent. de nō
9 elig. secun. nub. vbi etiam Angel. tradit. † Et quòd commu-
nis vsus pręualeat fundatur in eo; quia oportet rebus de qui
bus loquimur, cognitos, idest familiares, & consonantes esse
sermones secundùm Philo. primo ethic. vt per Bal. in l. fi. in
x. 3. quæstio. C. de hære. insti. qui subdit, hoc inter alios casus
accidere quando communis vsus, siue intellectus sic prolata
uocabula intelligit. Cum igitur cōmunis vsus sit, q̄ verba il
la, & hæredes &c. pro descendētibus intelligantur, sequitur
in proposito, solam dominā Syluiam in prædictis uerbis es-
10 se comprehensam. Secundò probatur † quia quando testa-
tor aliquem ex descedentibus honorādo, & ad aliquid uo-
cando subijciat, & eius hæredes, puta quòd dicatur, substituit
suum filium, & eius hæredes, iuris interpretationis præsu-
mitur solùm de hęredibus sanguinis loqui, vt sic hæredes il
li sint ipsi testatori, sicut & filius, & per ipsum filiū cōiuncti
vt singulariter determinat Bald. in consil. 266. proponitur
quòd Manfredus lib. 5. quod ibi in sequēti consi. iteratur, &
istud consilium alle. Ias. in d. l. Gallus. §. etiam. col. 7. de quo
etiam meminerunt domini cōsulentes, qui etiam ad hoc plu
ra adduxerunt, vt per eos. Sic igitur dicendum est in casu
isto, cum testator vocauerit Petrumfranciscum, & Alexan-
drum filios suos, & eorum hæredes. Nec dicatur, quòd
Bald. loquitur, quando vocatio hæredum fit per dictio-
nem alternatiuam; quoniam idem est dicendum in casu no-
stro

11 stro, licet vocentur p copulam† nam cū censeantur vocati
filij prædicti, & eorū hæredes ordine successiuo, vt est clarū
iuxta tradita p docto. in d.l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib.
& posth. sequitur, q illa copula resoluitur in disiunctam, seu
alternatiuam, & uim illius habet. l. sæpe ita comparatum. ff.
de uerb. sign. & ibi nouissimi exemplificāt inter cętera, si q s
12 substituerit filios, & hæredes, vt p eos. † Et q vbi uocātus hę
redes filiorum debeat intelligi de hæredibus sanguineis, &
sic de descentibus, firmauit idem Bal. in consi. 212. verbo
testamenti. lib. 3. & Bertrand. in d. cōsi. 123. prima colum. &
13 Guid. Pap. in quæstio. 306. generale verbū. † vbi in fine sub
dit, q in testamentis nomen hæredis, vt casu nostro prolatum,
vel simili capitur pro descendentibus, secundùm Spe.
in tit. de testam. §. i primis, & idem dicit in quæstio. 457. pa
ter filiū, quē Specu. cū multis concordātibus quas adducūt
etiam supra domini consulentes, vt per eos, cuius Spec. & su
quacium opinio concurrente hac ratione, & etiam sequenti
uerissima uidetur, maximè attentu communi usu loquēdi,
de quo supra, qui solus sufficere posse, vt ex prædictis cōstat.
Tertiò, quòd ita testator noster intellexerit, urgētissima con
iectura ustenditur, de qua etiam faciunt mentionem domini
consulentes; nam si de extraneis hæredibus intelligerentur
illa uerba, & eorum hæredes, sequentur, q extranei hæredes
Petri Francisci, & Alexandri præferentur extraneis hæredibus
reueren. Cardinalis in eo, quod illi erat prælegatū, & in
sua parte institutionis, quod quidem uidetur alienū a mente
14 testatoris, † q̄ sicut in rebus prædictis reueren. prædi. exerit
Petro Frācisco, & Alexādro, ita creditur q prædilexerit eos
hæredes & extraneos extraneis hæredibus prædictorū Petri
Francisci, & Alexandri, p tex. cum ibi nota. in l. Publius. §. fi.
ff. de condi. & demon. & ita per hanc rationem quasi i termi
nis nostris firmat Bar. post Ricar. Malum. in d. §. etiā. 2. col,
ver. quartò iuxta prædicta, & cū Bar. transeunt ibi communi
ter quasi omnes scribentes. Nec dicat, quòd eiusmodi argu.
procedit tantum respectu prælegati, & institutionis reueren.
Cardinalis, in quibus vere ipse fuit prædilectus, non autem
uidetur, quòd pcedat respectu pręlegati facti illust. domino
Petro Francisco, de quo ad pręsens principaliter agitur: cū i
eo non reueren. Cardinalis, sed ipse Petrusfrāciscus fuerit
prędilectus: quoniā ex his, quę dixi supra i pręmisso, apparet
clara responsio, nam si uerba prædicta, & eorum hæredes &c.
prout prolata reperiuntur respectu eorū, quæ principaliter
relicta fuerunt reueren. Cardinali important solū descendē
tes ratione prædicta, eodem modu impetrare debent, & in ea
dē significatione capi respectu prælegati facti principaliter
illustr. domino Petrofrancisco, cum ad ea testator simpliciter
se referat, per ea quæ in dicto consilio dicta fuerant. Præterea,
& quartò idem ustenditur, & multùm concludenter iudi
cio meo, nam quandu testator uult, q post mortem Cardina-
lis prælegatum ei factum perueniat ad Petrumfranciscū, &
Alexandrum, & eorū hæredes, ex eo mouetur, & illam ratio
nem assignat: quia scilicet ipse est religiosus, & sacerdos &c.
quod nihil aliud uidetur importare in mente testatoris, nisi
quia ipse liberos legitimos habere non potest, ex quo usten-
ditur, q mouet favore suæ posteritatis, quem ex ipso reuerentissimo
ren. Cardina. sperare non poterat, meritò ergo dum dicit, q
bona illi prælegata perueniant ad Petromfranc. & Alexādrū,
& eorum hęredes, intellexit de hęredibus sanguinis, & sic de
descendentibus prædictorum; & non de extraneis; cū extraneos
hæredes etiam ipse reuer. Card. esset habiturus, prout
& habet, & ista cōiectura (ni fallor) prout etiā dicunt domi
ni consulentes. urgentissima cuique uideri debet. Quintò
suadetur ratione euentus, qui per testatorē facile considera-
ri potuit, & absurditatis secū existentis euitandę, prout casus
dedit. Dico. n. q nisi de filijs intelligeremus, sequeretur, q
reueren. Cardinalis sibi ipsi uideretur grauatur, cum ille fue
rit hæres utriusque fratris, quòd testatur poterat euenturū
considerari, cū de facto euenerit, quòd certè uidetur absur-
15 dum, † cum nemo sibi ipsi grauari possit. l. legatum. §. fin. &
l. quidā. ff. de leg. 1. Vt igitur hanc fugiamus absurditatē. iux
ta l. nam absurdum. ff. de bo. lib. & l. hæredes mei. §. cum ita.

cum cōcor. quæ alias ibi cumulaui in 9. nota. ff. ad trebel. di-
cendum videtur, solùm testatorē de hęredibus sanguinis in
tellexisse, & sic de descendentibus, prout etiam præcedentes
rationes manifestè demonstrant. Possent & aliæ rationes,
& coniecturæ considerari, ex quibus necessariò colligeretur
prædicta interpretatio, vt supra latè in cōsiliu prędictorū de
ducitur. Et illa inter alias nō parum considerari debet: qa
scilicet si extranei hæredes dicerētur vocati sequeretur, q te
stator diceretur alienas successiones propriæ posteritati pręposuisse,
quod æquum non est, nec verosimile, & repugnares
communi, & legali præsumptione. vt l. cū acutissimi, & ibi
plenè per doct. C. de fideicom. cum si. Et ex prædictis rectè
consideratis omnibus auctoritatibus, quę in contrarium alle
gari possunt, patebit responsio: quia nō procedunt, quādo ex
coniecturis constat, testatorem intellexisse tantùm de descē-
16 dentibus. † Et in specie ad consil. Cor. 272. in hac consulta-
tione lib. 4. vltra dicta per do. Cōsulentes respondetur, q in
casu isto non extabant coniecturæ, de quibus supra, immo cō
traria propter prohibitionem alienationis illo modo factū,
in qua Curne. facit totum suum fundamentum. Nec prędi-
ctis obstat, si dicāt, q extranei hæredes debent dici cōprehē-
si eo q testator videtur omnino habere respectum ad ius hę-
reditarium, attento q non dixit simpliciter ad eorum hære-
des quo casu videntur procedere omnia prædicta, sed addi-
17 dit etiam & successores, † quod uerbum uidetur importare
ius hæreditarium; ut l. nihil aliud est hæreditas. ff. de uerb.
sig. & l. hæreditas. ff. de regu. iur. ponderandu in illis iuribus
verbum successio. Et hoc eo maximè videtur dicendum, vt
verbum illud aliquid operetur per iura vulgaria. Vel se-
cūdò etiam dicatur, q saltem descendentes, qui per talia ver-
ba vocātur, debēt esse re ipsa hæredes, & habere ius hæreditarium,
iuxta doc. Bar. in l. vt iurisiurādi. §. si liberi. ff. de ope.
lib. cum si. quod non cadit in casu nostro in illust. do. Syluia,
cum patri suo non fuerit hæres, nec etiam do. Alexādro pa-
truo eius, utenim illis successit reuerē. Cardinalis, vt in pun-
cto narratur. Quoniam ad isto respondetur, & ad primū plu-
ribus modis respōdetur, vt per do. consulentes, & nō displi-
18 cet, vt dicamus altero de tribus modis. † Vel q verba, &
successores, sint apposita ex cōsuetudine notariorum: vt pro-
pterea non debeant alterare voluntatem testantis, de qua cla-
rissimè ex tot periculis coniecturis constat, qui illorum ver-
borum importantiam non intellexit, prout etiā dicunt con-
sulētes, ad quod facit, qd i simili de clausula codicillari dicit
Bar. in l. 1. i 6. q. ff. de iu. codici. & de clausula iuramēti plenis
simè dicit Anto. de But. in c. cum contingat. in 7. col. de iur.
iur. dicens q sæpe talia verba notarij ponunt à se ipsis, quod
19 etiam ibidem col. 20. refert, & sequitur Abb. † Vel secundò
q operantur, vt veniat etiam hæredes iuris, etiam q sint ex
tranei, sed tamen ordine successiuo, secundùm præsumptam
testatoris affectionem, & sic vt prius vocētur hęredes sangui
nis, si extant, in quo est maior affectio, & deinde eis non extā
tibus omnes hæredes iuris, licet extranei sint; iuxta nota. per
Saly. in l. 2. in 20. q. C. de iu. emph. vt etiā supra p do. cōsulē-
20 tes dicitur. † Vel & tertiò admittendo, q per verbum hære-
des, importētur hęredes iuris, dici potest, quòd verba illa, &
successores, stēt ampliatiuè, idest & quoslibet successores cu-
iuscunque qualitatis, & rei, ita vt dicātur reuocatt eti i singu-
lares successores, & in re certa instituti ppter geminationē
illorum verborum, iuxta plenè tradita per Alexan. in consil.
193. ex themate pręmisso. 1. colum. lib. 2. cum alijs adductis
supra per do. Consulētes. intellige tamē, vt hæc duo vltima
dicta coniungātur, immo & omnia tria, vt. s. dicimus, q om-
ninu testator voluit comprehēdere descendentes, vt ex pluri
bus coniecturis supra ustēsum fuit, & ab hac sua volūtate nō
debeat recedi ppter verba illa, & successores, sed importare
dicātur etiam hæredes iuris, & quoscunque etiam in re cer-
ta, sed tamen ex omnib. illi pręferantur, in quos cadit maior
affectio testatoris, & sic in proposito nostro. d. Syluia veluti
descendens, & etiam hæres licet in certa quantitate. Et per
hoc respondetur etiam ad secūdum: quia dico, q immo do.
Syluia dicit hæres instituta, & hoc sufficit, vt admittatur ad

es,ad quæ filij, & hæredes vocabantur, secundũ Bar. in d.l. vt
iurisiurandi. §. si liberi, 2. col. ver. secũdum dubiũ. ff. de ope.
lib. cum multis simi. vt per do. consulentes deductum fuit.
21 † Et vltra eos, quòd filia in re certa instituta dicatur vera hę
res, firmat egregiè Rom. in consil. 179. amplissime doctor.
2. col. ver. quid plura habemus, & ita etiam singulariter con-
cludit Guid. Pap. in quęst. 458. in dispositione, dicens ꝙ filia
in re particulari instituta venit appellatione hæredum, & ꝓ
hærede reputatur ad exclusionẽ extraneorum, & sic videtur
quasi in terminis casum nostrum decidere. Potest etiã ad
illud secundũ alijs modis responderi; vt per do. consulentes
ad quos me refero. Et inter cætera plurimũ placet, quod ipsi
dicunt, do. Syluiam omnibus præferendã, etiam ꝙ non consi
deretur vt descendentes, sed solũ vt hæres, cũ verè sit hęres,
licet in certa quantitate instituta, vt dixi, attẽto quòd illa so-
la reperitur de hæredibus immediatis prædictorũ Petrifrã-
22 cisci, & Alexandri. † Alij autẽ sunt hæredes mediati, idest
mediante persona Reueren. Cardinalis, qui nõ sunt propriè
hæredes prædictorum, sicut est do. Syluia, iuxta no. per doc.
in l. fi. C. de hære. insti. & per Dec. in l. qui per successionẽ. ff.
de reg. iu. cum alijs adductis per do. Consulẽtes, videtur ita
que per hanc viam si de iure subsistit, vnà cum do. consulẽti-
bus cõcludẽdũ, ꝑdictã illust. do. Syluiã solã admitti debere
ad omnia bona reuerẽ. Cardinali quõcunque relicta in testõ
patris eius etiam iure substitutionis. Verùm si quis nõ ap-
probaret conclusionem dominorum consulentium: & nega
ret uerba illa, & eorum hæredes &c. debere restringi ad de-
scendentes, sed diceret debere intelligi generaliter hęrede
bonorum, & sic de habentibus ius hęreditariũ, quòd etiam
apud me absque dubitatione non est. Dico, ꝙ per aliam viam
subtiliter consideratam castrum Castiglione, & alia bona il-
lust. d. Petrofrã. relicta in primo prælegato, quod incipit, itẽ
attento ꝙ d. do. Ioannes &c. de iure spectant, & pertinent so-
lum, & duntaxat ad illustr. do. Syluiam eius filiam, concludẽ-
do quòd ad eum pertinuerunt statim mortuo illu. do. Alexã
dro eius patruo sine liberis, & nũquã neque aliquo iure per
tinuerũt ad reueren. Cardinalem. Et hæc uia iudicio meo
est iuri, ac rationi cõsona, & æquissima, licet videatur incom
patibilis cum via do. Consulentium, de qua supra. Et pro ve-
ritate huius cõclusionis demonstranda animaduerto, ꝙ reue
ren. Cardinalis substituitur in dictis bonis sub cõditione, si
Petrusfranci. & Alexãder filij testatoris decederent sine filijs
23 legitimis, & naturalibus, † quam conditionẽ arbitror defe-
cisse propter superexistẽtiam do. Syluiæ, nam cum sit filia il-
lustr. d. Petisfranci. non potest dici, quòd ipse, & Alexãder fra
ter decesserint sine filijs, meritò cõditio defecit. l. iubemus.
§. sin autẽ. C. ad treb. licet ipsa sit vnica, vt l. nõ est sine liberis
ff. de ver. sig. Et licet. l. illa loquat de verbo, liberis, tamẽ idẽ
est in verbo filijs, ut ibi nouissimi declarant, exemplificando
in terminis nostris ĩ cõditione, videlicet si sine filijs decesse
24 rit. † Nec quicquam ob. quòd illa non fuerit hęres vniuer-
salis patris eius, nec patruo ĩ aliquo successerit: quia satis est
illam superfuisse, licet hæres nõ fuerit; quia istud non quærl
tur. l. filiusfa. §. cum quis. ff. de l. 1. & ꝙ defecerit cõditio, ꝓ-
batur etiam in l. ex facto. §. pen. ff. ad treb. Hoc ita posito cõ-
sequenter dico, ipsam do. Syluiã admissam fecisse ad bona in
pręlegato prædicto contenta per tex. in l. Lucius. la 2. in fi. ff.
25 de hære. insti. ibi, nã prudens consiliũ testantis &c. † Illa. n.
conditio, si sine filijs decederet &c. filiorũ causa, & vt ipsi ha
beãt, censetur apposita, vt inquit singulariter gl. 2. in d. §. cũ
quis. Sed aduertendum est quia videtur vtrunque pręcedẽs
dictũ esse falsum, nam videtur primò, & immo per superexi-
stentiam do. Syluię conditio prædicta non defecerit. Item &
secũdò posito quòd defecerit, nõ videtur, quòd ipsa dicatur
admissa, sed quod prædicta bona liberè remanserint apud hę
redes do. Alexandri. Primum autem probari videtur dupli
citer, & primò: q̃a illa verba cõditiõis, si sine filijs legitimis,
& naturalibus &c. videntur intelligẽda tantùm de masculis,
26 attẽto quòd testator proprias filias exclusit, † ne aliàs videa-
tur plus dilexisse neptes ex filijs, quàm proprias filias contra
omnem legalem præsumptionem, iuxta l. si iura matre. circa
med. C. de bon. mater. & secundùm hanc interpretationẽ cõ
suluit signanter Pau. de Cast. ĩ consi. mihi. 357. uiso. d. testa
mento, & Fulg. in consi. 18. Solumucia fecit testamentum,
27 qui idẽ dixit in l. 1. C. de condi. inser. † Et maximè hoc uide
tur dicendum in proposito nostro, cũ sit substitutus reuerẽ.
Cardi. alter filius testatoris, & sic uidetur talis substitutio fa-
cta fauore conseruandæ agnationis, per ea quæ tandem post
Pau. de Ca. in consi. 78. casus iste frequenter contingit, latè
istum artic. examinando uidet firmare patruus, & dominus
meus Soc. in l. cum auus. in col. mihi. 52. uersi. quartus casus.
de condi. & demon. ad qd plura cumulari possent, de quibus
ꝑ Ias. in cõsi. 140. spectabilis de Georgius, qd est primum. in
2. vol. & ꝑ Deci. in consi. 15. & pro tenui. & consi. 195. uiso-
leganti, ꝑ totum, vbi etiam ipsi similem conditionem inter-
pretantur loqui solùm de filijs masculis. Et maximè etiam
ita uidetur dicendũ in casu isto, attento ꝙ testator superius
28 in simili conditione expressit de masculis, † vt sic una pars
testamenti aliã declaret, prout hoc argu. utitur Ias. ĩ d. consil.
140. & Deci. in d. cõs. 15. Et eo etiam fortius: quia in loco ex
tat statutum, quòd fœminæ propter masculos exludantur, vt
sic testator uideatur se conformasse cum statuto, & ita etiã ar
guit Ias. in d. consi. 148. & Deci. in d. cõs. 495. post multos
quos ipsi allegant, sic itaque interpretãdo in casu nostro con
ditio prædicta non defecisse, sed impleta uidetur, cum &
Petrusfranc. & Alexan. sine filijs masculis legitimis, & natu
29 ralibus decesserint. Secundò id uidetur probari; quia uide
tur satis esse, vt fideicõmisso sit locus, ꝙ ultimus sine filijs de-
cesserit. per tex. in l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad treb. sed dom.
Alexander ultimò decessit sine filijs, ergo &c. licet Petrusfrã
ci. per prius cum filia decessisset vt in eo text. cõtingit. Et mã
ximè hoc uidetur dicendum isto casu ex eo, & totũ prædictũ
prælegatum iam peruenerat ad prędictũ Alexãdrum ultimo
loco defunctum, quod uidetur considerabile per eundẽ tex.
in ver. si nouissimus fratris quoque portionem suscepisset.
30 † Secundum verò uidetur clarè probari ex eo, quod uulgò
dici solet, quòd positi in conditione non cẽsentur uocati. s. ex
testamento ad fideicommissum, sed solùm dicitur eis reserua
tum ius succedẽdi ab intestato, & ita videtur intelligẽdus tex.
ĩ d. l. Lucius. la 2. dum ibi dicitur, quòd & filios fratris, quos
in conditione posuerat, prætulit. s. ab intestato; vt vbi declarat
gl: quã sequuntur ibi Iac. de Arena, Rayn. Barto. Bal. Ange. &
alij ferè omnes, idem videtur voluisse glo. in l. ex facto. §. ex
facto. ff. ad treb. & ibi similiter ferè omnes sequũtur hãc opi.
vt ibi per Alexan. qui dicit eam esse communem. & quòd se-
cundùm eam sæpe consuluit, & inter alia ita voluit consilio.
185. viso titulo quæstionis, & eam etiam sequitur asserendo
esse communẽm, patruus, & dom. meus Socinus in d. l. cum
auus. colum. mihi. 71. 72. & 73. de condi. & demon. & ita sæ-
pissimè, & in diuersis locis asserunt doc. nostri, quod lon-
gum esset recensere. Istis tamen non obstan. menti testa-
toris inhærendo contrariũ opi. in utroque dicto probabilio
rem, & iuri, & æquitati magis consonam arbitror, & ita ueris
simam esse conclusionẽ, quam supra posui ad fauorem illust.
do. Syluiæ. Et quantùm ad primum dictum. s. quòd conditio
prædicta defecerit, puto satis probatum ex supraallegatis,
sola difficultas est respondere ad contraria, q̃ (ni fallor) casum
nostrum non attingunt, & clarissimè ex infra dicendis reso
31 luta apparebunt. † Non obst. ergo, quod primo dicebatur
conditionem illam, si decederent sine filiis &c. debere in-
telligi solùm de masculis, quoniam istud in casu isto absolutè
negatur; quia illa uerba sunt generaliter intelligenda de qui-
buslibet filiis, tam masculis, quàm fœminis, licet ĩ sono sint
32 generis masculini, † nam legali interpretatione dicimus, filio
rem appellatione etiam filias fœminas contineri. l. si quis
ita, in prin. ff. de testa. tute. l. quisquis, & l. iusta. ff. de uerbo. si-
33 gni. cum sim. † & idest ex eo: quia sexus masculinus sexũ fœ
mininũ semper continet, vt inquit iuriscõsultus ĩ l. qui duos
in fi. ff. de leg. 3. & est tex. in l. si ita scriptum. in prin. ff. de le.
2. & l. seruius legatis. in prin. de leg. 3. cum mullis si. quæ alle
34 gari possent. † Est notandum est, quòd in d. l. qui duos iuriscõs.
utitur verbo continet, quod solet denotare proprietatem, se-
cundùm

cundùm Bar.in l.cui eorum,§.affinitaris,ff.de postu,& ita in
proposito nostro arguit Deci.in consi.570.casus, de quo quę
ritur.post principium. Quod tamen putarem intelligendum
35 attenta legali,& iusta interpretatione, vt d.l.insta. † & in spe
cie,ꝙ in materia,seu in cõditione substitutionis, si sine filijs
decesserit,ẽt fœminæ siue ex eis descẽdẽtes faciant deficere fi
deicõ.est tex.in terminis in l.1.C.de cõd.inst. vbi nepos ea fi
lia facit cõditionẽ prædictã deficere,& idẽ dicitur in l. iube
mus,§.sinautẽ.C.ad treb.& firmat Ro.in consi.148. visis. Si
militer probatur in l.cum auus.ff. de cond. & dem. iuncta l.
cum acutissimi,C.de fideic.& l.generaliter,§. cum autem.C.
36 de instit.& substi.sub condi.fac.† nam cõditio illa a lege sub
intellecta,si sine filijs decesserit,vt d.l.cũ auus.deficit,ẽt si fi
liæ fœminę superfuerint, vt d. l. cũ acutissimi, ibi, sine filijs
vel filiabus &c.& d.§.cũ autẽ prope fi.ibi,sed ad filios, vel fi.
lias &c.Est ista conclusio (vt opinior) omnibus applaudebit
de iure cõi,& simpliciter loquendo,hoc est vbi nõ appareant
coniecturæ de contraria mente testatoris,firmat Io.An.Ant.
37 de But.& alij in c.Raynaldus,de testa.† dicentes, ꝙ si non ex
primitur de masculis,etiam filia facit deficere prædictam cõ
ditionem,& idẽ dicit Ro.in d.cõs.148.& Alex. in cons. 55.
ponderatis,co.pen.lib.3.& ita etiã rectè in menti voluit Bar.
38 in l.cum auus,ff.de condi.& demon. † Sed quando cõstaret
de contraria voluntate,secus esset;quia tunc ab ista cõi regu-
la,& conclusione esset recedendum, voluntati,& menti testa
toris seruiamus per.l.3.C.de lib.præt. cum si. Etenim in fi-
deicom.ipsa testatoris voluntas ante omnia seruanda est.l.cũ
proponebatur,cum ibi not.ff.de le.2.l.pe.de leg.1. l. cum vi-
rum.C.de fideic.l.hæredes mei,§ cum ita, ff. ad treb. vbi ali-
quando dixi.Et in talibus coniecturis fundantur plura ma
iorum nostrorum responsa in eorũ consilijs, quorum aliqua
supra in contrarium allegata fuerunt.In casu autẽ nostro di-
co,ꝙ nulla extat sufficiens coniectura, vt a prædicta regula re
cedamus,immo potius extant coniecturæ in contrarium , vt
modò dicam,ergo inhęrendo regulæ prędictæ concludendũ
est , conditionem prædictam defecisse per super existentiam
illust.do.Syluiæ filię domini Petrifrancisci , etiam ꝙ sit fœ-
39 mina:† semper enim si aliud non repugnet, verba testatoris
referenda sunt ad intellectum iuris communis , l. quæro, §.
inter locatorem,ff. loca.& cap.causam quæ de rescri.& ita per
ista iura,& similia dicit Pet.de Anch.in cons. 120.Pro clario
ri. circa fi.Coniectura autem vna sumitur ex eo,ꝙ illust.testa
tor vir quidem prudentissimus,& qui in suo testamento con
sulto semper,& matura deliberatione loquutus fuit,superius
quando substituit Alexandrum Petrofrancisco,& eius descẽ
dentibus masculis apponendo conditionem expressit,si dece
derent sine filijs masculis &c. Ex quo arguitur,ꝙ quando po
stea substituit ambobus tacendo qualitatem masculinitatis ,
& simpliciter dicendo,si decederent sine filijs , noluit loqui
tãtũ de masculis, sed generaliter de oĩbus filijs siue masculis
siue fœminis;quia si de masculis tantum intellexisset, sicuti
in prima substitutione illud expressit,ita etiam & in secunda
expressisset;cũ ergo non dixit,creditur noluisse,iuxta, l. 1. §.
sinautem ad deficientis,C.de cadu.to.& c ad audientiam.de
deci.cũ si.facit optimè tex.in c. inter corporalia . circa med.
ibi.vnde si circa trãslationẽ &c.de translat.epi.& ita in ter
minis per istud argũ singulariter determinat Io. de Ana. in
40 cõs.12.Ad approbandam,† dicens,ꝙ testator,qui in duabus
substitutionibus de filijs masculis fecerat mentionem, in ter
tia loquẽs de filijs simpliciter, uoluit de omnibus filijs intel
ligere etiam fœminis, & non tantùm de masculis vtendo p̃-
dicto argumento,vt per eũ,ꝙ ẽt in simili voluit Pet. de Anc.
in d.consi.120.in fi.idem egregiè, & magis in terminis fir-
mat patruus & do.meus Soc.in consi. 69. Viso testamento,
col.mihi 7.in prio.vers.addo tamen in casu &c. 3. vol. & in
cõs.227.Præsens cõsultatio,col.11.in prin. in 2. vol.& Cur.
Senior in consi.63.Antiquissima,& nobilissima, col. 14. in
fi.vers.2.respondeo &c.Hinc eandem opin. simili vtendo ar
gumento firmat Alex.in consi. 38. Perspectis his, 2. colum.
uersic.præterea in hi tract. videtur, lib 6. idem facit Corn.
in consi.230.Quamquam in hac 4.col.vers. item circa hanc.
2.vol. Hoc idem in terminis, & per istud argumentum i n
ter cętera firmat Ias.in consi.142. Venerabilis quondã.5.co
lum.ver.quintò facit &c.2. vol. quidem videtur sequi in l.q.
filiabus in 1.nota.in secunda additio.ff.de lega.1.referẽdo,&
41 diligenter notãdo consiliũ Ioan. de Ana. de quo supra. †Cũ
igitur testator in casu isto ex duab. substitutionibus,quas fe-
cit,in noa tantùm elegerit,eius conditionem ad filios mascu
los restringere, aliã quò ad talem restrictionem dicitur reie-
cisse,arg.l.cũ prętor.in prin ff. de iud.&c.nonne. de præsũ.
Et ista prima coniectura coadiuuatur, & redditur probabi-
lior ex alia,quæ est huiusce primæ ratio & fundamentum,Di
co quòd alia.& secunda extet coniectura;nã ante omnia intẽ
tus fuit cõseruationi,& honori familię;& agnationis suę quę
mirum in modum per prędictum prelegatum veniebat con
seruanda,tum propter honorem eius,tum ẽt propter utilita-
42 tẽ maximam, quã continet;† cũ aliàs dici soleat,ꝙ sine diui
tijs sordescit,& decrescit familię dignitas.l.quisquis.C.ad l.
iul.maiest.& §.hoc quoque.institu.per quas perso.nob.acqui
ri.& tradit auus meus do.Mat.Soci.in consi.30.Quamuis ex
his.3.col. Ad quod plurima cumulari possent,de quibus p
Barba in consi.57.Clementissimum Deum.col.11.ver.facit
etiam,ꝙ iste.4.uol. Vnde donec superesset aliquis masculus
laicus,p quem & eius legitimos filios sperari posset familię,
& eius nominis cõseruatio,uoluit prudens testator, semp ad
tales masculos peruenire,& tamen ordine,de quo in testamẽ
to,& ideo hac ratione motus cum maxima consideratiõe,&
prudentissimè quãdo fecit primam substitutiõem Petrofran
cisco in conditione expressit qualitatem masculinitatis;quia
substituebat Alexandrum, & eius descendentes masculos,p
quos cõseruari, & perpetuari poterat nomẽ familiæ suę,sed
quando postea fecit secundam substitutionem;quia nõ fecit
eam de persona per quam speraretur conseruatio familię,at
tento ꝙ reueren. D.Ioannes erat archiepiscopus, nec ab eo le
gitima proles sperabatur,prout etiã ipsemet testator hoc ani
maduertens dixit in præfatione dicti prælegati,& consequẽ-
ter post eum,quem solum in uita substituebat,bona prelega-
ta erant peruentura ad personas,per quas honor,& nomẽ fa-
miliæ non poterat conseruari,noluit in conditione substitu
tionis exprimere illam qualitatẽ masculinitatis, sed simplici
ter dixit,si decederent sine filijs legitimis,& naturalibus, vo
43 lens etiã fœminas excludere substitutos.† Et optima(ni fal-
lor) ratione;quia.si post quã cessabat,tũc spe familię cõseruan
de magis dilexit descendentes ẽt fœminas ex prędictis suis fi
lijs,quã alios quolibet,quos substituebat,& ita lex præsumit
vt l.cum acutissimi.C.de fideicom.etiam ꝙ aliquis ex substi
tutis fuisset testatori proximior in gradu, prout erat reuerẽ.Car
dinalis,prout de hoc est tex.ad literã in d. l. cum auus.de cõ
dit. & demo. ubi filius testatoris substituitur nepoti eiusdẽ
& excluditur p filios ipsius nepotis tã masculos,quàm fœmi
nas licet testatori remotiores,& hoc propter præsumptã affe
ctionẽ testatoris,quã ad eos pręsumitur habere mediãte psona
instituti, vt dicitur in d.l.cũ acutissimi. Et licet reuerẽ.Car-
dinalis per se,dum viuebat,poterat dici conseruare nomẽ fa
miliæ: tamen hoc non fuit in consideratione testatoris, vt ex
iam dictis constat,alioquin ex quo erat primogenitus,ei reli
quisset, alios postea substituendo , & præterea illud idẽ dici
posset de qualibet fœmina ex filijs descendente, vt est nũc il-
lustr.domina Syluia,vt.s. ipsa sit agnata, & vinẽs nomẽ fami
liæ cõseruet.l.pronunciatio.in fi.cũ l.seq.ff.de verb;sig.tra-
44 dit Alex.i cõs.55.Põderatis.2. col.ver.p̃terea etiã.li.3.† Cõ
cludẽs rẽ prohibitam alienari extra familiam posse trãsfer
ri in filiam,cũ sit de familia,imo ẽt in sororem posset,pꝗn
est tex.in l.voluntas.C.de fideicom.& ita etiã tradit Cur.se
nior in d.consi.63.col.17.versi.quid plura afferre oportet,
& Ias.in d.consi.142.6.col.ver.6.facit,& Cur.iunior in con
sil.49.Habita diligenti.3.col. ver.accedit ad confirmationẽ,
sed(vt dixi)quando testator considerauit conseruari nomen,
& honorem familię,has personas non cõsiderauit,prout in si-
mili, & multũ signanter dixit Arg.nõ considerari per statu-
45 tum excludẽs fœminas fauore conseruãdæ agnationis, † nã
secũdùm eum tale statutum nõ admittit personã sui natura,
uel

vel ex accidēti inhabilem ad legitimam prolem, vt exemplū
erit in religioso, prout erat reueren. Cardinalis, & ꝓ tali etiā
à testatore fuit consideratus, ita dixit Ange. in consil. 282.
Inaduertentia statuentiū, in fi. Et licet de hoc dicto Ange
li dubitari possit, & ꝓ nūc illud non firmē. Tamē in casu no
stro cōsideratio prædicta procedit quò ad mētem testatoris,
vt ex prædictis constat. Præterea potest dici, ꝙ persona re-
uerē. Cardinalis ex eo ꝙ tm̄ in vita fuit substituta, nō sit in ꝓ
posito cōsideranda, sed extraneæ personæ post ipsum uocatę
apud quas bona erāt perpetuò permansura, arg. l. cum dotē
cū materia. ff. ad l. falci. ꝓut in simili declarat patruus meus
Soc. in d. l. cū auus. col. 5 5. ver. & licet filia. Et ex his cōiectu
ris simul iunctis ultra cōem regulā, ꝙ filiorum appellatione
ēt fœminę contineātur apertissimè cōcludendū est, cōditio
nem, de qua agimus, nō esse restringendā ad masculos, sed de
fecisse per existentiam illust. D. Syluię. Et ex prędictis appa-
rēt sublata oīa in contrarium allegata; nam cū omnia proce-
dant per præsumptionem, & in casu nostro uoluntas testato-
ris cōtraria manifestissimè appareat illis præsumptionib. lo-
cus nō erit; quia in icertis nō certis locus est præsumptioni,
56 & cōiecturis. l. continuus. §. cū ita. ff de uer. ob. † & una præ-
sumptio fortior tollit, & extinguit etiā minus fortē. l. diuus,
& ibi gl. ff. de in integ. resti. l. cum de indebito. ff. de prob. cū
si. tradit Azo in sum. C. de prob. 2. col. & Alex. in cōsi. 124.
47 Qm̄ abunde. 2. col. lib. 6. † Pro maiori tamē dilucidatione
ueritatis particulariter ad omnia respondetur dum ergo pri
mò dicebatur, de masculis debere intelligi, ne uideat' plus ne
potes, quàm ꝓprias filias dilexisse, quas ab uniuersali hęredi-
tate excluserat. Respondetur, ꝙ illa non est sufficiens cōiectu
ra, ut recedamus à cōi significatione illorū uerborū si sine
filijs, maximè quia pōt ratio diuersitatis cōsiderari. Filię. n.
fuerūt competēter dotatę, & propter masculos, p quos fami-
lię conseruatio sperabatur, exclusæ, sed isti nepti nihil reperi
tur relictū, & non concurrunt nunc personę, per quas spere-
tur familię, & nominis eius conseruatio, meritò ex diuersita
tis ratione non est arguendū de filiabus ad neptē, cū ex diuer
sis non bene inferatur. l. ii. ff. de calū. l. naturaliter. §. nihil cō
mune. ff. de acqu. pos. & l. inter stipulantem. §. sacram. uer. sed
hęc dissimilia. ff. de uer. ob. cū multis si. facit. l. adigere. §. quā
uis. cum si. ff. de iure patro. Et ꝙ prædicta non sit sufficiēs cō
iectura, ut dixi, expressè tenet Alexan. in d. consil. 38. lib. 6.
Cor. in d. consi. 230. patruus meus Soci. in d. consi. 227. Præ-
sens consultatio. col. si. uer. præterea dici potest. 2. uol. Cur. Se
nior in d. consi. 65. col. 22. ver. non ob. secūda obiectio. & in
consil. 44. Statuto seu consuetudine. col. 11. ferè per totam,
maximè in ver. ad tertiū argm̄. Ias. in d. consi. 142. 8. colum.
ver. 11. pro eadem parte Ludo. Bolo. in cōsi. 53. Inuocato di-
uino suffragio, quo mediante &c. inter consilia Alex. 4. volu.
Deci. in cons. 668. dn̄a Daria. 2. col. versi. non ob. ꝙ neptis. &
Cur. iunior in consi. 162. In causa vertente. 5. col. cum seq. in
ver. aggredior nunc secundam principalem coniecturam, &
plures ex p̄dictis asserūt ita cōmuniter teneri, maximè Cur.
Senior in d. consi. 44. col. 10. & ferè omnes assignāt rationē
de qua supra, & etiam quasdam alias, vt per eos videri potest.

Nec auctoritas Pau. de Castr. est consideranda in d. consil.
357. qm̄ ipse mutauit opinionem, saltem qn̄ non substitui-
tur filius testatoris fauore conseruādæ agnationis, vt ipse as-
serit in d. consi. 79. & hoc fecit; quia pro filia ad exclusionē
substituti consuluerunt plures excel. doc. & collegium Bono
niēsæ, & Auenionēsæ, ꝓut etiā ipse refert in d. l. 1. C. de con
di. inser. & tradit patruus & do. meus Soci. in d. l. cū auus. co
lu. 50. Et si dicatur, ꝙ ēt in casu illo fuit substitutus filius te
statoris. s. reuerē. Cardinalis, prout supra pro secunda coniec-
ctura in cōtrariū dicebat. R ndemꝰ, ꝙ substitutio de eo facta
ꝓ conseruatione agnationis, vt. s. eo respectu dicatur testator
uoluisse excludere fœminas, & restringere generalia illa ver-
ba, sine filijs &c. ad masculos tm̄, quinimo inspecta qualitate
personæ suæ, quia. s. erat religiosus, prout ipse testator prudā
ter i testō cōsiderauerat, colligitur manifesta volūtas testato-
ris, vt ēt p filias fœminas excludatur, vt supra ostensum fuit,

Quando aūt filius substitueretur, p quem etiā post eū spe
raretur posse cōseruari, & ppetuari nomē familię, aliud tūc
diceretē, prout firmat do. meus Soc. in d. l. cum auus. col. 52. &
ita memini me aliàs cōsuluisse, & nūc ēt prę manibus habeo
similē casū apud Vincetiam. Non ob. qđ tertio loco allega-
48 batur; qa illa regula, † ꝙ una pars testamēti declarat aliā, i ca
su isto potius facit i cōtrariū: quia ex eo, ꝙ testōr i prima sub
stitutione expressè in conditione posuit tm̄ filios masculos,
& nō i secūda, declarat' mēs eius, vt i secūda noluerit ad ma
sculos restringere, vt supra plenè dictū fuit. Et maximè hoc
dicēdū est, qn̄ probabilis rō inbest. quare magis in una substi
tutione voluerit tm̄ de masculis loqui, quàm i alia, prout cō
tingit in casu isto, vt ex prędictis cōstat. Et ꝙ solū ex eo, ꝙ
i una parte de masculis sit dictum, debeat in alia de masculis
intelligi, nō ꝓbāt nouissimi i l. qsquis. in fi. & in l. Herēnius.
ff. de ver. sig. Et auctoritates in cōtrariū allegatæ, ubi uelis,
ꝙ bene loquātur, poterūt procedere, quando nulla subest ra
tio differentiæ inter unā, & aliā substitutionem. Et si dicatur
ꝙ regula illa, ꝙ una pars testi aliā declarat, itelligit', vt. s. qua
49 litas in una parte expressa censeatur in alia repetita. † Dicam
respondendo, ꝙ talis repetitio nunquam fit, qn̄ non est eadē
ratio, sed solū fit repetitio, & ita una pars p aliā declaratur. si
identitas rōnis adsit, aliàs procedit regula. d. l. 1. §. sin autē ad
deficiētes. C. de cadu. tol. cū si. supra allegatis, & ita p identita
tē, & diuersitatē rationis has duas regulas possumus cōcorda
re, vt eleganter docet Deci. in consi. 480. In casu q occur-
rit. 2. col. & in consi. 525. In casu occurrenti. 2. col. Sed in
50 casu nostro ratio est diuersa, vt dictū est, ergo &c. † Demum
nō ob. qđ ultimo loco de statuto dicebatur; quia pōt primò
responderi ſm d. meū Soc. in cōsi. 35. Visis consilijs. in fi. 3.
uolu. vbi ēt ꝓ filia contra substitutū consuluit; dicit. n. ipse, ꝙ
qui faciūt tale argm̄ de statuto, vt in casu nostro, uidentur pa
ralogizare; nam argm̄ ꝓcederet, quādo statutum excluderet
filias a successione patris pp patruos, ꝙ certè sicut in casu So-
cini nō erat, non est ēt in casu nostro: statutū. n. Senēse (si be-
ne recolo) excludit filias, sed non simpliciter, sed dotatas pro
pter fratres suos, & filios masculos defuncti, non aūt pp pa-
truos, ergo &c. vt ibi p Soc. & ita ēt respondet Curt. iunior in
d. consi. 49. 4. col. in fi. dicens, ꝙ argm illud de statuto retor
quetur in cōtrariū, vt ibi p eū. Potest & secundò responderi
posito, ꝙ statutū excluderet; quia non uidetur, ꝙ valeat conse
quentia, excluditur ab uniuersali successione, ergo nō facit de
ficere cōditionem fidei cōmissi; qa ꝙ sit hęres uniuersalis nō
requirit', sicut uidemus in filio naturali, prout cōsiderat sub-
tiliter, & egregiè, & ad tale statutū respondet idē Soci. meus
in consi. 89. Licet filia. p totū. 2. vol. quē quia uideri potest
aliter nō referā. Vel tertiò responderi potest, quòd argumē-
tum procederet, quando fœmina simpliciter & absolute ex-
cluderetur, quod non est in proposito nostro: quia solùm fœ
mina dotata excluditur, ꝙ est quid facti, & nō erat i cōsidera
tione tēpore facti testamenti, cū nondū esset nata. Vel ēt quar
tò respondetur, & tollitur omnis difficultas: qa tale argumē
tū, vel quodlibet simile cū veniat per viā coniecturalem non
procedit, quando de alia mente testatoris apparet, prout in ca-
su isto apparere dicitur per ea, quæ dicta fuerit. Ex quibus
sequitur manifesta conclusio, ꝙ cōditio prædictæ substitutio
nis secundo loco factę dicatur defecisse superexistente illust.
51 do. Syluia, quāquā fœmina sit. † Nec huic conclusioni ob, qđ
secundo loco allegabatur de. §. cū ita, ad treb. quoniā respon
detur, ꝙ illa decisio contra ꝓpriam naturā verborū procedit
specialiter pp voluntatē testantis, vt ibi dicunt doc. regulari-
ter. n. dispositio facta per verba collectiuè, prout ibi fuit, re-
quirit concursum oīum collectorū, & sic quòd conditio im-
pleatur in persona utriusque, vt est text. in l. pe. C. de impub. &
ali. substit. vbi conditio illa, si vterque impubes decedat, requi
rit utrūqua sic mori, & ita ēt probatur quò ad oīm verborū
in d. §. cū ita, ibi, propter conditionis verba, ꝓut ibi not. Pau.
de Cast. & ibi dixi in 7. no. & hāc esse regulam in verbis colle
52 ctiuis firmāt cōiter doc. i utroque loco, † a qua regula, & na-
tura verborum nō est recedendum, nisi aliter de voluntate te
stantis constet l. non aliter. in prin de leg. 3. Quare dicendū
est, ꝙ ēt si in casu nostro substitutio, de qua agitur, fuisse facta

per

per verba collectiua, puta, si vterque &c. & si esset locus, fuis-
set necessarium conditionem impleri in persona vtriusque
cum de contraria voluntate non appareat, & ita per multos
per eum relatos firmat Deci. in consilio 614. viso testamen-
to. Sed vlterius dico, quòd non sumus isto casu in verbis
collectiuis, sed in oratione copulatiua. non. n. fuit dictū, si v-
terq; decesserit sine filijs &c. Sed si dominus Pet. Fran. & Ale
53 xan. decederent sine filijs, † quo casu cum sit oratio copula-
tiua, requirit concursum vtriusque copulati. l. si hęredi plu-
res. ff. de condi. insti & l. si q̃s ita stipulatus. i prin. ff. de verb.
ob q̃ iura propriè loquuntur, quando plures conditiones co
pulantur, & dicūt vtranq; conditionē debere impleri, vt ha-
beat locum dispositio. Et hinc pro regula dici solet, ꝙ quan-
do plura copulatiua respectiuè ad aliud, requiritur concursus
omniū copulatorum, vt tradit Cor. in consi. 189. præsuppo-
nitur statutum. 2. col. 2. vol. vbi plura ad hoc allegat, & i ter-
54 minis nostris ita concludit Deci. in d. consi. 614. † dicens ꝙ
substitutio facta in casu illo, si Casandra, & Hieronymus de-
cesserint sine filijs &c. non habet effectum si Casandra prius
decessit cū filijs, licet postea Hieronymus sine filijs decedat.
Mouetur, quia ad verificationē illius orationis copulatiuę re
quiritur concursus copulatorū per iura pręallegata, & ad idē
allegat plura consilia Ang. & quędam alia, vt per eum. Et sic
rectè intuenti ibi est decisio pręsentis difficultatis. Bene fa-
cit decisio Dy. in consi. 49. Quæstio talis est, dum vult i ver-
55 si. præterea conditio i substitutione &c. † ꝙ quādo conditio
respiciens plures personas opponitur per verba pluralis nu-
meri ęquipollet duabus conditionib. copulatiuè appositis, &
meritò requiritur implemētum in persona vtriusq;, ita ergo
ēt in casu isto dicendum est. Nec quicquam ob. ꝙ totū pre-
gatum, de quo agitur, iam peruenerat ad illust. do. Alex. quia
illud euenit ex ordine testatoris in 3. substitutione, qui tñ in
secunda substōne noluit eam habere locum, nisi & illust. do
minus Pet. Fran. & do. Alex. decederent sine filijs, ꝙ non eue
56 nit vt ex prædictis constat. † Nec ob. d. §. cum ita. in fi. quia
illud ibi videtur ad fundandā pñumptio. volūtatis testato. ꝙ
substituta illa Claudia vocetur ad partem vltimò decedentis
in qua præsumpta voluntate fundatur illa decisio contra cō-
munem regulam, & contra propriam naturam verborum, vt
ibi per doc. & etiam in d. l. penul. At in casu nostro nedū de
tali volūtate nō apparet, imo apparet de cōtraria p ea, quę su
pra plenè deducta fuerūt, meritò ergo standū est pprię na-
turæ orationis copulatiuæ. Et ex his constat, verissimū esse
illud primū dictū, vi. s. per existentiam illust. do. Syluiæ de-
fecerit conditio substitutionis factæ de reuerē. Cardinale, &
alius post eius mortem. Similiter etiam verissimum arbitror
in casu isto secundum dictū supra positū, videlicet, ꝙ illust.
do. Syluia statim mortuo illust. do. Alex. fuerit admissa ad p-
legatum, de quo agitur, & ad bona in eo contenta ex tacita si-
ue coniecturata mente testatoris, non obstantib. his, quæ in
contrarium allegata fuere, i quorum resolutione stat omnis
difficultas. Pro ipsorum ergo resolutione potest in primis
57 dici, † ꝙ in puncto iuris, & secundùm voluntatem testato-
ris verior videtur conclusio, ꝙ filij positi in conditione so-
lùm ex eo dicantur ad fideicom. vocati, pręsertim si fiat testa
mētum ab ipsorum auo, vel proauo, prout fuit i casu nostro.
Nā quādo testator dicit, si decesserit sine filijs, substituo &c.
clarè ostēditur, ꝙ vult filios instituti, & grauati præponere
substituto, & lex dicit ꝙ eos ita p̃tulit, quemadmodum ēt ip-
sum institutum p̃tulit, vt clarè inquit iurisconsultus in d. l.
Lucius, la secunda. ff. de hęredi. instit. in fi. Ex quo sequitur, ꝙ
sicut institutū patrem eorum prætulit ex testamento, ita etiā
& filios in conditione positos dicitur prætulisse ex testamē-
to, ita vrgentissimè illum tex. inducēdo arguit vberrimus do
ctor. Andr. Barba. in consi. 27. Scripsit. doctissimus, t 3. col. 3.
vol. Et ex ista inductione videtur destrui dictum glo. & do-
ctorum in d. l. Lucius. dum volunt pręlationem, de qua i tex.
debere itelligi ab intesta. quia tale dictū videtur omnino cō-
tra illum tex. vt supra inductum. Comprobatur hoc: quia si
solùm filijs in conditione positis p̃seruatur legitima succes-
sio ab intest. prælatio tunc diceretur fieri per l. & non p pria
dens consilium testantis contra verba & mentem iurisconsul
ti ibi. Præterea; quod ibi prælatio talis non fit ab intesta. ostē-
ditur, nam illa ibi dicitur fieri, si institutus frater decesserit an
te aditam hęreditatem, & sic in casu, quo testātis hęreditas nō
reperiebatur inter bona instituti fratris, propter qđ fratris il-
lius filij in conditione positi patri eorum succedentes ab in-
test. nō potuerunt bona testatoris reperire vnita cū bonis eo-
rum patris, vt sic impossibile, videatur pręlationem illam cir-
ca bona testatoris fieri ab intestato. Quare necessariò dicen-
dum videtur, ꝙ prædicti filij in conditione positi fuerunt p-
lati ex testō. Et si dicatur, ꝙ imo ab intest. præferuntur; quia. s.
succedent ipsi testōri vt proximiores mortuo eorum patre,
vt videtur voluisse ibi gl. Responderi potest, ꝙ tūc opus esset
præsupponere, ꝙ illi soli erant proximiores testatoris, qđ ta-
mē videtur quędā diuinatio, cū facile sit, ꝙ adessent alij pari-
ter cū illis cōiuncti testatori, vel forte ēt proximiores. Et quā
uis ēt possibile sit, ꝙ tales personæ non adessent: tamē non re-
stringendo illū tex. magis ad vnum casum quàm ad aliū dēt
simpliciter, & generaliter intelligi siue adsint tales personę, si
ue non, quo posito videtur necessariò sequi, ꝙ prælatio illa di
58 catur fieri ex testō, † & eo præsertim quia verosimile non est,
ꝙ testator intētus testamētarię dispositioni inter institutum,
& substitutū, q ex testō vocatur, voluerit interponere causam
intestati, ar. l. quādiu. la 2. ff. de acqui. hæ. l. quādiu, ff. de re. iu.
& l. antequam, C. cōia de succes. Præterea ꝙ ille tex. non pos-
sit intelligi de pręlatione ab intest. probatur ex alio; nā si illud
vellemus dicere, esset opus præsupponere, ꝙ illi filij fratris es-
sent nati, vel saltem cōcepti viuo testatore, cū postea concepti
ei succedere non possint ab intesta. l. Titius, cū l. seq. ff. de suis,
& legi. ꝙ esset restringere illum tex. simpliciter, & generaliter
loquentem contra l. 1. §. generaliter, ff. de lega. præstan. cū si.

Ex his itaque videtur, ꝙ pro ista opi. vt. s. filij positi in cōdi
tione cēseātur ex testō vocati, sit casus quasi ineuitabilis in d.
l. Lucius. Pro qua etiā (pluribus alijs fundamētis dimissis) op-
timè facit: nam cū filij in conditione positi excludāt substitu-
tū, qui sine dubio ex testō vocatur, videtur ꝙ fortius ipsi filij
dicātur vocati; qm̄ si vocatur ille, quē filij prædicti excludunt,
& vincūt, oportet, ꝙ ēt ipsi dicantur vocati ad exclusionē om
niū, qui p substitutū excluderentur, iuxta illā regulam, si vin-
co vincentē te, fortius vinco te, de qua per gl. & doc. in l. de ac
cessionibus, ff. de diuer. & tempo. præscri. & in cap. rogamus,
59 24. q. 1. cū si. Ad idem accedit & alia regula † dicimus. n. ꝙ
quādo quis remouetur a lucro alicuius fauore, lucrū illud de-
bet applicari ei, cuius fauore, & contemplatione ille excludi-
tur, l. post legatum, §. amittere, ff. de his quib. vt indi. l. pe. C. de
leg. cū si. vt tradit Bar. in l. a. §. videndum 2. col. ff. ad tertu. de
qua regula plura cumulat auus meus do. Mar. Soc. in consi. 5.
præsens consultatio, & in proposito nostro tradit Ro. in cons.
32. visa municipali 2. col. & Andr. Barba. in consi. 55. præcla-
rè scribitur, 4. col. 2. vol. post plurimo, quos ipse allegat. Cum
ergo substitutus per existentiam filiorum positorum in condi
tione excludatur ab hæreditate cōtēplatione, & fauore ipso-
rum filiorū, vt est clarū, & probatur in d. l. Lucius, & excluda-
tur ex ordine, & dispositione testōis, dēt consequēter dici, ꝙ
eadē dispositione prædictis filijs debet dari hæreditas, vt sic
etiam illi ex testamento dicantur vocati. Et istud eo præcipuè
dicēdū est, quia aliàs contingere posset, nec ipsos filios, nec sub
stitutū habere hæreditatē, siue bona testatoris, puta si institu-
tus filijs suis exhæredatis alium institueret; substitutus. n. pro
pter filiorū existentiā admitti non posset, ipsi autem filij pro-
pter exhæredationem, ꝙ certè absurdum esset, & contra volū-
tatem testatoris, qui post institutum omnino voluit bona, vel
ad filios eius, vel ad substitutū peruenire. Et si dicatur, quòd te
stator, vbi institutus haberet filios, cōfidit de paterna affectio
ne in eos, & ita confidens voluit eū liberum fore ab onere fi-
deicommissi, in quo videtur maximè fundari opinio Bart. &
ullorum in d. l. Lucius. Respondetur, ꝙ hoc credi non debet;
nam cum testator ademerit instituto facultatem disponendi
fauore substituti, fortius dici debet, idem fecisse fauorē filiorū
in conditione positorum, quos magis dilexit, quàm substitu-
tum per locum de minori ad maius, iuxta auct. multo magis,

C. de

C.de epis.& cle. cum si. Præterea contingere posset, quòd ta-
les filij, nec patre dum moritur volente, possent bona testato
ris habere, puta si ipse viuēs alienasset, vel clarius si bona eius
fuissent publicata: non.n.possent per filios suos recuperari, si
nō dicerētur vocati, & tamē eis non existentibus posset p sub
stitutum peti, & obtineri, q certè esset contra mentem testa
toris, qui (vt disi) filios instituti eos in conditione ponendo,
prædilexit ipso substituto, ne ergo quid sequatur contra mē
tē testatoris, cui semper inseruiendum est p iura vulgaria, vi
detur omnino dicendū, tales filios sic in conditione positos,
ex testamento fuisse vocatos, licet eiusmodi vocatio in testa-
60 mento expresse non legatur. † Quippe cū agamus de substi-
tutione fideicommissaria, satis est, q ad eam ex cōiecturis in-
ducamur, & ad illā mentem testatoris ostendamus, iuxta no-
ta. p illum tex. in l. hæredes mei, §. cū ita, ff. ad tre. & in l. cū
proponebatur, de leg. 2. cum si. vt plenè tradit Cot. senior in
cons. 75. dominus Ludo. 3. & 4. col. vers. præmissis tamē non
obstantib. & per Bartho. Cassanrum in cons. 67. ad primum
dubium, 6. col. qui propriè loquitur circa præsentē difficul-
tatem. Et si rectè prædicta oia, & ad veritatē considerentur, fa
cile, per ea tollētur omnia, quæ in cōtrarium allegari possēt.
Multa.n.allegantur, quæ extra terminos nostros procedunt
in institutione, vel substitutione directa, quæ p coniecturas
regulariter non inducitur, nos autem loquimur in fideicom
61 missaria, quæ coniecturis induci pôt, vt dictū est, † quinim-
mo ēt nutu potest. l. nem. & ibi doc. ff. de leg. 3. facit. l. 3. § fi.
cum l. seq. ff. de adim. leg. Alia verò fundamenta, quæ etiam
fideicommissariam videntur respicere, parū vrgere videntur
& ex prędictis facile tolli poterunt. Duo tamen, in quibus
præcipuè fundant tenentes contrariam opinionē, subijciam
& remouebo. Dicūt ergo cōtrarij doc. q pro eorū opi. inter
cætera stat regula. l. si quis sub cōditione dandorum &c. ff. si
q s omis. cau. testa. qua dicitur, q posita in cōditione nō sunt
in dispositione, vñ cū filij in q. nostra solùm reperiantur posi
ti in conditione, non debent dici esse in aliqua dispositione,
62 & consequenter nō videtur, q sint vocati. † Scdò dicūt pro
eis esse tex. in l. ex facto, § es facto, ff. ad treb. put illū tes. post
Rap. Cu. inducit, & inductionē defendit patruus & do. meus
Soci. in d. l. cū auus, col. mihi. 72. nā ibi probari videtur, q
filij positi in cōditione, qui propter eorum existētiam faciūt
deficere fideicommissum, non impediūt, quin omnia veniāt
ad fiscum, si institutus, & grauatus deportetur, & bona sua pu
blicentur. q certè nō esset, si dicti filij dicerentur per fideicō.
63 vocati: † quia bonorum confiscatio fideicommisso non præ-
iudicat, iuxta notata per Bar. in l. Imperator, ff. de fideicomis.
libe. tradunt Moderni repetentes in l. filiusfam. §. diui. & ibi
aliquādo dixi circa 7. opposi. Bar. ff. de leg. 1. & ita etiā, d. §.
64 es facto. inducit Cor. in l. 1. C. de cōdi. inser. † Sed ad ista duo
respondetur, & ad primum, q imo verba cōditionalia aliquā
do disponunt, & ita quod ponitur in cōditione, dicitur esse
in dispositione; quando, s. hic fuisse de voluntate disponentis
apparet, dūmodo ille habuerit potestatem ita disponēdi, vel
credit voluisse, ita magistraliter declarat Bar. in l. 2. §. vidēdū
ff. ad trebel. & pro hoc allegat, l. fideicommissa, §. cum esset. ff.
de leg. 3. & l. in ration §. tametsi. ff. ad l. fal. vt per eum, qui ex
hoc cōcludit, q verba illa statuti, stātibus masculis mater nō
succedat, licet in effectu sint conditionaliter prolata; tñ ve-
rè disponunt, & agnati dicūtur per statutum vocati, ita ergo
& in casu nostro videtur dicēdum. Et pro hoc bene facit. l.
pe. ff. de colla. dot. vbi illa verba, si dotem, & cætera contulis-
set. licet conditionalia sint, disponunt, vt bona præter dotem
tradita dicantur illi mulieri relicta, & et ea de causa paratur
exceptio, vt ibi in tes. exponit Bar. in summario, & idest, quia
sic creditur pater ibi voluisse, & ita etiam poterat disponere.
Sed in proposito nostro testator ponens filios instituti, & gra
uati in cōditone habuit potestatem eis per fideicō. relinque
re, & creditur ita voluisse, vt ex iam dictis constat, ergo &c.
Alioquin facile veniremus contra manifestam voluntatē
65 testatoris, vt supra dictum fuit, quod minimè est dicēdū † qa
voluntas, & mens testatoris etiam per coniecturas habita in
fideicommissis ante omnia attēdi debet omni verborū qua

litate posthabita, l. 3. C. de libe. præte. l. in conditionibus pri
mum locum, ff. de condi. & demon. l. ex facto, la grande, cir-
ca med. ff. de hære. insti. tradit Bal. in l. quoniam indignū, 2.
no. C. de testa. & Ang. in cons. 2. præmitto primò, 1. col. & in
cōsi. 222. Bene & egregiè, in prin. cum infinitis concord. Fa
cit, l. ita stipulatio, in prin. ff. de oper. libet. nam & ibi verba
conditionalia disponunt, & licet ibi consideretur quędam
particularis ratio, quæ hic non reperitur; tamen hic conside
ratur alia non minus efficax, s. voluntas testatoris in eiusmo-
di fideicōmissis ante omnia attendenda, vt supra dictū fuit.
Non obstat d. l. si quis sub conditione dandorum &c. quia
in casu illius, l. non constat, q testator voluerit illa, 10. lega-
re, aut aliter in dispositione ponere, & hoc est, quod ibi in fi.
66 dicitur, neque. n. legatarius. † Nec prædictis obst. si quis di-
cat, quòd cōditio dicitur posita ad fauorem grauati, vnde nō
debet operari aliud grauamen vltra expressum; qm̄ dicam
q imò si de voluntate disponentis cōstat, aliquando opera-
tur, si illud poterat disponere, vt probatur in d. l. pe. de coll.
dot. & supra dictū fuit. Et licet ad fauorem grauati videatur
apposita conditio: tamen re vera ista conditio dicitur apposi
ta ad fauorem filiorum eius, & vt ipsi habeant, vt dixit gl. in
d. §. cum quis, & hoc per rationem, seu præsumptionē legis
de qua tn l. cum acutissimi, in fi. C. de fideicomis.
67 † Ad secundum verò, & sic ad d. §. es facto, respondetur, q
illa inductio non est vera, & aliquo modo ibi non probatur,
q si filij extant, fiscus suscipiat omnia, sed solū ibi dicitur, q
d. filij faciunt deficere conditione fideicōmissi, quòd ego in-
telligam ad eorum vtilitatem, vt sic eis post mortem patris
ex fideicōmisso, tacitè sumpto, debeantur bona testatoris, &
hoc non obstāte, q bona illius deportati peruenerint ad fi-
scum; quia s. ad eum prouenerunt cum sua causa, videlicet, vt
ad fideicom. teneantur, vt ibi statim sequitur in ver. maximè
cū eā bona &c. & idem procedit in 2. casu respectu fideicō
missarij expressè per testatorem vocati, quando, s. post depor
tationem filij concepti fuissent; quia tunc non prosunt ad de
fectū fideicōmissi, s. expressi, prout in 1. casu Sic ergo ille tex.
rectè intellectus vult, q in quolibet casu fiscus debebit bona
testatoris restituere, in primo filijs, in secūdò verò substituto
68 expressè vocato, † & propterea cōuenienter clausula illa ma
ximè cum eā &c. ponitur ibi in fi. vt sic ad vtrunq; referatur,
l. quisquis, vbi Bal. nota. C. si cer. pet. l. talis scriptura, in fi. ff.
de leg. 1. & traditur in c. inquisitioni, de app. cum si. Et mihi
videtur, q iste sit verus intellectus ad illum tex. licet Bar. &
alij plerique intelligant in 1. casu bona pertinere ad fiscum, sed
illud procedit ex eo: quia pro firmo ipsi tenebāt, filios positos
in cōdōne non esse vocatos, non aūt q in eo tes. illud probe
tur, cū potius probetur cōtrariū. & maximè præsupponen-
69 do, q imo dicātur vocati, vt supra probatū fuit. † Ex his om
nibus cōstat, hāc opi. q filij positi in condōne dicātur p fidei
cō vocati, videri de iure veriorē. Est etiā ęquior, vt fateri vi-
dentur ēt contrariū tenentes, & eo maximè quando talis cō-
dō ponitur ab ascendentibus ipsorum filiorum; quia tunc vl
tra pdicta concurrit æquitas, d. l. cum acutissimi, C. de fidei.
quia, s. semper præsumendum est, testatorem propriam suam
sobolem extraneis personis prępofuisse. Et licet passim dici
soleat, communem opi. esse in contrarium, ppqđ in tali com
muni dicto cōsisur absque alia discussione sæpe consulendo
eam sequutus fui; tamen si tenentes opi. supra defensatā be-
ne consideretur, forte nō ita dici debebit. Maximè isto tem-
pore, cum vltra plures antiquos plurimi ex Moder. hanc opi.
70 tenuerint, vt statim ostēderetur. † Et non est dubium, cōmu-
nem opi. posse mutari tēporis cursu; vt est notum; sæpe. n. cō
tingit, vt aliqua opinio, quę a quinquaginta, vel sexaginta an
nis supra communiter tenebatur, desinat esse communis, si
plurimi ex sequētibus contrariū teneant, & ita fortasse cōtin
git in ista difficultate, & vt (q dixi) verum ostendatur, hanc
opi. primò apertè sensit gl. in d. l. filiusfami. §. cū quis, de leg.
1. dum dicit, conditionē hanc, si sine filijs decessérint &c. ap
poni ipsorum filiō causa, vt s. ipsi habeant, non. n pro firmo
haberent, si non essent vocati, vt supra dictum fuit. Idem te-
71 net Oldr. cons. 21. Thema tale, & in vltimis verbis † dicēs, q
positi

positi in conditione, licet non veniat ex expressa vocatione, veniunt tñ ea tacita. Et illud cõsilium reassumit, & cum eo trã sit Io. And. in addi. Spe. in ti. de teste. §. 1. in vltima additio. in fi. licet O dra. mentionem non faciat. Idem tenuit Iac. de Bel ui. & quidam dominus Iordanus Brisiensis, ꝑut refert Gui. Pap. in q. 59. doctores in iure ciuili. circa med. Iac. de Are. & post eum Cy. in l. 1. C. de cõdi. insert. vbi idem firmat Alb. de Ros. dicens hanc opi. veriorem, & æquiorem esse, & magis secundùm mentem testatoris. Et ibi etiam idem tenet Saly. præsertim loquendo in liberis, prout est casus noster.

Eandẽ opi. tenuit Dy. in l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de le ga. 2. prout refert Bal. in consi. 216. verba testamenti. & in cõ sil. 254. Titius instituit. 1. col. vol. 1. idem videtur velle Bart. in l. liberorũ. 1. q. ff. de verb. sig. in l. generaliter. C. de insti. & subst. in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posth. & l. si quis cum. §. fi. ff. de uulg. & pup. prout illum signanter ponderat Andr. Barb. in d. consi. 55. 5. colu. secundo volum. ad quem me refero, tametsi Bart. contrariam dicerit in d. l. Lucius. de hęr. in sti. Bald. etiam hanc opi. aliquando sequutus fuit consulendo, secundùm quòd refert Cor. in d. l. 1. de cond. inser. & in consi. 306. videtur prima facie. 2. colum. 4. volu. & prout ipse refert, incipiebat con silium Bal. Petrus hæredem. qui Bal. idẽ firmauit in d. l. 1. p plures rationes in lectura antiqua, licet il la communiter nõ habeatur secundùm quòd refert, & sequi tur Paul. de Cast. in d. §. cũ quis. in fi. qui asserit hanc opi. es se verissimam, secundùm quòd etiam asserit in consilio 236. Dubitatio vertitur. 5. col. vbi dicit, quòd glo. in d. l. Lucius. q̃ est principium cõtrariç opinionis, loquitur ex capite suo, & ꝙ pro ea nullum tex. habemus. Immo dixit And. Barba in d. consil. 55. in 5. col. & in consi. 27. Scripsit doctissimus. col. 2. 1. vol. ꝙ illa gl. nõ est contra illam opinionem, cum nos lo quamur respectu fideicõmissariæ substitutionis, illa verò ad suum text. relata loquitur respectu vulgaris, & sic directę, de qua ibi agitur, quòd etiam dixit ante eum Pau. de Ca. in cõs. 263. circa primum quæsitum. 2. vol. secundùm nouam im pressionem, vbi hanc opini. (plenè articulum prosequendo) firmat. Quam etiam tenuit egregius doctor. Lud. de Sardi. in quibusdam allegationibus ante illud consilium Pa. de Ca. impressis, & dicit iste doctor, quòd illam etiam cõsulẽdo abs que aliqua dubitatione sequi debemus; quia pro ea sunt ratio nes magis vrgentes, vt per eum. Et illam firmat etiam, & q̃ dem intrepidè Roma. in l. si cum dotem. in princi. 1. a. col. ff. sol. mat. & in consi. 52. a. visa municipali. 2. colum. Et etiam videmr inhærere Cu. in d. §. cum quis. licet dicat, quòd gloss. in d. l. Lucius. communiter approbata tenet cõtrarium. Hãc opin. sequitur etiam Benedi. de Plumba. in suo consil. incip. ꝑ declaratione prædictorum, vt refert patruus meus in consil. infra allegando. 1. col. in prin. qui Benedi. idem tenet in d. l. si cum dotem. & sequitur Flori. de sancto Petro in d. l. 1. de condi. inser. & in l. 1. §. pro secundo. C. de cadu. tol. Illã etiã sequitur Pet. da Ancha. in consil. 74. Contra Philippum. di cens, quòd gl. in d. l. Lucius. nimis offendit verba iurisconsul ti ibi. Pro eadem opinione consuluit etiam Anto. de Prato vete. qui suo tẽpore inter primarios doctores habebatur, pro ut eius cõsilium asserit se uidisse Cor. in d. l. 1. de cõd. insert. & (vt ipse inquit) prædictus doctor asserebat in d. consilio su aliàs idem consuluisse, & quòd eius consilio se subscripserãt Pa. de Cast. Ioan. de Ana. & Anto. Rosel. & quòd ita fuerat iu dicatum. Hanc eandem opinio. pluries consulendo sequu tus fuit do. Maria. Soc. auus meus, qui etiam dicebat, ꝙ idem consuluerunt ambo Raph. & Pau. de Ca. & ferè omnes doct. Italię sui temporis, prout pluries in suis consilijs refert Cor. vt in consi. 146. in hac consultatione. 6. col. 2. vol. in consil. 226. quanquam prima facie. 2. colum. in consi. 273. dubia sa tis. 1. col. & in consi. 306. videtur. 2. col. 4. vol. & de quodam consilio prędicti aui mei inci. Prędicta consultatio continet materiã, meminit Cor. senior. in consi. 51. Super testamẽtis Alberti. col. 10. vbi etiam ipse Cur. multùm audacter firmat hanc opin. Et, vt ipse, & alij multi referunt, idem tenuit Frã. de Albergo. in d. l. Lucius, & alibi sæpe etiam consulendo, vt etiam refert Cor. in d. consi. 146. & consilio ipsius domini Francisci se subscripserunt ferè omnes aduocati Florenti ni prout refert patruus, & do. meus Soc. in cons. 77. In pñsen ti consultatione. 3. col. 1. vol. vbi etiam dicit, ꝙ pro hac parte fuit consultum per multos solennes doc. Bonon. & ꝙ ipsi di cebant, hanc opi. tunc posse dici magis communem. Quam consulendo sequitur insignis doctor dominus Bartho. Cassa neus in consi. 14. Christianissimus ille. 5. colu. prope fin. vbi vsque ad fi. consilij prosequitur, & pro ea adducit quatuorde cim fundamenta, vt per eum, qui etiam idem firmat in cons. 67. Ad primum dubium. 6. colum. vbi etiam quosdam alios doc. allegat. & inter alios Aret. vt per eum videri potest.

Et istam opi. plenius prosequendo firmat etiam And. Bar ba. in l. cum acutissimi, col. mihi. 78. cum multis seq. C. de fi deico. in d. consi. 27. col. 5. 1. vol. & in d. consi. 55. 4. colu. secundo volumine, vbi asserit hanc opin. esse veriorẽ, æquio rem, & communem, prout etiam dicebant Bononienses præ dicti. Et istud forte hodie verum est, præsertim apud illos doc. qui veritatem huiusce difficultatis inuestigare voluerũt per viuas rationes, & vera iuris fundamenta, & ego legen do. l. centurio. ff. de vulg. & pup. illam vti veriorem in pun cto iuris per rationes efficaces sequutus fui. Et etiam uondũ annus, quòd consulendo eam defendere tentaui apud Tridẽ tum. motus ferè omnibus, de quibus supra, licet in eo casu adesset etiam pro hoc aliqua coniectura, prout etiam in ca su nostro adest, vt infra dicetur. Et stantibus prędictis vide tur concludendum, ab ista opinione tanquam veriori, & for te hodie communiori recedẽdum non esse in iudicando.

72 † Immo etiam, quòd communia opi. esset in cõtrariũ, idẽ esset dicendum; quia si non cõmunior, verior tamen & æquor videtur; nec enim ex multitudine auctorũ, sed quod verius, melius & æquius est iudicari debet. l. 1. §. sed neq;. C. de vete. iur. enuc. facit. c. capellanos, & ibi tradit Abb. in vlt. not. de fer. & per eundem, & alios in c. 1. de constitu. cum concord. de quibus ibi per Fely. col. pe. & per Cu. iunio. in consi. 162. Proponitur in facto. in fi. & in cõs. 63. pro habenda clara. col. 2. Hæc itaq; omnia ad casum nostrum applicando, cũ illust. do. Syluia fuerit in cõditione posita illius secundæ substitu tionis facta de reuerẽ. Cardinale, & hæredibus illustriũ do mini Pet. Fran. & Alex. sequitur, quòd ipsa ad bona, de qbus agitur, in d. substitutione videtur vocata per fideicom Et vbi sapientissimus quisque iudicamus in pręsenti causa volue rit prędicta omnia maturè, & purè, ac iustè mentis oculo ani maduertere, facile mihi persuadeo, eum secundum hic opi. iudicaturum, inhærendo legibus, solidiorib. rationibus, vo luntati testantis, & tantorũ iurisconsultorum auctoritati; ꝑ ut faciunt prudentissimi Magistratus Illustrissimo. Venetorum, qui com semper voluntatem testatoris sequantur, hanc opi. vti verissimam semper amplectuntur. Et tanto magis ar bitror in pręsenti causa ita omnino iudicandum, vt vltra ꝙ illust. do. Syluia posita fuit in conditione, vt supra ad exclusio nem substitutorum concurrunt & alia quædã, vt statim dicã ex quibus arguitur, illam fuisse ex testamento vocatam, & ego verũ fatear, propter ea præcipuè, & animo promptio ri in huiusmodi sententiam inclinaui. Posito itaque, ꝙ quis hanc opi. sequi non auderet ex eo tantùm, ꝙ illust. do. Syluia fuerit posita in conditione, vt supra, eo fortè quòd arbitrare tur contrariam opi. esse communem, aut alia quacunque ra tione. Adhuc dico, quòd in pręsenti casu ex duobus do. Syl uia debet dici vocata, prout inter alia duobus modis contra ria opi. venit limitanda, & vtraque limitatio in proposito re

73 pesitur. † Primò ergo limitatur, nisi cum eo, ꝙ filij sunt po siti in conditione. concurrat aliqua alia ratio, siue coniectu ra ad demonstrandam mentem testatoris fuisse, vt tales filij sint vocati: quia tunc voluntas testatoria magis inhærendo dicimus, ꝙ tales filij dicuntur vocati, ita dicũt communiter docto. nostri, etiam qui regulariter negant eos vocatos esse, vt per Cor. in consilio 19. in hac consultatione. 3. colum. 2. volum. in consilio 231. in hac, quarta colum. tertio volum. & in consil. 101. licet in hac. 3. colu. & 273. dubia satis. post prin. 4. volum. & ibi dicit, quòd semper legendo, & consulẽ do arbitratus fuit, quòd concurrente aliqua alia coniectura

positi

positi in conditione dicantur vocati. Idem dixit Pa. de Cast. in dicto consi. 263. & Ludo. de Sardi. in sua allegatione anto illud consilium impressa in fi. idem etiam solitus est dicere pr. iuuenis meus Soc. in consilio 73. Capiendo primum. colum. pen. 4. volum. in consi. 249. Materia præsentis, quarta colum. versicu primum est. 2. volum & in quodã alio consilio nondum impresso, quod incip. Vetis testamentodu. Pauli de Dottis, quod apud me est cum proprijs eius sigillis, & subscriptiona. Et istud maximè dicit ibi procedere in descendentibus, & asserit semper vidisse per solennes doct. consuli pro filijs, q̃n aliqua alia concurrit coniectura. idem etiam dixit in d. l. cum auus. colum. fin. an fi. vbi etiam dicit, q qualis debeat esse coniectura, iudicis circumspectioni relinquitur, illud idem etiam dicebat Cur. senior in consi. 79. dominus Ludo. quarta colum. & rectè intuenti, ita voluit Deci. in consilio 270. dom. Raynaldus. colum pen. & Cur. iun. in cõsilio 44. Habita diligenti. tertia colum. in fin. ad quod etiam infiniti alij allegari possent. Et voluit realiter hoc Bat. in l. centurio. colum. mihi. 12. ff. de volga. & pup. dum firmat, q filij in conditione positi dicũtur vocati, si cum eo cõcurrit, q etiam sint grauati, vt per eum. Et in proposito post Corn. quem ibi allegat dicit Cur. iun. in consil. 87. Negari non potest. in fi. quòd in hoc quælibet leuis coniectura sufficit ad faciendum, quòd positi in conditione dicantur vocati, & ita ego sępissimę consului. Sed sic est, quòd in casu isto, quòd illust. dumi Syluia sit vocata, assit vna vrgentissima coniectura, aliàs quasdam dimittendo, ergo concludendum est, quòd debet dici vocata. Coniectura autem & quidem efficacissima sic demonstratur. Verissimum est hoc, quòd testator ponendo filios in conditione, dicitur eos aliquo modo prætulisse, vt clarè dicitur in d. l. Lucius. in fi. de her. inst. & oportet fateri, q pręlatio illa dicatur facta, vel ex testamento, vel ab intesta. Hinc est, quod opinio illa, quę vult, eos non dici vocatos ex testamento, accepit aliam partem, & dicit eos prælatos ab intest. vt per doct. post glo. in d. l. Lucius. Verùm si prælatio ab intest. dari non potest, oportet fateri prælationem factam eo modo, quo potest, & sic ex testamento. & ita (ni fallor) faterentur omnes doct. tenentes illam opi. si o. cessat illud propter quod fundant eorum intentionem, respondẽdo ad d. l. Lucius. non video, cur omnes aperto ore non sint fas-
74 tuti, quòd eorum opinio non procedat. † Quando ergo prælatio ab intest. dari non potest, oportet fateri, q fiat eo modo, quo potest, & sic ex testamento, & ita in terminis, & multum egregie arguit, & firmat Cor. in consi. 74. Viso prolixo. secunda col, versic. secundò indoco. 2. vol. In proposito autem illust. do. Syluia moriente illust. domino Alexan. non poterat admitti ab intesta. nam eam Raneren. Cardinalis ex forma statuti excludebat, prout verè exclusit, ergo necesse fatendum est, vt dicatur prælata ex testamento. alioquin de ea nulla diceretur facta prælatio per prudens consilium testantis
75 contra prædictam l. Lucius. † Nec dicatur, quòd potuisset ab intesta. succedere illustr. domino Pet. Fran. patri eius, quoniam istud non tollit fundamentum, satis. n. est, quòd euenire poterat iste casus, prout euenit, quòd illustr. dom. Alexan. vltimò decederet sine liberis superstite filia illustr. domino Pet. Franc. & istud euenturum potuit testator considerare.

Et quòd sufficiat casum aueniri posse, quòd positi in conditione non vocentur ab intestato, concludit Cor. in d. cõs. 74. Et maximè hoc dicendum est, quando postea casus talis eueniet, prout in præsenti casu contingit: cum igitur existentia illustri. do. Syluiæ velutum cõditione positæ faciat deficere conditionem substitutionis de Reueren. Cardinale, & alijs post eum, secundùm quod supra fuit plenè cõclusum, & illa dicatur per testatorẽ aliquo modo prælata, vt d. l. Lucius, & non posset dici prælata ab intest. oportet necessario fateri q dicat pręlata ex testamento ex causa fideicommissi. Et istud (ni fallor) est pura veritas, propter quod præcipuè motus fui ad ita consulendũ. † Potest & secundo loco conclusio supra posita ex alio confirmari, nam illa opin. glo. & doc. in d. l. Lucius. limitatur etiam, vt non procedat in legatis, & fideicommissis particularibus, quia in eis positi filij in conditione cẽsentur vocati ex testamento, cum in eis magis attendatur voluntas testatoris per coniecturas, quæcunque verba proferantur, quàm in institutionibus, & in hæreditatib. secundùm q singulariter firmauit Ang. in l. in legatis. in lectura Florentina. C. de lega. prout refert Ias. in l. 1. in 3. colu. C. de pac. Et licet ipse ibi videat aliqualiter dubitare, tamẽ illud sequitur & pluribus confirmat in l. pecuniam. 2. col. vers. ad oette tñ. ff. si cer. pet. Immo idem Ias. in d. l. in legatis. dicit, quòd ista limitatio est pulchra, notabilis, & vtilis, & quòd multum sibi placet. Quam etiam sequitur ibi Corn. ratione, qua etiam
77 Ang. mouebatur: † quia licet in legatis non curemus de verbis, sed tantùm sensus testatoris attendatur, vt probatur in d. l. in legatis, & reperio quòd secundùm hanc limita. Ang. consuluit Ias. in consi. 4. Nicolaus de Aquilantibus. 4. col. versi. quartò ad idem. 1. vol. vbi in fi. dicit, quòd multũ sibi placet quia pulchra est, & subtilis, prout etiã dixit in d. l. in legatis.

Et reperio etiam, quòd cũ hac limitatione Ang. trãsit simpliciter patruus. & dominus meus Soci. in præallega. consil. non impresso. in 6. car. in versi. item licet positi in cõditione dicens, q istam limitationem sequuntur Mod. in d. l. in legatis. Et illam etiam refert, & sequitur insignis Mod. dom. Io. Frã. Purpura. in d. l. 1. C. de pac. col. pen. ver. & illa ampliatio.

Et licet quidã de hac limitatione videantur dubitare, imo etiam contrarium sentire, tamen videtur, quòd magis communiter recipiatur, ergo ab ea non videtur recedẽdum inspecto maximè quia videtur etiam bonis rationibus fundari, vt per prædictos doc. in locis præal. Quam etiam sequitur insignis Moder. do. Guliel. Benedi in sua solẽni repet. c. Raynutius. de testa. in 4. parte. colum. 8. & 9. Vnde cum in proposito agatur de legato, & fideicõmisso rerum particularium, sequitur, q illust. do. Syluia posita in conditio. in substitutione facta in tali legato, vel fideicom. debet dici vocata ex testamento. Quod autẽ de particularibus relictis agatur, est plusquam notissimum, nã solum disputatur de substitutione facta in prælegato facto illust. domino Pet. Fran. de castro Castiglionis, insula Lirij & rochettis, & sic de reb. particularibus, nam (vt ex serie testamenti constat) in d. prælegato post primam substitutionem facta fuit secunda, si dominus Pet. Fran. & Alexan. decederent sine filijs legitimis, & naturalib. in qua illust. do. Syluia vti filia illustrissimi do Pet. Fran. fuit posita in cõditione ad exclusionem substitutorum, & eam dicimus etiã fuisse vocatam ex testamento ex his quæ supra dicta fuerunt, si non singulatim, saltem simul iunctis. Laus Deo.

Soc. nepos, Paduæ legens 1558.

ADDITIO.

Num. 5. consi. alì quod se refert est 174 co ita Merzar. consi. 8. pag 1.

CASVS.

Magnifica Comitissa dom. Alda de Gonzaga in suo testamento inter cætera cuidam do. Aloysiæ ancillæ suæ, siue per eam edocatę vltra plura legata reliquit omnia bona mobilia ipsius testatricis, & quòd ipsa d. Aloysia toto tẽpore vitę suæ sit, & esse debeat vsufructuaria vnius petię terræ casamẽtinę ipsius dominæ testatricis cum domo murata, & cupata, cum orto, curte, & stabulo, & positę in ciuitate Mantuæ in contrata equi, penes suos fines &c. & post mortem dictæ dominæ Aloysiæ illam petiam terræ casamẽti reliquit quibusdã suis nepotibus, vt latius in testamento continetur.

Præsupponitur. quòd ista testatrix possidebat vnam domũ magnam, in qua habitabat, item & domum quandam paruã post domum magnam, ad quàm per curtem magnæ domus erat ordinarius accessus, & asseritur per multos, quòd vtrãq; simul ipsa do. testatrix habebat, & tenebat pro vna domo, & ut sub nomine vnius domus vtrãque simul acquisierat, licet illam paruam locatam teneret cuidam Baccio ab oleo, prout etiam ante eius acquisitionem fuerat locata.

Ex aduerso verò asseritur, q immo sunt quę domus separatæ, & quod ita semper habitæ fuerunt pro separatis.

Et super hoc facto processu sunt hincinde multi testes examinati.

Quibus sic stantibus quæritur, quid veniat in d. legato an

una

vna domus tâtùm, videlicet illa parua, an verò vtraque simul tanquam vna tâtùm domus,& uti pro vna habita a testatrice.

S V M M AE.

De materia l. si domus. ff. de leg. j. & an & quando plures domus pro vna habeantur, vt. s. cedant legato vnius.

1 *Testibus tribus standum est.*
2 *Persona testis per producentem apprubata videtur.*
3 *Res eadem non debet diuersis modis censeri.*
4 *Diuisio fit per interpositionem sepis, vel p. rietis.*
5 *Ex nominum diuersitate res diuersa censetur.*
6 *Vnus est principium numeri.*
7 *Ex eo quod fuit, arguitur ad præsens tempus præsumptiuè.; vt sci licet postea, & nunc præsumatur, nisi contrarium probetur.*
8 *Domo legata an censeantur legata balnea si cum ea vno pretio comperata sunt.*
Quid de domo cum horto acquisita.
9 *Argumentum a verosimili validum est.*
10 *Vna præsumptio aliam tollit.*
11 *Vsus dicitur optima rei interpretatio.*
12 *In dubijs pro reo iudicandum est.*
13 *Testes quando adinuicem contradicunt, statur dispositioni pluriũ si aliud in contrarium non ostendatur.*
Testibus aptiora & verosimiliora deponentes credendum.
14 *Experientia dicitur rerum magistra.*
15 *Domus vnitas non tollitur, si ego possidem vnam partem, & tu aliam, nisi paries in mẽdio fiat.*
16 *L. eum qui ædes ff. de vsucap. quomodo procedat.*
17 *Domus pars licet sit habitata, & pars locata tamen potest vtraque pars sub vnius nomine considerari.*
18 *Domus vnitas quomodo tollatur.*
19 *Nominis diuersitas an tollat vnitatem domus.*
20 *L. si idem. C. de codicil. quomodo procedat.*
21 *Primus licet de pluribus dici soleat; tamen aliquando dicitur, qui solus est.*
22 *Qualitas in dispositione expressa attendi debet.*
23 *Domo legata de qua intelligatur, & an sit hæredis electio.*
24 *Legata & donationes ex qualitate donantis, & donatarij, & legantis & legatarij interpretationem recipiunt.*

CONSILIVM CLIX.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitia.

RESOLVTIO præsentis cõsultationis apud me est modicè difficultatis, vt ex infra dicendis apparebit, & in effectu pendet ex eo, vtrũ magnifica domina testatrix prædictã domũ magnam, in qua habitabat, vnà cum alia domo parua post eam posita habuerit pro vna & eadem domo, an verò pro duabus distinctis, & separatis. Nã si primum dicimus, cum ipsa testatrix aliũ domum non habuerit in suo patrimonio, legatum prius de vsufructu vnius domus domi. Aloysiæ, & postea de ipsa domo suis nepotibus factum, de quo agitur, totam illam domum, scilicet paruam, & magnam simul respiciet, & comprehendet; cum non reperiatur, quòd testatrix prædicta aliam domum haberet in contrata equi, prout de hoc est doctri. Bal. in l. si domus. in princip. ff. de lega. j. & ibi tradunt Alexan. & Ias.

Si verò secũdum diceremus, videretur, quòd in electione hæredis sit, declarare, in qua ex illis duabus domibus legatũ deberet consistere, per te. in d. l. si domus. in prin. & ibi tradũt oẽs doct. In hac igitur difficultate videbitur fortasse aliquibus prima fronte dicendum, domum magnam & paruam, de quibus in puncto, fuisse habitas pro duabus domibus distinctis & separatis. Et primò hoc probari videtur ex eo; quia videtur, quod cõmuniter se reputaretur, prout deponũt tres testes, videlicet do. Hieronymus de Martinis, dom. Io. Franci
scus de Strata, & do. Hieronymus de Ossis examinat ex parte
1 magnifici comitis Iulij Cæsaris, & illius consortum. † Nec du
biũ est, tribus testibus credendũ esse, cum in ore duorum, vel
triũ stat oẽ verbũ, vt legitur Deutero. c. 17. & Matth. & c. 18.
& probatur hoc in l. 3. vbi gl. no. C. de naufrag. lib. 11. in ca.
relatum, de testa. & in c. nouit. de iudi. cum vulg. Et eo magis
prædictis testibus videtur credendum; quia cũ eis vr̃ concor
dare Ioannes Thonini de Mõtaiolis vnus ex testibus produ-
ctis pro parte magnifici comitis Amarotti aduersarij prædi-
2 cti magnifici comitis Iulij Cæsaris. Etenim istius testis fides,
seu persona videtur per ipsum comitẽ Amarotum approba-
ri, arg. l. si quis testibus. C. de testi. cum simi. & eorum, quæ di
cit Alex. in consi. 191. Visis nouis. circa med. 7. vol. Secundò
probari videtur: quia quicquid esset per prius, saltem hoc vr̃
uerũ, ꝙ prædicta do. testatrix habuerit domos prædictas pro
distinctis & separatis; cũ ad diuersos effectus eas applicasset,
vnã. s. ꝓ sua habitatione, & alterã locabat illi Baccio ab oleo,
sumpto argumento a diuersitate vsus, & effectus videtur. di-
cendum, quòd prędicta testatrix habuerit illas domus pro di
3 uersis & separatis; † cum vna & eadem res non soleat diuer-
sis modis capi & censeri. l. eum qui ædes. ff. de vsucap.
Eo maximè: quia uidentur separatæ per interpositionẽ se-
4 pium ad instar parietis. † Reperiuntur. n. inter unam & aliã
domum sepes quædam illas diuidentes, sicut alìàs fieret diui
sio per interpositionẽ parietis, iuxta l. si quis duos. §. si quis
5 partem. ff. communia prædi † Præterea & tertiò hoc uide-
tur suaderi ex diuersitate nominum, quibus tũc d. domus de-
nominabãtur: una enim appellabatur domus Baccij ab oleo,
alia uerò domus comitis dom. Alex de Gunzaga, quòd certe
nõ fuisset, si una & eadem domus simul fuisset, iuxta l. si idẽ.
& ibi tradita per doc. C. de codi. Suaderi uidetur hoc quarto
loco ex uerbis testamenti in prædicto legato: dicitur enim ꝙ
do. Aloysia sit usufructuaria unius petiæ terræ casamentinæ
&c. nam ex illo uerbo unius, uidetur testatrix ostẽdere se ha-
bere plures petias terræ casamentinæ ex quibus unam reli-
6 quit, † nã cũ unus sit principium numeri, iuxta gl. & ibi doct.
maximè Mod. in l. si quis ante. ff. de acq. pos. uidetur posse di
ci, ꝙ unus dicatur ex pluribus, ut sic uideatur testatrix dixisse ex plusibus petiis terræ casamentinæ dom. Aloysia sit usufructuaria unius &c. sed dicta testatrix solùm habebat prædictas duas, ergo uidetur concludendum, ꝙ illas habuerit pro duabus distinctis & separatis, & non pro uno tm̃. Et hoc posito uidetur cõseqoenter dicendũ, in facultate hęredum esse dare pro satisfactione prædicti legati, ex illis domibus uelint, & ita uidetur, ꝙ domum magnam pro se retinere, & paruã legatarijs dare possint, prout facere intendunt. His tamen non obstanti. q̃ in ueritate nihil, aut parũ faciũt, cõtrariũ de iure uerius eẽ arbitror, & absq; dubitatione cõcludo, domũ magnã simul cũ parua legato, de quo agit̃, cedere, eo ꝙ apud do. testatricẽ ꝓ una tm̃ domo oĩa illa ædificia cũ suis horto, & curte haberentur, prout sapientissimè cõcluditur per excel. dominũ Carolum Malatestã mihi uti fratrem honoran. aduocatũ magnifici comitis Amarotti in suis all. Et ista conclusio ex pluribus probari potest, maximè ex infrascriptis.

Et primò, quia ueritas est, quòd antequam comitissa dom. Alda acquireret domum prædictum, & sic tẽpore quo eã detinebat & possidebat, comes Io. Petrus de Gonzaga, & ẽt post q̃ ipsa do. Alda acquisiuit, ipsa domus magna, & domus illa parua uocata domus Baccij cum suis horto & curte semper fuerunt habitæ, tentæ & reputatæ pro una & eadẽ domo, ita ut domus illa parua diceretur stabulũ magnæ domus, seu ipsi magnæ domui pro stabulo seruiret, & locus ille, aut fundus siue petia terræ, in qua ex ambæ domus positæ sunt, unus, & idẽmet locus, & fundus, siue una & eadẽmet petia terræ diceretur, pro una teneretur, & reputaretur, prout nouẽ ex testibus productis pro parte magnifici comitis Amarotti aperiè testificantur, uidelicet, primus, secũdus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, nonus, & decimus, qui oẽs si bene corũ dicta inspiciantur, concordant in hoc, ut domus illa del Baccio esset una domus simul cum domo magna, & ꝙ pro stabulo illi seruiebat, siue stabulum eius diceretur, ut sic ambæ

simul veluti in vno loco posita pro vna tm̃ domo teneretur,
& reputaretur, & cũ istis nouẽ testibus in effectu concordant
Et primus, & secundus producti pro parte comitis Iulijexfa-
tris. Primus.n.dicit, ꝙ dumus illa del Baccio, in qua adest tor-
cular, erat tenta, & nominata pro stabulo domus, in qua habi
tabat comitissa Alda, & sic illius domus magnę, de qua agit.
Secũdus verò dicit, quòd in domo, in qua habitabat comitis
sa domina Alda, & sic in domo magna comprehendebatur
petia terræ, in qua adest torcular, & in qua habitant hęredes
Baccij, cũ igitur tot testes, & ab vtraq; parte producti vnitatẽ
prædictam testificẽtur, nõ est dubium, ꝙ eis omnino creden-
dum est, non obstante ꝙ aliqui in contrarium videantur testi
ficari, vt supra arguebatur: qm̃ ad illud infra suo loco respon
debitur. Et quemadmodum prædicta loca pro vno, seu pro
vna domo semper habita fuerunt, ita credendum est, ꝙ dicta
7 do. testatrix in vita, & in suo testamẽto habere voluerit: † quia
ex eo, quod fuit, arguitur ad præsens tempus præsumptiuè, vt
.s. etiã postea, & vsq; nunc præsumatur, nisi probetur contra-
riũ. arg. l. sine possidetis. C. de proba & pulchrè declarat Bal.
in l. ex persona 3. col. eo. tit. maximè dũ loquitur de prædica
mento qualitatis, & prędicamento situs quod plurimũ seruit
in proposito casu. Secundò facit, & iudicio meo concludẽtis-
simè probat, argumentum sumptum a titulo acquisitionis; vt
.s. eodem modo dicatur do. Alda tenuisse, prout acquisiuit,
8 arg. l. prædijs. § pe. ff. de leg. 3. dum vult inter cætera. † ꝙ lega
ta domo censeantur etiã legatæ balneæ, si cum ea vno precio
comparatæ fuerunt & idem dicitur ibi in §. fin. de insula do
mui iuncta, quod propriè videtur respicere casum nostrum,
& ita per illa iura ad ostium cum domo emptũ, & acquisitum
arguit do. Guli. de Benedi. in sua solenni repeti. c. Raynutius.
in prima parte, in versi. & ortum. nu. 7. de testa. sed in proposi
to do. Alda loca prædicta acquisiuit simul, & sub noĩe vnius
domus, vt patet in decreto Marchionali, in ver. vnam domũ
positam in hac nostra ciuitate Mantuæ &c. ergo similiter il-
la omnia loca habuit, & tenuit pro vna domo tantùm. Tertiò
facit; quia (vt ferè omnes testes dicunt) ad illam domum del
Baccio, quæ dicebatur stabulũ domus magnæ, habebatur or-
dinarius accessus intrinsecus per domum magnã, s. per eius
curtem, & ortum, meritò ergo vna & eadem domus censeri
debet, vt scilicet omnia legato, de quo agitur, cedant, per d. §.
pe & fi. in d. l. prędijs. Quartò etiam facit; quia cum domina
testatrix reliquisset do. Aloysię oĩa sua bona mobilia, & sta-
tim dixisset, ꝙ etiam relinquebat eam vsufructuariam vnius
petię terrę casamentiuę &c. verosimile est, quòd de illa do-
mo omnino senserit, in qua erant prædicta bona, mobilia;
ut sic uideatur uelle testatrix, quòd do. Aloysia in eius lo-
cum succederet in bonis mobilibus, & in domo quoad uiue
ret, meritò ergo uidetur omnino dicendum, quod de domo
9 in qua habitabat, senserit. † Est enim in iure ualidissimum ar
gumentum, quod sumitur ab eo, quod est uerosimile. l. cum
res. i prin. de leg. j. l. Iulianus. §. præterea. ff. de act. empti. &c.
sollicitę. de resti. spol. cum uulga. & est glos. per illum tex. in
l. tale pactum. in fi. ff. de pact. Sic igitur mens testatricis fuit,
ut dom. Aloysia domus magnæ usumfructum, & habitatio-
nem haberet, sicut etiam ipsa habitabat. illa autem parua do-
mus uel Baccio comprehenditur in tali legato uelut acces-
soria ad domum magnam, seu uti pars, & stabulum eius.
Et ex ista consideratione ultra dicta per excellentissimum
Aduocatum tollitur argumentum, quod in contrarium fieri
posset de nili. conditione dn. Aloysiæ, quasi quod ei non con
ueniret vsusfructus domus magnæ, quoniam vltra magnam
affectionem testatricis in eam, quæ illud facillimè induxit, ve
risimilitudo, & pręsumptio prædicta videtur tollere omnem
10 difficultatem, cum sit in se potentior & certior: † vna enim
præsumptio aliam tollit. l. diuus. & ibi gloss. not. ff. de in inte
grũ rest. c. in nostra. de testi. cum simi. tradit Azo in sum. C.
de proba. ij. colum. &. Alexan. in consil. cxxiiij. quoniam abũ
de. ii. colum. lib. vj. Præterea & quinto hoc suadetur: quia
si testatrix habuisset istas domos pro duabus distinctis, & se-
paratis, & de vna tantùm sensisset, vtique cuique recti sensus
uerosimillimũ fiet, ꝙ declarasset, de qua loquebatur dicẽdo,
verbi gratia domus del Bacio, vel domus meæ habitationis,
vel alit er demõstrasset domum, de qua particulariter loqui
intendebat, vt quæstionem de sua voluntate nõ relinqueret
sicuti in alijs partibus testamenti fecit circa alia pcã dispo-
sita, vnde cum particularem locũ nõ ostenderit, sed genera
liter de omnibus illis locis videatur loquuta, ostendit, ꝙ ha
bebat omnia pro vno loco, & unam et domo; & quod voluit
loq de vna particulari parte magis, q̃ de aliæ; cum id ex uer
bis suis nõ appareat, quod ei facillimum fuisset, arg. l. nni. §.
sin autem ad deficientis. C. de cadu. toll. & c. ad audiẽtiam. de
deci. & bene facit. c. inter corporalia. de transla. episco. circa
med. in uer. unde si circa translationem &c. Demum pro
prędictis, uidelicet, quòd domus magna omnino legato ce-
dat suadetur; quia a morte do. Aldę testatricis hucusq; obser
uatũ fuit, nam in primis, ꝓut mihi in facto præsupponitur
licet in themate dicatur, domina Aloysia usufructuaria in
domo magnã permansit illam habitãdo, & donec uixerit ea
utendo, & fruendo ut ueri usufructuarij faciunt, & post eius
mortem domum prędictam magnam cum illa del Bacio uti
suam, & tanquam suam tenuerunt magnifici Comites Iaco-
bus & Aloysius fratres secundum ordinem ipsius testamen-
ti, & qui ita iure prædicti legati eam tenentes uẽdiderũt ma
gnifico comiti Amaratro, qui postea illam uendidit magnifi
co, & excellen. iuriscõsulto domino Hieronymo de Medicis
a quo hodie possidet, ut sic dicere possimus, legatũ, de quo
agitur, itã habuisse interpretationẽ, ut scilicet principaliter
de domo magna, in qua domina Alda testatrix habitabat, &
connexẽ ueniat etiã domus illa parua uocata domus del Ba
cio tanquam stabulum ipsius magnæ domus, ꝓut in verita-
te sic vocabatur, ut ferè oẽs testes deponunt, & ab ista inter-
pretatione, & legati intelligentia, siue obseruãtia non est re-
cedendũ, arg. l. minimè. ff. de leg. cum. n. hucusq; sic fuerint
usi prædicto legato, et ꝙ habuisset dubitationem (ꝙ tamẽ nõ
11 admitterẽ) sic obseruandum est, † qa usus dicitur optima rei
dubię interpretatio. l. si de interpretatione. in fi. ff. de leg.
Et plus ẽt fortè dici posset, ꝙ posita dubietate rei legatę in
fauorem legatariorũ, & habẽtiũ causam ab eis, dicatur cucur
risse pręscriptio pro legato, cum decursa tẽpora sufficiãt ar-
gu. l. 4. in fi. ff. pro leg. Vnde tñ hoc pro nunc affirmo, nec su
per eo ulterius insisto tanquã sup nõ necessario; prędicta. n.
satis superq; sufficiant ad uictoriam in fauorem rei conuẽti.
12 † Pro quo etiam, si casus dubius uideretur, esset iudicandũ, in
xta l. fauorabiliores sunt rei. ff. de reg. iur. facit. l. Arrianus. ff.
de actio. & obliga. & c. cum sunt partium iura. de reg. iur. li. 6.
& est tex. in c. ex literis. de proba. cum hic agatur de decisio
ne causę, & de ferenda sententia diffinitiua, iuxta tradita per
Dec. in d. l. fauorabiliores. oct. item regula procedit &c. Non
obstant modò allegata in contrarium, & licet ad ea ꝓ maiori
parte appareat responsio ex prędictis; tamẽ singulatim tãgẽ-
do, vt infra respõdetur. Ad primũ ergo respõdetur, ꝙ quic-
quid dicant illi tres, aut quatuor testes, magis credendum est
undecim testibus, qui clarè de unitate domus deponunt;
13 quãdo. n. testes sunicè † contradicunt statuẽ depositioni plu
rium, si aliud in contrarium non ostẽdatur. c. in nostra. extra
de test. l. 3. §. j. ibi, alias numerus. ff. eo. cum simi. dixit Bar. in
l. si duo. 2. col. uersi. quandoq; uterq; probauit se possidere. ff.
uti possi. Alex. in cõsi. 57. In causa & lite. 4. col. lib. 7. Andre.
Barb. in consil. 64. Illud in medium referam. 9. col. 5. uolu.
& Crot. in trac. de test. car. 10. 4. col. sub nume. 333. & 336.
Et pręsertim hoc procedit in casu isto; qm̃ isti plures aprio-
ra, & verisimiliora deponunt, iuxta l. ob carmẽ. in fi. ff. de te-
sti. & d. c. in nostra. & tradita per Barba. in dicto consi. 64. 9.
col. Est n. uerosimilius, prędicta loca fuisse habita pro una
domo, ut communiter in similibus videmus. Attento, ma-
ximè ꝙ pro una domo, seu sub nomine unius domus fuit ac-
quisita per magnificam comitissam dominã Aldã testatricẽ,
ut supra dictũ fuit. Pòt ẽt ad testimonia prędictorũ testium
aliter responderi, ut p excellen. aduocatum do. Carolum Ma-
latesti, & ẽt p doctissimũ dñm Frãciscũ Forestã, ad quos me
refero. Ad secundum respõdetur, ꝙ nõ valet cõsequentia. d.
Alda utebatur diuersimodè, ergo tollitur unitas domus,

pc enim ꝙ

pe.n.accidit, vt quis partem vnius domus locet,& in alia ha
14 biter,& tamen non intendat ex vna domo facere plures. † ꝓ
vt experiẽtia docet, quæ dicitur efficax rerũ magistra.c. quã-
sit.de elec.lib.6.nisi.n.ꝓbaretur, ꝙ dña testatrix ĩteriecto pa
riete voluerit ex vna domo facere plures,in vnitate dicitur re
tineri,etiam ꝙ diuersia vsibus sit applicata, id.n.factum fuit
gratia cõmodioris vsus,seu vtilitatis maioris inde participã-
dæ,arg.l.Caius.§.Titius.ff.de leg.2.ad qđ est optima doctri.
Bar.communiter approbata,& ibi aliquando dixi in l.stipu-
15 lationẽs nõ diuidũtur.in 1.q.prope fi.ff.de verb.obl. †dum
dicit,ꝙ ex eo, ꝙ ego possideam vnam partem domus,& tu a-
liam,non tollitur vnitas domus,nisi paries in medio fiat,sic
16 ergo & in casu nostro dicendum est. † Nec obstat regula
d.l.enim qui ædes.de vsuca. in contrarium allegata: quia illa
procedit respectu repugnantium,puta vt res aliqua sit mobi
lis,& immobilis,sed illud nihil ad casum nostrũ, vt de se no-
17 tum est: † qa non sunt repugnantia,ꝙ dom. Alda partẽ istius
domus habitaret, & partẽ alteri locaret,& tamen vtraq; pars
sub nomine vnius domus consideretur,iuxta gl. in l.rectè di
cimus.§.fi.in gl.pe.ff.de verb.sign.& iuxta tradita p Barto.in
d.1.q.ꝓpe fi. Nec obst.qđ dicebatur de interpositione sepiũ,
quia sepes fuerunt factæ nõ ab ipsa domina Alda, sed ab illo
de Baccio gratia sui vsus,& ꝓ cõseruãdis gallinis suis,vt qua
si omnes testes deponunt, nec sepes illę similes sunt parieti,
18 vt de se constat,†& vbi etiam essent,oporteret, ꝙ per ipsam
do.Aldã fuissent appositæ,vt.s.ex eo dici posset, illam voluis
se eo modo tollere vnitatem domus,vt rectè intuenti proba-
tur in d.l.si quis duas,§.si quis partem.ff.communia prædio.
ibi,si dñs pariete medio &c.Et prętera ista diuersitas vsus &
sepes erant ẽt,antequam do.Alda acquireret,& tamẽ tũc pro
vna domo cõiter tenebatur, vt ex dictis testium apparet, &
19 pro vna acquisita fuerat. † Non obstat tertium; quia verè
nihil facit; qm̃ ois diuersitas in casu nostro euenit rõne ma-
ioris demonstrationis,arg.d.l.Caius.§.Titius.de leg.2.dum
ibi vna pars fundi appellat̃ Seianus inferior, alia Seianus su-
perior.Et quemadmodum ibi illud varium nomen cõtingit
ex qualitate loci,vt ibi dicitur,ita etiã in casu isto ex qualitate
rei dicitur domus magna,& domus parua, & ex psona vten-
tiũ dicitur vna pars domus comitissæ Aldæ, alia domus Bac-
cij,non tamen ex hoc tollitur,quin in mente ipsius testatri-
cis omnia simul pro vna domo haberentur, prout per prius
erat,& prout sub nomine vnius domus per oia illa loca fue-
20 rant acquisita. † Non obst.regula. l. si idem.C. de codi. qa
procedit,quãdo intelligitur vnũ in substãtia nõ habitu respe
ctu ad eius partes,ꝙ non cadit in casu nostro, vt ex prædictis
patet. Ad quartum & vlt.respondetur, ꝙ verba illa sunt de
more tabellionum,vt dicant, talis vendidit vnũ petiũ terræ,
&c.itẽ vnam domum &c.item vnũ equũ &c. etiam ꝙ vendi-
tor nõ habeat nisi illud petium terrę,illã domũ,& illũ equũ,
similiter & in testis sæpissimè contingit,nec est mirũ; qa li-
cet vnũ sit principium numeri,nõ tamẽ necessariò sequtur, ꝙ
q de vno loqtur,præsupponat plura dari,sicut ĩ simili dicit̃,
21 † ꝙ licet primus soleat dici de pluribus, tamẽ aliqñdo dici-
tur,q solus est, vt l.ex duobus.ĩ pri.ff.de vul.& pu.l.q duos.
in prin.ff.de reb.dub.& vtrobiq; tradũt doc. Et maximè hoc
ꝓcedit,qñ apponitur demõstratio dominij ipsius vẽditoris,
vel testõris,puta vẽdidit,vel legat vnã domũ ipsius vẽditoris
vel testõris sitã in tali loco &c.sæpissime.n.cõtingit sic fieri,
licet vẽditor vel testõr aliã domũ nõ hẽat,& ita fuit ĩ casu no
stro:qa dicitur vnius petię terrę casamẽtinę ipsius testatricis
positæ Mãtuæ in cõtrata equi &c. cũ igitur pdicta verba plu
ralitatẽ necessariò nõ importẽt,vt supra plenè deductũ sit, ꝙ
do.testatrix dicatur ꝓ vna domo habuisse,cõcludendũ videt̃
ẽt reiectis alijs cõtrarijs, ꝙ oia illa loca veluti pro vna domo
habita,vel ꝓ vna eademet petia terræ casamẽtinæ cedãt lega
to, de quo agitur. Eo addito: qa immo verè dicitur vna petia
terræ,cũ tota sit simul,& cõnexa,& dicitur casamẽtina: qa su
p ea sunt casamẽta,& ad ea pertinẽtia. vñ licet casamenta, si-
ue domus aliquo respectu videãtur separatæ, negari tamẽ nõ
põt,ambas ĩ eadẽ petia terræ positas, & ĩ ꝓposito debet istud
attẽdi,ex quo do.testatrix legãdo nõ dixit, vnius domus &c.
22 sed expressit, vnius petiæ terræ &c. † qualitas enim in di-
spositione expressa attẽdi dẽt.l.si cõmonis seruus.ff.de stip.
seruo.& l.nõnunq̃.ff.ad treb.cũ simi. Et licet dixerit, cũ do-
mo,in numero singulari,tamẽ de vtraq; sensit, cũ eas ꝓ vna
teneret,& paruã pro stabulo domus magnæ,secũdũ ꝙ supra
plenè dictũ est. Et vbi quis vellet plures domos considera-
re,& ꝙ testatrix de vna tãtum senserit in legato, quod tamen
non puto admittendum,arbitror posse dici,ꝙ domus magna
legato cedat, in qua testatrix habitabat per ea, quæ dicta sunt
23 supra in quarto fundamento, & etiam in sexto. † Nec isto
casu haberet locum electio hæredis, iuxta d.l.si domus. de le
ga.1.cum ex cõiecturis appareat,de qua testatrix senserit, de
hoc probatur in d.l.si domus,ibi, non tamen apparet,de qua
&c.& ita illum tex.ponderando firmat ibi Ias.post Raph.Cu
ma.in secundo nota.in secunda limita. Ad quod nõ parum
facit qualitas magnificorũ comitum Aloysij & Iacobi de Gõ
zaga nepotum ipsius testatricis, quibus post mortem domi-
næ Aloysiæ legata fuit illa petia terræ casamentinæ; nõ enim
videretur conuenire, quòd eis ita dignis personis, & ipsi te-
statrici dilectissimis fieret legatum de domo illa del Baccio
tantùm,sed bene cõueniens videtur, ꝙ domus magna relicta
eis videatur pro eorum commoda habitatione, vt sic honori
24 ficè habitare possint. † Etenim iure ordinatũ, vt donationes
& sic etiam legata,quæ donationes dicuntur.l. legatũ est.de
lega.2.recipiant interpretationem ea qualitate donantis, &
donatarij,& ita etiam legãtis, & legatarij,prout declarat Ab
ba.post Inno.in c.pastoralis.ad fin.de don.& tradit Ias. in d.
l.si domus.in secundo nota.Laus Deo & beato Antonio con
fessori,cuius festiua solennitas heri hic Paduæ cum maxima
pompa celebrata fuit.

Socinus Nepos, Paduæ legens.1539.

CASVS.

Illustrissimus dominus Io.Franciscus de Gõzaga inter cę
tera eius bona possidebat castrum Luzariæ vti feudum pater
num,acceptum pro se & liberis cum omnibus regalibus per
tinentibus ad dictum castrum & eius iurisdictionem.

Et in territorio dicti castri seu intra fines eius possidebat
etiam & tenebat nonnulla bona immobilia multo maioris
redditus, quam esset dictum castrum cum sua iurisdictione.

Iste illustrissimus dominus obtinuit a Serenissimo Impera
tore,quod posset dictum castrum feudale relinquere primo- 1
genito cum quibusdam tamen conditionibus, vt ex priuile- 2
gio constat,cuius copia transmittitur.

Demum in suo vltimo testamento prælegauit illustrissi-
mo do.Maximiliano filio eius primogenito dictum castrum
Luzariæ cum rocca dicti castri, & cum omnibus & singulis
ad dictam roccam & castrum spectantibus ad defensionem
eiusdem,& cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, datijs,
trauersijs,salerio,& omnibus,& singulis alijs introitibus ad
ipsam terram & castrum spectantibus,& pertinentibus cum
mero & mixto imperio illã regendi,& dominandi absq; eo,
ꝙ aliqua diuisio sortiatur in ipsa inter eius hæredes,sed tan-
tùm esse voluit iuris primogeniti ea ratione, ne ipsa terra ex
diuisione ad nihilũ reducat̃,& ne partialitatis liuor,& dissen
sio in ea insurgat, & prout ipse testõr asseruit sibi ex hac cau
sa legitima concessum fuisse a Cęsarea Maiestate in priuile-
gijs,inuestituræ eidem concessis, ad quæ relatio habeatur.

Item etiam prælegauit illustr.do. Rodulpho eius secundo
genito quędam alia bona, quæ in aliquo sunt minoris reddi-
tus, quàm sit terra & castrum Luzariæ solũ cum sua iurisdi-
ctione,licet parua sit differentia.

Et subdit testator,quòd ea de causa non vult, ꝙ dominus
Rodulphus aliquid petere possit, immo illud plus quantum-
cunque sit relinquit & donat dicto primogenito.

Et postea in sequenti capitulo eidem domino Rodulpho
quatenus bona illustrissimi domini Aloysij fratris dicti testa
toris ad eum ante mortem suam essent deuoluta, legauit ca-
strum Astinerij cum omnibus pertinentibus & introiti-
bus &c. quantum sit respectu iurisdictionis, excludendo

possessiones dictorum castrorum.

Et in eodem capitulo subditur, hoc addito, quòd si & quatenus illustriss. dominus Rodulphus obtineat beneficia ecclesiastica, ex quibus habeat redditum, tunc & quàmprimum redditum percipiat, restituere debeat illustrissimo domino Maximiliano primogenito tantam partem possessionũ prælegatorum, siue curiarum, quantam capiet summa redditus ex beneficijs ecclesiasticis.

Et demum prædictos eius filios tunc impuberes vniuersales hæredes instituit, prout hæc omnia cum quibusdam alijs capitulis latius constant in dicto testamento, cuius copia transmittitur.

Mortuo testatore illustrissim. dominus Rodulphus obtinuit beneficia pro redditu ducatorum 800. vel circa, & post aliquot annos noluit perseuerare in clericatu, & ideo cum nullos haberet ordines clericatum dimittens beneficia illa renunciauit, & vxorem duxit, & cum hucusque ex ordine testamẽti paterni prædicti illust. Maximilianus, & Rodulphus vixerint in cõmunione, seu redditus omnes communicauerint, nunc volunt diuidere, & quilibet propria bona cũ suis redditibus recognoscere.

Quare de præscriptis dubitari contingit.

Primò, vtrum possessiones & alia bona immobilia, quę in territorio castri Luzarię tenebat illustrissimus testator includantur in prælegato de terra Luzariæ facto illustrissimo domino Maximiliano primogenito, & de iure ad ipsum spectent an verò sint inter fratres communia.

Secundò, vtrum illustrissimus dñs Rodulphus teneatur nunc relaxare de possessionibus, & curijs sibi prælegatis pro redditu ducatorum 800. vel circa, prout iam habuit ex beneficiis ecclesiasticis, licet nunc non habeat.

V M M AE.

De interpretatione quorundam prælegatorum inter filios a patre relictorum, & cuiusdam priuilegij primogenituræ circa quoddam feudum.

Multa de æqualitate inter filios conseruanda.

Et de onere vni ex filijs iniuncto ratione beneficii ecclesiastici, an perduret, si amplius illud non habeat, & non sit clericus.

1 *Qui dicit omnia, nihil excludit.*
2 *Castri appellatione cum omnibus, & singulis ad castrum pertinentibus an veniant prædia.*
3 *Prælegatum castri an comprehendat prædia & possessiones.*
4 *Inæqualitas inter fratres esse non debet.*
5 *Hæredes vniuersaliter instituti æqualiter vocantur.*
6 *Testimonium mentis nostræ nullum maius est, quàm qualitas verborum inspecta.*
7 *Regalia ad principem summum spectant.*
8 *Copulæ natura quæ sit.*
9 *Præcedentia significatum sequentium minuunt.*
10 *Qualitas repetita omnia respicit copulata.*
11 *Copulę virtus qualitatem præcedentis in sequenti repetit.*
12 *Legatum si sit factum de decem corbibus frumenti, & 10. aureorum eo tempore debentur aurei, quo frumentum.*
13 *Dictio alias, & similes ad similia expressis referuntur, quando materia subiecta hoc patitur.*
14 *Argumentum à communi vsu loquendi sumitur ad testamenti verba interpretanda.*
16 *Disponere aliud est de prædijs, & aliud de eorum fructibus.*
17 *Legatum licet generaliter factum ad rationis limites restringi debet.*
18 *Relatio cum omnibus suis qualitatibus fieri debet.*
19 *Dicta & expressa in termino relato in referente contineri dicuntur.*
20 *Aequalitatem inter filios iura seruari volunt. & infrà nu. 21.*
21 *Frater prius contentatur, quòd extraneus habeat paternam hæreditatem, quàm alter frater plus eo vnum iota.*
22 *Aequalitas inter fratres est concordia inductiua, inæqualitas vero discordiæ nutritiua.*
24 *Aequalitatem inter filios pater præsumitur seruare velle.*
25 *Pater vnum filium, & alterum priuignum facere non debet.*
26 *Aequalitas inter fratres in dubio seruari debet.*
27 *Filius à patre ad stipulandum adhibitus an animo donandi adhibitus censeatur.*
28 *Conditio, ne inter filios inæqualitas resultet, repetita censetur.*
29 *Argumentum a solitis, & vsitatis valet.*
30 *Dictionis plus, natura quæ sit.*
31 *Communiones solent induci de paribus, vel parum distantibus substantijs, nisi opera minus petentis suppleat.*
32 *Vendito castro, non censentur vendita prædia in eo existentia.*
33 *Castri pertinentia quæ esse dicantur.*
34 *Castrum ab aliquo recognoscens territorium ab eo recognoscere non dicitur, nisi aliter constet.*
35 *Testamenti vna pars per aliam declaratur, vide infrà nu. 37.*
36 *Filiorum mentio facta in vna parte testamenti simpliciter quando de masculis intelligi debeat.*
38 *In testamentis interpretandis nil dici debet, quòd menti testantis repugnet.*
39 *Filij masculi in feudo æqualiter succedunt.*
40 *Frustra precibus impetratur, quod de iure communi conceditur.*
41 *Dispositio testamentaria in feudis prohibetur.*
Etiam si fiat in fauorem vnius ex comprehensis in inuestitura.
42 *Vasallus non potest vni ex filijs feudum, alijs exclusis relinquere, & infrà num. 44.*
43 *Filij æqualiter in feudo succedũt, etiã si nõ æqualiter instituti sunt.*
45 *Feudum, nec emphyteusis vni filiorum per patrẽ prælegari non potest.*
46 *Dictionis ita tamen, natura quæ sit.*
47 *Verba dispositionis quando sunt clara, vlterius quærendum non est.*
48 *Dictionis prout, natura quæ sit*
49 *Falsitatis habet imaginem à veritate remotum.*
50 *Beneficium principis concessum permanere debet.*
51 *Princeps contra suam promissionem venire non debet.*
52 *Deus imperatori leges, non autem contractus, & promissiones subiecit.*
53 *Feudi natura est, vt æqualiter ad omnes filios perueniat.*
54 *Priuilegia principis cum damno alterius non intelliguntur.*
55 *Opinionem quòd quis statim mutet, credendum non est.*
56 *Verba illa, sicuti melius videbitur, quid importent.*
57 *Onus iniunctum vni ex filijs ratione beneficij ecclesiastici, an duret, si illi renunciet, & infrà nu. 70.*
58 *Ex capitulis separatis de vno ad aliud non infertur.*
Capitula separata intelligi debent, vt stant.
59 *Clausula in vno ex capitulis posita ad alia non refertur.*
60 *Clausula in fine posita, an omnia præcedẽtia respiciat, & n. seq.*
62 *Additio debet esse eius naturæ cum eo, cui additur.*
63 *Voluntati testatoris præsumptæ inhærere debemus, & à verborũ significatione recedere.*
64 *Verborum forma in testamentis reijcitur, vbi de mente constat.*
Verba intentioni seruire debent, non econtra.
65 *Onera seu conditiones religionem impedientes reijci debent.*
66 *Vita contemplatiua est melior actiua.*
67 *Ratio summa est, quæ religioni fauet.*
68 *Filia ingrediens monasterium habebit mille, & si pater ei relinquerit ducenta, si religionem intrauerit, & mille si maritabitur, & nu. proxime sequen.*
71 *Singula quæ non prosunt, multa collecta iuuant.*
72 *Damnum ex culpa sua sentiens sibi imputet.*
73 *Conditio conditionalis, quando est impleta, pro pura habetur.*
74 *Effectus quando est causa inductiua alicuius dispositionis, eo sublato dispositio cessat.*
75 *Datum ob aliquam causam, ea sublata repeti potest.*
76 *Immunitas clerico concessa perditur, si vagari cœperit.*
77 *Præbenda cessat clerico ab ecclesia cessante.*
78 *Beneficium ob certam causam concessum, ea sublata, tollitur.*
79 *Tutela alicui vt agnato delata finitur, si agnatus esse desinat.*
80 *Testatoris mens locum primum obtinet in interpretandis vltimis voluntatibus.*

81 Inten-

81 *Intentione cessante cessat dispositio, & eius effectus.*
82 *Transactioni si non statur, quod datum est repetitur.*
83 *Causa extincta, licet ab initio ualuerit, effectus etiam præteritus extinguitur.*
84 *Clericus si beneficiũ alteri concedat pro alio, si suscepto priuetur ad illud, quod dimisit redire potest.*
85 *Religionem ingrediens, & ante professionem exiens, est perinde ac si non fuisset ingressus.*
Venisse non dicitur, qui non stetit.

CONSILIVM CLX.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.

CIRCA pręsentẽ cõsultationẽ inspecto themate suprascripto cũ alijs scripturis ad me
transmissis in qualibet quæstione consistere
videtur non mediocris dubitatio. Capiendo
enim primá q. in ea prima fronte dicẽdum
videtur ꝙ prędia, & alia omnia, quę illust. te-
stator tenebat, & possidebat in territorio terrę Luzarię com-
prehẽdantur in prælegato facto de d. terra illustrissi. domino
Maximiliano primogenito. Et istud primò videtur probari
ex generalibus verbis. d. pręlegati, dicitur enim in 24. cap. te-
stamenti, quòd testator pręlegauit terrã, & castrũ Luzarię, cũ
omnib. iuribus, dacijs &c. & omnibus, & singulis alijs introi
tibus ad d. castrũ spectãtibus, & pertinẽtibus &c. nõ ergo vi
1 detur ab ista generalitate quicquã exclusum, † qui. n. omnia
dicit, nihil excludit. l. si. ff. de pe. lega. l. Iulianus. in prin. ff. de
lega. cũ simi. & nõ videtur dubitandũ prædia, & alia, de qui-
bus agitur, esse de introitibus, & spectãtibus, & pertinẽtibus
ad d. castrum: cũ sint in eius territorio. Et maximè hoc vide-
2 tur dicendum; † quia illa verba, cum omnibus, & singulis
&c. dicuntur habere ampliatiuum significatum, quo stante
etiam quòd dicta bona non venirent regulariter appellatio-
ne castri, seu ei necessario non accederent; tamen videntur in
clusa per doct. Bal. in c. 1. in princ. mihi in 6. col. ver. aut non
da, vt sic dicatur, diuidantur æquis portionibus, vel [illegible] &
[illegible] inęqualiter, sicut melius patri videbitur. [illegible], q̃

non potest comprehendi potestas faciendi, quod factum as
seritur; nam si ualeret, quod asseritur factũ a patre, uidelicet
vt prędia omnia, de quibus agitur, includantur in prælegato
nulla esset facta diuisio feudi Luzarię cum suis pertinentijs
inter istos filios, sed omnia simpliciter, & absolutè essent illu
striss. primogeniti, secundogenito totaliter exclúso, quod cer
tè verba nullo modo patiuntur, etiam secundùm prædictum
modum intelligendi. Volunt enim, quòd omnes redditus, &
emolumenta diuidantur aliquo modo, arbitrio tamen boni
uiri, prout importat uerbum uidebitur, vt supra dictum est.
Et posset tolerari aliqua parua inęqualitas, secundùm quod
bonus vir ratione subiectæ materiæ iudicaret, maxima verò
inæqualitas aliena ab arbitrio boni uiri, nequaquam, & mi-
nus quòd unus totum feudum totaliter, & omni respectu
habeat, & ita de eo, siue de eius redditibus nulla fiat diuisio,
quod esset, si prędia ista in prælegato dicerentur inclusa, pro
vt prętenditur per illustr. dominum Maximilianum.
Ex his ergo concluditur, prędia, & possessiones, de quibus
agitur, remanere communia inter istos illustriss. fratres, non
autem esse inclusa in pręlegato castri Luzariæ; tum ex defe-
ctu uoluntatis illustriss. testatoris eorum patris, cum etiam u-
bi uoluisset ex defectu potestatis. Hęc de prima quęstione.
Circa secundam q. non insistendo in longa disputatione,
neque ad partes arguendo, secundùm quòd in prima q. factũ
fuit, tum gratia breuitatis, cum etiam quia non puto expedi-
57 re, † pono istam conclusionem, quam arbitror ęquam. & mẽ
ti testatoris conuenientem, uidelicet quòd illustri. do. Rodul
phus nunc pro asserto beneficio, quod iam habuit, & de prę-
senti habet, vt in puncto narratur, nihil teneatur de sua por-
tione relaxare illustr. fratri suo domino Maximiliano.
Et ista conclusio triplici via, & quidem separata potest de
monstrari. Et prima sit, dicendo quòd dispositio testatoris,
de qua in c. 16. testamenti, in versi. hoc addito, quod si, & quate
nus &c. dũ dicitur, quòd illustr. dominus Rodulphus tenea-
tur relaxare tantam partem prędictarum possessionũ, & cu-
riarum, quanta caperet summam redditus ex beneficijs eccle
siasticis &c. uidetur intelligendo solùm, & duntaxat impleta
conditione, de qua in d. c. 16. in princi. uidelicet, si casus de
detur, quòd bona illustr. dn. Alouisij fratris testatoris ad ipsam
testatorem uiuentem peruenissent, & ita postea eo mortuo
ad illustr. dominum Rodolphum peruenisset castrum Astine
rij, & Sulpherini, & nõ aliter, sed talis casus nõ euenit, ergo
&c. Et istud satis suaderi uidetur; quia cum testator fecerit in
suo testamento plura capitula inuicem separat, & ille versi-
cu. hoc addito, sit positus in d. c. 16. uidetur intelligendus se
cundùm terminos eius, non autem extra, nec debet trahi a-
58 lia capitula, & sic solùm intelligetur, prout dixi; † quia ex ca
pitulis separatis de uno ad aliud non est inferendũ. l. fi. ff. de
calumn. & ex ordine scripturę, & capitulorũ huius testamẽ
ti declaratur uoluntas testatoris, vt. s. sic uoluerit ea capitula
separata intelligi, prout posita sunt, ar. l. hęredes mei. §. fi. ff.
ad trebel & l. generaliter. §. quid ergo si plures. ff. de fideicõ.
59 lib. cum simil. † Item clausula posita in uno ex pluribus
capitulis separatis illud solũ respicit, & ad alia non refertur
secundùm Bar. cum quo doc. transeunt in l. talis scriptura. §.
60 fi. in sua distin. ff. de lega. 1. † Nec dicatur, quòd immo tan
quam in fine posita debet illa clausula respicere omnia prçce
dẽtia per dictum §. fina. & quæ ibi dicit Barto. & pro regula
tradit Alexan. in consi. 66. viso testamento. secunda colum.
secundo volu. patruus, & dominus meus Soci. in consi. 47.
in pręsenti. 3. colum. 4. volumi. & Deci. in consil. 51. quo-
niam iudicantiũ. in princip. cum concordantibus multis, quę
allegari possent. Quoniam dico, quòd immo non est in fine
cum adhuc post dictam clausulam ponantur alia quædam ca
pitula, sic ergo non in fine plurium capitulorum clausula
reperitur, sed in uno capitulo ex pluribus separatis, vt dictũ
est, meritò illud solùm respicit, & secundùm terminos eius
debet intelligi. Præterea posito quòd esset in fine, non tamẽ
ad omnia pręcedentia esset referenda propter quandã con-
61 tradictionem, & absurditatem, quę aliàs resultaret. † Regu
la enim in contrarium allegata limitatur, quando talis con-
tradictio, & absurditas resultare; quia tunc solùm refertur ad
pręcedentia, vt est de intentione gl. fi. in l. si idem cum eodẽ.
§. fi. ff. de iurisd. om. iud. vt plenè post Bart. tradit. Ias. in d. l. ta
lis scriptura. & in l. 1. C. de libe. prętę. Absurditas autẽ, & quę
dam contradictio, quæ resultare in casu nostro, ostẽditur: nã
si forte illustriss. dominus Rodulphus obtinuisset beneficia
ecclesiastica pro redditu ducatorũ 1330. in circa, esset obliga
tus relaxare omnes curias, & possessiones sibi prælegatas, cũ
illę sint similia redditus, & nihil sibi ex illis retineret, iuxta
verba testatoris in dicto versic. hoc addito, quod quidem vl
tra quòd uideretur satis iniquum, implicat quãdam contra-
dictionem cum capitulo sequenti, quatenus in eo dicitur, quod
si beneficia ecclesiastica consequatur pro redditu ducatorũ
3000. debet relaxare omnes dictas curias & possessiones, in
eis tamen reseruata legitima sibi iure naturę debita, quę, vt
credo, occuparet maiorem partem, saltẽ vltra dimidiam di
ctarum curiarum, & possessionem, & sic plus teneretur rela-
xare minus consecutus de beneficijs ecclesiasticis, quàm si
plus consequeretur, ascendo usque ad redditum. 3000. du
catorũ, quod absurdum uidetur, & contradictionem impli
cate, & alienum a uerisimili mẽte prudentissimi testatoris
qualis erat illustriss. dominus Ioan. Franciscus, unde ne ista
sequãtur, uidetur, quòd clausula illa, hoc addito &c. solùm ip
sum capitulum 17. respiciat, cum quo concatenatè ponitur
& in eodem casu loquatur, videlicet si castrum Astinerij, &
Sulpherini prius ad testatorem, & postea ad ipsum dominũ
62 Rudolphum peruenissent. † Ad quod facit: quia additio
debet esse eiusdem naturæ cum eo, cui additur. l. etiam. in fi-
ne. C de iur. do. & l. inter socerum. §. cũ inter. ff. de pacto. do
tali. Vnde cum istud agatur. c. 17. debet esse eiusdem naturæ
cum eo, meritò sub prędicta conditione videtur intelligen-
dum, & tunc non videtur, quòd sequatur absurdum; nam tũc
si uenisset casus relaxationis omnium curiarum, & possessio
num, satis esset consultum ipsi do. Rodulpho in retẽtione di-
ctorum castrorum, & aliorum sibi prælegatorum.
Non omitto hic, quòd si cui hęc prima viam non satisfaciat
quacunque ratione moueatur, ad absurditatem prædictã, &
ad id, quod resultare videtur contra verisimilem mentẽ te-
statoris, poterit respondere dicendo, quòd immo non resul-
tant; quia illustriss. testator, cum non intellexit, in prælegato
Luzariæ includi possessiones, vt supra fuit conclusum, consi
derabat, quod illustr. do. Rodulphus de bonis suis erat habitu
rus pro annuo redditu duca. 3000. & etiam supra, & propte-
rea noluit omnes possessiones & curias sibi obuenientes re-
laxari, salua tamen legitima si de beneficijs ecclesiasticis per-
ciperet redditum. 3000. ducatorum, & si minus pro rata red
ditus beneficiorum, quod tamen puto semper intelligendũ
dummodo saluetur ei legitima, nam si voluit eã sibi conser
uari habenti redditum ex beneficijs ducatorum. 3000. for-
tius si minus haberet, auc. multomagis. C. de sac. san. ec. cũ
sim. Et licet in prædictis capitulis testator videatur loqui
tantùm de possessionibus, & curijs relictis illust. domino Ro
63 dulpho in c. 16. † tamen minus inconueniens uidet aliqua
licet recedendo a significatione verborum in eorum cortice
inhęrere præsumptæ voluntati testatoris, & ab ea tollere cõ
dictionem, & absurditatem prædictam, quam econtra pro-
pter rigidam verborum formam a mente testantis recedere
& in inconueniẽtia prędicta incidere, iuxta l. 3. & quę ibi
64 dicunt doc. C. de lib. præter. cum uulgar. † Hinc signanter
dicebat Ang. in consi. 122. bene, & egregiè. in princip. quòd
in vltimis voluntatibus omnis postergatur verborum rigor
& forma, vbi de mente constat; verba enim intentioni profe
rentis seruire debent non per contrarium. l. scire oportet. §.
aliud. ff. de excusa. tut. & c. secundò requiris. de appel. cũ sim.
Et hęc cõsideratio potest addi pro alio etiam nono funda
mento in pręcedenti quęstione ad demonstrandum, quòd te
stator noluerit prælegato castri Luzarię cedere possessiones
in eis territorio existentes; nam si cederent, ex bonis testato
ris illustr. Rodulphus non haberet redditum. 3000. ducato
rum, nec etiam forte 2000. quod repugnaret mẽti testantis
qui videtur cõsiderare, & velle quòd habeat ad minus red-
ditum

ditum 3000.ducatorũ, vt dictum est. Et hæc dicta sint, si cui
piam ista via hac secunda q. non satisfaciat, super qua non
instabo ulterius, nec de ea multùm curo; quia via clariori cõ
clusio, quam supra posui verissima demonstrabitur, quam ul
timo loco ponam. Secunda via potest tentari, dicendo, quòd
onus illud relaxandi possessiones, & curias, si factus clericus
tantum de beneficijs ecclesiasticis consequantur &c. de iure
nõ valeat tanquã retractiuũ illust. do. Rodulphi a vita cleri-
cali, & ecclesiastica religione, & sic a vita contemplatiua.
65 † Talia enim siue onera, siue conditiones solent reiici, & q̃
sic oneratur, potest liberè ingredi religionẽ, vel clericus fie
ri, iux. §. sed hoc præsenti. in auct. de sanct. ep. episco. colla. 9.
& ibi Iac. de Belu. & Ang. tradunt, & tradunt aliã doct. in au-
thent. nisi rogati, C. ad trebel. & Bar. & alij in l. 2. ff. de his quæ
pœnæ nom. & doc. maximè Abb. in c. in præsentia, mihi col.
66 14. versi. secundò mouetur, de probat. † Est. n. uita clericalis
& sic contemplatiua melior actiua, vt ibi dicit Abb. & proba-
tur per illud euãgelicum. Maria optimam partem elegit &c.
vt legitur Lucæ. c. a. ĩ fi. unde eius fauore iura reiiciunt one-
67 ra, & conditiones, quę a tali uita hominẽ abstraherent. † Facit
quia summa dicitur esse ratio, & accipienda, quæ pro religio
ne facit, propter quam sæpe contra strictam rationem iudica
tur, vt l. sunt personę. ff. de relig. & sump. fune. c. is. de priuile.
68 cum sim. Hinc dicitur per multos doc. † quòd si pater filiæ
suæ relinquat mille, & dicat, quòd si monasterium ingredia-
tur, vult, quòd habeat tantùm cc. habebit mille etiã quòd fiat monia
lis; etenim uidebatur onus ei iniunctum de octocentis, si mo
nasterium ingrederetur, qđ onus reiicitur, ne ipsa propter il
lud, & neperdat illa 800. retrahatur a religione, ita in termĩ
nis istis concludit patruus, & do. meus Soc. in d. l. a. & i ter
69 minis ista opi. videt͛ sustentabilis, † & contraria opinio quã
multi tenent, procedat, quando pater reliquerit mille sub ex-
pressa cõditione, si nupserit, siue si matrimonium cõtraxerit
& ducenta si ingerdiatur monasteriũ, in quibus terminis lo
quitur Bal. in d. auct. nisi rogati, concludens, quòd eo casu ingre
diens monasterium habebit tantùm ducenta, licet etiam i ca
su Bal. videatur communis opinio contra eum, secundùm do
minum meum Soc. in consi. 21 2. circa primam. 5. & 9. colu.
ver. & magis in specie confirmatur, & dicunt nouissimi in d.
c. in præsentia. Vnde cum in ꝓposito illust. dom. Rodulpho
fuerint relictæ possessiones, & curię, & postea oneratus eas
in totum, vel in partẽ restituere fratri, si clericus factus esset
videtur tale onus debere reijci, & non valere, ne aliàs ipse re
traheretur a uita clericali per prædicta. Ex quibus videtur
quòd liberè, & absque aliquo onere acceperit clericatum, &
70 redditus ex beneficio ecclesiastico. † Nec dicatur, quòd nõ
est simplex conditio, si fiat clericus, sed si redditum percipiat
ex beneficijs, ita vt non uideatur quicquam perditurus, quo-
niam respondetur dicendo, quòd immo satis perdet: quia red
ditus ex beneficijs solùm haberet ad uitam suam, nec de eis
disponeret, sed bona quibus priuaretur, habere iure dominij
& de eis etiam post mortẽ disponere posset. Supra his tamẽ
& hac secunda uia non facio magnam uim; quia plerique te-
nent contra prædicta, maximè Dec. in d. c. in præsentia. & in
consi. 416 uiso elegan ti. in secunda dubitatione.

Erit ergo fundamẽtum meũ in tertia via, quã statim ponã.
Placuit tamen hanc secundam, & etiam primam apponere, vt
scilicet una cum tertia reddant conclusionem supra positam
71 clariorem, † iuxta illud, singula quę nõ prosunt, multa colle
cta iuuant. de quo per glo. in l. si stipulatus. ff. de usur. in l. in-
strumenta. C. de probatio. & per doct. in c. fi. de success. ab in
testa. Tertia ergo via, per quam ego principaliter moueor,
probatur verissima nostra conclusio; nam, dico quòd cum il
lust. dom. Rodulphus nõ sit amplius clericus, nec habeat ali
quem redditum ex beneficijs ecclesiasticis, nõ debet aliquid
illustriss. fratri suo relaxare, intentio enim patris testãtis fuit
quòd si fieret clericus cum redditu beneficiorum, vt dicitur
in testamento, bona paterna fratri relaxaret, iuxta formam
testamenti, quasi tunc satis ipsi cõsultum sit vt honorificè ui
uat de redditibus beneficiorum. Nec ulterius post eius mor-
tem erat considerandum, cũ clericus posteros nõ sit habitu
rus, saltem legitimos, sed vbi non esset clericus, & sic filios ha
bere posset, mens patris fuit, quòd bona paterna retineret, &
de eo postea in eius filios transirent; vt pater in ipso testamen
to ex capitulo institutionis, & substitutionis, maximè in uer-
si. autem d. dom. Rodulphus clericus effectus nõ fuerit, unde
cum de præsenti non sit clericus, nec gaudeat redditibus ali-
cuius beneficij ecclesiastici, sed sit matrimonio coniunctus,
& liberos speret, vel forte iam habeat, non uideo, cur debeat
illustr. fratri suo aliud relaxare: si enim aliud relaxaret, &
bonis ipsis, & redditu beneficij ecclesiastici careret, quòd om
nino fuit alienum a mente patrius testantis. Solùm difficul
tas uersatur; quia ex aduerso uidetur, quòd ei possit obijci, quòd
satis beneficium, & ex eo redditus consecutus fuit, & sic uide
tur impleta cõditio, sub qua tenebatur relaxare curias, & pos
sessiones pro rata, ergo &c. Et si nunc non habet amplius be
neficium, & redditus, uidetur sibi imputandum, cum spõ-
te renunciauerit, prout ponit, iux. l. si quis in conscribendo.
72 C. de pac. † Et nõ debet conqueri, si ex tali renunciatione dã
num aliquod patitur, quia totum prouenit ex culpa sua; quia
uoluit renunciare, unde sibi debet imputare. l. quod quis ex
culpa. ff. de reg. iu. & c. damnum quod quis. eod. tit. lib. 6.

Sed tamen hoc non obstante arbitror verum, quod supra
dictum est, & pro resolutione difficultatis aduertendm est,
quia aliquando aliquid disponitur conditionaliter inspecto
solo facto conditionis, seu eius implementi, & non habito
alio respectu, puta si Titius fiat cõsul, si natus ex Asia uenerit
uel quid simile, & tunc procedit argumentum; quia impleta
conditione dispositio sortitur effectum, quicquid sequatur,
puta quod Titius factus consul decedat, & ita consulat frui
non possit, uel nauis postquam appulit, perijt in portu incen
dio, uel alio modo, his enim casibus & similib. dispositio, quę
per implementum conditionis sortita fuit effectum, non alte
73 rabit, sed firma remanebit. ac si purè facta esset; † quia dispo
sitio cõditionalis pro pura habetur conditione impleta. l. fi.
§. 1. ff. de uulg. & pup. l. si pupillus. in fi. C. de testa. manu. &
Bal. in l. cum in testamento. in fi. C. de testa. manu. & Dec. in
cons. 551. plenè, subtiliter. 3. colum. uersi. & dato quòd in ca
su. & iste non est casus noster. Aliquando uerò disponitur
aliquid sub condinione non inspecto solum conditionis im
plemento, sed habito respectu ad effectum, qui ex illo sequi
tur, ut sic effectus ille sit causa dispositionis, & tunc quatenus
durat effectus ille, & sic uiget causa dispositionis durat etiam
dispositio, sed si tollatur ille effectus, & sic causa remoueatur
necesse est etiam ipsam dispositionem tolli, uel impediri ꝑ
argumentum a cessante causa &c. iuxta l. adigere. §. quamuis
de iure patrona. l. quod dictum. ff. de pact. & c. cum cessante.
de appellatio. Et iste propriè est casus noster, nam testator
uoluit illust. dominum Rodulphum relaxare curis, & posses
siones illust. eius fratri pro rata redditum consecutorum ex
beneficio ecclesiastico nõ simpliciter inspecto eo, quod con-
secutus fuerit, sed habito respectu ad effectum; quia. s. ex tali
bus annuis redditibus conueniẽter uiuere poterit, & tantũ
74 inde singulis annis percipiet, quantũ iussus erat relaxare, † &
iste effectus dicitur causa inductiua illius dispositionis, & q
dem finalis, cum fuerit expressa per modum conditionis de
futuro, vt signanter declarat Sal. in l. si pecuniã. in prin. col.
fi. uer. nunc ad declarationẽ. ff. de cond. ob cau. meritò ergo
seq̃tur, quòd illo effectu sublato, & sic remota causa dispositiõis
debet cessare ipsa dispositio, non debet igitur illustr. dom.
Rodulphus aliquid de bonis paternis relaxare: cũ nõ habeat
redditus illos, propter quos, & ad quorum mensuram iussus
75 erat relaxare. † Et pro hoc facit; quia quõ aliquid certa cau
sa datur, si causa redeat ad non causam, & sic tollatur, potest
repeti in l. 1. ĩ fi. & ibi doct. tradunt. ff. de cond. sine cau. & di
xit Alex. in consi. 50. uidetur fortasse, 2. colũ. uersi. uel secun
dũ Pet. & Cy. 1. uolu. & Guido Papę in consi. 169. Claudius
Martini. 3. colum. & plenius in consi. 635. ubi ad hoc plura
alleg. vt per eum. Item, & secundò facit. l. generaliter,
76 C. de epis. & cler. † dũ dicitur ibi, quòd immunitas concessa
clerico propter effectũ illum, ut l. omnibus derelictis inhæ
reat Dei misterijs perditur per eum, qui uagari incepit; quia
cessat

cessat tunc causa Immunitatis,& ita voluit gl.j.in §.illis.inst.
77 de mil.test. †dicens.quòd præbenda naturaliter cessat in cle-
78 rico, qui ab ecclesia cessat. † Tertiò facit: quia regula est,q
quando vnum beneficium conceditur ob certam cām,finita,
& sublata illa causa, tollitur bñficiū,vt est tex.& ibi no.Ang.
& post eum Iac.de S.Georgio in l.sed si hac lege,§. liberos,
siue in §.parentes,ff. de in ius vocā.ibi, sed tandiu quamdiu
adoptio durat.facit l.filio,§.marti.ff.de adim. lega. quē tex.
ad hoc alleg.Alex.in consi.19.circa primum,2.col.ver. secū
dò probatur,6.vol.Cum igitur in casu isto beneficium illu-
str.primogenito q secundogenitus ei relaxat &c fuerit con-
cessum propter redditus annuos,quos ipse secundogenitus p
ciperet ea beneficijs ecclesiasticis,& propter illam causam so
lùm motus fuerit testator, vt est dictum, & redditus illi ces-
sent,cum eos amplius non habeat,& sic cesset,& ad non cau-
sam redierit causa,cuius contemplatione secundogenitus de
bebat relaxare, sequitur concludenter, q relaxatio amplius
fieri non debet,immo si facta fuisset,deberet rescindi, & bo-
na relaxata secūdogenito restitui: vt in prædictis ar. maximè
79 primo,& secundo. † Et pro hoc quarto loco,& melius facit.
l.tutelas, in prin.ff. de capi. dimi. vbi tutela alicui delata tan-
quam agnato,& ea ratione:quia erat agnatus, finitur, si desi-
nat esse agnatus,& illud ex eo; quia agnatio, quæ illā tutelā
produxit temp.& successiuè habet influere in ipsam tutelā,
& ideo si cessat agnatio,non est amplius quid influat in tute-
lam, meritò tutela tollitur,prout declarat Bal. post Per.in d.
l.generaliter.mihi.5.col.ver.quandoque autem causa finalis
consistit in qualitate, &c Sic igitur dicemus in casu isto, q
cū cesset redditus ex beneficijs ecclesiasticis, qui existēs apud
illust.dominum Rodulphum influebat in ipsam relaxatio-
nem de curijs,& possessionibus faciendam secundum ordi-
nem testatoris,non debeat fieri talis relaxatio: quia nō est am
plius redditus ille,qui effectum relaxationis inducat,& in eā
influat.Et istud maximè procedit dicendo,q sicut causa præ-
dictæ relaxationis habebat tractum successiuum: quia scilicet
singulis annis erat percepturus illos redditus, ita etiam, & di
cta relaxatio si facta fuisset, debebat habere tractum succes-
siuū, vt sic a sua cā diceretur regulari. Et hoc saltem videtur
verū secundùm intentionem testatoris: nulli enim dubium
est,quòd si illust.testator pater familias prudentissimus, & fi-
lios suos verosimiliter diligens æqualiter. prout supra dictū
est,si fuisset interrogatus,an voluisset relaxationem fieri, aut
factam habere effectum,si illustrissi. do. Rodulphus clerica-
tum dimittendo desinat habere redditus ex beneficijs,respō
disset,quòd non, ne scilicet vtroque priuatus quodammodo
nudus remaneat, & cogatur quasi mendicare. loquor inspe-
cta nobilitate sui generis. Quo pro vero posito,prout credo
verissimum,cogimur dicere,ita esse seruandum, iuxta singu-
larem illam glo.licet vulgatam in l.tale pactum,§.fi.ff.de pac.
& ibi doc. tradunt. Præterea sumus in his, quę regulantur à
80 ratione,idest à mente,& intentione disponentis;†quia in in
terpretatione vltimarū voluntatū mens,& intentio testatoris
primum locum obtinet.l. in conditionibus, in princip.ff.de
condi.& demon.& per totum, facit.l. ex facto,la grande. ff.
de hære.insti.cum si. vnde requiritur. quòd intentio semper
81 adsit,† & si remota causa cessat intentio,cessabit etiam dispo
sitio,& effectus,vt declarat Bal.in d.l. generaliter. 5. colum.
versi.sequitur videre de causa finali. C. de epis. & cle. Sed hic
cessantibus redditibus,& sic causa prædictę relaxationis,ces-
sat omnino intentio testatoris: ergo concludendum est rela-
xationem fieri non debere, & si facta esset, vt dixi,esse rescin
82 dendam. † Ad quod etiam bene facit l. elegantes §. si quis
post.il secundo. ff.de condi. inde. in ver. sed hic non videtur
causa secuta &c. ibi enim quod causa transactionis datum e-
rat, repetitur;quia transactioni non statur, & sic bene proba-
83 tur ibi, †quòd causa extincta,licet ab initio valuerit,extingui
tur effectus etiam preteritus,& ita illum tex.no.Ang.Are.in
l.fi.in fi.ff. a quib. appel. non licet. prout refert, & sequitur
Guid.Papæ in præal eg.sing.635.ita ergo in proposito etiam
si fuisset facta aliqua relaxatio posset repeti, cum redditus
84 ex beneficio non habeantur amplius. † Pro quo demum ac

cedat,quòd si clericus vnum beneficium alteri concedit pro-
pter aliud,quod ab eo suscipiebat, & postea priuetur benefi-
cio suscepto,potest de iure redire ad illud,quod dimisit, seu
alteri concessit,veluti cessante causa concessionis, prout ui-
detur tex.in c.si beneficia,de præben.lib 6.& ibi doc.not.tra
dit Ioan.Andr.in c.vnico.de rer.permu lib.6. Fede. de Sen.
in trac.de permu.benefi.in 8.& 9.q.& Gemi. in consilio 45.
consuetudo.in fi.Sic ergo dicendum esset in proposito, si iā
fuisset facta relaxatio. Et cum non sit facta, audacius dicen-
dum est, eam fieri non debere, argu l. patre furioso. cum
sua regula.ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & eorum quæ
dixit Bart.in l.2.§.fin.ff. de dona. Non obst. quòd sponte re-
nunciauerit; quia cum nollet profiteri in clericatu. sed ma-
trimonio coniungi, potuit illud facere, cum nondum esset
85 in sacris, vt quotidie videmus,† sicut contingit in eo, qui in
greditur monasterium, inde enim liberè ante professionem
exire potest,& perinde est, ac si non fuisset ingressus; cum
non dicatur venisse, qui non stetit.l.is qui se obtulit. ff.de rei
uendi.& l.aliud est capere.in fin.prin.ff. de ver.sig.cum sim.
& satis est causam cessare quocunq; modo a lege permisso,
vt ex iam dictis constat, prout est in casu isto. Ex eo enim q
iure permittente illustris.do.Rodulphus fecit,dānum aliqd
pati non debet,& maximè quia fundamentalis rō, videlicet
verosimilis testatoris intentio, ita procedit ipso dño Rodul-
pho renunciante, sicut si alio modo redditus beneficij perdi
disset,vel nullo modo adeptus fuisset. Laus Deo.

Soc.nepos,Paduę legens. 1537.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit Paris.consi.106.vol.1. sed notè contra Burt.consi.2.cum seq.

SVMMARIVM.

Inuentarij confectio a tutore facienda potest per testatorem prohiberi.

Prælegatum vni ex heredibus factum in recompensatione &c.simpliciter valet.

Educatio pupillorum,vbi iudex arbitretur,fieri debet.

1 *Prohibitio inuentarij fiendi a testatore fieri potest.*
2 *Pater salua legitima filiorum de rebus suis liberè disponit.*
3 *Prælegatum vni ex filijs factum in recompensationem expensarum studij per alium factarum an valeat.*
4 *Prælegatum factum vni filio in recompensationē donationis factæ alteri filio emancipato valet.*
5 *Causa falsa legatum non vitiat.*
6 *Pupilli apud quem educari debeant,iudicis arbitrio relinquitur.*

CONSILIVM CLXI.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitiæ.



ESTAMENTO de quo agitur cum suis
partibus maturè considerato, similiter etiā
quatenus breuitas temporis passa est, con-
siderato,& diligenter animaduerso consilio
excellen.Consultoris, & mihi vti fratris ho
noran.do. Octauij Ferri olim acutissimi di
scipuli mei;quia pro temporis angustia non licuit super om
nibus perscrutari,q ę ab eo dicta sunt,placent mihi pro nūc
infrascriptæ tres conclusio. in tribus propositis q. prout ab
ipso excel.Consultore firmantur,Prima est circa.j.q.vt.s.pro
obseruantia voluntatis testatoris Franciscus posit propria
auctoritate, & absque aliqua confectione inuentarij suscipe
re tutelam Hieronymi, & Cæsaris filiorum fratris eius prę
1 defuncti,† quinimmo vt testatori pareat, nec volens conue-
nit, vt faciat inuentarium, attento quòd testator expressè in
uentarium fieri prohibuit, per test. ubi est casus, & ibi di-
cunt doc.in l. fin.§.illo C.arb. tute. & per alia supra per do.
Consultorem deducta, & vltra eum ita voluit Alexand.in
consil.82.perspectis his.colum.fin. vel pen. libr.2. & Guid.
Pap.in q.352. confectio inuentarij. & in consilio 41. Anto-
nius.circa med.Ange. Areti.in § actionum.mihi columna

21.vel.

21. ver. octauò quęrò quid incumbit, insti. de act. & Bertran.
in consi. 192. licet regulariter. 1. volum. cum multis alijs, q
allega. possent. Secunda conclusio est in 2. q. quòd prælega-
tum factum prædicto Francisco de domo testatoris cũ hor-
to, & alijs de iure valet, & omnia in dicto prælegato conten-
ta debent esse præcipua ipsius Francisci filij, & vnius ex hæ-
2 redibus testatoris. † Est enim in arbitrio cuiusque testatoris
salua legitima suis filijs de rebus suis liberè disponere. l. ver-
bis legis. ff. de verb. sign. l. 1. C. de sacr. san. eccle. & §. dispo-
nat. in auc. de nup. colla. 4. & quia hoc est clarissimum, & qa
etiam plenè per do. Consultorem deducitur, super eo nõ in
3 sisto. † Et si dicatur, quòd tale prælegatum factum fuit in re-
compensationem expensarum factarum pro studio, & docto
ratu patris prędictorum Hieronymi, & Cęsaris, quasi & illæ
tunc videantur filijs eius relinqui, quod quidem cum non vi
deatur verum, sed vsque ab initio videtur, quòd donatæ fue-
rint in quasi castrense peculium, videtur quòd etiam prælega
tum, de quo agitur, non valeat; cum tunc d. filijs nihil relin-
quatur, quòd compensatione dicti pęlegati indigeat. Respõ
detur, prout sapientissimè per Consultorem respõsum fuit.
Et vltra eum, quòd etiam tales expensæ ab initio fuerint do-
natę, & quidem irreuocabiliter, adhuc prælegatum prædi-
ctum in earum recompensationem factum omni iure vale-
bit: nõ. n. validitas eius ex irreuocabilitate illius donationis
impedietur, nam testator memor eius, quod pro defuncto fi-
lio erogauit, & illi donauit, voluit viuente filio recompensa
tionem relinquere, vt sic videantur magis æquales, iuxta. l. si
ita legatum sit. la prima. ff. de cond. & demonst. quod absque
dubio potuit, cum dispositio suorum bonorum ab eius arbi-
trio penderet per prædicta. Et hoc ostenditur isto exemplo,
4 † pone quòd vni filio emancipato pater donet, valet enim do
natio, & irreuocabiliter excepta causa ingratitudinis, si po-
stea in testamento alteri filio prælegeт in compensationem
prædictæ donationis, nemo dixerit, pręlegatum non valere
pp irreuocabilitatem donationis, sic igitur dicendum est in
casu nostro. Quinimmo dico, q valeret in casu isto legatum
etiã q nihil pater pro filio prædefuncto erogasset, & sic cau-
5 sa appareret falsa; † quoniam falsa causa non vitiat legatum,
l. cum tale, §. falsam. ff. de condi. & demon. & est text. quasi in
terminis nostris in l. demonstratio, §. quod autẽ. & ibi sum-
mat Bar. eo. titu. & tradit glo. quam communiter sequuntur
doc. in d. l. si ita legatum sit. Tertia & vltim. conclusio est in
6 3. q. † quòd si quęstio sit, vbi & apud quem Hieronymus, &
Cæsar pupilli debeant educari, totum hoc remittitur ad indi
cis arbitrium, qui inspecta personarum qualitate & coniun-
ctione illud perpendet, & quæstionẽ terminabit, prout aper-
tissimè inquit Imperator in l. 1. versi. quãdo autẽ. C. vbi pu.
educ. deb prout etiam per excel. cõsultorẽ conclusum fuit.
Laus Deo.

Soc. Nepos. 1537.

C A S V S.

Reuerẽdus dominus Philippus Zobolus episcopus Comaclesis in suo vltimo testamento legitimè condito in effectu voluit & mandauit fieri ecclesiam in certo loco, quẽ tũc habebat, & in ea ecclesia voluit residere certos sacerdotes, & clericos cum eorum præsidente, & cum quibusdam conditionibus, seu declarationibus, prout latius ex lectura testamenti prædicti apparet, cuius copia transmittitur.

Et ipsam ecclesiam, & in ea præsidentem, & alios sacerdotes, & clericos eius hæredi, & suis descendentibus substituit, si sine filijs masculis decessérint, vt in ipso testamẽto legitur.

Idem testator lapso biennio, & vltra superuiuens cum super eo bullas gratis obtinere non posset, creditur mutasse opinionem, vt certis suis literis videtur probari, postquas donauit locum prędictum do. Ludouicæ vxori fratris eius, vt ex publico instrumento constat, cuius etiam copia transmittitur.

Et postea etiam vendidit duas domunculas, quas habebat contiguas dicto loco, quæ etiam includebãtur in dispositione de ędificanda ecclesia secundùm ordinem testamenti.

Mortuo postea testatore, cum inter eius hęredem, & certos presbyteros orta esset maxima controuersia & lis, facta fuit inter eos quædam compositio, siue transactio, vt ex copia publici instrumenti (quę similiter transmittitur) apparet.

Ex post fuit per summũ Pontificem facta quædã vnio quarundam capellaniarum iam subrogatarum in locũ ecclesiæ erigi ordinatę per testatorem prædictum, quę ad vnam capellaniam reductę fuerunt, & facta dicta vnione, fuit dicta capellania per summum Pontificem substituta in locum prędictę ecclesiæ, quæ erigi debebat in totum etiam respectu substitutionis de ipsa ecclesia & eius pręsidentibus factæ hęredi d. testatoris, & descendentibus eius, & hæc facta fuerunt irrequisito & inscio hærede prædicti testatoris.

Dubitatur nunc, si contingat ipsum hęredem, vel eius descendẽtes decedere sine liberis masculis, vtrum ipsa capellania uti substituta debeat admitti ex causa fideicõmissi ad bona, quæ fuerunt testatoris pręfati.

S V M M AE.

De alienatione loci per testatorem facta postquam in testamento ordinauerat in eo loco fieri ecclesiam, vtrum .f. & quando dicatur reuocata illa testamentaria dispositio, & de materia satis plenè.

1 *Legatum extinguitur ob alienationem voluntariã per legantem factam.*
2 *Voluntas reuocandi testamentum per actum alienationis ostenditur.*
3 *Literis alicuius de mutatione eius voluntatis standum est.*
4 *Litera quòd sint scripta manu alicuius per literarum comparationem probatur.*
5 *Substõ alicui de ecclesia facta an efficiatur caduca ex defectu ecclesiæ substituta cum eam testator fieri noluerit, & an ecclesia ædificari debeat de bonis testatoris, & infr. nume. 9. & 16. 17. 28. 31. 32.*
6 *Ordinatum à testatore si non potest fieri ob locorum defectum, an in alium vsum conuerti possit, & numero proxi. sequen. & numero 29.*
8 *Monasterium si in loco destinato fieri non potest, alibi construi debet. vide inf. nu. 30.*
10 *Legatum an valeat, si res legata alienata redimatur. & infra nu. 33. & 34.*
11 *Testator dispositionem suam reuocare potest etiam ad piam causam.*
12 *Nec põt disponere, vt ei non liceat à priori voluntate recedere.*
13 *Dispositio generaliter loquens, est generaliter intelligenda.*
14 *Mortui si resurgerent, iterum morituri, possunt ad pias causas relicta reuocare.*
15 *Disposita ad pias causas reuocari possunt.*
Et sufficit voluntas reuocatoria præsumpta.
18 *Causa testati fauorabilior dicitur.*
19 *Substitutio pupillaris pupillo fauorabilis est.*
20 *Causa testati trahit ad se causam intestati.*
21 *Intestatus quis non dicitur decedere ob substitutionis fideicommissariæ inualiditatem.*
22 *Domus legatę per testatorem si permutentur cum alijs, alienatę non videntur.*
23 *Argumentum de vno casu ad alium diuersum non valet.*
24 *Permutatio dicitur alienatio ex causa onerosa.*
25 *Per alienationem necessariam non fit rei legatæ reuocatio.*
26. *Liberalis in necessitatibus nemo existit.*
27 *Verba præsens tempus respicientia fauore institutionis interpretantur: vt etiam ad futurum trahantur.*
30 *Cap. nos quidem. de testa. quomodo procedat.*
35 *Verba per ablatiuum absolutum prolata conditionem importunt.*
36 *Subrogatum non debet plus iuris habere, quàm illud, in cuius locum sit subrogatio.*

CON-

CONSILIVM CLXII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ.



NSPECTIS ſcripturis omnibus, de quib. in puncto, ac facti contingentia diligẽter cõ ſiderata, pro reſolutione præſentis conſultationis videndũ eſt, vtrũ Reue. do. Philippus teſtator dicatur mutaſſe opinio. quã in teſtaméto habuit, vt eccleſia fieret in certo loco cũ qualitatib. de quib. in teſtõ, ita vt amplius d. eccleſia ædificanda non ſit in conſideratione, vt ſic ſubſtũ de ipſa eccleſia facta, de qua nũc diſputatur, dicatur effecta caduca & inutilis? Et certè iſta quæſtio videtur deciſa per Iuriſconſultum in l. lega-
1 tum, § pater & in l. rem legatam. ff. de adi. lega. † Eſt. n. ibi regula, q legatum extinguitur, & dicitur reuocatum, ſi teſtator ex voluntate rẽ legatam alienauit, & ita ibi dicunt Bar. & alij doct. & bene facit. l. ſcribit Q. Mutius. §. 1. ff. de auro & argen. lega. vbi etiam Bar. & alij tradũt, tradit etiam Bal. in l. Lucius, in ſecunda oppoſitione, ff. de legatis ſecundo. Bar. & Alex. per illum tex. in l. fideicommiſſa, §. ſi rem, de legatis 3. idem voluit glo. prima in l. cum ſeruus. & in l. ſi ſeruo & glo. 3. in l. ſi ſeruus, ff. de adimẽ. lega. hoc idem tradũt Bal. Paul. de Caſtro, Salyce. Corne & alij in l. tertia. C. de lega. Alexander in conſil. 177. Inſpecto, & in conſilio ſequen. libro ſexto. & in conſilio
2 157. Viſo teſtamento, in princip. libro ſeptimo. † non quidem, quòd alienatio ſit cauſa voluntatis adimendi legatum, ſed voluntas præcedit, quę poſtea oſtenditur per actum alienationis ſecundùm Barto. in dicta, l. cum ſeruus, ſed in caſu iſto teſtator loca illa, quæ erant, vt ita diſertim, legata eccleſiæ ædificandę, ſeu clericis in ædificanda eccleſia commoraturis, ex voluntate alienauit, vt in puncto narratur, ergo debet dici reuocatum legatum illud, ſeu diſpoſitio illa de ędificanda eccleſia, dicendo tamen, quòd teſtator per prius voluntatem mutauerit, & legatum & totam illam diſpoſitionẽ in mẽte ſua reuocauerit, quod poſtea per alienationem demonſtrauit. Quod quidem vbi talis alienatio non ſufficeret, apertiſſimè oſtenditur ex literis illis, quas ipſe Reuerendus teſtator poſt factum teſtamentum, & ante prædictam alienationem miſit ad dominũ Ruffinum Gablonetũ agentem eius in Romana curia, dum in eis dicitur, quod ipſe non valens obtinere gratis bullas pro. facienda dicta eccleſia, mutabat volunta-
3 tem, & quòd alijs largietur, & benefaciet, † quibus literis in hoc videtur ſtandum, iuxta tradita per Specula. in titul. de inſtru. edi. §. nunc dicendum reſtat. verſicu. illud etiam nota. & per Bar. in l. nuda. in fi. ff. de donat. cum concor. vt per Iaſ. in
4 conſi. 47. Ex facto 2. col. 1. volu. † Non. n. eſt dubium, literas illas manu ipſius Reueren. teſtatoris ſcriptas fuiſſe, cum de hoc ſit facta fides per comparationem literarum, iuxta tradita per Bal & Saly. in l. comparationes, C. de fi. inſtru.

Mutauit ergo teſtator voluntatem, & ex cauſa in dictis literis inſerta, & ita in ea mutatione permanens poſtea loca illa alienauit confirmans per dictam alienationem prędictã mu-
5 tationem voluntatis. † Quo ſtante ſequitur, ſubſtitutionem, de qua agitur, fuiſſe extinctã & caducam effectam ex defectu eccleſiæ ſubſtitutæ, cum eam fieri teſtator amplius noluerit, non minus, q̃ ſi ille, qui ſubſtituitur, viuo teſtatore decedat iuxta l. vnicã, §. & cum triplici. ver. vel viuo teſtatore. C. de cad. tol. ſic ergo concludẽdũ eſt, q omnia liberè remanſerint hæredi inſtituto, & ſuis hęredibus tãquã perſonæ grauatæ, iuxta l. 1. §. 1. de cadu. tol. Sed aduertendum eſt; quia concluſio prædicta difficultari videtur ex pluribus. Et primò: quia eſto, quòd loca illa ſint remota ab eccleſia in eis ædificanda propter alienationem voluntariè factã: tamen ex quo illam eccleſiã ædificãdã ſubſtituerat, videtur, q ſubſtitutio duret, & eccleſia ædificari debeat de bonis teſtõris, iuxta notabilẽ deciſ. Bar. in cõſ. 26. Teſtator diſpoſuit, quã refert & ſequi videtur Alex. in apoſtil. ad Bar. in d. l. fideicõmiſſa, §. ſi rem. de leg. 1.

Secundò e xaliũ videtur, q concluſio ſupra poſita de iure
6 non procedat; † qm̃ ſi non põt impleri, qđ teſtator ordinauerat ex defectu locorum vt ſupra alienatorum, vt. q oia q̃ ſic ſi vſui erant deſtinata in aliũ prõ uſum conuerti debeãt arg. l. legatum. in prin. ff. de admi. rerum ad ciui. pertine. & me-
7 lius facit. l. legatum. ff de uſufr. lega. † nã ſicut ibi dicitur inĩquum etiam quãtitatem, quam teſtator in ſpectaculum deſtinauerat, lucro hęredum cedere ex eo, q ſpectaculũ illud celebrare non liceat, ita & in caſu iſto videtur iniquum eſſe q bona per teſtatorem diſtinata in eccleſiã illã ędificãdam, ſeu in vſum clericorum, qui in ea erant habituri, & cultui diuino inſeruituri, cedat lucro hęredis ex eo, q eccleſia i loco
8 a teſtatore ordinato edificari nõ põt. † Et in terminis videtur pro hoc tex. in c. nos quidem. extra. de teſta. vbi dicitur, q. ſi in loco, in quo teſtator monaſterium fieri mãdauit ędificari non poteſt, debet alibi conſtrui, vt ſic pia defuncti voluntas impleatur. Sic igitur & i caſu iſto dicendum videtur.

Tertiò facit quia videtur ſic colligi ex voluntate teſtatoris, quando conſiderans poſſibile eſſe, q ipſe viuens non ędificet deſignatam eccleſiam, voluit illud eſſe ad onus hęredis, & quòd ipſe hęres illam conſtruat, & q interim corpus eius deponatur in eccleſia Sancti Nicolai, vbi miſſę erant celebrandæ, & quòd etiam per hæredẽ debeat clericis illis quos in teſtamẽto teſtator elegerat, aſſignari vna alia domus, pro-
9 ut in teſtamento legitur. † Videtur. n. ex iſtis, & etiã ex alijs, quæ in teſtõ ſcripta ſunt poſſe colligi. q teſtõr in illa ſua diſpoſitione principaliter reſpexerit cauſam hanc piam, vt. ſ. cultus diuinus augeatur, & pro eius anima preces fiant, quo ſtante videtur poſſe concludi, q legatũ, & ſubſtitutio, de quibus agitur, non caducentur ſed potius in alium ſimilẽ vſum conuertantur, iuxta diſtinctionem Bar. communiter appro-
10 batam in l. pater filium. §. tuſculanus. ff. de leg 3. † Nec iſtis videtur obſtare, q teſtator loca illa alienauerit; qm̃ etiam q̃do alienatio facta fuit, legatũ & diſpoſitio teſtatoris non extinguitur totaliter. ſed aliqua ſubſiſtente ratione valet, & debet ſortiri effectũ, puta quia res alienata redimitur, vt l. verũ eſt, ff. de manu teſta. Vel alia in locum eius ſubrogatur, ut l. filię. §. Titia. ff. de condit. & demon. Vel quid ſimile contingat. Et ita videtur in caſu iſto dicendum, quòd diſpoſitio teſtatoris non fuerit extincta per alienationẽ; quàm ipſe fecit, ſed ex rationibus, de quib. ſupra debeat aliquo modo cõſeruari ſecundùm prædicta. Iſtis tamen non obſtantibus, & pro ueritate caſum noſtrum non tangentibus arbitror de iure ueram concluſionem ſupra poſitam, ſcilicet quòd ſubſtitutio, de qua agitur, caduca, & nulla reddita fuerit, & propter mutationẽ uoluntatis ipſius teſtatoris dicatur in effectu re-
11 uocata ſecundùm ea, quæ ſupra deducta fuerunt. † nulli. n. dubium eſt teſtatorem quamlibet ſuam diſpoſitionem in teſtamento factam poſſe ex arbitrio reuocare, cum eius uoluntas ſit ambulatoria uſque ad mortem. l. 4. ff. de adimen. legat. & l. cum hic ſtatus. §. ait oratio. ff. de dona. inter uirum &
12 vxo. † Immo non põt ſic diſponere, ut ei non liceat a priori uoluntate recedere. l. ſi quis in prin. teſtamenti. cum materia, & ibi Bar. plenè tradit. ff. de leg 3. Nec quicquam contra hanc regulam reperitur diſpoſitum fauore piæ cauſæ: nam etiam ad pias cauſas diſpoſita poteſt teſtator ex arbitrio
13 ſuo reuocare, † iura enim prædicta generaliter loquuntur, meritò generaliter ſunt intelligenda etiam reſpectu diſpoſitorum ad pias cauſas. l. prima. §. generaliter. ff. de leg. pręſtan. l. quique. §. parentes ff. de in ius uoc. c. ſi Romanorum. 19. diſt. & l. item apud §. generaliter. ff. de iniur. cum ſi. facit. l. j. C. de ſacr. ſanct. eccle. dum dicitur, quòd iudicia defuncti debent ſeruari, quæ ſuprema fuerint, & loquitur de relictis eccleſiæ, & ſic ad pias cauſas, unde ſi teſtator reuocat, iudiciõ reuocatum non poteſt dici supremũ, ſed ipſa reuocatio dicitur
14 ſuprema, ergo &c. † Et hinc dixit Bart. in l. j C. de ſacr. ſan. eccle. in 4 q. 5 q princ. quòd ſi mortuus aliquis reſurgeret iterum moriturus, ut contigit Lazaro, poſſet relictã etiã
15 ad pias cauſas reuocare. † Et quòd etiam diſpoſita ad pias cauſas reuocari poſſint ex arbitrio teſtatoris, uoluit Old. in conſi. 174. Thema tale eſt, & clarius hoc tradit Pau. de Caſt. in conſi. 242. Circa primum quęſitum. poſt princip.

Et adeo uera ſunt iſta, ut ſufficiat uolũtas reuocatoria tacita

ſu.u.it

sumpta,& per coniecturas susceptæ, vt l. 2. §. fi. ff. de adimen.
leg. cum si. Cum igitur in casu isto voluntas testatoris re-
uocatoria nedum sit præsumpta propter donationem, de qua
in puncto, sed etiam quasi expresse habeatur ex literis, de qui-
bus supra, necessariò concludendũ videtur, q omnia per eum
disposita de ecclesia illa ædificanda, & de eius substitutione
dicantur reuocatã, ita vt substitutione caduca reddita bona
apud hæredem grauatum liberè debeant remanere, vt supra
16 fuit conclusum. † Pro qua conclusione videtur bonus tex.
in l. pater filium. §. tusculanus. ff. de leg. 3. nam sicut ibi dissō
luto templo duo millia ipsi templo relicta remanẽt apud Pe
tronium, qui eis erat grauatus, ita & hic ecclesia non facta, &
fieri impedita per ipsum testatorem, & substitutione de ipsa
ecclesia facta extincta debẽt bona remanere apud hęredẽ gra
uatum. Ad allegata in contrarium ex iam deductis rectè
intuentibus apparebit responsio, vt tamẽ clarius veritas ostẽ
17 datur, sigillatim ad omnia, vt infra, respondetur. † Primò
ergo non obst. doctr. Bar. in d. consi. 26. relata per Ale. in d.
§. si rem quoniam posito q sit vera, quia de ea non intendo
disputare, respondetur pluribus modis, & primò, q Bart. lo
quitur de institutione hæredis, ad quam conseruandum iura
sunt promptiora, vt. l. defunctus dicatur testatus decessisse,
18 † cum causa testati dicatur fauorabilior, & publicè expediat
quem habere hæredem ex testamento, vt l. vel negare. ff. quẽ
19 adm. testa. aper. prout illum tex. solent allegare doc. † Hinc
dicimus, vtile esse pupillo, & fauorabile, q ei sit facta pupil-
laris substitutio. l. si pupillus, aliàs incipit Iulianus. ĩ prin. ff.
de acqu. hæred. per eam. n. habebit hæredem ex testamẽto,
20 qđ non esset ea non facta. † Hinc ẽt dicimus, q causa testati
velut dignior, & fauorabilior trahit ad se causam intestati. l.
1. §. si ex fundo. ff. de hæred. inst. & ibi tradunt doct. facit §.
sed si quis priore, & ibi gl.n. notab. in ver. reb. instit. quib. mo
dis testa. infir. cum sim. Ex illa ergo decisione Bart. non vide-
tur, q possit argui ad casum nostrum, in quo de institutione
non agitur, illa. n. valuit, & sortita est effectum, ita vt defun-
21 ctus dicatur habere hæredem ex testamẽto. † sed agitur de
fideicommissaria illa substitutione, per cuius inualiditatem
defunctus non dicitur decedere intestatus, cessante ergo fa-
uore institutionis, qui in casu Bar. considerantur, prout etiam
alio tamen respectu Bar. considerat, debet etiam cessare deci
sio Bar. per locum a cessante ratione. l. adigere. §. quamuis. ff.
22 de iure patr. & c. cum cessante. de appel. cum si. † Secundò
etiam respondetur, q ĩ casu Bar. testator non simpliciter do-
mos illas alienauit, vt domibus careret, sed eas pmutauit cũ
alijs domibus, ita vt eis in locum primarum subintrãtib. nõ
videatur eas alienasse, debent. n. ipsę velit subrogatę sapere
naturã illarũ, ĩ quarũ locũ subrogãtur, arg. l. si eũ, §. qui iniu
riarũ. ff. si quis cautio. & l. j. §. hęc act. vbi no. Bar. ff. si quis te-
sta. li. esse iuss. fuc. cũ si. Et in pposito optimè facit. l. filiæ. §.
Titia. ff. de condi. & demon. allegata in contrariũ in vltimo
fundamento. Meritò ergo dispositio illa conseruatur, vt fit
etiam in d. §. Titia, q non cadit in casu nostro, in quo aliena
tio designati loci simpliciter facta fuit, & alius locus nõ fuit
23 sibi subrogatus. † Cum igitur casus sint diuersi, de vno ad
alium non debet fieri argumentum, siue illatio. l. fi. ff. de ca-
lum. & l. inter stipulantẽ. §. sacrum, ver. sed hęc dissimilia. ff.
24 de verb. oblig. cum sim. † Tertiò respondetur, q Bar. loqui
tur in permutatione, quæ dicitur alienatio ex causa onerosa,
& meritò in dubio cẽsetur facta ex necessitate, vt post Iacob.
Butr. Bal. Ange. & Saly. declarat Corn. in l. 3. circa medium
versi. in dubijs autem. C. de legi. & ideo conuenienter Bart.
25 concludit, dispositionem non esse reuocatam; † quoniam p
regula non fit reuocatio per alienationem factam ex necessi-
tate, vt per Barto. in dicta l. rem legatam. & in d. §. si rem. &
tradunt omnes in dicta l. 3. Nisi tamen mutasset testator
voluntatem, & hoc debet per hęredem probari, quando alie
natio fit ex titulo oneroso, vt declarat Alexan. in apostil. ad
Bartol. in d. l. rem legatam, in casu autem nostro alienatio
fuit voluntaria, quia ex titulo donationis. Quinimmo in
tali titulo non cadit distinctio voluntarię, vel necessarię alie-
26 nationis, † cum in necessitatib. nemo liberalis existat, vt d.
l. rem legatam, meritò ergo ex tali donatione dicitur reuoca-
ta dispositio circa res donatas. Quartò etiam respondetur q
in casu Bar. testator non disposuerat specialiter, & nomina-
tim de certis domib. vt, si in eis fiat ecclesia, sed generaliter dixe
rat, q in suis domib. construeretur, vnde cum domus illæ,
quas titulo permutationis recepit, dicantur suæ tempore mor
27 tis, nil mirum si in eis conseruatur testatoris dispositio. † Et
cum agatur in casu illo de conseruanda institutione, eius fauo
re verba, quæ aliàs præsens tempus respicerent, latè interpre-
pretantur, vt etiam ad futurum trahantur, arg. l. placet, ff. de li
be. & posth. prout ibi Bar. inducit, qui propriè vtitur hoc fun
damento, vt per eum. Sed in casu nostro testator specialiter &
nominatim locum ecclesię construendę designauit, qui per
eum postea fuit ex causa donationis alienatus, ergo de casu
28 Bar ad casum nostrum non debet argui. † Quintò & vltimò
respondetur, & tollitur penitus omnis difficultas; quia in ca-
su Bar. non constabat aliquo modo de mutatione voluntatis
testatoris. At in casu isto de mutatione constabat ex literis per
Reuerendum dominum testatorem scriptis, secundùm q su-
29 prà deductum fuit, ergo &c. † Secundò principaliter non ob.
qđ secundo loco allegabatur: quoniam de plano respondetur,
q illud procedit, quando testator decessit cum ea voluntate,
vt aliquid erogetur in certum pium vsum, illud autem fieri
non potest, absq; tamẽ facto, & ordine ipsius testatoris, sed im
pedimento aliunde proueniente. Puta quia lege cauetur spe-
ctaculum a testatore consideratum non licere celebrari, vt in
d. l. legatum, de vsuf. leg. Vel quia pecunia certo operi destina-
ta interuentu legis falcidiæ diminuitur, ita vt ad opus illud
non sufficiat: vt in d. l. legatam, de adm. rerum ad ciu. pertin.
tunc. n. poterit fieri conuersio in alium pium vsum, vt aliquo
modo pia defuncti voluntas seruetur, vt in dictis iurib. Sed
in casu isto testator non decessit cum illa voluntate; sed ab il-
la dicitur recessisse, vt supra ostensum fuit. Et ex facto & di-
spositione sua impeditur ecclesiæ ędificatio in loco destina-
to, ergo non debet fieri conuersio in alium vsum piũ, & qui
vellet illud facere, repugnaret, & aduersaretur voluntati te-
statoris, qui noluit amplius ecclesiam illam construi, & volun
tatem suam mutando dicitur totam illam dispositionem de
ædificanda ecclesia reuocasse cum omnibus suis sequelis. Et
vltra literas illas, ex quibus de mutatione voluntatis constat,
prædicta mutatio & reuocatio suæ dispositionis satis osten-
ditur ex illa donatione Nam cum illam iure dominij facien-
do voluerit loca illa esse donatariæ, satis apparet, q noluit in
30 eis amplius ædificari ecclesiam. † Et per hanc viam responde
tur etiam ad d. c. nos quidem, de testa. Dico. n. q loquitur tex.
ille, qñ testator decessit cũ voluntate, vt monasteriũ in loco
ordinato cõstrueretur, nñ. n. testator locũ alienauerat, aut alio
mõ mutatã voluntatẽ ostẽderat, sed impedimento aliũde pro-
31 ueniẽte in eo loco nõ poterat cõstrui monasterium. † Non ob.
mõ tertiũ funda. qm̃ ex pdictis patet rñsio: dico. n. q immo
volũtas testõris nota est in contrariũ, cũ ille in prædictis lite-
ris dixerit, se mutare volũtatẽ, si bullæ gratis nõ obtinerentur,
prout nunq̃ fuerñt obtẽtæ, & talẽ mutationẽ volũtatis postea
ostẽdit donãdo locũ, in quo ordinauerat ecclesiã cõstrui. Et cõ
sideratio facta in cõtrariũ procederet, qñ testõr in eadem vo-
lũtate permãsisset, & aliquo casu nõ cõstruxisset ecclesiã in vi
ta, fateor. n. q tũc fuisset totũ ad onus hæredis. At in casu isto
32 mutauit voluntatẽ, ergo &c. † Et doct. Bar. in d. §. tusculanus.
nõ ob. qa procedit, qñ pia illa dispositio non pt impleri aliter q̃
ex volũtate testatoris, puta quia templũ, cui relinquebatur, de-
struatur, vel decedat persona, cui erat relictũ, vel quid aliud cõ
tingat præter ordinem testõris; nam tunc debet adhiberi di-
stinctio Bar. ibi, vtrũ, si testator principaliter respexit causam,
an verò personã, seu locũ quib. reliquit, vt per eũ. Sed hæc sũt
aliena casu nostro, in quo ecclesia construi non põt in loco or
dinato ex facto ipsius testatoris; quia locũ illũ donauit, & il-
lud fecit; quia iã mutauerat voluntatẽ, & in effectu dispositio-
nẽ illam dicitur reuocasse, secundũ q supra fuit demõstratũ.
33 † Nec prędictis obstant duo iura vltimo loco allegata, nã
in primis dũ dicebatur, q propter redemptionẽ rei alienatæ
dispositio conualidatur per dicta l. verum est, ff. de manumiss.
testa

testa. Dico, quod immo regula est in contrarium: vt est tex. in l. cum seruus. ff. de adimen. lega. & ibi Bart. & alij declarant, & in l. verum est. procedit simpliciter in relicto libertatis, vt per glo. & Barto. in d. l. cum seruus. Et si tunc dicas, quod idem esse deberet in casu nostro fauore piæ causæ, potest primò dici, quod cum hoc iure cautum non reperiatur, nō licet specialia extēdere, per iura vulgaria. Vel secundò respondetur, quod argumentum procederet, quando in casu nostro locus per testatorem donatus aliquo modo fuisset recuperatus, & ad eius hæreditatem rediisset, quod factum non fuit. Tertiò etiā respondetur quod in casu nostro de mutatione voluntatis satis constat, vt di-
34 ctum fuit, ergo &c. † Et eisdem ferè modis respondetur ad d. l. filiæ. §. Titia. de condi. & demon. congrua tamen cōgruis referendo. Dico, enim, quod ibi ancilla cum nomine Agatheæ fuit in locum alienatæ subrogata, & aliter de mutatione volūtatis non constabat, at hic de mutatione voluntatis constat, & nō reperitur, quod alius locus sit subrogatus in locū loci donati, ergo &c. Præterea ibi testator nō se retulit ad certā personam, sed ad certum nomen ancillę, referendo se ad tempus mortis, vnde cum tempore mortis reperiatur ancilla illius nominis Agatheæ, nil mirū si in ea legatum dicitur conseruatū, quod nō consideratur in casu isto. Concluditur itaq; ex prædictis omnibus, dispositionem de ecclesia ædificanda per testatorem fuisse reuocatam, & consequenter substitutionem fideicommissariam, de qua agimus, ea voluntate testatoris caducam, & nullam fuisse effectam, & ita bona liberè remanere apud hęredem. Nec prædictis obstat compositio quædam inter hęredem Reuerendi testatoris, & certos presbyteros facta, de qua in puncto, nec etiā vnio, quam postea summus Pōtifex fecit cum subrogatione capellaniæ in locū ecclesię sanctæ Crucis, iuxta formam testamenti ędificandæ, de qua etiā in puncto fit mentio. Quoniam respondetur quò ad compositionem, quod illi non sortita fuit aliquem effectum, quoniam illa habebat secum expressam conditionem, vt effectum sortiatur tantum accedente confirmatione apostolica, & nō ali-
35 ter, † quę verba cum sint per ablatiuum absolutum prolata, cōditionem important l. a testatore. ff. de condi. & dem. & tradunt Mod. in rub. ff. sol. ma. conditio autem illa nunquā fuit impleta, quia dicta confirmatio nunquam accessit, ergo &c.

Præterea si cōpositio illa attendatur in ea, per illos presbyteros fuit renunciatum omni iuri competenti in bonis, & hæreditate d. Reuerendi testatoris vltra ea, quæ expresśè fuerunt assignata d. presbyteris. Ex quo inferri videt, quod ēt fideicommisso, seu fideicommissariæ substitutioni, de qua agitur, dicitur in effectu renunciatum. Quantùm verò ad vnionē, & subrogationem, quam fecit summus Pontifex, respondetur, quòd illa non potest præiudicare hæredibus dicti testatoris, cum eis ignorantibus facta fuerit, vt in puncto narratur.

Præterea vnio & substitutio illa præsupponit voluntatem testatoris fuisse, vt dicta Ecclesia ædificaretur, & in ius, quod haberet dicta Ecclesia, subrogauit capellaniam illam. Sed sic est, quòd testator mutauerat voluntatem, & dispositionem illam reuocauerat, vt sic nullum ius de cętero competere potuisset assertæ Ecclesię, pręsertim respectu substitutionis, de qua agitur, meritò nec illa capellania subrogata debet aliquod
36 ius habere respectu substitutionis prædictæ, † ne plus iuris habeat subrogatum, quàm illud, in cuius locum fit subrogatio, contra regulam, de qua in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. cum simi. de qua etiam supra dictum fuit.

Laus Deo.

Soc. nepos, Paduæ. 1537.

C A S V S.

Dominus Gandulphus de Patengulis Brixiensis in suo vltimo testamento, cū haberet sex filios masculos legitimos, & naturales, Philippo filio emancipato hærede instituto in rebus certis alios quinque in potestate existētes vniuersales hęredes instituit, videlicet, Io. Georgium, Thomā, Augustinū, Hieronymū, & Io. Baptistā, cum hoc tamē, si aliqui ex dictis filijs institutis hęredibus decederent in pupillari ætate, vel postea quādocūque sine liberis masculis ex se legitimè descēdentibus, alij filij hęredes instituti superexistētes vnus, vel plures succedat, seu succedant ipsi præcedenti, seu ipsis præcedentibus insolidum, & æqualibus portionibus.

Et cū hac etiam condicione addita, quod dicti sui filij, & hęredes, nec aliquis eorum nullo modo, nullaque uia possint, nec ualeant uendere, donare, alienare, nec permutare aliqua bona īmobilia, nec seruitutes imponere alicui. ex dictis bonis, nisi ipse uendens, vel alienans fuerit annorum 30. & aliter factum non ualeat, nec teneat, & infringi possit per infrascriptos eius fideicōmissos, & quemlibet eorum, & ad hoc dicta bona hęreditaria remaneant, & conseruētur ipsis hæredibus institutis, & eorum hæredibus masculis &c. ut latius in testamento legitur, cuius copia transmittitur.

Post prędictum testamentum, & testatore mortuo, decesserunt sine filijs aliqui ex dictis hæredibus institutis.

Decessit etiam Io. Baptista superstitibus tamen sibi Gādulpho, & Constantio filijs, & hæredibus uniuersalibus, qui ambo postea iam maiores 30. anno. existentes decesserunt sine liberis superstite eis Augustino patruo, & filio testatoris vno ex hæredibus institutis.

Et isti Gandulphus, & Cōstantius, & quilibet eorum instituit hęredem dominam N. eorum matrem, quę tamen ei ab intesta. nō successisset secundum formā statutorū d. ciuitatis Brixię.

Quæritur modò, vtrum à prædicta matre peti possint bona immobilia hęreditaria prædicti testatoris per Augustinum prædictum, aut eius hæredes, quasi non potuerint per eius filios in eam transferri, eam instituendo hæredem, an verò ipsa possit illa bona de iure retinere sicut cętera bona hęreditaria filiorum suorum.

S V M M Æ.

De prohibitione alienationis, vtrum facta filijs hęredibus trahatur ad nepotes, propter eius rationem.

Et an comprehendat hęredis institutionem.

Et an facta vsque ad certum tempus duret post illud propter expressam rationem.

1 *Substitutio simpliciter facta alicui, si sine filijs masculis decesserit expirat, si grauatus cum filijs masculis decedat.*
2 *Prohibitio alienationis in cuius fauorem censeatur facta.*
3 *Alienare prohibitus extra certum genus hominum an prohibeatur etiam alienum ab illo genere hæredem instituere.*
4 *Prohibitio alienationis facta filijs an ad nepotes extendatur, & infr. nu. 6. 14. 15. 16. 17. & 21.*
5 *Prohibitio alienationis ad tempus facta post illud nō extēditur.*
6 *Ratio generalis particulare dictam declarat. & infr. nu. 38.*
7 *Prohibitio hæredi nominatim facta quando hæredi hæredis dicatur facta. & infr. nu. 22. 23.*
8 *Fideicommissum an inducatur ab alienationis prohibitionem.*
10 *Verba ista, dicti sui filij & hæredes, in testamento posita operantur ac si eorum nomina essent expressa, & nu. prox. seq.*
12 *Verba, ut dicta bona remaneant in familia, quomodo intelligātur. & infr. nu. 17. & 26.*
13 *Alienationis prohibitio est odiosa.*
19 *Mors omnia soluit.*
20 *Hæres defuncti personam repræsentat.*
24 *Alienari prohibitū per vniuersitatē in alium transferri potest.*
25 *Expressum plus operatur, quàm tacitum.*
27 *Verba in dispositione odiosa propriè sunt intelligenda.*
28 *Verbum alienare, si est dubium, quomodo declaratur, & nume. prox. seq.*
30 *Statutum prohibens forensem acquirere per contractum non dicitur prohibere per hæredis institutionem.*
31 *Alienatio in minori ætate facta non valet.*
32 *Prohibitio alienationis sine licentia certæ personæ intelligitur inter viuos.*
33 *Actus testandi non debet pendere ab alieno arbitrio.*
34 *Verba testamenti debent adaptari, ne testator sibijpsi contrarius dicatur.*

35 *Prohibitio alienationis, vel translationis bonorũ facta filijs vsq; ad certam ætatem, lapsa illa ætate hæredem extraneum instituere possunt.*

36 *Dicitio, nisi, cuius sit natura, & nu. seq.*

CONSILIVM CLXIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitiæ.



VBTILIS admodum, & pulchra est pñsens consultatio, & eius resolutio ex apicib. iuris pendere vr̃. Et primo aspectu vr̃, q̃ institutio facta p Gandulphum, & Constantiũ de eorũ matre non potuerit in eã transferre bona immobilia, quæ apud eos erant ex hæreditate Gandulphi senioris eorũ aui in pͥiudiciũ Augustini eorũ patrui, & filij pͥdicti Gandulphi senioris, quasi ipse Augustinus videatur ad ea p fideicõmissum vocatus. Non quidẽ ex capite substitutionis expñsè factæ de superuiuentib. in ver. cũ hoc
1 tamen q̃ si aliqui ex dictis filijs &c. † illa. n. respectu Io. Bapt. & suę portionis expirauit; qa decessit cũ filijs masculis legitimis & naturalib. cum facta esset simpliciter decedẽti sine talibus liberis, tex. est clarus in l. filiusfamil. §. cum quis. ff. de lega. 1. cum multis simi. quę allegari possent. nec curatur, q̃ postea illi filij Ioã. Bap. decesserint sine filijs, arg d. §. cum quia. & bene facit. l. cum vxori. C quando dies lega. ced. quam ad hoc allegat Oldr. in consi. 21. Thema tale est. vbi ita concludit, & ita etiam firmat in terminis Deci. plures concor. allegando in consil. 218. In casu. 2. colum. in fi. & plenè etiam in consilio 636. Prima facie videbatur. 2. col. in consi. ibi pręce. 5. colum cum li. Sed vr̃ Augustinus vocatus ex capite fideicommissi, qđ vr̃ contineri in alijs verbis testamenti, dum dicitur, & cum hac etiam conditione addita &c. ibi. n. pͥhibetur alienatio prædictorum bonorum immobilium expressa illa ratione, vt remaneant, & conseruentur hæredib. institutis, &
2 eorum hæredibus masculis, vt in testamento legitur. † Ex quibus verbis manifestè constat, prohibitionem prędictam alienationis factã fuisse fauore ipsorum hęredum institutorum, & eorum hæredum masculorum, idest eorum descendentiũ masculorum, pͥut in veritate importare videntur illa verba, & eorum hæredib. sicut in simili exponitur in l. ex facto. §. si ff. ad Treb. & ibi doc. tradunt, meritò videtur, q̃ inter prędictos descendentes masculos ex tali prohibitione alienationis sit inductum fideicommissum saltem in euentum contrauentionis, iuxta tradita per Bar. & alios in l. qui Romę. §. cohæredes. ff. de ver. ob. & vt plenè scribit patruus, & dominus meus Soci. in consilio 227. Præsens consultatio. in prima difficultate, & Cur. iunior in consi. 167. Præsupponitur in facto. per totum, vbi plures alios allegat. Vnde cum in casu isto Gandulphus iunior, & Constantius eius frater videantur contrauenisse; quia. s. matrem eis ab intestato non successuram, & in hoc extraneam instituerunt hęredem, & sic alienauerunt extra descendentes masculos testatoris, ergo videtur, q̃ habeat locum fideicommissum in fauorem Augustini vnius ex filijs
3 testatoris, & eius descendentium masculorum, † nam pͥhibitus alienare extra certum genus hominum, pͥhibetur etiam in testamento alienum ab illo genere, & sic quantùm ad hoc extraneum hæredem instituere, vt l. pacto. §. fratre. & ibi gloss. & omnes doc. not. ff. de lega. 2. cum concordan. ibi per gloss. allega. & in specie ita firmat ibi Bart. in vlti. membro suæ distinctionis, qui idem dixit in l. si ita quis. § ea lege. ff. de ver. ob cum quo alij doc. magis communiter trãseunt, prout ita firmando inquit Ias. in l. filiusfam. dias. § diui. in 7. q. Barto. colum. mihi 22. ver. nunc teneo contrarium. ff. de leg. 1. ibi. n. asserit, q̃ aliàs fuit in cõtraria opi. sed tunc secundùm Bar. dicit tenendum esse, & q̃ òd ita consuleret, & iudicaret. Et dixit quòd mater instituta à prædictis filijs non erat eis ab intestato successura, sic disponente municipali iure ciuitatis Brixię; quia aliud esset dicendum si ab intestato fuisset successura vt p Bar. in d. §. fratre, & per Ias. in d §. diui. in d. 7. q. Si igitur prędicti Constantius, & Gandulphus prohibitioni alienationis contrauenerunt, dicit, peruenisse dicti fideicommissi in fauorem prædicti Augustini, & eius filiorũ
4 vt dictum est. † Nec videtur obstare, si dicatur, q̃ immo non possunt dici contrauenisse, eo quòd ipsi non videntur prohibiti, cum prohibitio videatur facta solùm filijs, & hęredib. institutis, & propterea non debeat extendi ad nepotes, vt est tex. in §. nos igitur. in auct. de resti. fideicom. col. 9. cũ is quæ infra deducentur. Atque etiam si dicatur, quòd qui prohibentur, solùm pͥhibẽtur, donec fuerint minores 30. ann. & ideo non censentur prohibiti dicti Constantius, & Gandulphus, q̃ tẽpore eorum testamenti, vel mortis erant supra talem æta
5 tem; † cum prohibitio facta ad tẽpus post illud non porrigat. l. imperator, & ibi tradunt doc. ff de postu. & i terminis, nostris. l. in materia prohibitæ alienationis est tex. & ibi i tradit Bart. in l. pater filium. §. fundum. ff. de lega. 3. quod. n. ad certum tẽpus prohibetur, censetur post tempus illud permissum, vt dictis iuribus, & ita per illa iura in materia nostra firmat Alex. in cons. 55. Ponderatis his quę. tertia columna, versicu. & licet substituerit, lib. 5. Quoniam ad ista videtur posse responderi, quòd licet pͥhibitio ista quantùm ad verba sonet tantùm de filijs, & hæredib. & ante ætatem 30 annos, tamen ex mente testatoris uidetur per interpretationem intelligenda latius, vt sic etiam nepotes hæredum hæredis, & etiã post 30. anno. comprehendat, & hoc vigore illius generalis rationis, dum dicitur, quòd sit d. prohibitio ad hoc, vt bona hæreditaria remaneant, & conseruentur ipsis hæredibus institutis, & eorum hęredibus masculis; hoc enim fieri non posset, si nepotes testatoris non censerentur prohibiti, vel ẽt si post triginta annos non duraret prohibitio, vt de se notum est, & appareret in præsenti casu si valeret institutio, de qua agitur; quia per eam facile bona hæreditaria testatoris transibunt in alienam familiam, & sic non remanebunt, & minus conseruabuntur hæredibus institutis, & eorum hæredibus masculis: uidetur itaq; dicendum etiam prædictos nepotes, & etiam post ætatem 30. ann. prohibitos fuisse vigore prohi
6 bitionis generalis. † Etenim ratio generalis particolare dictum ampliat. l. nomẽ debitoris. §. fina. ff. de lega. 3. sicut ecõtra, ut l. cum pater. §. dulcissimis. de lega. 2.

Et ita in materia prohibitionis alienationis signanter declarat, & firmat Ias. in dicto §. diui. 11. quęstio. Bart. in versi. istam limitationem, quæ habet. columna mihi 24. Concludẽs, quòd licet aliàs prohibitio hæredi nominatim facta, vel taliter, quòd persona hæredis demonstretur, non dicatur facta hęredi hęredis, tamẽ si addatur ratio; quis scilicet testõr vellet talem rem remanere in familia, vel nõ exire de suo gñe etiam hæredes hæredis censebuntur prohibiti, vt sic prohibitio non personalis, sed realis dicatur, vt per eum, & vt ipse allegata fuit hæc pulchra decisio Bar. in dicta l. pater filiũ. §. fundum. in fin. ff. de legat. 3. & aliorum, vt ibi per Ias. Ista sunt, quæ me diu ancipitem primo aspectu trahebant in fauorem prædicti Augustini, & filiorum eius.

Verũtamen eis minimè obstantibus, maturius omnia animaduertens contrariam sententiam vti de iure veriorem amplector, & concludo, prædictos Gandalphum, & Constantium potuisse liberè etiam de bonis, quæ fuerunt Gandulphi senioris eorum aui testari, & consequenter quòd in eorum matrem per eos institutam fuerunt translata etiam bona auita. Et quidem ex pluribus, & maximè ex infrascriptis. Præsupponendo primò, & ante omnia, quòd ex prohibitione alienationis, de qua agitur, non fuit inductum fideicommissum absolutè, sed si quod fuit, fuit tantùm in euentum contrauentionis.

7 † Et sic quando, qui fuit prohibitus, alienauerit, attento q̃ prohibitio per se erat nulla: quia nuda, & sine causa, & vèrba illa ad hoc, vt dicta bona remaneãt &c. solùm operantur, vt pͥhibitio causam habeat, & non q̃ fideicõmissũ absolutè inducatur, pͥut rectè intueri voluit Bar. vt ibi dominus meus Soc. in 6. co. declarat in l. qui Romæ. §. cohęredes. ff. de verb. obl. & plenè tradit idem Soc. in d. consil. 227. & Cur. iunior in

dict

d.cōsi.167.ad quos in hac gratia breuitatis me remitto. Hoc
autem sic p̄suppositopono ante omnia hāc conclusionem, vi
delicet, p̄dictos Gandulphum, & Constantium nullo onere
fideicommissi fuisse grauatos maximè tempore eorum mor-
tis, & propterea liberè etiā de bonis auitis potuisse testari, eo-
9 rumque matrem instituere. † Et primò potest illa conclusio
probari: quia prohibitio alienationis, de qua agitur, fuit fa-
cta expressè filijs, & hęredibus testatoris, vt patet in testamē-
to, dum dicitur, q dicti sui filij, & hęredes, nec aliquis eorum
&c. vnde debet intelligi tantùm in persona ipsorum, & non
debet extendi ad nepotes, licet ipsorum filiorum sint hęre-
des, vt est tex. in §. nos igitur. in aucten. de resti. fideicō. & ibi
glo. & docto. tradunt, & est communis conclusio Bar. & alio-
10 rū in d. §. diui. in 11.q. vt ibi per Ias. & Moder. † Et maximè
hoc dicēdū est isto casu, vbi verba illa, dicti sui filij, & hęredes
&c. necessariò sunt referenda ad supra nominatos in institu-
tione hęredum, & perinde est, ac si propria nomina eorum
fuissent expressa in tali prohibitione, iuxta tradita per Bart.
in consi. 214. Andreas Martini condidit testamentum. rela-
ta, & approbata per Ias. in consi. 15. In præsenti rescripto. ver
sicu. secondò principaliter. 1. volum. & in specie in materia
nostra ita declarant nouissimi in d. §. diui. in 11. quęstio. Bar.
& in simili ita firmat Corn. in consi. 240. Quanquam in hac
11 cōsultatione. 9. colum. 2. volu. † volēs, quod verba, ex dictis
filijs, in casu suo non possint verificari in nepotibus: quia de
eis supra nulla erat facta mentio. Facit etiam decisio Alex.
in consi. 173. Visa facti narratione. 2. col. lib. 5. dum dicit, q
verba infrascriptorum hęredum, solùm in expressè nomina-
tis uerificātur, prout istud cōsiliū in simili ego allego in l.
cum filio. in vltimo notab. in fi. ff. de lega. 1. Cum igitur in ca
su nostro prohibitio sit facta dictis filijs, & hęredibus, nō po
test dici facta nepotibus, & sic prędictis Gandulpho, & Cō-
12 stātio, de quibus supra nulla mētio facta erat. † Nec tūc ob-
stabit ratio allegata in testamēto ibi, ad hoc, ut dicta bona hę
reditaria remaneāt &c. quia ex his verbis ī casu nostro non
debet ampliari prohibitio vltra, quàm facta fuerit, ut s. traha
tur etiam ad nepotes: quoniam talia uerba alium habēt sen-
sum, nam cum filij prædicti sint prohibiti alienare tātùm in
fra ætatem 30. anno. ut clarè dicitur in testamēto, infra quā
ętatē lubrico eius facile potuissēt induci ad alienandum, &
dissipādum, credidit testator, & cōfidit ex tali prohibitione
bona prædicta ipsis institutis filijs cōseruari, cum post illam
ætatem testator cōfisus fuerit de eorū maturo, & prudēti in-
tellectu, s. quòd non alienabunt, & ita etiam post eos remane-
būt eorum hæredibus masculis. Allegata autem in cōtrariū
procederent, quando ratio scriptura talem, uel similem sen-
sum capere non potest, puta si dicatur; quia noluit talia bo-
na remanere in familia, sic impersonaliter loquēdo, uel quòd
nō exeant de genere suo, prout loquitur Ias. in d. §. diui. cum
alijs supra in cōtrarium allegatis. Et hæc consideratio & di-
13 stinctio uidetur multùm iuridica, & probabilis; † nam cum
prohibitio sit odiosa, ut per doct. in d. §. diui. eo. quòd auferat
rerum suarum liberā administrationem, contra l. 2. ff. si qs
a par. fue. man. & l. dudum. C. de contrahen. emp. cum si. non
debet trahi de persona ad personam, ut in præallegato §. nos
igitur. in auc. de restit. fideicom. & ibi dicunt docto. nisi ad il
lud nos urgeat uerborum testamenti, & expressæ rationis ne
cessaria importātia, & ita q alium sensum habere nō possint.
Sed si aliter ratio, & verba testamenti declarari possunt, debet
certè capi ille sensus, per quem prohibitio clarè facta cer-
tis personis non trahitur ad alias, ut. s. ab odio prohibitionis
alienationis magis recedamus, arg. c. odia. de reg. iu. lib. 6. &
14 l. cum quidam. cum si. ff. de liber. & posth. † Et pro ista
opinione, ut. s. prohibitio non censeatur facta nepotib. facit
quia testator in d. uer. ad hoc, ut dicta bona remaneant &c. in
ter cætera uidetur prohibitionem fecisse contemplatione ne
potum, ut patet ibi, & eorum hæredibus masculis exponen-
do, idest filijs, iuxta l. ex facto. §. si. ff. ad treb. & supra dictum
15 fuit, & sic nepotibus testatoris. † Vnde non uidetur conue-
niens, ut illi dicantur prohibiti ultra uim uerborum, quorū
contemplatione fit prohibitio, nisi etiam illud exprimatur,
prout egregiè declarat Im. in d. §. diui. in 10. q. Bar. in his ter
minis intelligens tex. cū sua gl. in d. §. nos igitur, & hanc de
clarationem Imo. refert, & sequitur dominus meus Soc. in d.
16 consi. 287. 10. colu. in ver. secundò principaliter. † Et notan-
dum est, q Imo. loquitur quādo p̄hibitio erat facta imperso-
naliter quò ad verba, vnde fortius hoc p̄cedit in casu nostro
in quo prohibitio dicitur ipsis filijs p̄sonaliter facta, vt supra
dictum fuit, & reperio, q istud voluit insignis Mod. do. Io.
Frā. de Ripa. in d. §. diui. ī 10. q. licet de Imo. & domino meo
Soci. mentionem non faciat, inquit. u. q in d. §. nos igitur, nil
mirum si nepotes non censentur prohibiti, quia. s. ibi p̄hibi
17 tio fuerat facta eorum contemplatione, vt per eum. † Et ex
his colligitur bona ratio differētię, an dicatur; quia voluit ta
lia bona in familia remanere, vel de suo genere nō exire, vbi
non est habita ratio particolariter nepotum, in quo casu lo-
quuntur Ias. & alij in d. §. diui supra in contrarium allegati.
An verò dicatur; quia voluit remanere hæredib. filiorum &
sic suis nepotib. vt in casu nostro, & hanc differentiam con-
siderat Imo. in d. §. diui. in dicta 10. quæstio. concludens isto
secundo casu nepotes non dici p̄hibitos, quo stante sequitur
q prædicti Gandulphus, & Constantius instituendo eorum
matrem non possunt dici contrauenisse, cum p̄hibiti non es-
sent, & p̄pterea sequitur, nullum esse datum locum fideicom
misso. Et istud sit primum principale fundamētum supra fir
matæ conclusionis. Secundò principaliter prædicta conclu
clusio fundatur; quia posito q prędicti nepotes testatoris pos
sent dici prohibiti (absque tamen veritatis p̄iudicio) dico, q
prohibitioni nō cōtrauenerunt: nam prohibitio est, ne ven
dant, donent, alienent, aut permutent: ipsi autem non vēdide
runt, donauerūt, nec p̄mutauerūt, vt est clarissimum sed nec
etiā alienauerunt contra mentem testatoris: nam alienare dr
p̄prtè loquēdo, qui viuens à se remouet in alium trāsferēdo
puta vendēdo, donando, dando in dotē, vel aliàs insolutum,
vel quid simile faciendo, quo ipse viuens re ipsa priuetur, quę
18 alterius fiat, † vt sic solùm per actus inter viuos propria dica-
tur fieri alienatio, quæ dicitur omnis actus, per quem trāsfer
tur dominium, vt l. 1. C. de fun. dota. facit l. fi. & totus tit. C.
de reb. alie. non alien. & c. nulli, & totus ti. extra de reb. Eccle
si. non alienan. & tex. apertus. in §. alienationis. in aucten.
de non alie. siue permu. & ita videtur velle Iaso. in §. item si
qs in fraudem. 5. col. instit. de actio. Sic igitur ille dicitur p̄-
priè alienare, qui rem in alium transferendo illa seipsum pri
uat, quod profecto non dicitur contigisse prædictis Constan
tio, & Gandulpho: nam ipsi viuentes nunquam aliquā rem
immobilem hęreditariā à se abdicarunt in alium transferen
19 do, † sed solùm per mortem, quę omnia soluit. §. deinceps. in
auct. de nupt. & bona prędicta, & totum hunc mundum reli-
querunt, & tunc eorum matrem relinquendo hæredem non
20 videntur bona illa alienasse, † cum hęs personam defuncti re
p̄sentet, & eadem persona cum defuncto reputetur, vt in au-
cten. de restitu. & ea quæ pa. à mor. p̄sti. in princi. col. 5. cum similib.
21 † Ex his ergo videtur concludendum, p̄hibitionem aliena-
tionis in casu nostro factam non includere institutionem hę
redis factam per præfatos nepotes testatoris, & ita in termi
nis consuluit Ange. in consil. 7. Ex dicto themate. 2. col. &
in consil. 57. Domina Andrea. 4. colum. versicu. secundò vi-
dendum, vbi multis, & subtilibus rationib. hoc demonstrat,
ad quem gratia breuitatis me remitto. ita etiam consulendo
firmauit Ale. in consi. 155. Visis & accuratè consideratis. 2.
volu. Idem etiam firmauit Ias. post quosdam præstantissi-
mos doctores, qui ante eum cōsuluerant, in cons. 111. Super
præmissa consultatione. 1. vol. & idem voluit in consi. 96. do-
minus Io. Gabriel. 5. colum. in 4. volum. dum ibi ad plenum
refert, & commendat dictum consilium Angel. 57. qui Iaso.
idem videtur sequi in consil. 120. Domina Dorothæa, per to
tum, maximè in 3. colum. versicu. secundò principaliter ad-
duco, primo volum. dum etiam ibi commendat, & sequi vi-
detur p̄dictum consilium Ang. & illud consi. 150. est, vt cre-
do, quod ipse Ias. in d. §. diui. in 7. q. asserit se fecisse in ciuita-
te Paduę, dum ibi legeret, & dicit, quòd secundùm tale consi
lium fuit iudicatum, vt per eum.

22 Et licet opinio ista esset periculosa, quando testator simpli-
citer prohibuisset alienari extra familiam, vel aliàs extra cer
tum genus personarum; quoniam plurimi eo casu tenuerũt,
ꝙ immo sit prohibita etiam hæredis extranei institutio p ea
quæ dicit Ias. in d. §. diui. & supra in contrarium allegabatur
ꝙ illa videtur communis opi. vt p Ias. ibi, & per Cro. & alios
mod. Tamen in casu isto prædicta opinio, vt. s. non dicatur
prohibita institutio hæredis, videtur omnino acceptanda, &
23 de iure vera ex trib. † Primò: quia prohibitio non dicitur
extra certas personas facta, vt loquitur Bar. in d. l. peto. §. fra-
tre, & alij, qui eum sequuntur, sed fuit facta simpliciter, pro-
24 pter qđ facile dici potest, nõ ꝓhiberi institutionem heredis:
quia per vniuersalem potest in alium transferri, etiam quod
alienari erat ꝓhibitum, vt l. 1. C. de fund. dota. quando ꝓhi-
bitio erat simplex, vt ibi, & prout videtur in casu isto: nam ꝓ
hibitio simplex est, vt dixi, & ita in casu suo arguit Alex. in d.
consi. 55. 2. col. ver. & tanto magis. lib. 3. & in consi. 23. Con
sideratis verbis. 2. col. ver. quò autem ad secundum, secundo
volumine, & solùm testator in casu nostro subdit, quòd si con
tra fiat, non valeat, & infringi possit per suos fideicommissa-
rios, & illud, vt sic bona ipsis filijs, & eorum heredib. mascu-
lis conseruentur, quasi istud sit ratio, quare alienatum debeat
infringi, & inualidari, & ad hoc dicitur per testatorem alle-
gata. Et licet virtualiter, & tacitè videatur etiam ratio pro-
25 hibitionis; tamen non fuit ad eam expressè allegata, † &
aliàs plus operantur expressa quàm tacita. l. nõnunquã. ff. de
condi. & demon. & l. expressa nocent, ff. de regul. iur.
26 † Vel dicamus, quòd illa verba; ad hoc vt bona &c. im-
portent, vt. s. psonæ in eis comprehensæ sint vocatæ in casum
contrauentionis: nam ex eo non est arguendum, ꝙ sit prohi-
bita hæredis institutio; vt potest colligi ex dictis Ale. in d. cõ
sil. 55. quia etiã in casu illo in casu contrauentionis erãt vo-
cati illi de familia, & tamen concludit, ꝙ non erat prohibita
institutio; quia scilicet prohibitio erat simplex. Secũdo: quia
verba ipsa testatoris ostendunt, quòd solùm intellexerit de
alienatione inter viuos. Tum quia per institutionem heredis
27 non fit ꝓpriè alienatio, vt supra dictum fuit, † & aliàs verba
maximè in dispositione odiosa, sunt propriè intelligẽda. l. 3.
§. hæc verba. ff. de negoc. gest. l. non aliter, in prin. ff. de leg. 3.
cum si. & tradunt doc. in c. cum dilectus. de consuetu. & in l.
28 2. C. de noxa. † Tum etiam, quia verbum illud, alienare, si ali
quo modo esset dubium, debet declarari ex præcedentibus, &
sequẽtibus verbis sibi disiunctiuè, vel coniunctiuè adiũctis,
prout in simili voluit Roma. in consi. 231. Præmissorum do
ctorum. in secunda sua ratione, & ꝓut refert, & sequitur pa-
truus & do. meus Soc. in l. 1. in primo nota. ff. de reb. dubijs.
Vnde cũ vendere, & donare, quæ verba ꝓcedunt, & similiter
permutare, quod sequitur, importent alienationem inter vi-
29 uos, vt est no. † similiter debet capi verbũ illud, alienare, po-
sito ꝙ esset dubium. s. per alios modos inter viuos, puta p da
tionem in dotem, vel in solutum, vel alio simili modo, vt sic
verbum dubium declaretur à verbis claris præcedentib. vel
sequentib. & isto argumento in simili videtur vti Bal. in con
30 si. 310. Ad euidentiam. 3. col. lib. 3. † dum concludit, ꝙ statu-
tum prohibens forensem acquirere per contractum, vel alio
modo, dicitur non prohibere per institutionem heredis. Ter
tiò satis probabiliter ostenditur; quia prohibitio alienationis
in casu nostro fuit facta tãtùm respectu certi temporis, vide-
licet antequam prohibiti essent ætatis 30. annorum, vt clarè
dicitur in testamento, & infra etiam dicetur ꝓpter qđ verosi
militer arguitur, ꝙ testator non sensit de testamentaria dispo
sitione, sic de institutione hæredis, quæ in iure post puberta-
tem nõ regulatur ætate hominis, nec in vna ætate magis, q̃ alia
31 cõceditur, dũmodo q̃s sit sanæ mentis, ut est notissimũ. † Sed
bene alienatio inter viuos difficilius in minori ætate etiam sa
næ mentis hominibus quàm in maiori conceditur: cum sæpe
non ualeat, vt toto tit. C. de ꝑdi. mino. & ff. de reb. eorum,
& quando valet, sæpe rescindatur, vt ff. de mino. per totũ, &
C. de in integ. restu. mino. per totũ, meritò testator prohibẽs
alienationem ratione minoris ætatis, censetur prohibere tan-
32 tùm inter viuos, † & ita in simili arguit Alex. in consil. 59.
Attentis verbis testamenti. 3. col. ver. sed præmissis non ob-
stantibus. lib. 3. inquit. n. ꝙ prohibitio alienationis sine licẽ-
33 tia certæ personæ arguitur solũ facta inter viuos; † quia actus
testandi non solet pẽdere ex alieno arbitrio. l. illa institutio.
ff. de hæredi. insti. cum si. ibi per Alex. allegatis. Sic itaque ex
prædictis constat, ex hoc secundo principali fundamento ꝑ-
fatos Gandulphum & Constantinum non contrauenisse ꝓhi-
bitioni testatoris. Tertiò etiam principaliter ex alio ostendi-
tur, quòd non contrauenerunt, & istud sufficeret ad victoriã,
propter quod principaliter ego sum motus ad ita consulen-
dum, nã posito millies, quòd etiam ipsi dicerẽtur prohibiti,
& ꝙ etiam censeretur prohibita hæredis extranei institutio,
Dico ꝙ tali prohibitio fuit finita cum ipsi peruenerint ad æta
tem 30. ann. nam prohibitio alienationis, & annullatio actus
in contrarium gesti fit in testamento, nisi uẽdens, ꝙ alienans
fuerit ann. 30. Ex his. n. verbis clara mens testatoris apparet,
ꝙ maior 30. anno. possit alienare, & ꝙ tunc facta alienatio va-
leat, cum regula sit, ꝙ prohibitum vsq; ad certum tẽpus post
34 illud censeatur permissum, vt supra dictum fuit. † Et ad
hanc clarã voluntatem testatoris debent adaptari omnia alia
verba testamẽti, & sic debent interpretari, ne testator dicatur
sibijpsi contrarius, aut statim seipsum corrigere, iuxta l. non
ad ea. & quæ ibi dicunt doct. ff. de condi. & demon. Quod er-
go sequitur, quòd si contrafactum fuerit, alienatio rescinda-
tur ad hoc, vt dicta bona remaneant &c. debet intelligi, q̃n
.s. alienatio fieret per minorem 30. an. non sic per maiorem 1
quia illa per testatorem dicitur permissa, & alienatione, quæ
prohibita erat, rescissa. s. si p minorem 30. anno. facta fuisset
remanebunt bona secundùm voluntatem testatoris; quia ma
iores uerosimiliter, propter eorum prudentiam, & firmũ iu-
dicium non alienabunt. Verùm si vellent alienare, credidit
testator, quòd ita facient ex causis optimis, & urgentibus, &
non mouebuntur lubrico ætatis, & ideo talem alienationem
35 non curauit rescindere. † Et pro istis allego in terminis no-
stris pulchram decisionẽ Ias. in consi. 173. Filiæ quondã do-
mini Petri, per totum, 2. vol. nam in casu suo facta erat prohi
bitio alienationis per hæc uerba, videlicet, ꝙ aliqui dictorum
filiorum non possint vendere bona immobilia, ne alio quo-
uis titulo transferre, donec erunt intra ætatẽ 33. anno. &c. &
paulo post subditur: quoniam intentionis ipsius testatricis
est, quantum potest, ipsa bona remanere debere in d. filios, &
eis deficientibus in eorum legitimos descendentes, post mor
tem testatricis filij eius instituti; & prohibiti, vt supra, iam fa
cti maiores 33. anno. in suo testamento extraneos fecerunt
hæredes, & dubitatur, vtrum talis institutio valeat, an verò p
filias eorum rescindi posset, & tandem concludit ibi Ias. ꝙ ta
lis institutio debet omnino conseruari, attento quòd ꝑdicti
filij testatoris iam erant maiores 33. annorum, & sic per in-
stitutionẽ alienauerũt in tempore, quo non durabat prohibi
tio: cum illa solùm facta esset intra ætatem anno. 33. & dicit
Ias. ꝙ verba illa, quoniã intentionis ipsius testatricis &c. sunt
referenda ad casum, quando alienatio fieret intra ꝑdictã æta-
tem, quo caso testatrix voluit, ꝙ bona illa peruenirẽt in alios
filios, & eorũ descendentes, vt ibi p eum latius videri potest,
& per illud consilium deciditur in terminis casus noster, nã
prohibitio erat facta tantùm intra ætatẽ 30. anno. sed præfati
Gandulphus, & Constantius maiores 30. anno. eorum ma-
trẽ instituerũt hẽredem, ergo debet talis institutio omnino cõ
seruari, posito millies, ꝙ aliàs fuisset prohibita, sine tamẽ ue-
ritatis præiudicio, tanquam facta in tempore permisso, seu a
psonis amplius non prohibitis. Et si quis dicat, ꝙ in casu Ias.
testatrix expressè concesserat dispositionẽ illorum bonorũ
post ætatem 33. anno. quod non videtur factum in casu no-
stro. Respondetur, ꝙ immo ẽt in casu isto reperit talis disposi
tio, & alienatio bonorũ concessa post ætatẽ 30. ann. & illud
omnino importãt illa verba, nisi ipse vendens, uel alienãs fue
36 rit ano. 30. † nam dictio illa exceptiua, nisi, hoĩs est naturæ,
vt posita post orationem negatiuã ponat illud, quod erat ne-
gatũ, vt est doct. Bar. communiter ibi per omnes approbata
in l. actione. 1. colum. C. de transac. vt ibi plenè per Ias. & Mo
der. maximè Deci. qui ibi allegat alios doctores, tantum ergo
operantur

operantur illa verba, quantum si fuisset dictum, prohibeo in-
37 fra 30. anos alienare, sed post illam ætatem permitto, † nam
cũ in casu nostro in præcedenti oratione negatiua sit negata
potentia alienandi p dictionem, nisi, exceptiuam, ponitur po
tentia alienãdi; quia illud ponitur, quod in oratione præcedē
ti negatur, siue actus, siue potentia, vt declarat Barto. & sequũ
tur alij in d. l. actione. dum respondent ad l. Titia. §. fin. ff. de
38 manumis. testamẽ. Nec prædictis obstat, quod dicitur, dictũ
debere ampliari per rationem generalem, & quod p illud di-
xit Bar. in proposita materia in d. l. pater filium. §. fundũ. de
leg 3. quia respondetur primò, illud nõ procedere, quãdo di
spositio testatoris manifesta sonat in contrariũ, & non sumi
tur per argumentũ a contrario, sicut erat in d. §. fundũ. & ita
propriè est in caso nostro, pront etiam consideratur in consi.
Ias. palleg. in vtroque. n. caso adest clara dispositio, q post
certam ætatẽ alienatio valeat. Vel secundò respondetur, q
allegata in contrariũ procedunt respectu eius, ad quod ratio
refertur, hoc est dicere, quatenus ratio in mẽte testatoris re-
sedit, & sic in casu nostro respectu alienationis, quæ fieret an
te ætatem 30. ann. & ita etiam respondet Ias. in dicto consi.
73. prope fin. ver. non ob. quintum, & idem etiam in effectu
voluit in ver. præcedenti, dum respondet ad quartum funda-
mentum. Et hanc responsionem intelligo & declaro, pront
supradictum fuit. Laus Deo.

Soc. nepos, Paduæ legens in prima sede vespertinę lectio.

S V M M AE.

De tacito & reciproco fideicõmisso quomodo inducatur.
Et quando filij positi in conditione censeantur ex testamen
to vocati.

1 *Institutio & substitutio facta de proximioribus, fœminis exclusis, dicitur facta fauore agnationis conseruandæ.*
2 *Fideicommissum reciprocum quomodo inducatur, & infrà n. 4.*
5 *Successio legitima per testamentum tollitur.*
3 *Substitutio vt in hæreditate fiat, non sufficit indefinita locutio, sed expressio requiritur.*
6 *Verbum, sine filijs, verificatur etiam in fœminis.*
7 *Verbum, descendentes ita fœminas, sicut masculos comprehendit*
8 *Filij in conditione positi sub qualitate masculinitatis an dicantur uocati, & num. proxi. seq.*

CONSILIVM CLXIIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.



IAM annus est, si rectè memini, cõsului in
fauorẽ domini Ioannis Zanoni in causa cõ-
tra eũ mota p quosdam descendentes Iacobi
Peregrini, & Martini filiorum ser Petri de
Pompeatis, & conclusi ex testamento pdicti
ser Petri nõ esse inductũ aliquod fideicom-
missum in fauorem dictorum descendentiũ per mortem Bla
sij praedeptis dicti ser Petri testatoris sine liberis, per iura &
rationes, de quibus in dicto consilio. Nunc verò p magnifi
cum & excell. Prætorem Tridentinũ pleraque doctè, & sub
tiliter excitantur contra conclusionẽ in dicto consilio firma
tam. Quibus visis, & diligenter consideratis, & si primo aspe
ctu vrgere videantur, arbitror tamẽ, q nullo modo obstent
prædictæ conclusioni. Et plus dico, quòd si quis rectè velit
aduertere, uidebit, quòd per ea, quæ in consilio iam p me edi
to dicta fuerũt, omnes excitatæ dubitationes virtualiter sunt
sublatæ, pot etiam dicit excell. aduncatus dominus Manfre-
dus mihi vti frater honoran. & olim acutissimus discipulus
meus. Et quoniã tota difficultas est, an substitutio secũdo lo-
co facta in dicto testamento in ver. vel si omnes filij sui, seu
descendentes &c. sit facta in tota hæreditate, & personis a te-
statore honoratis. Conatur dominus Prętor vtruoque osten-
dere. Primum, o. dicit constare ex clausula sequenti, dũ di-
citur, declarando in hac suã voluntatẽ &c. ibi, in bonis suis,
nam cum sint verba indefinita æquipollent vniuersalib. ac si
dictum fuisset, in omnibus bonis suis, vt per eum. Secundum
1 verò probare nititur multipliciter, † & maximè quia testator
excludẽdo filias proprias tam in institutione, quàm in substi
tutionibus, & vocando proximiores de domo, videtur fecisse
fauore conseruandæ agnationis, propter quod videtur, q te-
stator senserit tantùm de masculis, & sic quòd dicatur mascu
los tantùm posuisse in cõditione ad exclusionem substituto
rum, & consequenter ista ratione videatur omnes masculos
descendentes honorasse, iuxta tradita per Deci. in cõsi. 170.
Dominus Raynal. Et demum pro sua opinione allegat Ma-
gnificus Prætor consi. Pauli de Cast. 79. secundùm antiquam
impressionem. Casus iste frequenter contingit. & consilium
And. Barba. 27. Scripsit doctissimus. in tertio dubio. 1. volu.

Sed tamen istis, & alijs quibuscunque non obstantibus nõ
2 puto recedendum à conclusione in consilio firmata, † videli-
cet, quòd inter descendẽtes filiorum testatoris nõ sit inductũ
reciprocum fideicommissum, sed solùm & dũtaxat post om-
nium decessum dicuntur vocati proximiores de domo, & in
terim donec aliqui supersint, quilibet eorũ sit liber ab onere
fideicommissi, & tantum inter eos dicitur conseruatum ius
legitimæ successionis, iuxta l. vel singulis. & l, qui duos, cum
his quæ ibi tradunt doctores. ff. de vulga & pupilla. & decla-
rat Alexan. in l. hæredes mei. §. cum ita. prima columna. ff. ad
trebellianum, & videntur alij sequi, & ibi ego aliquando ple-
3 nè dixi. † Quæ legitima successio per testamentariam dispo-
sitionem excluditur. l. quandiu. la tertia. ff. de acquirenda hæ
reditate, & l. antequam. C. cõmunia de succes. cum similibus.

Et hanc conclusionem non curabo aliter probare, cum in
consi. satis probetur. Sed solùm dico, q neutrum ex prædictis
dicitur factum, nam nec substitutio dicitur facta in tota hęre
ditate, nec pdicti descẽdẽtes possunt dici honorati, tametsi
nobis sufficiat vnum istorum deesse, vt in consilio ostensum
fuit. Non obstãt modò illa verba, in bonis suis, vt supra pon-
derata; quia primò dico quòd illa verba non sunt in substitu-
tione, sed in ea simpliciter dicitur, quòd substituit proximio-
res de domo, sed sunt posita postea in alia oratione, dum testa
tor prohibet, ne de bonis suis quicquam perueniat ad filios,
vel filias, seu descendentes Dominici filij per testatorem ex-
4 clusi. † Et si dicatur q virtualiter videantur, referendo etiam
ad substitutionẽ. Respondetur, quòd non sufficit, sed oportet
q in ipsa substitutione exprimantur. Alioquin cum certũ sit
substitutionẽ virtualiter fieri in bonis vel in hæreditate, fru-
stra dicerent doctores requiri, q substitutio sit facta in tota
hæreditate, vt ipsi tradunt in l. penul. C. de impu. & in dicta
l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad treb. si enim inspiceremus. q
virtualiter. dicitur factum, semper substitutio diceretur facta
in tota hęreditate, & sic semper inductum diceremus tacitum
fideicommissum, quod est falsissimum, vt per doctores in lo-
cis prædictis, maximè per Socinum nostrum in dicto. §. cum
5 ita, & dixi in consilio. † Secundò etiam dico, quòd non suffi
cit indefinita locutio, sed requiritur, quòd exprimatur in to-
ta hæreditate, secundùm communem opinio. vt per Iasonem
in dicta l. penultima, & in consilio dictum fuit. Sic igitur
in casu nostro deficit istud necessariò requisitum ad hoc, vt
dicatur inductum tacitum fideicommissum, & hoc solũ suf-
ficeret ad victoriam. Sed & secundò dico, quòd deficit etiã
aliud: non enim descendentes institutorum possunt dici per
testatorem vocati, siue honorati, sed solũ positi sunt in condi
tione tam primæ, quàm secũdæ substitutionis, vt patet ex di
6 ctis in cons. † Non obst. q testator excluserit filias, & vocaue-
rit proximiores de domo &c. quia ex hoc, si aliud non appa-
ret, verba illa, sine filijs, in prima substitutione, & alia, descen
dentes filiorum, in secunda non sunt restringenda ad mascu
los, sed dicendum est, q etiam filiæ, & descendentes fœminę
exclusissent substitutos, vt egregiè, & longo apparatu conclu
dit Cor. in consilio quadragesimoquarto, Statuto, seu consue
tudine, per totum, & in consilio sexagesimotertio. Antiquissi
ma, & nobilissima, in tertia dubitatione. sic etiam firmat Lu-
douicus Bolognious inter consilia Alexandri, numero quin-
quagesimotertio, Inuocato diuino suffragio. lib. quarto, ubi

plenè disputat, & Iason in consi. 142. Venerabilis quoodam,
secundo volumine, & Curtius iunior in consil. 161. Io cau-
sa vertente, tertia columna, vsque in finem consilij, & alij plu
res, qui per prędictos allegantur, quos referre nimis longum
esset. Et maxime hoc dicendum est in casu nostro respectu se-
cundæ substitutionis, † vbi est verbum descendentes, quod de
9 sui propria significatione ita cōprehendit fœminas sicut ma-
sculos, vt in auc. de hæredi ab intest. veo. §. 1. cum similib. &
tradit Alexan. in consil. 160. Viso themate. post principium,
lib. 2. Præterea posito quod ad masculos fieret restrictio (quod
tamen po. u falsum) illud fieret per interpretationem, non quod
expressè ita testator dixisset, quo casu forte non procederet il-
la doctrina Decij in dicto cōs. 170. posito quòd io se sit vera,
† videlicet, quod filij, positi in conditione sub qualitate mascu-
8 linitatis dicantur vocati prout concludebat Guid. Pap. in quæ
stione 184. quam Dec. ibi allegat. Quoniam videtur, quòd
talis opinio solùm procedat, quando verbo masculini sexus
exprimitur per testatorem, prout ipsi loquuntur: cū enim il-
la opinio veniat contra regulam communem, de qua in l. Lu-
cius la secunda. ff. de hæredibus instituen. debet meritò stri-
ctè intelligi tātùm in casu, in quo loquitur & sic vbi testator
expressis verbis prætulit sexum masculinum. † Præterea etiā
9 dico, quòd talis opinio nō procedit, vbi extat statutum, quòd
fœminæ propter masculos excludantur: nā tunc positi in cō
ditione extatu sub expressa qualitate masculinitatis non cen-
sentur vocati, sed procedit illa communis opinio gl. Bar. Bal.
& aliorum in l. Lucius. præallegata, prout egregiè declarat
pater us, & do. meus Soci. in consil. 16. In causa filiorum,
quinta columna, tertio volu. Et ita ego soleo tenere in l. cen-
turio. ff. de vulgari & pupillari, secundùm hanc declaratio-
nem pluries consului. Non obstat modò decisio, & doctri-
na Pauli de Cast. in dicto consilio septuagesimonono. Quia
illa non est ad propositum nostrum, ibi enim ipse concludit,
quod cum ... si sine filijs decesserit, restringitur ad mascu-
los, de quo nos non quærimus sed disputamus in casu nostro,
vtrum inter descendentes filiorum testatoris sit inductum ta
citum & reciprocum fideicommissum, & pro necessario re-
quisito ad illud, vtrum prædicti descendentes dicantur per
testatorem honorati, ex diuersis ergo non bene arguitur, per
iura vulgata. Nec in causa Pau. de Cast. constat illum tenere,
quod masculi ad quos restringitur conditio, dicantur vocati
ex testamento, de quo ipse non quærit. Et præterea opinio
sua potest reddi dubia; quoniam contra eum consuluerunt
præcipui Cur. senior, & iunior, Ludouicus Bologninus, &
Ias. in locis. de quibus supra, cum concor. per eos allegatis.
Demum non obst. decisio Barbatiæ in dicto consilio vige-
simo primo, in tertia dubitatione; quoniam illa procedit
per acti, ut ex eo quia testator dicitur nepotes illos, & descen
dentes filiorum vocasse, & quidem necessariò: nam cum di-
xerit, si ipsi filij, aut ipsorum filij non alienassent çasamen-
tum, & fortilitia &c. voluit, quòd possent alienare, & sic, quod
ad eos peruenirent in necessarium antecedens: si igitur dici-
tur testator eus substituisse in dictis rebus, nimirum si in eis
dicitur reciprocum inductum fideicommissum inter suos
descendentes, prout ita declarat ipse Barb. ibi in decimo co-
lum. in ver. cum ergo in dicto testamento dicatur &c. Et hæc
vltra ea quæ per excell. Aduocatum dicta fuerunt, quæ pauca
cursim propter instantiam consultantis scripsi sine multis
allegationib. pro defensione conclusi per me aliàs firmatæ.
Ex quibus & ex his quæ copiosè, & sapienter per dominū
Aduocatum dicta fuerunt, arbitror transmissas dubitationes
non obstare, & verissimam esse conclusionem in dicto consi-
lio firmatam. Offerens me paratum, si oportuerit, vbi tempus
aliquod concedat, seriatim omnibus, & singulis dubitationi-
bus sigillatim respondere. Quas per magnificum Prætorē
exhibitas fuisse existimo potius pro laudabili consuetudine,
quàm quòd sua magnificentia verè dubitet. Laus Deo.

Soci. nepos, Paduę legens.

S V M M A R.

De iuramento mulieris, & minoris in contractu, vt scilicet
tollat velleianum, & restitutionem in integrum,
Et quod validet donationem inter patrem, & filium.
Et de donatione conditionali, vt scilicet deficiente condi-
tione sit inefficax,
1 *Mater tenetur ad obseruantiam contractus iurati.*
Idem in filio vt infrà nu. 3.
2 *Mulier ob iuramentum beneficium velleiani perdit.*
3 *Et restitutionis in integrum, etiam si de eis non sit certiorata.*
4 *Donatio facta per patrem filio ob uinculum iuramenti ualet.*
5 *Conditio duplex si sit apposita in donatione, utraque purificari*
debet.
6 *Donatio sub conditione, ea deficiente, inefficax redditur.*
7 *Filius hæres patris ex eius contractu tenetur.*
8 *Mercatores soliti negociari, & lucrari interesse lucri cessantis*
petere possunt.
9 *Actiones personales ex contractibus oriuntur.*

CONSILIVM CLXV.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis
& iustitia.



ISO puncto ad me transmisso cū suis quin-
que quæstionibus, & simul etiam viris respon-
sionibus ad prędictas quęstiones excel. Alciati
mihi uel fratris hon. omnibusq; diligenter,
& maturè consideratis, requisitus, & ipse, vt
simpliciter de iure sup dictis quæstionibus
... im, tamē inhæreo prędictis responsionibus, &
illas iuridicas arbitror, secundum tamen quod modò dicam.
1 † Dimissa ergo prima quæstione tanquā nō necessaria, prout
etia facit d. Alci. in 2. q. Dico, & respondeo, matrē, & filiū, de
quibus in puncto teneri ad obseruantiā contractus propter iura
mētū ab eis pstit. ... de obseruādo, p d. c. cū contingat de iu. iu.
& perius rationē. Et addo quò ad matrē. c. licet, de iureiuran.
lib. 6. & quæ ibi ... tradunt doc. lic & Alex. in consi. 142. Super
2 præmisso. col. 4. & col. fi. lib. 1. † vbi vult fortius. s quod propter
iuramentū mulier pdat beneficiū uelleiani & etiā restitutio-
nis in integrum quod ipsa nō fuit et de talibus beneficijs cer-
tiorata; quoniam ad iuramentū non creditur venire, nisi prę
cedēte matura deliberatione, vt per eum ibi io 4 col. fortius
ergo in casu nostro debet ab omni beneficio excludi, cū fue-
3 rit certiorata, vt i puncto narratur. † Quò vero ad filiū mi-
norem addu tex. vulgatum in auc. sacramenta puberū, & in
corpore vnde sumit. C. si aduer. vnde. vbi plene tradūt doc.
4 & ergo aliquando ibi dixi. † Et cum do Alcia. in hac 2. q. cō-
cludat, quod patria potestas donationi prædicto filio p patrem
factæ non dicitur fuisse impedimento propter vinculū iura
menti, addo Alex. in consil. 7. Viso instrumento. 3. col. lib 6.
Ial. in consil. 118. Contra donationem. in prin. 4. vol. & De-
ci. io consil. 239. Primò non videtur, in princ. & Guid. Pap.
in consi. 23. Visu facto. 4. colu. cum multis concor. qui alle
gari possent. Sed vltra d. Alciatum animaduerto, posse dici,
quod immo illa donatio licet valuerit ab initio vti conditiona-
lis, iuxta § ex conditionali. insti. de ver. obl. dicatur tamē red-
dita inutilis defectu cōditionis, sub qua facta fuit; fuit enim
facta, vt tunc demum valeret, & suum sortiretur effectum, si
pater donator suæ vxori, & matri donatarij filij superuixerit,
& ad secundas nuptias transierit, vt in puncto supponitur,
& sic fuit facta prædicta donatio sub duplici conditione, vt
5 dictum est † Vnde pro ipsa donatione purificanda vtraque
cōditio debebat adimpleri, videlicet, vt donator vxori super
uiueret, & quod postea transiret ad secundas nuptias, iuxta l. si
hęredi plures. ff. de condi. insti. & §. pen. insti. de hære. instit.
6 cum si. † Sed istud nō euenit, quinimmo vtraque conditio
defecit, vt mihi narratur, ergo donatio reddita est inefficax.
l. cedere diem. ff. de verb. sign. l. hæc venditio. in princ. ff.
7 de contrahen. emptio. & l. qui hæredi. §. Plautius. vbi Barto.
&

& patruus ac dominus meus Soci. tradunt. ff. de cond. & demon & videtur tex. in l. 1. §. finautem. C. de cad. tol & in c. 1. de plus peti. & egregiè tradunt dominus meus Soc. in cōs. 99. Serenissime Rex, col. 8. versi. tertiò confirmatur, nam dictum monitorium. 3. volu. & Deci. in consi. 2. Et pro tenui facultate, 3. colum. ver. cum ergo dicta promissio. cum infinitis concord. qui allegari possent. Sed ego super hoc de industria vlterius non instabo, quoniam, vt iam dixi, nō est necessarium, ex quo sine aliqua dubitatione mater, & filius prędi-
7 cti omnino ex proprio contractu tenentur, vt dixi. † Et plus etiam ipse filius ex contractu patris tenetur, vt hæres eius. l. pro hæreditarijs. C. de hære. act. & l. 1. C. si cer. pet. cum si. Tertia quæstio mihi videtur omnino indubitabilis; quoniā ridiculum esset dicere, donationem vnius rei importare donationem etiam alterius rei penitus separatæ. Et cum hoc ad sensum pateat, non instabo in eo probando. Sed cōcludo in hac quæstione, quod donatio illius pensi cascorum nullo modo importare potest donationem alterius pensi picis lignorum corallorum, aut alterius, conuentio. n. super vna re facta ad a-
8 liam rem non porrigitur. Circa quartam quęstionem, † ego etiam dico, & cōcludo, quod mercatores, & sic soliti negociari, & lucrari, possunt de iure petere interesse etiā lucri cessantis per tex. & quæ ibi dicunt doc. in l. 3. §. fi. cū l. seq. ff. de eo quod cer. loco. & ibi memini aliquando dixisse, cum concor. quos ita firmando allegat Alexan. in consi. 191. Visa scriptura. 2. col. lib. 2. Ad quintam & vltimam quæstionem, quibus scilicet actionibus vti possit iste creditor, respōsio sumitur ex impor-
9 tantia contractuum. † Ex eis. n. oriuntur actiones personales, quibus tenetur mater ex proprio cōtractu, & filius d. Bernardini fideiussoris, tum ex contractu patris, vt hæres eius, tū ēt ex proprio contractu. Sed vltra etiam oritur actio hypothecaria aduersus quoscunque possessores bonorum tam patris, quàm filij, cum in prædictis contractibus sit expresse facta obligatio omnium bonorum per ipsum Bernardum, & postea per Ioannem filium eius.

Socinus nepos, Paduę. 1540.

S V M M AE.

1 *Substitutio simplex reciproca cum clausula codicillari futuri temporis an fideicommissum importet.*

CONSILIVM CLXVI.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitia.

DESIDERASSEM Magnifice vir, & vti frater honorande, plus ocij in perscrutanda difficultate per te mihi proposita, vel saltē in breuissimo spacio mihi ad id concesso, aliud succurrisse pro responsione, quam euenerit, vt. s. possem à te requisitum consilium
1 securè, & pro iustitia, iuxta morem meum componere. † Quæris. n. à me, vtrum simplex reciproca substitutio facta inter filios institutos, puta, & eos inuicē substituo, adiecta in testamēto clausula codicillari per verba futuri tēporis, puta, si nō valet, vel non valebit &c. importet fideicommissariam substitutionē inter ipsos filios, ita vt censeantur inuicem grauati si quis eorum sine liberis decesserit, iux. l. cum auus. ff. de cōdi. & dem. l. cū acutissimi, C. de fideicom. cū si. & in hac quæstione desiderabas per me consiliū fieri pro parte negatiua. Ego, quatenus pro tēporis angustia licuit, aliquas cartas reuolui, & articulū valde dubiū inueni, & hinc & inde auctoritates doctorum reperiuntur. Etenim pro parte negatiua, vt. s. fideicōmissaria prędicta non cōtineatur, non obstante clausula codicillari, reperio subtilem Phil. Deci. in l. precibus, col. 12. C. de impub & ali. substi. & mouetur satis probabilibus rationibus, vt per eum, qui idem videtur voluisse in consi. 291. Visis & diligenter consideratis, 2. colu. in ver. nec ob licet nō in reciproca, sed in vulgari videatur loqui, sed videtur eadem ratio, vt patet ex dictis per eum in vtroque loco, & allegat Bald. in consi. 319. Quidam Nicolaus. 5. volu. & reperitur illud consi. etiam n. 170. eo. volu. & voluit allegare Deci. in vlti. col. in versi. & simili ratione videtur &c. tametsi Bal. ibi iudicio meo non videatur loqui ad propositum Decij.

Sed in contrarium pro affirmatiua, & sic quod immo vigore clausulæ codicillaris comprehendatur fideicōmissaria, reperio Fulg. Paul de Cast. & Cor. in l. si frater. C. de fideicom & ita cōsulendo firmauit patruus & dominus meus Soc. in cōsi. 6. In pręsenti consultatione. 2. col. ver. & in primis pro fundamento. 3. volu. Idem tenet Cur. iunior in consi. 139 Præsupponitur in facto. col. fi. versi. non ob. etiam si quispiam. & ita etiam multum audacter reprehendendo Dec. in locis prędictis cōcludit insignis Mod. Lancell. Galiau. in l. cētario. colū. 55. in ver. sed aduerta quia. ff. de vul. & pup idē facit Cur. iunior in d. l. pręcibus. col. 19. ver. istam tamē limitationem, vbi asserit, quod opi. Decij videtur contra tex. in l. Sceuola. ff. ad Treb. & sic patet, quod ista opi. est magis cōmuniter recepta, nā vltra doct. quos allegat dominus meus Soc in d. consi. 6. adsunt alij quos modo citaui, & mouentur doc. prædicti optimis rationibus, ad quos gratia breuitatis me remitto. Sed vlterius in hac difficultate reperio, quod egregius Mod. Io. Fran. de Ripa in l. Lucius. colum. 13. ff. de vulga. & pupil. clipeo distinctionis concordat istas opi. inquit. n. quod aut clausula codicillaris est simpliciter apposita per verba pręsentis temporis, & tunc procedat opi. Decij, attēto quod nec in reciproca, nec in ipsa clausula codicillari reperiuntur verba habentia tractum futuri temporis, aut talis clausula apponitur etiā per uerba futuri temporis puta si non valebit &c. & sic per uerba habētia tractum successiuum, & tunc uera est opi. aliorum, ut scilicet operetur fideicommissariam substitutionē; cū uerba illa trahi possint ad omne tempus, vt per eum, & hanc distinc. ponit, in effectu etiam Io Anto. Rubeus. licet de Ripa mētionē non faciat in l. Gallus §. quidam rectè. 8. col. in fi. cum seq. ff. de lib. & posth. vnde cum in casu, de quo agitur, sint etiā uerba futuri temporis, videtur concludendum, quod fideicōmissaria substitutio comprehendatur etiā secundùm distin. prędictorum Moder. ob quā causam, cum in dubio à cōmuni opi. non sit recedēdum subsistere decreui, & pro nunc à consulēdo secundùm desiderium tuum abstinēdum censui, remittēs hoc in sententiam cuiuscunque melius sentientis, & etiā in meam, si quando longiori, maturiorique studio præhabito partem negatiuam à te desideratam ueriorem fore cognouero, interim tamen mihi dabis ueniam, ego. n. huius intentionis sum, ut consulere non audeā, si in aliquo conscientia remordet. Vale. Soc. nepos Paduæ. 1540.

C A S V S.

Dominus Bernardinus de Panigaleis nobilis Foroiulien. inter cętera in suo testamēto dimisit, & legauit do. Francisco fratri suo totam partem suam habitam in Panigaleis in uilla Chricol, & in uilla Chions, prout tenebat, & possidebat eorū pater, & prout habuit ab illust. dominio Venetorum, & pertinebat Castaldiæ cum onere, & honore &c.

Vnicam filiam suam nomine Thomasiā uniuersalē hęredē instituit.

Et si ipsa sine liberis masculis decedat, uoluit, quod hæreditas sua perueniat in filios masculos infrascripti fratris sui, & in eorū descēdētes masculos de hęredib. in hæredes masculos, ut latius in testamento continetur, cuius copia transmittitur.

Præsupponitur in facto, quod pater d. testatoris cū iam haberet Pan galeum, & uillā Chricol in feudū ab illust. dominio Venatorū obtinuit illum de Chions in liuellum perpetuum pro certa annua pēsione propter contiguitatem, quę est inter d. loca, ut sic una castaldia in omnibus esset. prout ex post semper fuit obseruatum usque ad mortem testatoris.

Viuo adhuc testatore, & post factum testamentum prædictum decessit Frāciscus frater eius superstite nobili D. Io. Baptista eius filio, & hærede uniuersali.

Es post testator prædictus cum superuixerit, probatur, quod

sępius dixisset, quod ipse relinquebat ipsi Io. Bap. ea omnia, quæ iam fratri suo reliqueras, & ita post 4. annos in circa decessit testamento aliter non mutato.

Quęritur modò, nūquid illa pars de Panigaleis de Chricol, & de Chions pertineat ad prædictū Io. Baptistam, an verò ad dominam Thomasiam filiam & hæredem testatoris vniuersalē. Et pro vero difficultas solùm vertitur super parte illa respectu villæ de Chions; quia respectu Panigalei, & villæ de Chricol cum sint feuda non potest pertinere ad dominam Thomasiam, cum sit fœmina, sed pertinent ad Io. Bapt. vt masculum descendentem ex inuestiiis.

Quęritur ergo quid iuris respectu villæ de Chions.

S V M M AE.

De quodam legato facto fratri testatoris, vtrum debeatur filio eius, si frater viuo testatore decedat, su & quando conditionale legatum transmittatur.

1 *Legatum an expiret legatario ante testatorem decedente, & infrà num 3.8,13.*

2 *Legatum conditionale ea pendente non transmittitur.*

Limita, vt infrà nu. 15.

3 *Declaratio ad gl. in l, is cui. ff de act & oblig.*

4 *Fratris appellatione an veniat filius ex fratre.*

5 *Voluntas interpretatione testamentorum est diligenter perquirenda.*

6 *Verborum omnis rigor postergatur, vbi in test mentis de volūtate constat maximè in legatis, & fideicommissis, & infra n. 17.*

7 *Legata, & fideic. nutu, & tacita voluntate relinqui possunt.*

9 *Bona patris ex communi voto parentum ad filios peruenire debent.*

10 *Fœminæ iurisdictionis incapaces sunt.*

11 *Legatum in fauorem sanguinis plenè interpretari debet.*

12 *In obscuro ambulamus quærentes voluntatem testatoris, cuius animum non videmus.*

14 *Seniores secundùm ordinem naturalis mortalitatis prius mori debent.*

16 *Testator potest facere, quòd fideicommissum sui natura non trāsmissibile transmittatur, & econuersa.*

18 *Probatio quæ dicatur idonea.*

19 *Probationes arbitraria sunt.*

20 *Coniectura voluntatis testatoris sumitur etiam extra testamentum ante, vel post.*

21 *Ratio vna quando solùm allegari potest, perinde est, ac si esset expressa, & ex ea argui potest.*

22 *Argumentum de toto ad partem valet, quando eadem est ratio.*

23 *Connexorum idem est iudicium.*

24 *Iudicari idē debet de augmento, seu additamento, quod de eo, cui additur.*

Res eadem non debet diuerso iure censeri.

25 *Determinatio vna plura respiciens ea dicitur æqualiter determinare.*

26 *Verba ratione adiuncti suam aliquando perdunt naturam, & capiuntur secundùm adiuncti naturam.*

CONSILIVM CLXXVII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitiæ.



1 PRAESENS consultatio videtur in iure clarè resoluta, † nam cum d. Francis. legatarius viuo testatore decesserit, legatum illi factum videtur expirasse, & in causam caduci transisse, vt est tex. clarus in l. vnica, §. & cum triplici. ver. vel viuo testatore, & in §. pro secun-

2 do. C. de cad. tol. † Nec potest dici, quòd transmiserit tale legatum, seu spem eius ad suos hæredes etiam do. Io. Bap. eius filiū; quia cū ipsi do. Francisco deberetur in effectu sub cōditione, si testator non mutato testamento decessisset, dicitur do. Franciscus pendente conditione decessisse, meritò ergo non transmisit. per tex. in d. l. vni. §. si autem aliquid sub cō-

3 ditione. † Nec ob. quod eius hæres sit de liberis, in quibus, scdm gl. in l. is cui. ff. de ac. & obl. toleratur transmissio legati moriente legatario pendente conditione, cuius opi. in puncto iuris videtur defendere patruus, & do. meus Soci. in l. hæredes mei. §. cum ita. 4. col ff. ad treb. quoniam respondetur, quod glo. illa loquitur in liberis testatoris, qui legatum ab ascendente meruerunt, vt. s. ad eorum liberos transmittant prout loquitur tex. in d. l vnica. § in nouissimo, in quo gl. illa se fundat, & etiam l. vni C. de his qui ante aper. tabu. in qua se fundat, dominus meus Soc. qui etiam ita loquitur, quod non est in casu nostro, quia d. Franciscus non filius, sed frater testatoris erat.

Et præterea illa gl. cōmuniter reprobatur per Bar. & alios ibi, & in d. l. vnica. C. de his qui ante aper. tab. & tradit Bar. in l. 1. col. pen. quē alij sequuntur, vbi aliquando dixi. ff. de le,

4 1. † Nec videtur posse dici, quod sub nomine fratris testator voluerit eius filios, & sic nepotes ex fratre cōprehendere, sicut aliàs appellatione filiorum continentur nepotes, vt l. filij, & l. Iulia interpretatione, ff. de ver. sig. quoniā istud in nomine fratris nullibi reperitur. Et præterea testator non vocauit fratrē simpliciter, sed proprio nomine expresso; quia dixit Frācisco fratri suo &c. propter quod non videtur dubitandū; nam sub nomine Francisci non potest filius eius cōtineri, videtur itaque concludendum prędictum legatum, quod in causam caduci venit expirasse, & ita apud do. Thomasiam hæredē veluti illo legato grauatam remansisset, vt d. §. pro secūdo, & d. §. si autē aliquid sub cōditione. in quibus videtur casus apertus pro decisione, & resolutione præsentis consultationis.

Veruntamen prædictis non ob. secundùm ea quæ in facto proponuntur, respondendo, vt solebat Scæuola respōdere, arbitror, bona vt supra legata, etiam illam villam de Chions pertinere debere ad prædictum do. Io. Bapt. filium prędicti do. Francisci, & ita fuisse de voluntate do. Bernardini testatoris, & hoc altera de tribus vijs, de quibus infra, vel saltē omnibus simul iunctis Prima via est, vt, s. prędictus do. Io. Bapt. dicatur vocari ad prędictum legatum ex voluntate testatoris, qui videtur omnino uoluisse, ut ad illud admittatur do. Fran. cui expresse reliquit, & post eum filius eius do. Ioan. Baptista ordine successiuo, & ita ipse uerba sui testamenti, seu prædicti legati intellexit, ut infra ostendā, quo præsupposito, debemus

5 dicere, quòd uoluntas prædicta debeat omnino seruari; † & in interpretatione testamenti. & dispositorū in eo testatoris mens uoluntas ante omnia summa diligentia perquirēda est; quia illa primum locum obtinet. l. in conditionibus primū locum ff. de cond. & dem. regit omnia, & dominatur, ut ibidem, & l cum quæstio. in fi C. de lega. & denique totum facit quod in testamentis consideratur. l. ex facto, la grande, circa med. ff. de hær. inst. & l. si mihi, & tibi. §. fin, in fi. ff. de leg. 1. & cū reperta fuerit attendi, & obseruari debet, qualiacunq; uerba reperiantur scripta. & quicunq; sit eorū rigidus sensus, cum illa intentioni proferentis omnino seruire debeāt, l. scire oportet, §. aliud. ff de excu. tu. & c. secundò requiris. de app. facit c. intelligentia. & c. propterea de uer. sig. cū si. unde ad propositum dicebat signanter Ange. in consi. 322. bene, &

6 egregiè. in prin. † quod in ultimis uoluntatibus, ubi de mente constat pro illa obseruanda omnis uerborum rigor, & forma postergatur, alleg. optimū tex. in l. 3. C. de libe. præ. & de hoc est tex. in l. non aliter. in prin. ff de leg. 1. Et hoc præsertim in legatis & fideicōmissis locū habet, ut l. cū uirum. C. de fidei. l. pe. ff. de leg. 1. l. fideicom. §. item cū quis, de leg. 3. & l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. ita ut liceat etiam per coniecturas, & indicia uoluntatem testatoris assumere. l. cum propo-

7 nebatur. & ibi no. de leg. 2. † Immo & nutu, & tacita uolūtate legata, & fideicōmissa relinqui possūt. l. nutu, in prin. de leg. 3. & l. 4. ff. de adi. leg. cum si. non. n. uerborū obseruatio in eis fieri debet. l. in legatis C. de leg. cum si. Illud autem, s. quod testator uoluerit do. Io. Baptistā admitti post do. Franc. eius

8 patrem, uel eo non existente, probatur ex pluribus. † Primo, quia in eum maximam ostendit dilectionem, cū eū filiæ suæ substituerit, qua dilectione stante potest dici, quòd legatum prædictum non fuerit effectum caducum per mortem dom.

Io.

Io.Francisci viuo testatore, sed ꝙ pertineat ad eius filium d.
Io.Bap.solet.n.dici, ꝙ efficiuntur caduca legata præmorien-
te legatario : quia deficit persona, cui testator relinquere vo-
luit, & propter cuius affectionem motus fuit ad relinquẽdũ,
quæ affectio non creditur esse in hæredes etiam filios legata
rij: cum igitur testator maximè dilaxerit d.domi. Ioan. Ba-
ptist.credi debet, quòd quando legauit Francisco fratri suo
intellexerit etiã d.do.Io. Bap.eius filio post eius mortẽ relin
quere. Secundò : quia eiusmodi legatum fuit factum dom.
Francis.non simpliciter eius contemplatione, sed contẽpla-
tione agnationis, vt sic iurisdictio illa in tribus locis in lega-
to contentis in agnatione conseruetur: cum esset ad decus, &
honorem ipsius agnationis, & ob eam causam amouit à cæ-
teris bonis hæreditarijs, & abstulit propriæ filiæ, in quam na
turaliter habebat maiorem affectionem, iuxta l.isti quidem.
9 cum ibi traditis per doct. ff.quod met.cau.† & in quam natu
rali, & communi voto parentum debebant omnia bona pa-
tris peruenire l.scripto. in fin.ff.vnde libe.si igitur contem-
platione agnationis, & honoris eius conseruandæ tale lega-
tum factum fuit, conuenientissimè dici potest, mentem te-
statoris fuisse, vt post dom.Francis.fratrem eius, vel eo non
existente pertineat ad domin.Ioann. Baptist.prædictum, per
quem solùm hodie conseruatur agnatio de Panigaleis. Ter
tiò hoc videtur colligi ex qualitate legati: nam cum omnia
in legato comprehensa pertinerent ad castaldiam & tali con
sideratione habita fuit factum legatum, vt in testamento ex-
primitur, dicitur in tali legato considerata iurisdictio, prout
verè eam habebat testator in d.locis, propter quod maxima
sumitur coniectura, ꝙ voluerit talia loca legata, siue iurisdi-
ctionem in d.locis pertinere, nedum ad fratrem, sed etiã ad
10 filium eius, & non ad filiam suam:† cum regulariter fœmi-
næ dicantur incapaces iurisdictionis, vt l.cum prætor.§.pe.
& ibi docto.tradunt.ff.de iud. & l.fœminæ.ff de reg. iur. vbi
tradit Dec. Ex ea istis formatur quarta ratio: quia l.si testator
de hoc interrogatus fuisset, verosimiliter, & quasi ex necessi
tate respõdisset, ꝙ volebat ẽt ad d.Io.Bap.pertinere, quo posi
to etiã nos sic debemus suam dispositionem interpretari, iux
ta not.in l.tale pactum.§.fi.ff.de pac.ad quod plurima conge
ri possent, sed gratia breuitatis omitto. Accedat prædictis;
quia in eiusmodi legato debet fieri plenior interpretatio: q̃a
agitur de fratre testatoris, & eius filio ratione coniunctionis
11 sanguinis, qua illi testatori coniunguntur:† ea enim ratione
debet legatum plenius interpretari in fauorem talis conuen
tionis, iuxta l.Aurelius.§. Titius testamento.ff. de libe.leg.
ibi, præsumptio.n.propter naturalem affectum &c.cum si.de
quibus per Dec. in consi. 189.non est parui.2.col. ver. octa-
uò coadiuuatur. latè ergo interpretando eiusmodi legatum,
dicemus quòd testator voluerit illud pertinere etiã ad d.do,
Io.Bap.filiũ fratris sibi valde dilectũ, vt ex prædictis cõstat.
Demum quod ita testator voluerit, non eundo per arg. ipse-
met nobis apertissimè demonstrauit: nam cum per aliquot
annos superuiueret post mortẽ do.Fran.fratris eius, pluries,
& in diuersis locis, & cũ diuersis personis loquendo asseruit,
& semper dixit, quòd prædicta loca in eius testamento, quod
fecerat, & cum quo postea decessit, relinquebat prædicto D.
Io.Bap.prædefuncti fratris filio, vt satis superque ex pluriũ
testium depositione cõstat. Cum igitur ipsemet testator mẽ-
tem, & voluntatem suam in hoc manifestauerit, non est opus
12 eas p coniecturas quærere,† nec isto casu habet locũ, ꝙ solet
dici, nos in obscuro ambulare quærentes voluntatem testato
ris, cuius animum non videmus, & qui illã declarare nõ po-
test, iuxta dicta Bald. in l.precibus.7.col.C. de impub. & ali.
substi.nam in casu nostro testator apertissimè declarauit le-
gatum debere pertinere ad d.do.Io.Bapti.& ita de iure vide
tur concludendum, & obseruandum, etiam quòd verba non
ita in eorum rigore importarent per ea, quæ supra dicta sunt.

Ex quibus si diligenter cõsiderentur, apparebunt sublata
allegata in contrariũ, ad quæ pro maiori declaratione sic par
ticulariter respõdetur, nã dum dicebatur, quòd legatum ve
nerat in causam caduci per mortem do.Francisci viuo testa-
tore, istud negatur, qa superest do.Io.Bap.filius eius, in quẽ
etiam debebat legatum peruenire ex voluntate testatoris, nã
etiam ipse legatarius erat post mortem patris, vt supra osten
13 sum fuit. † Et ita tenendo non ob.communis illa opin. ꝙ le-
gata conditionalia etiam in filios non transmittantur, vt in
contrarium allegabatur: quia secundũ hoc nõ venit per viã
transmissionis, sed quasi ipse etiam vocatus fuerit, secundũ
quòd supra etiam dictum fuit, aliter etiam infra respondebo
tenendo, quod etiam venire possit per viam transmissionis.
Non ob. ꝙ iuxta verborum sonum do.Io.Bapt.non reperitur
vocatus, sed tantùm do.Fran.frater testatoris, cuius appella-
tione non dicitur venisse eius filius : quoniam respondetur,
quòd immo ex voluntate testantis ita dicendum est, reiecto
verborum sono, & importantia; cum voluntas satis sit clara,
& illa tantùm sufficiat sine verbis, vt etiam supra dictũ fuit.
14 † Et animaduertendum est, quòd testator in suo testamen-
to disposuit, secundùm ordinem naturalis mortalitatis, quo
seniores prius mori solent, vt experientia docet, & probatur
in l.natu & si parentib. & ibi glo. & doc.tradunt.ff.de inoffi.
test.Ipse.n.cum esset senior do.Francis.frater eius credidit se
prius decessurũ, & propterea legando tantùm de eo mentio-
nem fecit; quia cogitauit eũ sibi superfuturum : voluisse tñ
credi ur, quòd eo non existente legatum transiret ad do. Ba-
pti.rationibus, de qbus supra. credidit.n.bonus ille testator
satis esse relinquere fratri, quem superfuturũ sibi cogitauit,
vt sic etiam eius filio dicatur, eo deficiente, reliquisse, & eodẽ
ordine mortalitatis considerato filiæ suæ substituit d.do.Ioã.
Bap.& non eius fratrem do.Fran.credidit.n. quòd prius es-
set moriturus, quàm filia sua, veluti senior: non tamen credi
debet, ꝙ voluisset ei præferre filium suum, si tempore mor-
tis filiæ ipsum do.Franc.superfuturum cogitasset: nam cum
esset illi proximior, quàm d.Io Bap.præsumendum est, quod
eum multo magis habere uoluisset, arg.l.si viua matre.C.de
bo. ma. licet de hoc agendum non sit: cum casus iste non
euenerit.respondendo argu ad arg. fateor, ꝙ sub nomine fra
tris filius eius non continetur, & minus continetur Io. Bap.
sub nomine Fran.vt in arg dicebatur, sed dico, quicquid ver
ba in sui sono velint, inspiciẽdam esse voluntatem testantis,
quæ ni fallor, negari non põt, quin fuerit, vt deficiẽte fratre
eius legatũ pertineat ad d. ioan. Bap.eiusdem fratris filium,
per ea quæ supra deducta fuerunt. Hęc quò ad primam viã.

Secunda via, vt dicatur do.Io. Bap.posse admitti per viam
transmissionis in eum factę per do.Fran.patrem eius: ipsi.n.
d.Fran.debebatur in effectu legatum sub conditione, si testa-
tor cum eodem testamento, & non mutata voluntate decesse
rit, ipse autem decessit viuo testatore, & sic pendente cõditio-
ne, & conditio postea fuit impleta; quia cum eodem testamẽ-
15 to, & non mutata eius dispositione decessit testator:† dico.n.
quòd licet regulariter loquendo conditionale legatum non
transmittatur. tamen ab ista regula recedimus, quando ex cõ-
iectura ita mente testatoris contrarium apparet; quoniam con
stito de voluntate eius, talis, qualis sit, seruãda est, nisi legi re-
pugnet, vt l.1.C.de sac.san.eccl. & in auc.de nup.§.disponat,
& supra plenè dictum fuit, & ita in terminis dixit Bal.in l.1.
C.de his q̃ ante aper.tab.& tradit patruus, & do.meus Soci.
16 in l.hæredes mei.§.cum ita.colum 5.ff.ad treb. † & in pro-
posito dicimus, quòd testator potest facere, quòd fideicõmis-
sum sui natura nõ transmissibile, transmittatur, sicuti etiam
econuerso posset sui natura transmissibile facere, quòd non
transmittatur; vt inquit Bal.in l. si pater.col.pe.C.de insti.&
substi.&c. ver.quartò quæritur, & pro utroque dicto allega.
bona iura, ut per eum, & ita solent communiter dicere doct.
nostri, ut per Ias.in consil.52.Ioann.Barto. colum.pen.uersi.
vim facit.in 3.vol.& in consi.154.testator habens.3.colum.
ver.sed pręmissis.4.vol.& per Deci. in consil.397. viso pun
cto.2.col.in fin.& in cons.515.in casu occurrenti.post prin.
17 cum multis concor. qui alle.possent. † Cum autem postea
quæritur quo modo de tali uoluntate, seu per quas conie-
cturas constare debeat. Respõdetur, quòd istud totũ arbitrio
boni uiri .i. iudicis circunspectioni relinquit, q iudex uariè
ex personis, causisq; constituet, ut altiùs in simili dicit Iurecõ.
in l.in fundo.ff.de rei uẽ.& imperator in c.j.§.j.in ti.hic fi.l.

deinde

deinde consue. re. incip. & ita in proposito nostro declarat
Cur. iun. in consi 96 habita diligenti, post prin. sic igitur il-
la coniectura dicitur esse sufficiens, quæ animum iudicis in-
18 ducit ad ita credendũ; † sicut etiam de probatione generali-
ter dici solet, illam esse idoneam, quæ inducit iudicem ad cre
dulitatem, arg. l. quinquaginta. ff. de prob. voluit Bart. in l. ad-
monendi. ff. de iu. iur. prout refert, & sequitur do. meus Soc.
in consil. 11. in causa do. Catherinę. a. colū. 3. vo. & in consi.
99. iustissime iudex. 3. col. 4. vol. ita etiā dixit Corn. in consi.
19 61. visa copia. 6 col. 3. vol. † Hinc dicimus, probationes esse
multū arbitrarias, iux. l. testiū. §. 1. ver. tu magis scire potes.
& §. eiusdem. ff. de testi. vt per Cor. in consi. 304. rem arduā.
6. col. 3. vol. sed neminem recti sensus arbitror fore, qui non
indocatur ad credendum, testatorem voluisse legatum, de
quo agitur, pertinere etiam ad Io. Bap prædictum, patre eius
deficiente ex rationib. & fundamentis deductis supra in pri-
ma via: meritò ergo iudex ipse sapientissimo, & legali suo
iudicio debet arbitrari ex voluntate testatoris eiusmodi lega
tū fuisse trāsmissibile, etiam ꝙ legatarius decesserit uiuo te-
statore. Et si quis dicat, quòd prędicta procederēt, quando
mens & voluntas testatoris sumereť ex his, quæ in testamēto
scripta sunt, vt voluit do. meus Soc. in d. §. cum ita. post Bal.
p eum alleg. quod in casu nostro non videtur fieri: cū volun
tas testatoris magis sumatur ex his, quæ ille dixit post testa-
mentum, & post mortem fratris eius, vt supra dicebatur in
20 vltimo fundamento circa primā viam. † Respōderi potest
primò, quòd immo etiam extra testamentum sumitur talis
coniectura, vt signanter cōtra Soc. firmat Caro. Rui. i d. §. cū
ita. mihi in a. car. & quia illa lec. communiter non habetur,
subijciā verba formalia, postquā. n. retulit Soc. ut supra dicē
tem post Bald. in l. 1. C. de his qui ante aper. tab. subdit, audi
quia in primis dico, ꝙ Bal. hoc nō dicit in d. l. 1. & si dice-
ret, esset falsum; quia non solùm sumitur coniectura volūta-
tis ex testamento, sed etiam extra testamentum, veluti ex d.
ente testamentum, secundùm Barto. in l. 2. circa pe. col. ff. de
vul. & pup. vel etiam post testamentum, secundùm Bald. in l.
precibus. C. de impu. & ali. sub. & Imo. i c. Raynucius, in ma
teria popi. extra de testa. hæc ille. Si igitur etiā ex dictis post
testamentum coniectura potest sumi, debet meritò clara vo-
luntas ipsius testatoris attendi, licet post testamentum decla-
rata. Vel secundò, si quis de hoc dicto Rui. dubitaret, respō
deri potest, ꝙ immo ex testamento & dispositis in eo colligi-
tur talis voluntas; nam cum legatum, de quo agitur, in effe
ctu noluerit esse apud filiam, quam in cęteris vniuersalē hæ-
redē fecit, sed voluerit esse apud fratrem, dicitur illud fecis-
se gratia conseruandę agnationis ĩ illa iurisdictione, & hono
re illius, & vt apud suam agnationem castaldia rerum legata-
rum remaneret, prout supra dictum fuit in secundo, & tertio
21 fundamento primæ viæ. † & cū ista ratio cōseruandę iurisdi
ctionis illius in agnatione pro honore eius sit illa, quæ mo-
uit testatorem ad ita agendum, nec alia probabilis possit alle-
gari, cur in tali legato fratrem prętulerit filiæ suæ, debet ha-
beri perinde, ac si expressa esset, & ab ea tanquam expressa ar-
gui potest, iuxta no. per gl. valde sing & communiter appro-
batā in l. quamuis. C. de fideic. & hoc modo arguit in simili
Rom. i cons. 100 in præsenti causa. 1. col. ver. primò conside
rando. alle. l. milites agrum. ff. de re mil. & gl. in d. l. quamuis.
vt per eum. & ita etiam in proposito nostro arguit Curt. sen.
in consil. 75. do. Ludo 4. col. & magis ad propositum ita ar-
guit Dec. in consi. 574. in causa, in qua agitur. 2. column. vbi
alios plures alleg. & ibi etiā dixit, quòd quādo cognoscitur
hoc modo, quòd testator disposuerit fauore agnationis, dici-
tur sumi coniectura ex testamento, aut in eo dispositis, vt te
stator voluerit fideicommissum conditionale transmitti ad
filios fideicommissarij, & in veritate p illud consi. vbi rectè
consideretur, videtur decidi casus noster quasi in terminis,
nā ibi testator vocauit quēdam Augustinū fratrem eius sub
certa cōditione, Augustinus decesserat viuo testatore, & pen
dente conditione, & determinat ibi Deci. filios do. Augusti-
ni ita admitti, sicut admitteretur Augustinus, si viueret, p quę
dicitur transmisso ius relicti sibi facti in eius filios, & sic nō
attēditur ibi regula l. j. §. & cum triplici. ver. vel viuo testato-
re. C. de cad. tol. sic igitur videtur dicēdum in casu nostro de
isto legato facto d. Franc. vt, s ad illud vocetur eius filius, non
obstante quòd do. Francis. decesserit viuo testatore, & hoc: quia sic
creditur voluisse testator, secūdùm ea quæ supra deducta fue-
22 re. † Et licet in casu Dec. agatur de fideicommisso vniuersali,
nos autem loquamur de legato particulari; tamen cum sit ea-
dem ratio, valet arg. de toto ad partem, l. quæ de tota. cum si.
ff. de rei ven. Imo fortius videtur illud procedere in particu
lari legato, cum tunc agatur de minori præiudicio hæredis,
arg. l. vnum ex familia. §. si rē. de leg. 2. & l. si ita sit scriptū,
in fi. ff. de leg. j. cum concor. ibi in glo. alle. sumitur itaque ex
dispositis in testamento coniectura, quod testator voluerit
eiusmodi legatum transmitti in filiū fratris, etiā se viuo de-
cedente fratre, vt ex prædictis constat. Et quòd ita sit verum
ipsemet testator post mortē d. fratris declarauit, iuxta dicta
supra in vlt. fundamento circa primam viam. Et hæc de se-
cunda via sufficiant, per quam sicut etiam per primam d. Io.
Bap. ad legatum prædictum admitti debet ex testamento te-
statoris præfato. Tertia via est, vt ille ad bona in legato coutē
ta, & sic ēt ad villam de Chions, de qua tm̄ est disputatio, ad
mittatur, etiam si nullum factum fuisset testamentum
per do. Berna. prædictum, nam prædicta villa in impetratio-
ne, & concessione eius facta ab illust. domi. Venetorum fuit
virtualiter, & in effecto connexa, & addita Panigaleis, & vil-
læ de Chricol, siue iurisdictioni prædictorum locorū, vt sic
vna esset castaldia omnium trium locorum, prout semper a
tempore prædictæ concessionis hucusque fuit obseruatum.
quo stante, & bene considerato videtur omnino inferēdū, ꝙ
illud idem debeat contingere de villa de Chions, ꝙ de alijs
contingit, tanq̃ illis addita, & connexa, & ad augmentum iu
23 risdictionis, & castaldiæ illarum concessa: † nam connexo-
rum idem est iudicium l. quæ religiosis. ff. de rei ven. & in c.
translato. vbi Bald. Anton. de But. & alij tradunt, de consti.
24 facit l. etiam. §. ex causa. cum si. ff. de min. † & idem debet iu-
dicari de additamento, siue augmēto, quod de eo, cui additur
l. etiā. C. de iu. do. & tradit Dec. per illū tex. in consi. 331. pro
resolutione. col. si. cum concor. multis, qui alleg. possent, vn-
de cū loca illa de Panigaleis, & Chricol absolu. ad d. Io. Ba-
pti. pertineant tanquam feuda, idem videtur iudicandum de
villa de Chiōs illis addita, & cōnexa, ne aliàs iurisdictio illo
rū locorum & castaldia iam vnita scindatur, & diuerso iure
terminetur contra regulā l. eum qui ędes. ff. de vsuca. & istud
ni fallor, fuit de intentione tā illius do. Iac. patris testatoris,
quando villam illam impetrauit, quàm etiā illust. dominij
Venetorum eam concedentis; fuit enim consideratum, quòd
villa ista de Chions erat contigua prędictis locis, & ea ratio-
ne fuit facta concessio, quòd certè nil aliud videtur importa
re, nisi ꝙ ista villa addatur prædictis locis, & cum eis connec
tatur, ut sic sequatur naturam ipsorum locorum, & sub castal
dia eadem cum pari iure claudatur, meritò ergo vnà cum di
ctis locis debet tunc pertinere ad d. do. Io. Bapt. Et istud vi-
detur consonum voluntati testatoris vltra ea, quæ supra di-
cta sunt, nam cum ipse dimiserit fratri, cum quo communē
habebat illam castaldiam, illam partem, quam habebat in tri
bus locis prędictis, prout tenebat, & possidebat quondā pa-
ter eorum &c. uidetur illud fecisse de omnibus eodē modo;
25 † quia una determinatio plura respiciens dicitur ea æquali-
ter determinare, l. iam hoc iure. in priu. ff. de uulg. & pup. &
l. fi. C. de sen. & interloco. om. iu. cū sim. non enim dubiū ui-
detur, quòd respectu locorū de Panigaleis, & de Chricol di-
catur dimisisse, & reliquisse sic uti fratri, & eo deficiēte filio
eius acquiratur: cum ita esset de iure futurum ex natura feu
di, cuius dispositioni præsumitur testator se uoluisse confor-
mare, iuxta no. p Bar. Alex. & do. meū Soc. in l. hęredes mei.
§. cū ita. ff. ad treb. & ea quæ tradunt doc. in l. si duo. ff. de acq.
hęr. sicut ergo respectu illorū locorum debet relictum intel
ligi ita ut etiā d. Io. Bap. filio fratris acquiratur, licet frater ui
uo testatore decedat, & hoc ex sui natura, ita etiā debet intelli
gi respectu villę de Chions, & cū eo. modo, & eisdē uerbis
simul, & semel omnia dimiserit, nā & aliàs ratione adiuncta

censetur

16 censetur quid dispositum quò aliàs non esset, † & verba ratione adiuncti aliquando perdunt naturam suam, & capiuntur secundum naturam sibi adiuncti, vt tradit egregiè Matth. de Affl. in c. j. §. fi. 5. col. de feu. guar. & in c. j. col. fi. de cõtrouer. inter epis. & vas. post plures quos in vtroq; loco allegat ad quẽ in hoc me remitto. Concludatur itaque altera de tribus vijs prædictis, vel saltem ex vtraque simul iunctis d. Io. Bap. admittendum etiam secundùm ea quæ supra dicta sunt. Quæ omnia qui iudicaturus est rectè, & æqua mente considerat; nã si ita faciet, non dubito, cum in hanc sententiam deuenturum, licet primo aspectu spectato iure contrarium dicendum videretur. Nec de hoc filia testatoris iustè potest conqueri, cũ satis ei fuerit voluisse instituere hæredem, & illud (vt ita dicam) lucrati, attento (vt mihi narratur) ea forma statuti ab intestato illa fuisset ab vniuersali successione exclusa per prædictũ do. Ioan. Baptistam. Laus Deo.

Sc. nepos, Paduæ legens 1537.

CASVS.

Magnificus comes, eques, & I.V.D. D. Leonardus de Thienis nobilis Vicẽtinus in suo testamento do. Io. filiæ suæ quã iam nuptui tradiderat, cum promissione dotium 5000. duc. reliqui. omne reliquum d. dotium, quod per eum nõ fuisset solutum, item etiam do. Paulæ nepti eius ex d. Anto. eius filio certam quãtitatem reliquit, quando nupserit, eius autem hæredes vniuersales instituit do. Ant. doctorem, do. Marcum, d. Fran. D. Hierony. & dominum Ludou. filios suos legitimos, & naturales.

Item voluit, q d. sua bona moriente vno, vel plurib. ex d. filijs sine filijs legitimis, & naturalibus, veniãt in superstites, vel eorum liberos in stirpes, & nõ in capita, & successiuè de gradu in gradum vsque in infinitum in omnes descẽdentes d. do. testatoris, salua tamen gradus prærogatiua. Et deficientib. omnibus descendentibus ex d. testatore quod tũc d. eius hæreditas deueniat, & deuenire debeat in mag. D. Iac. fratrẽ eius, siue eius filios legitimos, & naturales vsque in infinitũ. Et non existentib. filij d. dom. Iac. eius fratris, quòd tunc hæreditas eius deueniat in descẽdentes ex linea q. mag. do. Iac. aui d. testatoris.

Et deficientib. filijs, & descendentib. d. q. do. Iaco. vsque in infinitum, quòd tunc d. hæreditas deueniat in alios proximiores de familia de Thienis, & sic donec, & quousque reperiantur aliqui de d. familia, prout hæc omnia latius in testamento continentur, cuius copia transmittitur.

Præsupponitur, quòd in ciuitate Vincentina extat statutũ quòd ad successionem patris, vel matris, vel aliorũ ascendentium ab intest. fœminæ descendentes existentib. masculis descendentib. per lineam masculinam non succedant, sed cõuenienter dotentur prout latius in statuto prædicto cõtinetur, cuius copia transmittitur. Mortuo testatore prædicto, & adita per eius filios hæreditate post aliquot annos decessit intestatus D. Anto. vnus ex filijs, & hæredib. institutis superstitibus sibi tantùm duab. filiabus iam nuptis cũ dote duc. 5000. pro qualibet.

Quæritur, vtrum portio bonorum testatoris, quæ peruenit ad d. do. Anto. ex causa fideicommissi debeat restitui fratrib. eius superstitibus ex eo, quòd decessit sine filijs masculis, an verò conditio talis fideicommissi dicatur defecisse; quia decessit cum prædictis filiabus.

SVMMAE.

Conditio, si sine filijs legitimis, & naturalib. decesserit, an & quando restringatur ad masculos, plenissimè tractatur.

1 *Voluntas testantis in interpretatione testamentorum locum primum sibi vendicat.*
2 *Verba, sine filijs legitimis, & naturalibus, an comprehendant tã fœminas, quam masculos, & infra nu. 4. 6. 22. & 69.*
3 *Verba, sine filijs, æquipollent verbis sine liberis.*
5 *Masculinum genus an semper concipiat fœmininum, & infra n° 27. vbi laté, & sequentibus & nu. 62. 66. & 88.*
7 *Filia fœmina secundum iuris commune intellectum conditionem fideicommissi deficere faciunt, & infra nu. 13. & 94.*
8 *Verba dispositionis quæ dã ad aliquem adaptantur, adaptatur etiam dispositio.*
9 *Filius quando simpliciter post mortem grauatur, subintelligitur conditio, si sine liberis decesserit, vide infra nu. 89.*
Expressio eius, quod tacitè inest, nil operatur.
10 *Testator, qui predilexit filium censetur etiam eius posteritatem prædiligere cuiuscunque sit sexus, v. de infrà nu. 90.*
11 *Onus est restringendum & fauor ampliandus.*
Fideicommissum est onus, vide infra nu. 91.
12 *Ius succedendi ab intest. si ut conseruatur per illam conditionẽ si sine liberis decesserit v. de infrà nu. 93.*
14 *Neptes non debent esse melioris conditionis, quã fœminæ.*
15 *Argumen. de filia ad neptes non debet fieri, quando de exclusione & priuatione agitur.*
Exhæredatio de filio ad nepotem non trahitur, & infrà num. 44.
16 *Statutum excludens filiam non dicitur excludere neptem ex filio. vide infrà nu. 45.*
17 *Caritatem quando habet pater ad filios, eam præsumitur etiam ad eorum posteritatem habere, vide infrà nu. 48.*
18 *Liberorum appellatione etiam fœminæ continentur, vide infrà nu. 49. 53. & 69.*
19 *Descẽdentium appellatione fœminæ veniunt, vide infrà nu. 49. 55. 60. & 68.*
20 *Filia grauata, dã substitutum excludat, vbi filius substituitur, vide infrà num. 55. 84. & 85.*
21 *Filiæ sunt agnatæ, vide infrà nu. 56.*
23 *Testator præsumitur, quòd voluerit se conformare cum statuto, quòd stantibus masculis fœminæ excludantur, vide infrà nume. 70.*
24 *Filia licet ab vniuersali successione excludatur, conditionem sæpe deficere facit.*
25 *Hæreditas per aditionem testatoris esse desinit, vide infrà nume. 72.*
26 *A verborum proprietate recedendum non est, nisi aliter de mẽte disponentis appareat.*
28 *Statutum repellens filios bannitorum filias non repellit.*
29 *Statutum si præponat agnatos cognatis, intelligitur solùm de masculis, filia exclusa.*
31 *Mens disponentis ex diuersitate rationis apertè sumitur.*
32 *Statutum, quòd rapiens virginem puniatur, non habet locum in fœmina.*
33 *Verba, attinentes meos, per testatorem prolata fœminas non cõprehendunt si sit ratia differentiæ.*
34 *Menti testantis inseruiendum est.*
35 *Interpretationi locus non debet esse, quando de contraria mente disponentis apparet.*
36 *Præsumptio potentior debiliorem tollit.*
37 *Filia si sit per patrem remota à successione, multo magis neptis censetur remota.*
38 *Diuitiæ sunt sustentaculum dignitatis, & cuiuscunque familiæ.*
Honor familiæ per diuitias conseruatur.
39 *Interpretatio quæ menti testatoris repugnet, non est facienda.*
40 *Conditio, si sine liberis decesserit, quando non restringatur ad masculos.*
41 *Mens testatoris in dubio à consuetudine suorum præcessorum de familia est declaranda.*
42 *Consuetudo alicuius familiæ, quòd agnati excludant fœminas, seruanda est.*
43 *Filia ex persona patris ex fideicommisso legitimam, & trebel. detrahere possunt.*
46 *Argumentum valet de verbis legis vel statuti ad verba test.*
47 *Mors omnia soluit.*
50 *Familiæ per masculos conseruantur.*
51 *Statutum agnatos præferens de masculis intelligitur.*
52 *Dictio alius, cuius naturæ sit.*
54 *Tacitè, & expressi idem est iudicium.*

Filia

57 *Filia nupta non gaudet priuilegijs concessis patri pro se, & suis.*
58 *Inuestitura facta de nobilibus de vna domo non comprehendit fœminas maritatas.*
59 *Fœminæ nuptæ de consuetudine de familia mariti, & non patris nuncupantur.*
60 *Verba testamenti menti, & rationi testatoris subijciuntur. Idem in verbis legis.*
61 *Voluntatis præsumptio ex testamento sumitur.*
63 *Statutum, quòd extantibus masculis fœminæ non succedant, dicitur factum fauore agnationis conseruandæ.*
64 *Hæreditas secundùm leges Moysi tradebatur masculis, & non fœminis debebatur.*
65 *Interpretatio, per quam ad ius antiquum reducimur, dicitur fauorabilis.*
67 *Pater si filios instituat, filiæ non comprehenduntur, si per statutum masculi fœminas excludunt.*
70 *Doct. Bar. in §. cum ita l. hæredes mei. quomodo procedat, & infra nu. 72.*
71 *Testatori per fideicommissum succeditur.*
74 *Argumentum ab absurdo euitando valet.*
75 *Filij in conditione positi secundùm veriorem & communiorē op. vocati censentur, maximè quando testator ad plures gradus substitutionum digressum fecit.*
76 *Argumentum à consuetudine loquendi testatoris valet.*
77 *Filiorum appellatione quando non comprehendantur nepotes.*
78 *Fideicommissum dicitur inductum inter illos de agnatione, quando testator voluit bona in agnatione remanere.*
79 *Filiarum appellatione in emphyteusi ecclesiastica non veniunt fœminæ.*
80 *Fœminæ feudorum sunt incapaces.*
81 *Probatio contrariæ voluntatis debet admitti, quando interpretatio fundatur in verosimili mente loquentis.*
82 *Indefinita quando uniuersali non æquipolleat.*
83 *Pro disposito habetur, quod verosimiliter per testatorem dispositum fuisset.*
86 *Conditionem exprimi ab homine, vel à lege subaudiri, paria sunt.*
87 *Institutio generalis de filijs quando de masculis tantùm intelligatur.*
89 *Conditio expressa aliter quam tacitè insit, aliquid operatur.*
92 *Fideicommissum per coniecturas inducitur, vt voluntas seruetur.*
95 *Lucrum, & amicitia in rebus dubijs plurimum valent.*

CONSILIVM CLXVIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.



RÆSENTIS consultationis resolutio uidetur ualde periculosa, cum agatur de interpretanda uoluntate testatoris, qui cum iam mortuus sit, eam nobis aperire non potest. A verbis ergo in testamento prolatis, & alijs arg. assumenda est. Et si de ipsa quoquomodo constare potest, proculdubio secundùm ipsam re-
1 solui debet præsens difficultas: † cū in interpretatione testamētorū ipsa testantis uoluntas primum locū sibi vendicet. l. in conditionib. primum locum, in prin. ff. de cond. & dem. & totum faciat. l. ex facto, la grande, circa med. ff. de hære. instituē. & plus potest, magisq; attendi debet, quā quælibet verborum forma. l. 3. C. de lib. præte. cum si. & adeo secūdm testātium uoluntatem debet fieri interpretatio, ut illam etiam per coniecturas perquirere debeamus, & ad instar boni venatoris leporum uestigia perquirentis ipsorum testatorum uoluntatem per quācunque coniecturam acceptā sectari debemus, ut inquit Bal. in l. quidā. C. de nec. ser. hær. inst. Et maximè in fideicommissis, de quibus ad præsens agitur. l. cū pponebatur, in fin. ff. de leg. 2. & l. hæredes mei, §. cum ita. ff. ad treb. cum concor. vt vbi per glo. & docto. & per Alexand. in consi. 100. visa parte, 1. col. lib. 4. Itaque prædicti magnifici testatoris voluntatem perquirendo prima fronte videtur, conditionem fideicommissi defecisse propter superexistentiam filiarum do. Antonij nuper defuncti, & in hanc partē, vt verum fatear, primò ingressu multùm inclinabam ex pluribus.

Et primò hoc videtur ostendi ex verborum importantiæ
2 secūdùm legalem interpretationem. † Illa. n. verba, sine filijs
legitimis, & naturalibus, tam fœminas, quàm masculos comprehendunt, ita ut etiam filiæ fœminæ, vel ex eis descendētes
faciant deficere conditionem, vt est tex. & ibi dicunt doct.
in l. 1. C. de cond. in ser. & in l. iubemus. §. sinantem, C. ad senatus consul. trebe. & satis clarè probatur in l. cum acutissimi. prope fi. ibi, filijs, vel filiabus, C. de fideicom. & in l. generaliter, §. cum autem. ad fi. ibi, sed ad filios, vel filias &c. C. de
insti. & substi. sub condi. fact. iuncta cum eis. l. cum auus, ff.
de cond. & dem. Nec prædictis videtur obstare, si dicatur, ꝙ
prædicta iura loquantur, quando in conditione esset dictū,
vel etiam pro dicto haberetur, si sine liberis decesserit, quo
casu etiam fœminæ ex propria significatione veniunt, cū in
eo sono reperiatur genus fœmininum, secus si dicatur, si sine
filijs, in genere masculino, attētò ꝙ fœmininū genus reperitur: quia dicuntur filiæ, quasi fuisset opus dicere, si sine filijs,
vel filiabus, vt fœminæ comprehenderentur. Quoniam vide-
3 tur posse responderi. † Primò, ꝙ illa verba, sine filijs, æquipollent illis, sine liberis, & ita videntur per iurisconsultū declarari in l. Lucius. la 2. ff. de hær. inst. & non est dubium liberorū appellatione etiam filias contineri, vt dixi, & firmat ita
arguēdo Bal. in consi. 23. pūctus talis est. lib. 3. & tradit Cor.
in consi. 230. quamquam in hac. 4. colum. 3. volu. Secundò
4 etiam responderi potest, † ꝙ immo etiam sub illo verbo filijs, comprehenduntur filiæ, licet in sono sit generis masculini, & hoc ex legali interpretatione. l. si quis ita. in prin. ff. de
testa. tut. l. quisquis. & l. iusta. ff. de verb. sig. cum sim. ꝙ in eo
5 fundatur; † quia genus masculinum semper continet fœmininum. l. qui duos, in fi. ff. de leg. 3. l. si ita scriptum, in prin.
de leg. 2. & in l. seruis legatis. in prin. de leg. 3. cum si. & traditur per illum tex. in l. 1. ff. de verb. sig. & per Can. in c. si quis
suadente. 17. q. 4. & in cap. generali. de elec. lib. 6. Et maximè
hoc dicendum videtur in casu isto; quia videmur esse in materia indifferenti, nam ꝙ deficiet conditio fideicommissi per
existentiam filiorum grauati, ita conuenit fœminis sicut masculis; cum solùm desideretur, ꝙ adsint, nec postea requiritur, ut succedant. l. filiusfa. §. cum quis, de lega. 1. Et ista indifferentia probatur ex iuribus supra primo loco alleg. cum in
eis clarè probetur, etiam per filias conditionē fideicommissi deficere, quando autem materia est indifferens, non est dubium masculinum genus cōcipere fœmininum, vt per Bar.
in l. 1. in prin. col. fi. ff. de pecu. & in d. l. 1. de ver. sign. & per
doc. in d. c. generali, & c. si quis suadēte. Et adeo verū est hoc,
vt procedat etiā materia onerosa, vt est tutela, vt d. l. si quis
ita. de testa. tut. si igitur ita est in oneribus, fortius debet esse
in fauorabilibus, prout videmur esse in casu isto; quia. s. fideicommissum, quod est onus, restringitur, vt infra dicetur.
6 † Item & tertiò responderi potest, ꝙ illa verba sine filijs
sunt referenda ad intellectum iuris cōmunis, sicut & de alijs
verbis ab homine prolatis dicitur, arg. l. quæro, §. inter locatorē. ff. loca. & cap. causam quæ, de rescri. & ita in terminis ꝑ
ista iura, & similia dicit Pe. de Anch. in consi. 120. pro clario-
7 ri, circa fi. † sed iuris communis intellectus, & interpretatio
est, vt etiam filiæ faciant deficere cōditionem fideicōmissi,
vt ex prædictis constat, ergo &c. Et maximè hoc dicendū videtur, attento ꝙ magnificus testator erat V. I. D. & egregius,
& sic sciebat qualiter verba prædicta in iure capiebantur, arg. l. 2. §. Seruius autē Sulpicius. ff. de ori. iu. meritò ergo censetur ea protulisse secundùm illam significationem, quam
de iure esse nouerat, vt sic dicendum videatur in proposito,
cōditionem fideicom. deficere, eo quòd do. Anto. non videtur sine filijs legitimis, & naturalibus decessisse, cum ei supersint filiæ prædictæ. Et ex his secundo loco principaliter for-
8 matur pro ista opin. alia ratio; † nam ad quæ uerba alicuius
dispositionis

dispositionit adaptantur,adaptatur etiã dispositio, & per cõ-
trariũ non adaptatur dispositio , vbi verba non adaptantur,
l. 4.§.toties. ff.de dam.infe.& l.qđ constitutum. ff. de mil.te
& tradunt per gl.&doc.in c.identitatibus.§.sed cum eas.
de ele.li.6. cum si.sed verba illa, sine filijs &c. non adaptan-
tur ad casum nostrum ; cum do.Antonius dicatur cum filijs
9 decessisse, ergo &c.† Tertiò probatur sic , si do. Antonius
fuisset simpliciter post mortem grauatus , subintelligeretur
conditio,si sine liberis decess. vt d.l.cũ auus.& d.l.cum acu-
tissimi.& d.§. cum autem,&sic sequitur,quòd cum talis con
ditio fuerit expressa, dicatur facta expressio eius,quòd tacitè
inerat: meritò ergo non uidetur,quòd aliquid vltra operetur
quàm si non fuisset facta expressio.l.3 .cum materia. ff.de le-
ga. 1. sed si tacitè subintelligeret, non restringeretur ad ma-
sculos, vt in d.iuribus probatur,&in terminis dicunt doc.er-
10 go &c. † Quartò probatur ; quia testator diuidendo suam
hæreditatem inter filios,quemlibet in sua portione alijs dici
tur prætulisse. & prædilexisse, vt est notum, unde uidetur,ꝙ
sicut do. Antoniũ prædilexit , ita etiam dicatur prædilexisse
omnẽ eius posteritatem, puta filios,nepotes, vel pronepotes
cuiuscunque sexus,etiam quòd sint remotiores ipsi testa
tori,prout dixit Bal. in d.l. cum acutissimi.ver.quæro, si pa
ter unum ex filijs.& licet Bald. non alleg. ad hoc uidetur ca-
sus in d.l.cum auus. vbi pronepos testatoris dicitur prædile-
ctus in portione patris eius;quia & de descendentib.institu-
ti,& grauati,&(vt dixi)ille tex.procederet, etiã si ille prone-
pos esset fœmina,per d.l. cum acutissimi.& d.§.cum autem.
vt etiam supra dictum fuit.Sic itaque uidetur,quòd filiæ do.
11 Anto.substitutos excludant. † Quintò facit ratio oneris re-
stringendi,& fauoris ampliandi,iux.l.cum quidam.ff.de lib.
& posth.& c.odia.de re.iur.li.6.cum si.etenim fideicommis
sum onus est.l.cohered. §.cum filiæ.ff.de vulg.& pup.& ibi
doc.tradunt, unde interpretatio fieri debet,vt onus istud re-
stringatur,& successio liberorũ, quæ est fauorabilis, amplie-
tur,quòd certè erit interpretando illa verba,sine filijs &c.ge
12 neraliter pro masculis,& fœminis,vt de se notum est. †Sex-
tò facit alia pulchra ratio;nam testator per illam conditionẽ
si sine filijs decess.&c. dicitur conseruare filijs sic in cõditio
de condi. & demon. & dicit Barto. ibi in 4. q. princ. quòd ista
conditio dicitur inesse ex ui nominis, declarando uno
modo; quia scilicet expressa nomina sunt significatiua ali-
cuius qualitatis substantię non existentis, sed quæ pendet
futuro euentu, ut per eum, & ita est dicendum in casu no-
stro; quia uerba illa, filios domini Alexandri; cum de na-
scituris sint prolata, exponentur, idest illos homines, qui
nascentur ex domino Alexandro, & eius filij erunt, &

ita

ita tacitam iu se habebant conditionem.s.si nascentur, vt di-
15 ctū est, † & talis conditio licet tacita suspendit dispositioné
in eius euentū, iuxta diffinitionem cōditionis traditam iu d.
l.1.in 1.q.&, vt inquit ibi patruus, & do.meus Soc.in ultimo
16 no.†per illā cōditionem impeditur ortus obligationis, licet
tacitè insit per ea, quę habētur in l.itē quia.in prin.ff.de pac.
Et notandum est, ꝙ eiusmodi conditio fuit casualis, à casu
17 enim pendebat, an ex do. Alexandro filij nascerentur, †& ꝓ
pterea infero, ꝙ quandocunque potuit impleri, vt est regula-
re in conditionibus casualibus: vt l.ā. l.si iam facta.in fi.& l.
cōdinonum.ff.de condic.& demon.& in dictis iurib.tradūt
doc.maximè in d. l. 2.vnde cum ex domi.Alexādro filij nati
fuerint, dicitur fuisse impleta prędicta conditio, & simul etiā
constitit, qui erant instituti. Purificata igitur, siue impleta cō
ditione, sub qua vocati erāt, nō video, cur ipsi non debeāt ad
18 mitti vnà cū filijs do. Ludouici: †quia conditionalis disposi-
tio conditione impleta debet sortiri effectum, ac si purè facta
esset.l.fi.§.1.ff.de vulg.& pup.& l.si papillus.in fi.ff.de cond.
insti.tradit Bal.in l.cum in testamento.in fi.C.de manu.testa.
& Deci.in consi.551.plenè, & subtiliter.3.col.versi.circa se-
cundum dubium.cum multis concord.qui allegari possent.
Et conclusio ista suadetur ex verosimili voluntate testato-
ris, vt dicamus, ꝙ si ipse de hoc casu fuisset interrogatus, pro
culdubio respondisset, etiam filios do. Alexandri debere ad-
mitti, licet post eius mortem nati, & concepti fuerint, & stan
19 te hoc, succedit cōmunis, & pulchra regula, † qua dicitur, di
spōnē quālibet etiam testamentariam sic debere interpreta-
ri, ꝓut verosimiliter interrogatus disponens responderet, vt
est glo. & ibi tradunt omnes doc. in l.tale pactum. §.fin.ff.de
pac. Et in specie, ꝙ procedat ista regula in dispositione testa-
mentaria, tradit ibi Ias.in 2.nota.& idem Ias.in consi.4.Ni-
colaus.2.col.1.volu. Quòd autem in proposito casu testōr
20 sic verosimiliter responderet, probatur. †Primò: quia omnes
filios fratrum pariter, & vna, eadéq; oratione vocauit, ex quo
arguitur, quòd pariter eos admitti voluerit, arg.l.iam hoc in
re.post prin.cum simi.ff.de vulg.& pop.maximè cum nō ap
pareat testōrem inter dictos filios fratrum fecisse aliquā inæ-
qualitatem, iuxta tradita per Alexand.in consil.159.abunde
quidem.in prin. & in fi.li.6. Secundò: quia testator non dici-
tur motus ad vocandum filios fratrū aliqua affectione in eos
propter eos, sed propter fratres, & zelo, & cupiditate conser-
uandæ agnationis, si enim propter eos, seu in eos affectione
motus fuisset, solùm vocasset filios do. Ludouici, qui tunc na
ti erant, & quos vti notos poterat diligere, non autem vocas-
set nascituros filios do. Alexandri, & Io. Frācisci, quos cū in
rerum natura non essent, propterea eos diligere nō poterat,
vocauit ergo ita generaliter filios prædictorum fratrum ꝓ-
pter ipsos fratres, & eorum agnationem conseruādam, quos
expressim nominauit, licet ipsos fratres vocare noluerit ali-
qua rōne, quā in mente gerebat, & de qua nunc curandū nō
est. Affectio ergo testatoris in fratres, & in cuiuslibet stirpē
per quā voluit bona diuidi; vt in testō dicitur, facit, vt testa-
tor ita voluerit admitti nascituros post mortem suā, sicut eos
qui eo viuo nati, vel concepti erant, & propterea (vt firmiter
credo) ita responderet testator, si de hoc interrogari nūc pos-
set; non.n.quò ad eius voluntatē quicquam refert, quādo na-
21 scantur, sed satis est, ꝙ sint filij suorum fratrum†attento ma-
ximè quòd respectu filiorum do. Alexandri, & Ioan. Francisci
omnino sensit de futuris; cū tempore testamenti nullos habe
rent, & ita non poterat dispositio testatoris in alijs verificari,
etiam ꝙ in futuris verba propriè non caperentur, arg. l.hęre-
dibus.§.fi.ff.ad treb.& l.quibus diebus.§.dominus. ff.de con
di.& demon.cum simi.facit l.mulier.§.pen. ff.de cōdi.insti.
Tertiò idem probatur rōne euitādę inęqualitatis inter filios
fratrum, quę iniquitatem quandam saperet, nam cum pro ve
ro nunc reperiantur filij do. Alexandri, & domini Ludoui-
ci ęquitati consonum, & conueniens est, omnes pariter voca-
ri, cum omnes sint filij fratris testatoris, & ita in quolibet eo
rum verificētur verba institutionis, vel substitutionis, & istud
solùm considerauit testōr.s.ꝙ essent filij suorum fratrum, de
tempore natiuitatis eorum nō habuit in mēte sua distinctio
nem, cum videret ex do. Ludoui. aliquos iam natos, & respe-
ctu aliorū se retulerit ad nascituros, illud autem simpliciter
intelligēdo, dicemus ad nascituros quandocunque etiā post
22 mortē, † alioquin sequeretur inter fratres testatoris inęqua
litas, & consequenter quędā discordia, iuxta tradita per An-
ge. in consilio 286.factum, super quo.3.colum.dum inquit
ꝙ frater ęquiori aīo suffert extraneū, & sibi inimicū aliquid
habere de bonis patris, quā ꝙ frater eius plus eo habeat vnū
iota, & quòd inæqualitas inter fratres sit nutritiua discordię,
egregiè tradit auus meus dominus Maria. Soc.in consil.4.vi
sis actis.2.col. & pulchra quædam de ęqualitate inter fratres
seruanda, vt inter eos tollatur discordia, tradit Are.in consil.
1.decreueram iamdiu.pen.col.ver.ꝓ his facit, & Cor.in cō-
sil.228.quidam ser Antonius.1.colu.4.volu. patruus, & do-
minus meus Soc.in consi.108.casus, ser Frāciscus.in fi.3.vo
lu.& Dec.in consi.59.licet in casu proposito.3.colu. ver.ter
tiò hoc probatur, & in versi.4.facit. Et hanc æqualitatē cre-
ditur testator in casu nostro voluisse, & desiderasse; tum quia
omnes erant fratres, & pariter dilecti; tum etiam quia clarè
illud videtur dixisse, filios cuiuslibet fratris vocādo, vnde si
in proposito filij do. Ludouici soli admitterentur, & filij do.
Alex.excluderentur, nedum inter ipsos filios fratrum magna
oriretur discordia, & inęqualitas, sed etiam inter dictos fra-
tres, attento ꝙ per alios eorum admissos ad hæreditatem ip-
sis saltem usufructus acquireretur, & sic vnus haberet, alius
non, & propterea indignatio satis esset ex eo, quòd vnus vi-
23 deret filios alterius admitti, suos autē excludi: † cū paternū
votū sit. filios diuites fore, iuxta l.scripto.ff.vnde li. Quare
vt talis inæqualitas, & discordia cesset, si testator nūc interro
gari posset, proculdubio responderet etiam filios do. Alex.de
bere admitti, non obstante quòd post eius mortē nati, & con
cepti fuerint. Vlterius pro conclusione supra firmata alle-
gatur decisio Roma.in consilio 134.pro declaratione.in
24 quarto dubio, †vbi vult, ꝙ institutio, vel substitutio de filijs
filiarū suarum, quæ nullos filios tempore testamēti habebāt
comprehendit natos ex ipsis filiabus etiam longo tēpore post
mortem testatoris, & Bartholomæi filij primo loco instituti
& hoc inter alia illo prtecipuo fundamento; quia cum testa-
tor sciret, filias suas tempore testamenti non habere aliquos
filios, dicitur necessariò intellexisse de nascituris ex post, vn-
de quandocunque postea nati fuerint, dicuntur habere volū
tatem testantis sibi fauorabilem, vt admittantur, etiam quòd
nati fuerint post mortē Bartholomæi sine liberis, post cuius
mortem filiarum filij vocabātur, & sic ēt ꝙ nati fuerint post
diem cedentis substitutionis, & impletę conditionis, sub qua
vocabātur, ut p eū: sic ergo, & in casu isto dicendū est de istis
filijs do. Alexādri: cū testōr necessariò senserit de nascituris,
ut supra plenè deductū fuit; & licet i casu Ro.agatur de filijs
filiarū, & sic de descēdentib.testōris, ne.s.excludantur à colla
teralib.ꝓut credit testōrē noluisse, iux. l.cū acutissimi.in fi.
C.de fide.cū simi.qd ēt ponderat ibi Rom. tamē idē dicēdū
est in casu nostro, ne.s.filij domini Ale.excludantur totaliter
p filios do. Ludo.contra uerosimilē mētē testōris, cū oēs pari
ter uocauit, pariterq; dilexerit, ut iā dictū est. Et præterea ut
dixi, principale fundamētū Romā.est; quia testōr necessariò
de futuris intellexit, ꝓut ēt i casu isto cōtingit, ut dictū fuit.
Bene fateor, ꝙ quādo nō cōstaret necessariò, ꝙ de futuris sen
serit, & eius dispositio posset in alijs uerificari, non ꝓcederet
decisio illa, sed contrariū esset dicēdū; ut ipse Romanus fir-
mat i cons.s 32.pręmissorū doctorū cōclusioné. Facit ēt pul
chra decisio Ale.in consi.171.uiso processu causæ. 2.uol.nā
ibi prope fi.1.col.maximè in uer.superest mō uidere.iunctis
25 tamē ꝓcedentib.†concludit, ꝙ legatū alimētorū factū uxori
eius, qui tūc nullā habebat uxoré, cū necessariò intelligatur
de futura vxore, itelligi debet de quacūq; nedū prima, sed ēt
secūda, & alijs, si quas postea acceperit, & sic non requirit, ꝙ
sit vxor tēpore testamēti, aut mortis testōris, sed satis ē, ꝙ ali
qñ in futurū uxor facta fuerit. Idē quoq; Ale.ibi propo fin.2.
26 col.uer.postremò uidēdum est. †vult, ꝙ idē legatū alimento
rum filijs eius, qui tūc nullos habebat, nec etiam uxoré, cum
necessariò intelligatur de futuris filijs, sufficit tales filios qñ

cunque postea nasci; & post mortem testatoris, & postquam
incipit cedere dies legati, vt per eum, ita ergo dicendum est
in casu isto de istis filijs dom. Alexan. ex quo clarè constat ꝙ
testtõr necessariò intellexit de nascituris, secũdũ ꝙ supra de-
ductũ fuit. Et si dicatur, ꝙ in casu Alexandri illud procedit:
quia testator de vxore, & filijs illius Ioannis intelligitur di-
sposuisse rõne personæ ipsius Ioannis, & propter affectionẽ
quam ad eum habebat, & non propter affectionem ad vxorẽ
aut filios eius, prout etiam Alex. ibi considerare videtur. Rñ-
detur, ꝙ etiam in casu nostro testator non videtur motus pro
pter affectionem in filios fratrum propter eos, cum etiam fu
turos, & incognitos vocauerit, sed propter fratres ipsos, & fa
uore conseruandæ agnationis, quæ omnia etiam in filijs istis
do. Alex. considerantur, tametsi nati fuerint post mortem te
statoris, & postquam cessit dies suæ vocationis, prout supra
plenè deductum fuit, & istã opi. si rectè ponderetur, sentit pa
truus & do. meus Soc. in l. si cognatis. col. 14. versi. quarta &
vltima conclusio ibi, infertur, & secũda &c. ff. de reb. dub. dũ
ibi ex intentione doctorũ dicit limitari, quæ iam dixerat, ni-
si volũtas testatoris colligeretur, ꝙ ẽt nati (dicas & cõcepti)
post mortem venirẽt. alleg. l. cum ita. §. in fideicõmisso. de le
ga. 2. Dico enim, ꝙ in casu isto voluntas testatoris satis aper-
ta colligitur, etiam istos filios do. Ale. debere admitti, quam
uis nati fuerint post mortem testatoris, vt supra dictũ fuit.
Hoc idem firmare videtur insignis doctor dominus Ioa. Sa
doletus in d. l. si cognatis. in 8. & 9. colu. in versi. subdit Bart.
& in ver. sed concordia. ibi enim in ea difficultate, vtrum in
futurum nascituri veniãt, dicit concordandas esse opiniones
clipeo distinctionis, vt si aliqui erãt ex vocatis tempore testa
menti futuri; tũc non veniant, si verò nulli reperiebantur tpe
testamenti, venient etiam futuri, & inter alia, quæ ibi allegat
deducit prædicta consilia Romani, & Alex. vt per eum. Et eo
attẽto quòd in prædictis consilijs fundatur, patet, quòd intel
ligit de futuris etiam post mortem testatoris natis, cũ in his
terminis loquantur Rom. & Alex. in dictis cõsilijs, vt supra
27 deduxi, † & aliàs dictum doctoris debet intelligi secundũ le
ges, & auctoritates, quas alleg. iuxta doctrinam Bar. in l. non
solũ. §. si liberationis verba. ff. de lib. leg. & in l. cum quidã. ff.
de his quib. vt indi. tradit Ioã. And. in c. cum nũcius, de test.
Saly. in l. si ex cautione. 10. col. C. de non nu. peco. Ias. in l. 1.
12. col. ff. de leg. 1. & Deci. in c. 1. in secũda lectu. de cõstit. cũ
infinitis concordantibus, qui allegari possent. Superest nũc
respondere ad contraria, in quorum resolutione stat omnis
difficoltas præsentis consultationis. Et licet rectè intuẽtibus
ex iam dictis ad omnia colligi possit bona, & concludens re-
sponsio, vt tamen veritas clarius ostendatur, ad omnia singu-
28 latim infra respondebitur. † Ad primum ergo respondetur
primò, ꝙ omnia in contrarium allegata procedũt, nisi de cõ
traria voluntate testantis appareat, vt per dominum meum
Soc. ĩ d. l. si cognatis. col. 14. in loco, de quo supra. sed in casu
isto constat de voluntate testatoris: vt etiam post mortem na-
ti debeãt admitti, vt supra deductum fuit, ergo &c Et aduer
tendũ est, ꝙ dum dicitur, inspiciendum esse tempus testamẽ-
ti apertè illud tollitur ex clara voluntate testantis, nam cum
sciret dominum Alex. & Io. Franciscum tũc filios non habe
re, eos vocãdo omnino sensit de futuris: dum verò dicitur de
tempore mortis, adhuc potest dici tolli argumentum ex con
traria voluntate; quia cum testatur esset infirmus, sibiq; mors
immineret, iuxta l. senatus. §. mortis causa. ff. de dona. causa
mort. facile potuit dubitare se cito moriturum, prout verè ei
contigit, vt in punctonarratur, vnde cum de futuris filijs d.
Alex. loqueretur, credẽdum est, quòd loquutus fuerit de futu
ris, etiam post eius mortem, immo etiam quandocunque na-
scerentur, etiã postquam cessit dies vocationis eorũ, seu post
quam constitit impletam conditionem, sub qua vocabantur
per ea quæ supra deducta fuerunt, & vltra ea dico, quòd idẽ
voluit Pau. de Cast. in consil. 257. in causa quæ vertitur. col.
7. in versic. item allegatur, ꝙ dicti agentes. 1. vol. secũdũ no-
uam impressionẽ, & ita tollitur illud, qđ dicebatur, quem de
bere esse in rerum natura saltem tempore impletæ conditio-
nis, & sic totum argumẽtum tollitur, vt dixi ex contraria vo
luntate testatoris. Potest etiam & secundò responderi, quòd
allegata in contrarium procedunt, quando ex eo genere, vel
sub illo nomine, quo plures vocantur, aliqui verè reperiũtur
tempore facti testamenti: nam tunc veram esse poterit, futu-
ros non venire, saltem eos qui non reperirẽtur tẽpore mor-
tis, vt d. l. si cognatis. cũ sim. vel ad minus tempore purifica-
tæ conditionis, iuxta tradita per dominum meum Soci. ibi
col. 14. versi. quarta & vltima conclusio. in casu nostro nul-
lus erat ex filijs d. Alexandri, ergo &c. Nec dicatur, ꝙ ade-
rant filij do. Ludouici. & ita aliqui aderãt de filijs fratrũ, sub
quo nomine vocati fuerunt; quoniã respondetur, quòd licet
vocentur filij fratrum; tamen specialiter, & expressè vocan-
tur etiam filij domi. Alexandri, qui tunc nullos habebat, er-
go &c. Et hic cauendum puto, quòd illa opinio Decij in di-
cto consil. 98. cum alijs in contrarium allegat. quòd debeat
esse natus, vel cõceptus saltem tempore mortis, non est vera,
nec communis. sed contraria, videlicet, ꝙ sufficit tempore
impletæ conditionis, quando dispositio erat in futurum col-
lata, vt per Soci. meum, & alios in d. l. si cognatis, cum alijs
29 supra pro tali opinione allegat. † Nec obstat d. l. 1. §. & cũ
triplici. C. de cad. tollen. vt in cõtrariũ allegabat: quia respõ-
detur, ꝙ aliud est mori personam honoratam viuo testatore,
& ita rẽ venire in causã caduci, quo casu nõ est amplius spes
ꝙ persona in futurum reperiatur: & aliud est, personã hono-
ratam nondũ natam esse, quę tamen speratur, ꝙ nascatur, in
terim enim res poterit pendere, & si postea psona talis super
ueniat, dispositio sortiretur effectũ, & ita ꝓpriè est casus no-
ster, secundùm quòd supra deductum fuit. Vel etiam tertiò
responderi potest, & quidem clarè ita, vt possem tolli omnem
difficultatẽ. Dico enim, ꝙ etiam in casu isto filij domi. Ale-
xandri reperiuntur esse in rerum natura tempore impletæ cõ
ditionis, sub qua vocati fuerunt; nam, vt supra dixi, cũ eorũ
uocatio omnino de futuris facta itelligeretur, habebat in se
tacitam conditionem, uidelicet si & quando nascerentur, &
talis conditio suspendebat dispositionẽ, & impediebat ortũ
obligationis, vt supra dixi. Cũ igitur cõditio talis fuerit im
pleta p eorũ natiuitatẽ, sequitur, ꝙ tali tẽpore in rerũ natura
reperiebantur, & ita satisfactum est regulæ, & communi opi
nioni, de qua per dominũ meum Socinũ in d. l. si cognatis,
in quarta conclusione, & per alios in contrarium allegatos.
Et si dicatur, ꝙ imò cõditio, sub qua vocabãtur, erat, si te-
stator sine filijs decesserit, fatebor, sed dicã, ꝙ non fuit illa so
la conditio, sed ei erat adiũcta illa, scilicet si filij domini Ale
30 xan. nascerentur, † & sic prędicti filij erant vocati sub dupli
ci cõditione, & propterea nõ dicitur cedere dies suæ vocatio
nis, nisi demum vtraq; cõditione impleta, l. si hęredi plures,
ff. de cond. insti. & §. si plures, insti. de hæred. insti. Licet ergo
una conditio fuerit impleta, cum primum constiterit testa-
torẽ sine liberis decessisse; q̃a tamen pẽdebat alia, an. s. ex d.
Ale. filij nascerentur, nõdũ cessit dies eorũ uocationis, sed (ut
dixi) stabat in suspẽso dispositio, uñ cũ ipsis postea natis & se
cũda cõditione ĩpleta cesserit dies, & filij prædicti in rerũ na
tura reperti fuerint, sequitur, ꝙ oino debẽt admitti per ea, q̃
in contrariũ allegata fuerũt. Et per hanc uiã (ut arbitror) con
clusio p̃dicta redditur indubitata ultra alia fundamẽta, & re
spõsiones, de q̃bus supra. Et p ista patet respõsiũ ad scđm fun
damẽtũ allegatũ in contrariũ; quia negatur, ꝙ filii d. Ale. fue
rĩt simpliciter. & purè uocati; q̃m (ut dixi) fuerũt uocati sub
illa tacita cõdõne, si nascerẽtur, & sic in tẽpus eorũ natiuita-
tis fuit dilata dispõ, stetit ergo dispõ i suspẽso pp pendentiã
cõdõnis, quã testtõr dr̃ tacitè iniecisse suæ dispositioni, sicut
& q̃libet alia cõdõnalis dispõ, ſm qđ supra declaratum fuit.
31 † Regula ergo d. l. si. ff. cõmu. præd. in cõtrariũ allegata per-
dit, nisi de cõtraria uolũtate testõris cõstet, puta ꝙ cõditionẽ
& sic suspẽsionẽ apponat expressè, uel tacitè, & ita ad illũ tex.
respõdet Roma. in d. consi. 134. in fi. 4. dubitationis. Et si di
catur, ꝙ interim nesciebat, ex qua parte hæredes essent filij
dñi Ludouici, q̃ ab initio nati fuerãt, dicam, ꝙ hoc uerũ erat
uerè, & quãtũ ad effectũ immutabilẽ, sed p̃t dici, ꝙ poterãt di
ci hæredes interim pro tertia parte, pro qua oino erãt institu
ti; non. n. minus habere debebãt, ẽt ꝙ ex do. Alex. & Io. Fran-
cisco

cisco filij nascerentur. Et si postea ex aliquo prædictorum nullus natus fuisset, vel vti conditione deficiéte, aliæ portiones filij domini Ludouici accreuissent, seu vsque ab initio fuissent hæredes insolidũ: vbi verò ex vno tantũ filij nascerentur, vna ex tribus portionibus vacans duabus partibus accresceret, vt sic dicamus, filios domini Ludouici quodammodo ex tertia parte purè institutos, ex alijs sub códitione, si ex dominis Alexádro, & Io. Francisco nulli filij nascantur, sub cuius cõtraria conditione filij prædictorum nascituri erant instituti, iuxta l. cũ hęres. §. fi. & l. sequen. quæ incipit, si ex duobus. ff. de acq. hęr. cũ his quæ in eis tradunt glo. & doc. Facit, qđ in simili dicitur in l. antiqui. §. fi. cũ l. seq. ff. si pars hęr. pet. & in l. vtrum. in prin. ff. de reb. dub. cũ simil. quatenus in eis habetur, ꝙ portio iam nati variabitur, secundùm quòd unus, duo, aut plures, vel etiam nullus nasceretur.

Non obstat vltimum, quod allegabatur de affectione testatoris institutos, vel substitutos &c. quoniam respondetur illud verum in dubio, & pręsumptiuè, nõ tamen est ita considerandum, quòd institutio nõ valeat, si de affectione nihil dici potest: nam si voluntas testatoris clara sit, valebit, etiã, ꝙ per eũ istituatur persona nullo modo cognita, sed extranea, & in quã nulla potest cadere affectio, tex. est in l. si extraneũ etiam penitus ignotũ. C. de hær. inst. & ibi doc. tradunt: dico ergo, quòd in casu isto clara est voluntas testatoris, quòd nascituri ex do. Alexandro, & Io. Francisco admittantur, cũ eorum filios expressè vocauerit, quos tamen sciebat nullos habere, & ita necessariò intelligendo de futuris intellexit, in

32 quos per se nulla poterat cadere affectio. † Non ob. d. l. si cognatis cũ sua ratione; quia illa procedit, quàndo verba testatoris possunt verificari, ita in p̃sentibus sicut i futuris, tũc enim ratione affectionis intelligi debet de præsentibus, in quos cadit affectio, puta si simpliciter cognatis relinquatur, sed i casu isto verba illa, filios domini Alexandri, & Ioã. Francisci non possunt verificari in præsentibus; cũ nulli tunc essent, vt sępe dictum est: ergo clara est voluntas testatoris, ꝙ non fuit motus rõne affectionis, quã haberet in dictos filios propter se, illa enim proculdubio nulla esse poterat, cum non

33 dum esset in rerum natura. † Et per hunc modũ respondetur etiam ad dictum consil. Curt. iunior. nu. 58. nam posito (sine veri pręiudicio) ꝙ eius opinio sit vera, procederet tantùm, quando verba testatoris totaliter, & propriè verificari possent in his, quos testator nouerat, & ita in eos affectioné habere pręsumebatur; eo enim casu posset admitti, ꝙ illi pręferantur his, qui post mortem testatoris nati fuissent, ꝙ non est in casu isto, vt ex prædictis constat. Et per istum modũ respondetur etiam ad ea, quę dicit Ioan. Andre. post Lambertinum in additio. Specu. in ti. de testa. super rub. i additione magna, circa mediũ, in versi. item Lambertinus. nam & in casu illo illa institutio, vnum ex filijs Titij, verificari potest in iã natis, meritò nõ habet locum in nasciturís, vt per eum, non sic est in casu nostro, vt dictum est. Et si quis parum considerans dicat, ꝙ immo etiam isto casu videtur illud considerabile; quia verba illa, filios fratrum, verificari videntur in filijs domini Ludouici iam natis, & qui propterea præsumuntur magis dilecti. Respondetur, ꝙ testator non fuit cõtentus dicere simpliciter filios fratrũ, sed specialiter expressit filios dominorum Ludouici, Alexandri, & Ioannisfrancisci fratrum suorũ, & verba ista quatenus respiciũt filios Alexandri, & Ioannisfrancisci non possunt in iã natis verificari; cũ tũc nulli essent, vt sępe dictũ est, ergo &c. Nec demum obstat, ꝙ testator etiam respectu suorum filiorum cogitauerit de futuris, tamẽ debent esse in rerũ natura tempore mortis eius, & sic quo cedit dies institutionis &c. Quoniã ex prædictis responsio clara colligitur. nam etiam in casu isto potest dici inspiciendum esse tempus, quo cedit dies substitutionis, quod est tempus natiuitatis filiorum domini Alexãdri; quia tunc dicitur impleri conditio, quę in substitutione de eis facta tacitè inerat, vt dictum est, & hoc omnino dicendum est vt voluntas testatoris impleri possit, quæ fuit loqui de filijs nasciturís ex domino Alexandro, & Ioannefrancisco, vt dictum est, & licet testator potuerit cogitare se posse superuiuere, quod non negatur, tamen cogitauit etiam se posse citissime mori, ꝓut sibi postea contigit, vt supra dixi, & ita in hoc casu se retulit ad nascituros etiam post eius mortem: non tamen hoc dici potest respectu filiorum testatoris: quia post eius mortem ab eo concipi, & generari non posset, vt est notissimum. Ex prædictis itaque reiecta omni dubitatione, quam a principio habueram, intrepidè concludo, etiã istos filios domi. Alexandri admittendos esse, non minus, quàm si testator vocasset filios domini Alexandri quandocunque nascituros, vt etiã supra tetigi. Laus Christo Redẽptori nostro.

Marianus Socinus iunior, Comes, & Eques, iurisconsultus, Patritius Senensis, Paduę legens. 1539.

ADDITIO.

Cõsului aliàs in fauorem filiorum dom. Alexãdri de Cathabenis, vt scilicet vocentur simul cũ filijs domini Ludouici ad hęreditatem domini Francisci eorũ patrui, vt in cõsilio aliàs per me edito apparet. Sed ex post in contrarium audiui allegari auctoritatem Alexandri in consi. 28. visis ac etiam. in 3. vol. cui se subscripsit Antonius de Prato, vt patet ibi in consi. seq. atque etiam auctoritaté domini Ioannis Baptistę de sancto Seueri. aliàs del Caccialupo, in quadam sua subscriptione inci. concurro in sententiam pręfatorum, quę vltimo loco reperitur ad consiliũ patrui, & domini mei So

34 ci. in suo consilio vltimo, casus iste, primo vol. † inquantũ concludere videntur, ꝙ nati post impletam conditionem nõ vocantur, vt per eos. Veruntamen ad ista recta & concludés apparebit responsio ex his, quæ dixi in prædicto consilio. Et virtuté consilij mei in effectu amplectens prædictis contrarijs respondet excellentissimus dom. Bartholomęus Alipràndus in suis nouissimis allegationibus, quas ego de ipsarũ subscriptione requisitus libentissimè approbo, & confirmo veluti sumptas ex his, quę p̃ me in dicto consilio dicta fuerunt. Et ad ipsorũ confirmationé pro clariori remotione cõtrariorum pleraque dicere constitueram, & maximè vt ostéderem aliquas differentias inter casum Alexãdri, & casũ nostrum, posito ꝙ decisio Alexandri esset vera, p̃ quas differentias apertissimè constaret eius decisioné, & similes nihil facere ad casum nostrũ. Sed (proh dolor) inopinatus nuncius mortis Alexãdri filij mei dulcissimi, ac iurisconsulti pro sua iuuenili ętate satis laudati, q̃ Maceratę legebat, mihi fuit impedimẽto, igitur prędictis omnibus pro nunc prætermissis & quidem satis ęquo animo, cum a quolibet rectè considerante facile (vt arbitror) percipientur, & ego aliàs si quando erit opus quietiori animo me declaraturum polliceor, illud, ꝙ aliàs per me, & nuper per excellẽtissimũ dominum Aliprãdum prædictum conclusum fuit, arbitror de iure esse etiam ego Marianus Socinus Patritius Senẽsis iurisconsultus, Paduę legens. 1541.

S V M M Æ.

De legato facto pro omni eo, quod ei debeatur, seu petere possit de bonis testatoris, vtrum includat etiam res diu per testatorem legatario donatas cum reseruatione usufructus.

Et quando dicatur factum animo compensandi.

1 *Iusta petentibus non est denegandus assensus.*

2 *Infirmitas intellectus est legem, aut aliam rationem quærere in his, quæ naturaliter ad sensum patent.*

3 *Legatarius si acceptat legatum ei factum pro omni eo, quod petere posset, an possit petere id, quòd ei debebatur, vel ei uideatur renunciare.*

4 *Minor aduersus talem acceptationem legati in integrum restitui potest.*

5 *Iudex potest in his, quæ iuris sunt, supplere.*

6 *Compensatio an cadat de specie ad quantitatem.*

7 *Compensandi animus an uideatur in debito uoluntario.*

8 *Legatum an sit titulus lucratiuus.*

9 *Voluntas testatoris circumueniri non debet.*
10 *Compensatio an admittatur cum eo, quod debetur legatario, si super legata est grauatus.*
11 *Iusta causa litigandi a condemnatione expensarum excusat.*

CONSILIVM CLXXIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitia.



ISIS literis magnifici, & excellētissimi Gubernatoris ciuitatis Cesennæ, quibus a me causæ transmissæ decisionem petit. Viso insuper longo processu, seu multiplicibus processibus in hac causa in varijs instantijs factis. Apparuit primo aspectu præsentis causæ decisio magnæ difficultatis per iura & rationes hincinde per doctissimos iurecōsultos deducta. Et eo magis res dubia videbatur; quia inueni sententias in hac cā hucusq; latas admodum contrarias. Primæ.n. duæ sententiæ sunt in fauorē Pandulphi rei conuenti ipsum absoluētes, victumque victori in expensis condemnantes, duæ verò posteriores penitus contrariæ, cum ipsum Pandulphum condēnent primas sententias infringendo, & victum victori in expensis condēnando, vt ex ipsarum lectura apparet. Et cum oēs latæ fuerint a præstantissimis iurisconsultis, quorum doctrinę maximè deferendum esset, aliquantisper subsistebam, nō talē me faciēs, vt aliquibus ex illis valeam contrariari. Verū cum precibus eorum, qui mihi iubere possunt, deuictus sim, vt quid de iure in præsenti causa sentiam exprimere debeam, & litē prædictam mea sententia terminare, non potui illis honesta pe-
1 tentibus non annuere: † iusta.n. petentibus non est denegandus assensus, l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Itaque pro veritate, & iustitia solum Deum præ oculis habens, sententiā meam proferam, ne alioquin veritatem tacendo ipsam denegare seu opprimere videar: vt habetur in c. error. 83. distin. etenim peccare dicitur veritaté occultās, c. quisquis 11. q. 3. Dico igitur, difficultatem totam pendere ex testamento prædicti Io. Thomasini, virum scilicet ipse legando libras 300. dominæ Lucretiæ, dicatur voluisse, ꝙ illa sit pro tali legato tacita, & contenta nedum pro alijs, si quæ ab ipso testatore eidem deberentur, sed etiam pro rebus donatis olim Ioan. Mariæ patri dominæ Lucretiæ, & sic pro illa domo emphyteutica, de qua modò non agitur, & pro terris illis cum domo super eis posita, de quibus nunc agitur, quæ bona fuerunt per dominum Ioannem Thomasini donata ipsi Ioan. Mariæ de an. 1521. & postea in effectu confirmata de ann. 1528. cū pactis, & conditionibus, de quibus in instrumentis desuper cōfectis in dictis temporibus. Et super hac difficultate tantùm instabo vti necessaria. Alias autem difficultates, quæ per insignes aduocatos in hac causa discutiuntur, tam circa processum, quàm circa interpretationē illius instrumenti, seu transactionis factæ anno 1528. consultò dimittam veluti non necessarias. In ea ergo difficultate cōclusiuè loquendo dico mētē, & voluntatē testatoris fuisse, vt domina Lucretia accipiendo legatū librarū 300. dimittat etiam bona donata de quibus supra, si quod ius ad ea illi competeret, & hoc incōuincibiliter demonstratur ex verbis testamenti circa dictum legatum; nā inter cætera dicitur, ꝙ si hęredes instituti per dictū testatorem non possent soluere illas libras 300. pro dote dominæ Lucretię, debeant eidem consignare illam domū emphyteuticam positā in ciuitate Cesennæ intra suos fines, & in eo casu in dicta domo emphyteutica instituit hęredem dictā dominam Lucretiam, vt latius in testamento legitur, in versi. & quatenus hęredes infrascripti nō possent &c. ex quo manifestè colligitur, ꝙ testator non intēdebat, ꝙ domina Lucretia haberet simul 300. libras pro dote, & domum illam emphyteuticam, licet tā fuisset donata patri dominæ Lucretię; de eadem.n. domo loquitur ibi testatur, & ita mihi omnino pręsuppono fundamentum in eo faciens: si.n. voluit testator domū illam dari solùm in casu, quo dos 300. librarū non posset solui, & in eo tātùm casu in dicta domo illam hęredē instituit, sequitur, quòd alias voluit dictam domū remanere suis hęredibus, alioquin domina Lucretia vtrunque haberet, contra manifestam voluntatem testatoris, & cum hoc ad sen-
2 sum patet, probatione non indiget. † Nam (vt inquit philosophus) infirmitas intellectus est legem, aut aliam rationē quęrere in his, quę naturaliter ad sensum patent, vt scribit Ang. in consi. 374. Thema, super quo, prope finem. & Ias. in l. illā. 3. co. C. de colla. & alibi sępe. Et hoc stante, ꝙ negari nequit, dico, ꝙ legatum apud dominam Lucretiam debet esse etiā pro illa domo emphyteutica, quam ipsa ex causa donationis patri suo factę petere potuisset. Et idem etiam dicendū est quò ad terras, & domum super illis positā, de quibus ad pręsens agitur, vt sic dicamus testatorē voluisse dicta bona remanere penes suos hęredes, & pro eis & alijs dominę Lucretię debi-
3 tis ei reliquerit lib. 300. † meritò ergo cū ipsa legatū acceptauerit, dicitur exclusa a petitione dictorum bonorū, ēt ꝙ multo pluris valeant, prout de hoc videtur tex. in arg. l. imperator. §. si centum. in versic. enimuero si pecunia, &c ff. de leg. 2. illa.n. tale legatum acceptando videtur tanti ęstimasse prędictas res, & pro tanto voluit illis carere. prout in simili dicitur in l. sed si non sumus. in prin. ff. ad legem falci. & dicunt doct. in d. §. si centum. nam cum sciret, vel scire debuisset legatum illud inter cętera factum ei fuisse ēt pro dictis rebus, dicitur acceptando legatum eis renuntiare. Et si dicat, se ex hoc maximè damnificari, dicam ꝙ sibiipsi debet imputare, poterat.n. tale legatum repudiādo illud damnum euitare, ꝙ cum non fecerit, sibi, & suę culpę ascribat, l. quod quis ex culpa. ff. de reg. iur. & c. damnum, quod quis. eo. tit. lib. 6. cū con-
4 cordā. vt in dictis iuribus notatur. Fateor tamen † quòd si domina Lucretia tempore acceptationis legati erat minor, & nondum sit lapsum tempus a lege statutum, posse in integrum restitui a tali acceptatione, & ita ad pristinum ius eius, si quod ante prędictam acceptationem habebat, reintegraretur, prout de hoc in terminis est text. in l. si minor 25. annis seruum, & ibi declarant doc. ff. de minor. Verùm cum de tali in integrū restitutione non inuenerim aliquod verbum in processu, scilicet, ꝙ petita fuerit. ego super ea nihil loqui possum. Et propterea concludo stante acceptatione dicti legati, ꝙ domina Lucretia dicitur sibiipsi prejudicasse circa prędicta bona donata, & ideo ea petere nō potest, quin repellatur exceptione taciti pacti, vel etiam doli, iuxta not. in simili in §. non solùm. § liberationis uerba. de libe. lega. & hoc quia testator uoluit, ut supra dictum fuit, & ita sine dubio sensit, dum faciendo legatum dixit, pro omni eo, & toto, quod ipsa possit petere de bonis ipsius testatoris; ipse.n. cum bona prędicta iam per eū donata apud se haberet, habebat illa pro bonis suis, & tāquam sua, licet uerè nō ita essent, si quidē sic solent facere hoies uulgares, & grosso modo loquentes, prout erat dictus testator, iuxta gl. in uers. non quia Papirius, in l. 2. post prin. ff de origi. iur. cum similibus. Et ista interpretatio necessaria est ad saluandā mentem testatoris in illo uersic. & quatenus hęredes infrascripti &c. quam supra demonstraui.

Et quamuis eiusmodi fundamentum non uiderim allega-
5 tum per partem picti Pandulphi; † tamen cum sit iuris, mihi licuit illud supplere. & cōsiderare, ut supra feci, iuxta l. primam, cum ibi not. C. ut quę desunt aduo. par. iud. sup.

Et si dicatur, prędictum fundamentum loqui tantùm de domo emphyteutica, & non de illis terris cum domo, de quibus ad pręsens agitur. Respondetur, quòd in hoc talia bona procedunt a pari, nam stante prędicto fundamento, necesse est dicere, quòd testator in illis uerbis, pro omni eo, & toto, quod ipsa posset petere de bonis testatoris, uoluerit includere dictam domum emphyteuticam, licet iam donatam, ut dixi. Vnde qua rōne eatū includi uoluit, dicitur etiā voluisse includi prędictas terras cum sua domo, cū simul cum ipsa domo emphyteutica donatæ fuerint, & pari iure spectarent ad dominam Lucretiam, & forte minori cum de domo emphyteutica pater eius fuisset per Cesenatem Episcopum inuestitus, ut credo, & prout in instrumento transactionis anno 1528. celebrato, quod id fieret consensente Ioannes Thomasini donator, licet super hoc non factam aliquod

quod fundamentum. Et stantibus prædictis remanēt virtua
liter sublata omnia, quæ per partem dominę Lucretiæ allega
ta fuerunt respicientia prædictum legatum. Nam dum dici
tur, quòd dicta bona non erant amplius testatoris, & propte-
rea de eis non videtur sensisse, quando dixit, pro omni eo qđ
petere posset de bonis ipsius, iuxta tradita p Dec. in cōs. 415.
In casu, col. fi. cum simi. in contrarium allegatis. Respondetur,
illud procedere in dubio, & vbi de contraria voluntate te
stantis non apparet, sed hic clara voluntas apparet, vt supra
6 dixi, ergo &c. † Non obstat etiam, quòd de specie ad quanti-
tē nō cadit cōpensatio, iuxta gl. in l. si conuenerit, la secunda,
in prin. & ibi doc. ff. de pigno. actio. & traditur per gl. & om
nes in l. fi. C. de compensatio. & videtur in proposito bona do
cisio Alexand. in consil. 7. Viso instrumento, prope finem lib.
7 6 † Et similiter; quòd animus compensandi non præsumi-
tur in debito voluntario, vt tradunt docto. in l. si cum dotē,
§. si pater. ff. solu. matri. & in auchen. præterea, C. vnde vir &
vxor. Quoniam ad ista respondetur, & ad primum, quòd nō
sumus propriè in materia compensationis, quæ ipso iure so
let fieri per legem parte inuita; illa. n. non procedit de specie
ad quantitatem, sed agimus de impropria quadam compen-
satione ex voluntate testantis, quæ bene procedit de specie
ad quantitatem, vt egregiè declarat Imo. in d. §. si pater. vbi
Alex. & alii sequuntur, saltem quando verba expressa ita im-
portant, & tradit Corne. in dicta auchen. præterea, col. tertia
versiculo quartò limita. Vel secundò potest dici, q sumus
hic virtualiter in onere iniuncto legatariæ do. Lucretiæ, vt. s.
pro ipso legato sit tacita, & contenta pro omnibus, quæ pete
re poterat, & sic etiam pro prædictis rebus donatis, secundū
quòd supra dictum fuit. Et tunc pro hoc erit casus in d. l. Im
perator, §. si centum. cum sim. supra allegatis, de leg. 2. Ad se-
cundùm verò respondetur, quòd procedit in dubio, quando
scilicet, qui est debitor, simpliciter legat, nec aliud dicit, sed
in casu nostro expressè dicit, quòd volebat compensari, seu
ipsam Lucretiā grauare, vt nihil à suis hæredibus petere pos
8 set. † Non obstat etiam, quòd dici solet, legatum esse titulū
lucratiuū, iuxta l. si hæreditatem, ff. manda. quod hic non es-
set, si do. Lucretia priuatur illis rebus patri suo donatis, & ꝓ-
pterea videatur dicendū, q testator noluerit grauare domi-
nam Lucretiam, aut compensationem inducere, iuxta trā-
dita per Pau. de Cast. in consi. 224. Legatum prædictum, in 2.
vol. secundùm nouam impressionem. Quoniam respondetur
illud procedere in dubio, & ita in dubio loquitur Pau. in di-
cto consilio, sed in casu nostro habemus expressam volunta
tem testantis, vt compensatio fiat, seu q domina Lucretia di-
catur grauata, vt aliquid non petat, vt ex prædictis patet, ergo
&c. Nec legatum infert necessariò damnum dominæ Lucre-
tiæ; quia illa poterat legatum non acceptare, vnde si accepta
uit, sibi imputet, vt supra dixi, & probatur in d. §. si centum.
cum alijs supra allegatis. Ad quod etiam facit. l. si cui. in ver-
sic. arbitror tamen extra ordinem, ff. de condi. & demon. & l.
decem, de fideicom. liber. quatenus in eis dicitur, quòd accē-
ptās legatum tenetur filium emancipere, vel seruum manu-
mittere, prout à testatore erat ordinatum, etiam q onus esset
9 maius commodo legati, † neque. n. circumueniri debet testā-
10 tium voluntas, vt dicitur in d. l. si cui. † Demum non obstat
quòd domina Lucretia fuerit super tali legato grauata, quo
casu non dicitur admittenda compensatio, vt per Corn. post
alios per eum relatos in d. auc. præterea, 3. col. ver. 5. limita.
Quoniam respondetur similiter, q procedit in dubio. nos āt
sumus in casu claro, vt ex prædictis patet. Vltra quòd etiam
dici potest, illud procedere, quando grauamen iniunctum le
gatario est purum, vt ibi videtur firmare Corne. sed in casu
isto est in diem mortis eius, ergo &c. Et plus dico, quòd ta-
le grauamen non est certum, sed conditionale, scilicet si ip-
sa decesserit sine filijs. Stantibus itaque prędictis, arbitror in
præsenti iudicio prædictum Pandulphum reum conuen-
tum debere absolui, absque tamen præiudicio iuriū, quę do
mina Lucretia habere posset, si in integrum restitueretur
11 a prædicta acceptatione legati. † Et insuper arbitror victam
partem ab expensis absoluendam esse, ex iustis causis animū
meum mouentib. Et præsertim; quia cum pro se habeat con
silia excellentissimorum iurisconsultorum, & duas senten-
tias in eius fauorem latas dicitur habuisse iustam causam liti
gandi, meritò venit absoluenda, vt per docto. maximè in l.
properādū. §. sin autem alterutra. C. de iudi. Et ita refero par
tes magnifici Prætoris esse in iudicando bene appellatum
per partem domini Pandulphi, & malè iudicatum per duos
vltimos iudices, à quibus, & sententiam reformandam secun
dùm quòd modo dictum fuit. Laus Deo.

Socinus nepos, Paduæ legens. 1540.

CASVS.

Dominus Melchior ab oleo nobilis Tridētinus in suo vltimo testamento hæredes instituit Gotardum, & Ioan. Franciscum de Perotijs eius nepotes ex filia impuberes, eos inuicem substituendo.

Et si quandocunque sine filijs, & filiabus legitimis decessserint: tunc eis & eorum vltimo morięti substituit vulgariter, & per fideicommissum proximiores ipsius testatoris, prout latius in testamento legitur, cuius copia transmittitur.

In quo etiam prædicti hæredes prohibebantur alienare bona testatoris sine scitu, & licentia commissariorum in eodem testamento electorum.

De anno postea 1492. vel circa fuerunt prædicti hæredes imputati de quodam homicidio, & absentes, & contumaces fuerunt condemnati, & eorum bona confiscata cum expressione tamen vt ius fideicommissi saluum, & reseruatum sit.

Demum fuerunt bona prædicta vendita quibusdam particularibus personis, apud quas, vel earum successores, siue habentes causam ab eis nunc reperiuntur.

Ioan. Franciscus vnus ex institutis hæredibus expost suscepit filios, & illis sibi superstitibus, & impuberibus decessit de anno.

Gotardus verò per prius sine liberis decesserat.

Nunc filij prædicti Ioan. Francisci facti maiores, & nuper habentes notitiam prædicti testamenti petunt bona quædam quæ fuerunt domini testatoris, asserentes in eorum præiudicium non potuisse sic transferri, & eis esse omnino restituenda ex ordine prædicti testamenti.

Quæritur, vtrum sint audiendi.

Et in eorum fauorem consuluerunt excel. iurìscon. dominus Mattheus Auogadrus Brixiensis, & dominus Ludouicus Gozadi Bononiensis.

Verùm magnificus Prætor Tridentinus, qui iudicaturus est contra prædictos filios Ioā. Franc. nonnulla motiua fecit, quorum copia transmittitur.

Et petitur, si iustitia patiatur, subscriptio ad prædicta consilia cum resolutione, & iuridica responsione motiuorū magnifici Prętoris.

S V M M AE.

Filij positi in conditione vtrum censeantur vocati saltem vbi aliqua coniectura concurrit.

Et de præscriptione, quòd non currit contra minores.

Et quando contra eam detur restitutio in integrum ex capite ignorantię.

1 *Filij in conditione positi, an & quando vocati censeantur, & infrà nu. 21. 22. & 25.*

2 *Testatorem non est verosimile voluisse inter institutos, & substitutos causam intestati interponere.*

3 *Filij nati vel concepti post testamentum, an ab intestato, vel per fideicommissum succedant.*

4 *Filij in conditione positi an substitutos excludant.*

5 *A lucro quando aliquis remouetur alicuius fauore, lucrum debet applicari, cuius fauore excluditur.*

6 *Institutus si non potest substitutorum fauore disponere, idem debet esse fauore positorum in conditione.*

7 *Testatoris menti inseruiendum est.*

7 *Substitutio fideicommissaria ex mente testatoris induci potest,*
8 *Fideicommissa per coniecturas induci,& nutu fieri possunt.*
9 *In conditione posita non sunt dispositione eadem, infrà num. 12. & 15.*
10 *Filij instituti & grauati positi in conditione grauaminis an impediant bona in fiscum deuenire, si institutus, & grauatus deportetur, uide infrà nu. 16.& 18.*
11 *Bonorum confiscatio fideicommisso non preiudicat, & infrà nu. 29.& 30.*
13 *Statuti uerba, quòd stantibus agnatis mater non succedat, licet in effectu sint conditionaliter prolata; tamen disponunt, vt agnati per statutum dicantur uocati.*
14 *Voluntas in fideicommissis inducendis ante omnia attēdi debet*
16 *Intellectus ad l. ex facto.§.ex facto.ff.ad trebel.& infrà nu.19.*
17 *Clausula in fine posita ad omnia superiora refertur.*
20 *Bannitus simpliciter deportato non aequiparatur.*
21 *Iudicare debemus non ex numero doctorum, sed quod uerius est.*
23 *Coniectura leuis sufficit, quòd positi in cōditione uocati censeantur.*
24 *Substitutio compendiosa comprehendit uulgarē, & fideicommissariam substitutionem.*
29 *Causa intestati locum non habet, donec causa testati locum habere potest.*
27 *Substitutio uulgaris de uno casu ad alium trahitur.*
28 *Proximo ab intestato succedit.*
29 *Filij non nati tempore confiscationis grauati quomodo ad fideicommissum ueniant.*
30 *Fideicommissarij in bonis confiscatis quando succedant.*
31 *Praescriptio non currit contra minores.*
32 *Restitutio in integrum ex capite iustae ignorantiae aduersus praescriptionem decursam competit ex clausula, si qua mihi iusta causa competit.*
33 *Intellectus ad l. bene zenone. C. de quadri. praescrip.*
34 *Bona subiecta fideicommiss. in haeredes extraneos, nec in fiscum transire non possunt.*

CONSILIVM CLXXIIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitiae.



ISA praedicta facti contingentia, necnō cō
silijs excellentissimorum iuriscunsultorū,
de quibus in ea fit mentio, mihi vti patrū,
honorandorum, omnibusque maturè con-
sideratis, placet conclusio ista, quòd praedicti
filij Io. Francisci debeant in eorū petitione
audiri, non obstantibus his, quę contra eos per Magnificum
Prętorē fuerunt ingeniosè deducta. Et pro fundamento
huius conclusionis, & resolutionis contrarium dimissis his,
quae per praedictos excel. cōsulētes adducuntur, circa quae nō
insistam, uidendum arbitror, nunquid praedicti filij Ioan.
Francis. qui fuerūt positi in conditione in substitutione, quā
testator fecit suis haeredibus, possint dici p testatorem vacati
1 ad fideicommissū, & est quęstio satis nota.† Et licet videatur
prima fronte dicendū q nō; quia solet uulgò dici, positos in
cōditione nō censeri vocatos, vt voluit glo. quā ibi sequūtur
Barto. Ange. & alij in l. Lucius. la 2. ff. de haere. inst. & solet
dici, q ita se habet cōmunis opi. vt asserit eam defendēdo pa
truus & dominus meus Soc. in l. cū auus. col. 61. cū duobus
sequē. ff. de condi. & demō. & Alex. in consi. 185. Viso titulo
quaestionis. p totū, in 2. volu. cum multis concordanti. q ad
hoc allegari possent. Tamen arbitror in praesenti casu con-
trariū de iure verius. Et sic quòd praedicti filij per fideicom
missum dicantur vocati. Et in primis posset in puncto iuris
& secundū voluntatē testatoris simpliciter poni, & firmari
ista conclusio, quòd immo filij positi in conditione ex eo tan
tùm dicantur vocati, nam cum testator dicit, si institutus de-
cesserit sine filijs, substituo &c. apertissimè ostenditur, q uo
luit filios instituti praeponere substituto, & quemadmodum
illi substituto praetulit primò institutū. ita etiam dicitur prae
tulisse instituti filios positos in conditione, & ita in terminis
dicit Iurisconsultus in d. l. Lucius. de hęr. institu. ibi, prudēs
consilium testantis animaduertitur &c. Vnde si tales filios
ita praetulit, sicut eorum patrem institutum, necessariò uide
tur concludendum, quòd eodē modo praetulit, & sic ex testa
mento, ita fortiter arguit. d. l. Lucius. inducendo Andr. Bar-
ba. in consi. 151. Scripsi doctissimus. col. 13. 1. vol. & ista ra
tione, & inductione videtur tolli, & destrui dictum gl. doc.
in d. l. Lucius. dum volunt, praelationē illam debere intelligi
ab intestato: nā illud videtur omnino cōtra illū tex. vt supra
inductum. Facit: quia si solùm conseruaretur legitima suc-
cessio ab intestato, praelatio illa videretur fieri per legem, &
non per prudens cōsilium testantis contra verba, & mentem
illius. l. quā ego aliàs in repetitio. l. centurio. ff. de uulgar. &
pupil. pro ista opi. alio modo ponderabam; nam praelatio fi-
liorum fratris positorū in conditione, de qua ibi dicitur fa-
cta, si ille frater decesserit ante aditam haereditatē, & conse-
quenter in casu, quo haereditas testantis non reperiebatur in
ter bona instituti fratris, ppter quod filij fratris in conditio
ne positi patri eorum succedentes ab intestato non potuerūt
bona testatoris mixta cū bonis eorum patris reperire, & sic
videtur impossibile pręlationē illā fieri ab intestato, igitur
videtur necessariò dicendum, q prętulerit ex testamento. Et
si dicatur, quòd immo ab intestato. s. ipsi testatori succedent
excluso fratre instituto, respondebo, quòd tunc esset opus
praesupponere, q illi soli reperirentur testatori proximiores
cum possibile sit, quòd adesset alij pariter cū illis coniuncti
testatori, vel forte etiā proximiores. Et licet possibile sit
etiam, quòd tales personae non adessent: tamen non restrin-
gendo tex. magis ad unū casum quā ad alium, debet intelligi
simpliciter, siue adsit tales personae, siue non, quò posito ne-
cessariò infertur, praelationem illam fieri ex testamento. Et
2 maximè hoc videtur dicendum; † quia nō sic verosimile, q
testator inter institutum, & substitutos, qui vocantur ex testa
mēto, voluerit interponere causam intestati, arg. l. quamdiu.
la 2. ff. de acqu. haered. l. antequā. C. cōia de succes. & l. quam-
diu. ff. de reg. iur. cum sim. Pręterea, quòd non possit ille tex.
intelligi de praelatione ab intestato, ostendit; quia tunc esset
opus pręsupponere, quòd filij fratris essent nati, vel saltē cō-
3 cepti uiuo testatore † cum postea concepti ei succedere non
possent ab intestato. l. Titius. cum l. seq. ff. de suis & leg. quod
esset restringere illū tex. simpliciter & generaliter loquentē
contra l. 1. §. generaliter. ff. de lega. praestan. & l. de precio. ff.
de publicia. cum simi. quòd non contigit intelligendo prae-
lationem illam factam ex testamento per fideicommissum;
quia satis tunc est, quòd reperiātur nati, vel concepti tempo
re, quo cedit dies fideicommissi eis relicti, per text. in l. inter
uenit. ff. de leg. pręstan. declarat patruus & dominus meus So
ci. in l. si cognatis. in 2. colum. versic. 4. no. & in colum. 14.
ver. quarta & vltima. ff. de reb. dub. cum alijs pluribus q ad
hoc allegari possent. Et ex his videtur, quòd pro ista opi-
nione sit casus quasi ineuitabilis in d. l. Lucius. Pro qua etiā
4 pluribus alijs dimissis optimè facit, † nam cum filij in condi
tione positi excludant substitutos, qui sine dubio vocati sunt
videtur, quòd fortius ipsi filij dicantur vocati: quia si vocati
sunt illi, quos filij praedicti excludunt, & dicūtur vincere,
oportet, quòd etiam ipsi vocati dicantur ad exclusionē omniū
qui per substitutos excluderentur, iuxta illam regulam, si uin
co uincentē, te fortius uinco, te de qua traditur per gloss. &
alios in l. de accessionibus. in fi. de diuer. & tempore. prae-
5 script. & in ca. rogamus. 24. q. 1. cum simi. † Eo maximè:
quia concurrit alia regula, dicimus enim, quòd quando quis
remouetur a lucro alicuius fauore, lucrum tale debet appli
cari illi, cuius fauore & contemplatione quis excluditur. l.
post legatum. §. amittere. ff. de his quib. vt indig. & l. pen.
C. de lega. cum simib. vt scribit Bartol. in l. secunda. §. viden
dum. ff. ad tertulis. de qua reguls plura cumulat auus meus
dominus Maria. Socin. in consi. 5. Praesens consultatio.
& in proposito nostro tradit Roma. in consi. 52. Visa munici
pali. secunda colum. & Andre. Barba. in consil. 55. Praeclar.
scribitur. quarta columna, secundo volumine, post alios
de quibus ibi per eum. Cum ergo in casu isto substitu-

ti per

ti per existentiam filiorum positorum in conditione exclu-
dautur ab hęreditate fauore, & contemplatione ipsorum fi-
liorũ, vt est clarum, & probatur in d.l. Lucius, & excludãtur
ex ordine, & dispositione testatoris, debet consequenter dici,
ꝙ eadẽ dispositione debet dari hæreditas prædictis filijs, vt
sic illi ex testamento dicantur vocati. Et præcipuè hoc di-
cendum est; quia aliàs euenire posset, nec ipsos, nec substitu-
tos habere hęreditatem, seu bona testatoris, puta si institutus
filijs suis exhęredans aliũ instituerer; substituti. n. excluderẽ
tur propter filiorum existentiam, filij autem propter exhęre
dationem., quod certè absurdum esset, & contra mẽtem testa-
toris, qui post institutum omnino uoluit bona, vel ad eius fi-
lios, vel ad substitutos peruenire. Et si dicatur, ꝙ testator, vbi
6 institutus haberet filios, confidit de paterna affectione, †Re-
spondetur, ꝙ hoc non videtur credendũ; quia cum ademerit
instituto potestatẽ disponẽdi fauore substitutorũ, fortius cre
di debet. idem fecisse fauore filiorum positorum in cõditio
ne, cum eos magis dilexerit quàm substitutos. auc. multo ma
gis. C. de episc. & cle. cum si. Præterea posset dari casus, ꝙ
tales filij, nec patre volente possent habere bona testatoris,
puta si viuus ea alienasset, aut eius bona fuissent publicata, ꝓ
ut pręteuditur fuisse in præsenti casu, vnde ne quid sequatur
7 contra mentem testatoris, cui semper est inseruiendum †iux
ta l. 3. cum vul. C. de lib. præte. videtur omnino dicẽdũ, istos
filios in conditione positos fuisse etiam ex testamento voca-
tos, tametsi talis vocatio expresse in testamẽto non legatur;
nam cũ agamus de fideicommissaria substitutione, satis est,
ꝙ ad eam ex coniecturis inducamur, & ad eam testatoris mẽ
tem ostendamus, iuxta l. cum proponeretur. ff. de leg. 2. cum
si. vt plenè per Cur. seniorem in consil. 75. Dominus Ludo-
uicus. 3. & 4. col. versi. præmissis tamen non obstantibus, &
per insignem Moder do. Barth. Cassa. in consi. 67. Ad primũ
dubium. 6. col. qui propriè loquitur in terminis nostris. Et
si rectè prędicta considerẽtur, facile tollentur omnia, quę in
contrarium allegari solent. multa. n. allegantur, quæ proce-
dunt in substitutione, vel institutione directa, quę per conie-
8 cturas induci non debet, † nos verò loquimur in fideicõmis
saria, quæ coniecturis induci posset, vt dictum est, immo etiã
nutu potest fieri. l. num. ff. de leg. 3. l. 3. §. fin. cum l. seq. ff. de
adimen. leg. Alia autem fundamenta, quæ etiam fideicom-
missariè videntur respicere parum faciunt, & ex prędictis fa
cile remoueri poterunt. Et alia, in quib. præcipuè se fundãt
tenentes contrarium, subijciam, & remouebo. Dicunt ergo
cõtrarij doc. inter cętera, ꝙ pro opin stat regula. l. si quis sub
conditione dandorũ. 10. ff. si quis omis. causa testa. †qua dici
tur ꝙ posita in conditione nõ sunt in dispositione, vnde cum
isti filij sulũ reperiantur positi in conditione, non debent di
ci in aliqua dispositione. Secundò dicunt, ꝙ pro eis videtur
bonus tex. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad trebel. prout post Cu
ma. inducit, & inductionem defendit patruus, & dominus
10 meus Soc. in l. cũ auus. col. 72. ff. de condi. & demon. †uã ibi
videtur ꝓbari, ꝙ filij instituti, & grauati positi in cõditione
grauaminis, qui propter eorum existentiam faciunt deficere
fideicommissũ, non impediunt, quin omnia veniant ad fiscũ
si institutus, & grauatos deporteiur, & bona sua publicentur
quod certè non esset, si dicerentur per fideicommissum voca
11 ti; †cum cõfiscatio bonorum nõ pręiudicet fideicommisso,
iuxta no. per Bart. in l. imperator. ff. de fideicom. libet. & tra-
dunt Moder. Repetẽtes, & ibi aliquando dixi in l. filiusfa. §.
diui. circa 7. op. Bar. ff. de leg. 1. & ita etiam illum. §. ex facto
inducit Cor. in l. 1. C. de cõd. inser. & do. Guid. Pap. in q. 39.
doct. in iure ciuili. Sed ad ista duo respondetur. Et ad
12 primum dico †quòd immo aliquãdo verba conditionalia di
sponunt, & sic ꝙ ponitur in conditione dicitur esse in dispo
sitione, quando. s. sic apparet de voluntate disponentes, & ille
habet potestatẽ sic disponendi, vti voluisse creditur, vt iuqt
Bar. in d. l. 2. §. videndum. ff. ad ter. qui pro hoc allegat l. fidei
commissa. §. cum esser. ff. de leg. 3. & in l. in ratione. §. tam
13 & si. ff. ad l. falci. vt per eum, † qui ex hoc firmat, ꝙ verba sta-
tuti, stantibus agnatis mater nõ succedat, licet in effectu sint
conditionaliter prolata, tamẽ disponunt, & agnati dicuntur

per statutum vocati, ita ergo & in casu nostro. Et pro hoc
bene facit. l. pen. ff. de colla. do. Sed in proposito testator ha-
buit potestatem disponendi, & dicitur voluisse sic disponere,
vt ex prædictis manifestè constat, ergo sequitur, ꝙ illa verba,
si sine filijs, & filiabus decesserit &c. licet sint cõditionaliter
prolata, debent importare dispositionem, & ipsorum filiorũ
vocationem, alioquin facile veniremus contra voluntatẽ ma
14 nifestam testatoris, vt supra dictũ fuit. † quæ volũtas, & mẽs
testãtis maximè in fideicõmissis inducendis ante omnia attẽ-
di debet, omni uerborũ qualitate posthabita, vt in l. in condi
tionibus primum locum. in princ. ff. de condi. & demon. l. ex
facto. la grande. circa med. ff. de hęre. insti. & l. quoniam indi-
gnum, & ibi Bal. in 2. nota. C. de testa. Et ideo signanter di
cit Angel. in consi. 222. Bene, & egregiè. in prin. ꝙ in propo-
sito omnis prostergatur verborum rigor, & forma, vbi de mẽ
te testantis constat allegat. l. 3. C. de liber. præteri. quam l. vt
plerique de eo dicũt, sępe habebat in ore, vt etiam ad hoc illã
allegat in consil. 2. Præmitte primò. 2. col. & alibi sępe.
15. † Non obstat illa l. si quis sub conditione dãdorum decem
quia in casu illius legis nõ constat, quòd testator voluerit illa
decẽ legare, aut aliter in dispositione ponere, & hoc est, qđ
ibi dicitur in fine, neque enim legatarius &c. Ad secundum
16 verò respondet, scilicet ad d. §. ex facto. † & dico, ꝙ inductio
prædicta non est vera, nec ibi aliquo modo probatur, quòd si
extãt filij, fiscus omnia suspiciat, sed tantùm dicitur, ꝙ illa fa
ciunt deficere fideicommissum, intelligo tamen ad eorum vti
litatem & sic post mortẽ patris ex fideicommisso tacitè sum-
pto debeantur bona testatoris. Et hoc non obstante, ꝙ bona il
lius deportati peruenerint ad fiscũ, quia ad eum peruenerunt
cum sua causa, vt. s. ad fideicõmissum teneatur, vt ibi statim
sequitur in ver. maximè &c. Et idem procedit in secundo ca-
su respectu fideicommissarij expresse per testatorem vocati
quando. s. filij post deportationem fuissent concepti; quoniã
tunc nõ prosunt ad defectum fideicommis. s. expressi, prout
in primo casu. Et sic rectè intellectus illius tex. vult, ꝙ in quo
libet casu fiscus debebit bona testatoris restituere, i primo. s.
17 filijs, in secundò verò substituto expresse vocato, †& propte-
rea cõuenienter clausula illa maximè &c. ponitur ibi in fine,
vt sic ad vtrunque referatur. l. quisquis vbi Bal. not. C. si cert.
peta. l. talis scriptura. ad fi. de leg. 1. & tradit in c. Inquisitio-
ni. de appel. cum si. & ni fallor, iste est verus intellectus ad il-
18 lũ tex. † Bene fateor, ꝙ Bar. & quidã alij ĩtelligũt primo casu
bona pertinere ad fiscũ, sed illud prouenit ex eo, quia pro fir-
mo tenuerunt, filios positos in conditione non esse vocatos,
non autem ꝙ in eo tex. illud probetur, cũ potius probetur cõ
trariũ. Et maximè pręsupponendo, positos in conditione di-
ci vocatos, vt supra probatum fuit. Et si in proposito dica-
tur, quòd isti filij Io. Francisci fuerunt suscepti post eius ban-
nũ, meritò videmur esse in secũdo casu illius tex. vt sic fit lo-
cus fideicommisso expresse facto in fauorem proximiorum
testatoris. Respondetur primò, quòd ex hoc non defenditur
fiscus, aut habeat causam ab eo, sed illi proximiores debetẽ
admitti sine exce. sicut dominus Tremeus, qui ab illis in hac
19 re causam habet, vt audiui. Sed, & secundo respondetur, †ꝙ
ille tex. loquitur in deportato, sed ille Io. Franciscus non fuit
20 deportatus, sed simpliciter bãnitus, †qui deportato nõ ęqui
paratur in proposito illius tex. vt ibi voluit Bar. quem sequũ
tur Imo. Ale. & alij, & vt dicit ibi Clau. de Seisel. licet pluri-
ma contra Bar. allegẽtur: tamẽ opi. Bar. magis cõmuniter ap
probatur, & consequẽter non videtur, ꝙ in persona domini
Io. Francisci conueniat considerare, quãdo filios susceperit.
21 · †Ex pędictis itaq; videtur, ꝙ ista opinio, ꝙ filij positi in cõ
ditione sint per fideic. vocati, sicut est æquior, ita etiã de iure
sit verior, & licet passim dici soleat, cõmunem opi. esse in cõ-
trarium, ꝓpter quod in hoc communi dicto confisus aliquã
do eam consulendo sum sequutus non habita alia considera-
tione. Tamen forte si tenentes opi. supra defensatam bene cõ
siderentur, non ita dici poterit, pręsertim hac tẽpestate, cum
plurimi ex Moder. hanc opi. tenuerit, vt modò ostendam, &
non est dubium, communem opi. posse mutari tempore, hoc
est illud, quod à l. vel 60. annis supra erat ꝓ cõmuni opi. ha-
bitum

bitum, hodie non ita sit, si plurimi ex sequentibus contrariũ tenuerint. Hanc ergo opi. vt positi in conditione dicantur vocati per fideicommissum, primò videtur sentire gl. in l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de leg. 1. dum dicit, quòd conditio ista, si sine filijs decesserit, dicit apposita filiorum causa: vt. s. illi habeant, non. n. omnino haberent, si non essent vocati, vt iam dictum fuit. Idem voluit Oldr. in consi. 21. Thema tale est. in vltimis verbis, dũ dicit, q̃ positi in conditione, licet nõ veniant ex expressa vocatione, veniunt tamen ex tacita. Et illud consilium ferè ad verbum reassumpsit, & cum eo trãsit Io. An. in addi. Spe. in tit. de testa. §. 1. in vlti. addi. in fi. licet de Oldr. mentionem nõ faciat. Idem tenuit Iac. de Bel. & quidã dominus Iordanus Brixiensis secũdùm quòd refert do. Gui. Pap. in præalle. quæst. 59. circa med. Iac. de Are. & Cyn. post eum in l. j. C. de condi. inser. Vbi etiam idem firmat Saly. post Oldr. & Albe. de Rosa. qui asserit hãc opi. veriorẽ esse & æquiorem, & magis secundùm mentem testatoris. Eã etiam tenuit Dy. in l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de lega. 2. prout refert Bal. in consi. 216. Verba testamenti. lib. 1. & in consi. 254. Titius instituit. 1. col. eo. lib. Idem videtur voluisse Bal. in l. liberorũ in 1. q. ff. de verbo. sig. in l. generaliter. C. de insti. & substi. & in l. Gallus. in prin. ff. de li. & posth. & in l. si quis eum. §. fi. de vulg. & pup. prout illũ ponderat And. Barb. in d. cõsi. 55. col. 5. 2. vol. Idẽ aliquãdo cõsuluit Bal. vt refert Cor. in d. l. j. C. de condi. inser. & in consi. 306. videtur prima facie. 2. col. 4. volu. incipi. consil. Bal. Petrus hæredem, qui Bal. idem firmauit p plures rationes in d. l. 1. C. de condi. inser. in lectu. antiqua, licet illa communiter non reperiatur, prout refert, & sequitur Pau. de Ca. in d. §. cum quis in fi. asserens hanc opi. esse verissimam, & eam semper sibi placuisse, affirmat idem Pa. in consi. 236 Dubitatio vertitur. in 5. colum. & ibi dicit, q̃ gl. in d. l. Lucius, quę est auctor cõtrariæ opi. loquitur ex capite suo, & q̃ non habemus pro ea. tex. expressum, immo dixit Barb. in consil. 27. Scripsi doctissimus. col. 3. 1. vol. & in d. cons. 55. 5. col. q̃ illa glo. non est contra istam opin. cum nos loquamur respectu fideicommissariæ substitutionis, illa verò ad illum tex. relata loquitur respectu vulgaris substitutionis, & sic directè, de qua ibi agitur, quod etiã dixit Pa. de Castro in consi. 263. Circa primum quæsitum. 2. vol. secũdùm nouam impressionem, vbi hanc opi. plenè psequẽdo firmat. Quam etiam tenuit Lud. de Sard. in quibusdam allegationib. ante illud consilium impressis, asserendo, quòd eã etiam consulendo sine dubitatione tenere debemus; quia p ea sunt rationes magis vrgentes. Et illam etiam, & quidem intrepidè sequitur Rom. in l. si cum dotem. in prin. 2. col. ff. solu. ma. Idẽ voluit in consil. 32. Visa municipali. 2. col. Idem firmare videtur Cum. in d. §. cũ quis. licet dicat gl. in d. l. Lucius. approbari communiter. Idem voluit Benedi. de Plumbi. in d. l. si cũ dotem. & Flor. de sancto Petro in d. l. 1. C. de cõdi. inser. & in l. 1. §. p secundo. C. de cadu. tol. Eandem opi. sequitur Pet. de Anc. in consil. 74. Contra Philippum. vbi inquit, quòd glo. in d. l. Lucius, nimis ostendit verba iurisconsulti ibi. Pro eadẽ etiam consuluit Ant. de Prat. vet. prout eius consilium refert se vidisse Cor. in d. l. 1. de cond. inser. & vt ipse inquit in dicto consi. asserebat, se aliàs ita consuluisse, & q̃ eius consi. se subscripserat Pau. de Ca. Io. de Ana. & Anto. Ros. & q̃ ita fuerat iudicatum. Eandẽ opi. consulẽdo pluries sequutus fuit auus meus Maria. Soc. dicens, q̃ ita etiam consuluerunt ambo Rapha. Pau. de Cast. & ferè omnes doc. Italiæ sui temporis, prout in consilijs suis pluries retulit Cor. vt in cons. 146. In hac consultatione. in 6. colum. 2. vol. in consil. 226. Quamquam prima facie. 2. col. in consi. 173. Dubia satis. 1. col. & in consil. 306. Videtur. 2. col. 4. volu. & de quodã consilio aui mei. incipi. Prædicta cõsultatio continet materiam. meminit Curt. senior in cõs. 51. super testamẽtis Alberti. col. 10. Et in eodẽ consi. ipse Cur. audacter firmat hanc opin. Et, vt ipse, & alij multi referunt, eandẽ opi. tenuit Fran. de Alberg. in d. l. Lucior. & alibi sæpe. Qui etiã pro eadẽ opin. consuluit, vt refert Cor. in d. consi. 146. & eius consilio se subscripserunt quasi omnes doctores, seu aduocati Florentiæ, prout refert Soc. noster in consi. 77. In præsenti consultatione. in 3. colu. lib. 1.

Eandem opi. consulendo sequitur Bartho. Cassane. in consi. 54. Christianissimus ille. col. 5. prope fi. usque ad finem consilij, vbi pro ea adducit quatuordecim fundamenta, vt per eũ qui etiam idem sequitur in consi. 67. Ad primũ dubium. col. 6. vbi etiam quosdam alios allegat, & inter alios Aret. vt per eum. Et istam opi. plenius prosequendo firmat And. Barb. in l. cum acutissimi. col. 7. & cum 20. seq. C. de fideicom. & in d. cons. 27. 1. uo. & in d. cons. 55. 2. uo. vbi asserit eã esse veriorem, æquiorem, & communiorem. Et idem asserebant plures doc. Bonon. p hac opi. consulentes, vt refert dominus meus Soci. in d. consi. 77. Et istud forte hodie verum est, præsertim apud doc. qui voluerunt istius difficultatis veritatem inuestigare per rationes. ; Et ego aliàs per pondus rationum hanc opi. velut veriorem sequutus fui legendo. l. centurio. ff. de uulg. & pupil. Et stantibus prædictis videtur posse firmari, q̃ ab ista opi. tanquam veriori non debet recedi etiã in iudicando, etiam quòd communis opinio esset in contrarium; quia non ex numero auctorum, sed quod verius est, debet iudicari. l. 1. §. sed neque. C. de vete. iure enucle. facit. c. capellanus, & ibi Abb. in vlt. not. de fer. & tradunt Abb. & alij in c. 1. de consti. cum multis concor. qui cumulari possent.

Et vbi magnificus Prætor Tridentinus, qui in hac causa iudicaturus est, rectè omnia prædicta voluerit considerare, facile mihi persuadeo, q̃ secundùm hanc opi. iudicabit, legibus, rationibus, verosimili menti testatoris, & auctoritati tantorũ patrum, de quibus supra, inhęrendo. Et præsertim cum ad eidem opi. concurrat potentissima coniectura, de qua infra, propter quam præcipuè, vt verũ fatear, motus fui ad ita consulendum. Secundo ergo posito, quòd quis hanc opi. sequi non auderet ex eo, q̃ communis opinio videtur in contrariũ dico, q̃ in casu isto secundùm prædicta omnino iudicãdum est, propter vrgentem coniecturam ita exposcentem, vltra id quòd filij fuerunt in conditione positi. Quando enim istud
22 detur, quòd aliunde voluntas testatoris sumatur, quòd positi in conditione dicantur uocati vltra id, quod i conditione positi fuerunt, communiter dicunt doc. etiam illi, qui regulariter negant eos vocatos, q̃ a tali opi. recedere debemus, & uoluntati testantis inhęrẽdo tenere, q̃ sint vocati; ita enim dixit Cor. in consi. 22. In hac consultatione. 2. & 3. co. 2. uolu. in cons. 219. In hac consultatione. in 4. co. 3. vo. & in cons. 27. Licet in hac 3. col. & in consi. 113. Dubia satis post prin. 4. vo. & alibi sæpissime, & in d. consi. 173. dicit, quòd semper legendo, & consulendo arbitratus fuit, quod aliqua alia coniectura concurrẽte filij in conditione positi dicãtur vocati. idem voluit Pau. de Cast. in d. consi. 263. & Ludou. de Sard. in sua allegatio. ante illud consilium impressa in fi. idẽ dixit patruus, & do. meus Soci. in consil. 73. Capiendo primum col. pen. 4. vol. in consi. 249. Materia pręsentis. 4. col. ver. primum est. 2. vol. & in quodam alio consilio nondum impresso, quod apud me est proprijs manu, & sigillo eius roboratum, quod incip. Viso testamento domini Pauli de Doctis, vbi in 3. carta dicit, quòd licet communis opi. sit, q̃ positi in conditione nõ sint vocati; tamen i descendentibus multi nõ paruæ auctoritatis contrariũ tenuerunt, & q̃ aliàs pro ista opi. habuit multa solennia consilia aduocatorũ Florentinorum, & statim subdit, q̃ saltẽ vbi est aliqua coniectura, semper vidit solennes doctores p filijs consulere, vt. s. dicantur vocati. Hoc idem dixit in l. cum auus. col. fi. in fi. ff. de condi. & demon. dicens, q̃ qualis debeat esse coniectura, relinquit circumspectioni iudicis. Idem dixit Cur. senior in consilio 75. Dominus Ludouicus. quarta colum. & ita etiam voluit Dec. rectè intuenti in consi. 270. Dominus Raynaldus. col. penul. & Cur. iunior in cons. 43. Habita diligenti. 3. col. in fi. & ad hoc alij infiniti allegari possent, & voluit hoc Bar. in l. centurio. col. 12. ff. de uulga. & pupilla. dum firmat, q̃ filij in conditione positi dicũtur vocati, si concurrat, quòd ẽt sint grauati, vt per eum, & inquit Cur. iunior in consi. 87.
23 Negari non potest. in fine post Curne. quem allegat. † q̃ in hoc quælibet leuis coniectura sufficit ad faciendum, q̃ positi in conditione dicantur vocati, & ita ego sępe consului. Sed (ut dixi) in casu isto adest inter cęteras una urgẽs coniectura

ctura

24 ctura, ergo &c. Coniectura autẽ talis est, †nam testator ꝓ
dicto Io. Fran. in effectu fecit cõpendiosam substitutionem,
cũ dixerit qñcunq; sine filijs decesserit, & sic fecit sub ver-
borũ compendio iam vulgarem substitutionem in casu suo,
quã ẽt fideicõmissariam, iuxta no. per Bar. & alios in d. l. cen
turio, & in d. l. ꝓcibus, C. de impob. & ali. subst. Et clarè in ca
su isto constat; quia testator ita expressit dicendo, vulgariter,
& p fideicõmissum, vt in themate narratur. Vñ sequitur, ꝙ
verba illa, sine filijs, debeãt vniformiter capi respectu vtriuſ-
que substitutionis p regulã l. iam huc iure. ff. de vul. & pop.
cum si. sed respectu vulgaris operantur filios esse vocatos, er-
go &c. Istud aũt ostenditur; quia nisi dicerentur vocati, facile
sequi posset, ꝙ non admitterentur, neq; ex testõ, neq; ab inte
stato, qđ esset omnino cõtra mẽtem testantis, & contra gl. &
doc. in d. l. Lucius, dũ tex. illum dicentem, ꝙ testator ꝓtulit ẽr
filios instituti, intelligũt s. ab intestato, necesse ergo est aliquo
25 modo istos filios in cõditione positos esse prælatos. †Et hinc
dicimus, ꝙ qñ possibile est, eos non vocari ab intest. necesse
est eos ex testamẽto vocari, prout est de intẽtione doctorum,
& declarat Cor. in cons. 24. Viso prolixo 2. col. versi. a. indu-
co & hoc, 2. vol. Et ꝙ illud sequi posset, ostenditur, pone. n. ꝙ
Io. Frãciscus decessisset cum filijs ante aditam hẽreditatẽ, cer-
tè si non dicerentur ex testamento vocati, nec etiam ab inte-
26 stato admitti possent, †nam causa intestati nunquam locum
habere potest, donec habere locũ pt cã testati, l. quandiu. la
2. ff. de acq. hęr. & l. antequã, C. cõia de suc. Et ideo cũ adsit
cã testati; quia reperiuntur proximiores substituti vulgariter
non posset habere locũ causa intestati. Nec dicatur, ꝙ causa
testati cessaret; quia vulgaris dr̃ tacita, si decesserit sine filijs.
27 †Qm̃ respondetur, ꝙ licet sic fuerit expressum: tamen trahe
retur ad alium casum, si filios habuerit, & non sint hæredes,
iuxta tradita per doc. in l. Gallus, §. & quid si tãtùm, ff. de lib.
& posth. & in specie, ꝙ vulgaris trahatur de vno casu ad aliũ,
declarat Bar. in l. 1. in 1. 4. col. ver. hoc præmisso quæro. ff.
de vulga. & p p cum quo est communis opi. vt ibi per Modi
Et hoc posito sequeretur ꝙ substituti potuissent admitti ex-
clusis filijs Io. Francisci contra claram mentem testantis, qđ
esset valde absurdũ. Et vbi etiã quis nollet tunc substitutos
posse admitti, eo ꝙ erant vocati, si instituti decessissent sine li-
beris, adhuc tũ filij Io Fran. nõ potuissent succedere testato
ri ab intestato saltẽ in solidũ, prout testator creditur voluisse,
28 † ex eo quia extabat domina Gotarda illis proximior ipsi do
mino testatori, q̃ saltẽ partẽ omnino ab intestato habuisset, vt
in §. cũ filius. inst. de hære. quæ ab intesta. defe. in auc. in suc-
cessione. C. de suis & leg. & in corpore vnde sumitur. Hoc
autẽ esset absurdũ, & contra mentem testatoris, qui eos in cõ
ditione ponendo simpliciter omnibus prætulisse videtur.
Imò nec in aliquo potuissent eorum proauo testatori suc-
cedere ab intesta. cum eo uiuo, nec nati, nec etiã cõcepti fuiſ-
sent, vt l. Titius, cum l. seq. ff. de suis, & leg. & supra dictum
fuit. Vnde ne hoc sequatur, vel aliud, quod in præcedenti cõ-
sideratione dicebatur, dici debet, filios prędictos sic positos
in conditione fuisse tacitè vocatos in vulgari substitutione,
meritò ergo idem dici debet respectu fideicommissariæ per
prædicta. Ex quibus omnibus remanet firma, & vera ista con
clusio, ꝙ prædicti filij dicuntur tacitè per fideicommissum
vocati, & propterea conuenienter admitti debent ad petẽdũ
prout petunt. Nec huic conclusioni obstant motiua Magnifi
ci Prętoris ingeniosissimè excitata contra eos; nam dum pri
mò dicitur, ꝙ isti filij non erant nati tempore confiscationis
29 &c. † Respondetur, ꝙ non veniunt per illam uiam, vt. s. velu
ti proximiores dicãtur vocati in casu alienationis, sed veniũt
vt vocati per fideicommissum post mortẽ patris eorũ, quo
tempore sufficit eos fuisse natos, vel cõceptos, prout erãt, q̃a
tunc cedit dies talis fideicõmissi; iuxta l. interuenit ff. de le-
ga. pręstã. & supra dictum fuit. Et interim si cõfiscatio value
rit habere debeat fiscus durãte uita Io. Francisci. cũ sua tamẽ
causa, vt est tex. in l. Statius Florus, §. Cornelio. ff. de iure fis.
& ita p illũ tex. firmat Pau. de Ca. in l. filiusfamilias, §. diui.
30 col. fi. ff. de leg. 1. †Et licet Alex. in consi. 23. Oportunè cõsi
deratis, 1. vol. dixerit, quòd immo statim a die cõfiscationis
vocantur fideicommissarij. Tñ eius opi. videtur contra d. §.
Cornelio. cui non inuenio, ꝙ in libro meo respondeat, de
quo non parum miror, cum illum adduxisset in cõtrarium.
Et opi. Ale. p multa reprobat Caro. Rui. in d. §. diui. col. in fi.
19. cum tribus seq. Sed posito ꝙ esset vera, procederet in ca-
su suo, in quo erant multa verba volentia, ꝙ domus illa con-
tinue esset apud descendẽtes suos. Et præterea ibi illi descen
dentes veniebant vigore expresse ꝓhibitionis alienationis:
nos aũt loqmur, & dicimus, ꝙ isti filij veniũt vigore taciti
fideicõmissi patri eorum iniuncti post eius mortem, vt ex p̃
dictis constat. Nec tũc obstant, quæ de directo contra istud
allegantur per no. per gl. & alios in d. l. Lucius. de hęr. insti.
qm̃ ex prędictis satis constat, opi. illam de iure non esse ue-
ram saltẽ in casu nostro. Ad illud autem, quod dicitur, non
esse probatum bona, de quibus agitur, fuisse in bonis testato
ris, clara patet responsio ex processu; quia immo conuenien
ter probatur, vt mihi asseritur, & alij etiam apertissimè re-
sponderũt. Non ob. exceptio legitimę pręscriptionis, in qua
31 vr̃ p magnificũ Prętorẽ fieri magnũ fundamentũ. † Qm̃ re
spondetur, ꝙ imo ꝑscriptio nõ cucurrit, cũ isti filij fuerint
minores, & p multa tẽpora pupilli, vt est tex. in l. fi. & ibi tra
dunt omnes. C. in quib. cau. rest. non est nec. Et cũ verè aga-
mus de ꝑscriptione contra istos filios, qui fuerũt minores,
& quibus non cõpetijt ius, nisi post mortem Io. Francisci eo
rum patris, & non agatur de ꝑscriptione cõtra proximiores
testatoris, satis clarè constat, nihil obstare, neq; esse ad propo
sitũ, quæ in contrariũ allegata fuerũt in excitatis dubitatio
32 nibus. in fi. †Et plus etiam dici posset, ꝙ ex quo non cucur-
rit præscriptio 40. an. si quis vellet contra eos aliquã pręscri
ptionem cucurrisse, quod tamen negatur, aduersus eam pos
sunt, & debent in integrum restitui ex capite iustæ ignoran-
tiæ, ex generali illa clausula, si qua mihi iusta causa &c. de qua
in l. j. in fi. ff. ex quib. cau. maio. iuxta doctri. Barto. in l. 1. §. si
quis autem. ff. de itiner. actuque priua. cũ concor. multis, vt
p Roma. in consi. 166. Viso diligenter. col. pe. & p Alex. in
cons. 169. Viso themate, col. fi. ver. non obstat, ꝙ aduersus, 2.
vol. vbi dicit, ꝙ opin. Bar. est communis, quod etiam dixit
in consi. 116. Prospectis, 1. col. 5. vol. Et licet Alex. loquatur
etiam de præscriptione 40. an. tamen quicquid in ea sit, cum
multi teneant contrarium in tali pręscriptione, & ego sum
solitus contra Alexan. tenere, & ita plurica consului. Tamen
in alia præscriptione, puta 30 ann. vel minori, si contra igno
rantem cucurrisset, omnes ferè consentiunt, dari posse ꝓdi-
ctam in integrũ rest. ut per patruum, & do. meum Soci. in l.
cũ filiusfam. §. in hac. ff. de verbo. obl. cũ multis concor. qui
allegari possent. Super hoc tñ nõ est insistendum, cũ verè ꝑ-
scriptio aliqua non cucurrerit ratione minoris ętatis, ut di-
33 ctum est. † Nec potest fieri fundamentum in l. omnes, & in
l. bene à Zenone. C. de q adri. præscrip. qm̃ illa iura non ꝓ-
cedunt in casu isto: tum quia non sumus in supremo Princi
pe, tum etiã ex alijs, vt plenè scriptum fuit per claris. doct.
de quibus in puncto, ad quorum dicta in hoc me remitto.
34 † Et stantibus prædictis, nihil obstat, quod nouiter per eũ
dem mag. Prætorem dicebatur, ꝙ bona ista poterant in fiscũ
trãsire, iuxta doc. Alex. in l. si finita §. si de vectigalibus, circa
2. q. Bar. ff. de dam. infec. quoniam dico, ꝙ cum Io. Fran. esset
per fideicommissum tacitè rogatus filijs restituere, & ipsis
non extantibus expressè proximioribus, non poterant bona
transire ad extraneos hæredes, cum in eo in omnem euentũ
essent subiecta restitutioni: meritò ergo nec in fiscum transi
re poterunt per assertam confiscationem in præiudiciũ ali-
cuius fideicommissarij Maximè quia in ea expressè ius fidei
cõmissi reseruatur, vt in themate narratur. Et hoc de plano
procedit, quicquid velimus sumere ex illa prohibitione alie
nationis, de qua in testamento. Super qua non est insisten-
dũ; quia non ueniunt isti filij per illam uiam, sed per uiam
taciti fideicommissi, ut ex prædictis constat. Laus Deo.

Maria. Soc. iunior iurisconsultus, Paduę. 1537.

ADDITIO.

Ad hoc consi. se refert supra consi. 138. nume. vbi vide quod annot.

S V M M AE.

Filij in conditione positi, si alia etiam leuis cõiectura concurrat, censentur vocati.

Et bona est coniectura, ubi possibile esset, eos ab intestato non nocari.

1 *Coniecturo leuis sufficit od faciẽdum quòd filij in conditione positi censeantur vocati.*

2 *Filij in cõditione positi censentur vocati ad fideicommissum, quã do sequi posset, quòd ab intestato non admitterentur.*

CONSILIVM CLXXV.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitia.



VISO eleganti, & copioso cons. excel. doc. domini Theodori Peregrini mihi uti fratria hon. & olim acutissimi discipuli mei, nõ parum, vt verũ fatear, lætatus sum, ex eo cognoscẽs ipsum do. Theodorũ magnæ expectationi quã de se concitauerat, nedum respõdisse, sed longè illã superasse. Viso etiã alio cõsi. siue subscriptione Alex. Soc. filij mei, quę qualis sit quantãq; subtilitatẽ, & doct. ptæ se ferat, aliorũ iudicio relinquo. Nec nõ diligẽter considerato testamento magnifici D. Christophori de Peregrinis facile in sententiã pdictorũ cõdescẽdo, vt. s. filij masculi domini Peregrini hęredes instituti dicãtur tacitè vocati p fidei cõmissũ post mortẽ ipsius domini Peregrini eorũ patris, ita vt dominus Peregrinus velnti tali fideicõmisso grauatus non potuerit liberè, & irreuocabiliter de bonis pędicti testatoris disponere in piudiciũ filiorũ suorũ. Et licet quãdo solũ consideraretur, quòd prędicti filij essent positi in cõditione, ex eo tantum, quòd in conditione positi essent, facile in puncto iuris prædicta conclusio defendi posset per text. vbi pro ea videtur casus in l. Lucius. la 2. ff. de hære. insti. cui vt verũ fatear non videtur, quòd possit bene responderi, vt supra per alios
a dictum fuit. † Tamen quia dici solet, communẽ opi. esse in cõtrarium, vt voluerunt glo. Bar. Bal. & alij in d. l. Lucius, & alibi sępe. Si in casu nostro alię coniecturę nõ adessent, ad illud tendentes, ego substitissem, etenim hucusque nunquã contra illam communem opi. seu quàm communem dicũt, volui cõsulere in simplicib. terminis, immo aliquando secundùm cõmunem consului. Verùm cum isto casu ex prædicto testamento sumãtur alię multę coniecturę suadentes prędictos filios domini Peregrini sic in cõditione positus vocatos fuisse facile, vt dixi, inclino in ista opi. put egregiè per alios firmata fuit. Ego. n. semper tenui, prout etiam ferè omnes tenẽtes cum communi dixerunt, quòd ex qualibet coniectura etiam leui ab illa communi opi. recedere debemus, & firmare, positos in conditione esse vocatos, vbi ad illud aliqua ratio, siue aliqua alia cõiectura etiam leuis nos inducat, vt post alios declarat Cur. iunior in consi. 87. Negari non potest, in fine. & prout etiam supra per excel. consulentem, & subscribẽtem dictum fuit. Et ita ego pluries consului in diuersis casibus secũdùm varias coniecturas. Coniecturæ autem, quæ in casu isto nos inducũt ad ita dicẽdũ, multę sunt, de quib. per alios.

Et maximè illę quatuor, quas in sua subscriptione psequitur filius meus. Et licet omnes videãtur vrgentes, vt per eum & primum consulentem deducitur, remouendo ab eis contra
a ria. † Tamen multũ mibi placet illa secunda, quam dominus consulens posuit pro prima, dũ dicebatur, quòd nisi isti filij domini Peregrini essent vocati tacitè ad fideicommissum, sequi posset, quòd nullo modo admitterẽtur etiam ab intest. vt in ea clarè deducitur, oportet. n. tales filios aliquo modo admitti ad exclusionem substitutę, & per testatorẽ fuisse pręlatos. Vnde cum stante prædicto testamẽto dari potuisset, illos ab intesta. non posse vocari, vt plenè supra per alios deductũ fuit, necesse est, vt ex testamento dicantur vocati, & prælati, ita. n. ni fallor, volunt omnes doc. tenẽtes communem opin. nam cum prælatio omnino facta sit per testatorem, vt d. l. Lucius, & illa non possit dari, nisi vel ex testamẽto, vel ab intesta. vt est notum, & doc. dicãt, factam esse ab intesta. debent intelligi loqui, quando. s. illa dari posset. Sed vbi non posset dari fatere mur absque dubio factam illam prælationem, quæ dari posset, & sic ex testamento, & ita signanter declarat Cor. in cõ sil. 74. Viso prolixo. 2. col. 2. vol. Et ita per istã coniecturam, & in fortiorib. terminis his diebus cõsului in pulchra causa apud Tridentum. Ex illa itaque, & ex alijs cõiecturis supra p alios deductis concurro cum eis in hanc sentẽtiam, vt filij pdicti domini Peregrini in cõditione positi dicantur ex testamento ad fideicommissum vocati. Laus Deo.

Socinus nepos, Padnę legens. 1537.

C A S V S.

Prouidus vir ser Petrus de Pompeatis de Tridento in suo testamento inter cętera sic dispositum reliquit.

In omnib. ante alijs suis bonis &c. suos hæredes vniuersales instituit Blasium, Iacobum, Peregrinum, & Martinũ eius filios legitimos, & naturales, ęquis portionibus, & si vnus ipsorum decederet sine filijs legitimis, & naturalibus, vel aliàs quandocunque, adinuicem substituit superstites, seu superstitem in capita: vel si omnes filij sui, seu descendentes filiorum suorum decederent, substituit proximiores de domo sua in capita.

Mortuo testatore quatuor filij instituti hæredes adiuerunt hæreditatem, seu illi se imiscuerunt, & omnes postea decesserũt cum filijs masculis, & ita in hanc vsque diem extant liberi masculi ex Iacobo, Peregrino, & Martino, nõ sic ex Blasio: nam illi superfuit filius eius Petrus nomine, qui postea decessit superstite sibi vno filio masculo dicto Blasio iuniore.

Demum decessit Blasius iunior sine liberis, & hæredẽ vniuersalem reliquit quendam domi. Ioannem Ianonum notarium, qui hęreditatem adiuit, & ita omnia bona dicti Blasij iunioris vti eius hæres possidet.

Nunc liberi, & descendentes prædictorum Iacobi, Peregrini, & Martini petũt ex causa fideicommissi eis restitui bona, quæ fuerunt primi testatoris.

Quæritur, an de iure possint, & sic vtrum sint audiendi, vel repellendi.

S V M M AE.

De fideicommisso reciproco quando censeatur factum inter eos, post quorum mortem sit facta substitutio.

Et positi in conditione an & quando censeatur vocati ex eo, quòd dicantur grauati.

1 *Fideicommissi onus an de persona ad personam trahi debeat.*

2 *Substitutio quando post mortem plurium fit ab vltimo decedente in tota hęreditate, inter illos plures dicitur tacitè fideicõmissum reciprocum esse inductum, vide infrà nume. 11. & nu. 14.*

3 *Fideic. reciprocum facilius inducitur in descendentes ad excludendum substitutum.*

4 *Substitutio facta post mortem plurium, quando sumus in liberis, dicitur ab vlt. moriente facta.*

5 *Substitutio quòd fiat post mortem omnium, vel quòd exprimatur ab vltimo morient, paria sunt.*

6 *Substitutio simpliciter de omnibus bonis facta intelligitur.*

7 *Resolutio varia fit ex casuum varietate.*

8 *Substitutio, quę in testamento nõ reperitur, non dicitur esse facta, & contrarium dicens probare debet.*

Verborum importantia regulariter standum est.

9 *Non sufficit testatorem aliquid voluisse, nisi voluntas in aliquã dispositionem transeat.*

10 *Mens testatoris non attenditur, vbi eius verba ad eius mentem adaptari non possunt.*

12 *Substitutio vniuersaliter, vel indefinite non dicitur facta, nisi signum vniuersale, vel indefinitum exprimatur.*

13 *Substitutio post mortem plurium si facta sit, non censentur illi plures inuicem substituti, quãdo substitutio non fit expressè vltimo morienti, neque in tota hęreditate.*

15 *Fideicom-*

15 *Fideicommiſſum, ſeu ſubſtitutio reciproca facta non dicitur, quando ſubſtitutio ſit poſt mortem plurium, qui à teſtatore non erãt inſtituti, ſed in conditione tantùm poſiti.*
16 *Poſiti in conditione ſi non cenſentur uocati, non poſſunt dici inuicem ſubſtituti.*
17 *Liberi filiorum, qui ſunt in conditione poſiti, ad inuicem ſubſtituti non cenſentur.*
18 *Filij in conditione poſiti ſi ſunt grauati, et eorum grauamen valeat an etiam per prius honorati cenſeantur, & infrà n.20.*
19 *Fideicommiſſum ut inducatur in tota hæreditate, ſi non ſuit expreſſè iniunctum ab ultimo moriente, an ſufficiat dicere, ſi omnes decedant.*

CONSILIVM CLXXVI.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iuſtitiæ.



ONSIDERATIS his, quæ in themate
narrãtur ſimul, & tenor teſtamenti, de quo
agit, maturè animaduerſo, nec nõ inſpectis
l i, quæ per excel. cõſultorem dominum Pe
trũ Alexandrinum mihi vti patrem hon. in
præſenti dubitatione deducta fuerũt quibus
concluditur, nõ eſſe locum alicui fideicommiſſo in fauorem
liberorum Iacobi, Peregrini, & Martini trium filiorum, &
hæredũ teſtatoris, & conſequenter eos non eſſe aliquo mo
do audiendos in ſua petitione. Concluſio prædicta uiſa eſt
primo aſpectu dubia, qñ quidẽ in occurrẽti caſu non repe-
riatur expreſsè facta aliqua ſubſtitutio, per quam Blaſius Iu-
nior teſtatoris pronepos dicatur grauatus, ſiue primum gradũ
1 ſubſtitutionis, ſiue etiã ſecundũ conſideremus, † nec conue
niat ſubſtitutionem, ſeu fideicommiſſi onus trahi de pſona
ad perſonam, iux. tradita per Aret. in l. Gallus. §. & quid ſi tã
tũ. in 4. co. in fi. uer. x. adde. ff. de lib. & poſth. eũ ſi. vt egregiè
p dominum conſultorem oſtenditur, ad quod ſolum tendit
tota eius cõſultatio. Tamẽ uidetur, q poſſit dici facta quæ-
dam tacita ſubſtitutio reciproca inter deſcendentes filiorum
& hęredũ teſtatoris; nã cũ proximiores de domo teſtãris ſint
vocati, ſi omnes deſcẽdẽtes filiorum teſtatoris deceſſerint, vi
detur ex ueroſimili intentione teſtatoris, ut ipſi deſcendẽtes
2 tacitè dicantur inuicem, & reciprocè ſubſtituti, † ſolet. n. pro
regula dici, quòd quãdo ſubſtitutio fit poſt mortem plariũ
ab ultimo moriente in tota hæreditate inter illos plures
dicitur inductum tacitè fideicommiſſum reciprocum p tex.
uulgatum in l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. 2. & ita per
illũ tex. tradũt doc. maximè patruus, & dominus meus Soc.
3 in l. hęredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. † Attentu pręcipue q
in caſu iſto ſumus in deſcendentibus teſtatoris, & ſic in caſu
in quo decedente Blaſio iuniore deſcendentes ex prædictis
tribus filijs teſtatoris ex ueroſimili mente ipſius excluderẽt
extraneos ſubſtitutos, hoc. n. caſu facilius cẽſet inductũ reci-
procũ fideicommiſſum, vt ſignanter declarat Soci. meus in
d. §. cum ita, in col. 3. verſi. aliquando & tertiò & ultimò, qui
etiam idem firmat in conſi. 159. Materia pręſentis conſulta
tionis. 7. col. 2. volu. maxime in fin. 8. col. in uerſi. 2. reſpon
4 deo, † quòd ſubſtitutio ſimpliciter ſit facta poſt mortem
plurium; tamen dicitur facta ab ultimo moriente, alleg. l. qui
duos, cũ ibi traditis per Imo. & Mod. de uulg. & pup. & alia
quædam, vt per eum. Cum itaq; iu caſu noſtro ſubſtitutio ſit
facta, ſi omnes deſcẽdẽtes moriantur, veluti facta ab vltimo
moriente debet interpretari, & debet operari reciprocum fi
deicommiſſum inter ipſos deſcendentes, & ita reperio, quòd
uoluit Pa. de Ca. in l. pe. C. de impub. & ali. ſubſti. prout eum
refert, & ſequitur Iaſ. in conſi. 53. Factum ſic ſe habet. 1. uo
5 lu. † Et videt communis opin. q paria ſint, ſubſtitutionẽ fie-
ri poſt mortẽ omnium, vt in caſu iſto contigit, & q exprima-
tur ab vltimo moriente, vt atteſtatur Cur. iunior in conſilio
156. In teſtamento condito. 2. coln. ver. item eſt alia commu
6 nis cõcluſio, † & cũ ſubſtitutio ſit facta ſimpliciter nõ magis
una parte, quàm in alia videt facta de bonis, & hæreditate te
ſtatoris indefinitè, & i conſequentiam in tota hæreditate, cũ
indefinita ęquipolleat uniuerſali. l. ſi pluribus. de leg. 2. & l.
ſi plures de leg. 3. cum ſi. & ſic vidẽtur concurrere omnia re
quiſita, vt reciprocum fideicommiſſum dicatur inductum.
& ita in ſimili uidet arguere patruus, & do. meus Soci. in cõ-
ſi. 104. Quoniam præſens. 5. co. 3. vo. Videtur igitur ex iſtis,
& ſic uigore huius reciproci fideicommiſſi, decedẽte nuper
Blaſio iuniore ſine liberis, q deſcendentes Iacobi, Peregri
ni, & Martini filiorũ teſtatoris ſint vocati, & conſequenter,
q in eorum petitione ſint audiendi. Et hoc ſolũ eſt, qđ con-
cluſionem domini conſultoris difficoltare videbatur. Sed
tamen hoc non obſtante, & iuridicè remoto, vt infra patebit,
veriſſimum arbitror prędictos actores omnino repellendos
eſſe a petitione aſſerti fideicõmiſſi: qm̃ in eorũ fauorẽ nõ eſt
locus alicui fideicommiſſo, vt per dominum Cõſultorem cõ
cluſum fuit. Et pro reſolutione prędictæ obiectionis aduer
tendum eſt; quia iſta materia, & diſputatio eſt ſubtilis, & val-
de intricata, utrum. ſ. dicatur factum reciprocum fideicom
7 miſſum. † Et ex varietate caſuum varia ſit relatio, vt cõſtat ex
liga & multiplici diſtinctione doc. maxime d. mei Soc. in d.
§. cũ ita. & in d. conſi. 259. Dico igitur caſum noſtrũ non eſſe
talem, in quo reciprocum fideicõmiſſum inter deſcendentes
filiorum teſtatoris reſultet ex ſubſtitutione illis facta, ſi om-
nes deceſſerint, ſed eo reſpectu tales deſcendentes poſt filios
dicunt inter ſe liberi ab onere fideicõmiſſi, licet poſtea om
nibus deficientibus ſine liberis ſint ſubſtituti proximiores
de domo teſtatoris: cum. n. de fideicommiſſo, ſeu de fideicõ-
miſſaria ſubſtitutione inter ipſos deſcendentes nullum ver-
8 bũ ſit in teſtamento, nos eã addere nõ debemus: † quia in ma
teria ſubſtitutionis cõis eſt regula, q illa ſubſtitutio, quæ in
teſtamento non reperitur, non debet dici facta, & dicens con
trarium debet illud euidẽter probare; quia regulariter verbo
rum importantię ſtandum eſt, l. non aliter. in prin. de leg. 3.
cum ſi. ita iſtam regulam poſt plures ab eo relatos tradit pa-
truus & dominus meus Soc. in conſi. 65. Viſo capitulo. 3. co
lum. 3. vol. & in d. conſi. 103. 6 col. eo. lib. & in l. in ambiguo
in §. no. ff. de reb dub. & egregius Mod. Lãcel. Galiau. in ſolẽ
ni ſua repe. l. centurio. col. mihi 66 de vulg. & pup. Et pro-
cedit iſta regula etiam quòd forte aſſeratur, teſtatorem de ali
9 qua ſubſtitutione facienda ſenſiſſe, ſeu cogitaſſe; † quoniã nõ
ſufficit eum aliquid voluiſſe, niſi tranſeat talis volũtas aliquo
modo in diſpoſitionẽ, vt in l. quidam cum filium. vbi Bald. &
Imo. & cæteri notant. ff. de hære. inſti. tradit, & valde notat
Ales. in l. 3. in fi. C. de lib. præte. cum multis concor. vt per
Deci. in conſil. 89. Viſo puncto 5. col. & per Cur. ſeniorẽ in
conſi. 42. Teſtator Auguſtinus. 12. col. oportet. n. prætenſam
voluntatem teſtatoris aliquo modo colligi ex verbis ſaltẽ ex
10 impropria, vel larga ſignificatione eorũ, † ſed vbi verba nul
lo modo ad mentem teſtantis adaptari poſſunt, aſſerta mens,
& voluntas eius non attenditur, vt ſignãter tradit Alex. poſt
alios per eum relatos in conſi. 139. Circa primum. 2. colum.
verſi. ſolùm reſtat. vol. 6. & dominus meus Soc. in d. coſ. 104.
6. col. Tota igitur difficultas eſt ad allegata in contrarium re
11 ſpondere. † Quare ad ea reſpondendo, primò dici poteſt, q
illa non procedunt, niſi in ſubſtitutione ſit expreſsè dictũ de
tota hæreditate, ſecũdùm magis communem opi. vt per Iaſ.
in l. pe. C. de impub. & ali. ſubſti. Vel ſaltem ſit expreſſum ver
bum indefinitum, puta in hæreditate, ſecundùm aliã opi. iux
ta tradita per Cur. iunio. in d. l. pe. col. 5. & 6. & in conſil. 44.
habita diligenti conſideratione 2. & 3. col. ſed in caſu noſtro
nullũ iſtorum interuenit; nã in ſubſtitutione facta poſt mor
tem omnium nedum non dicitur in tota hæreditate, ſed nec
fit aliqua expreſſio hęreditatis, aut bonorum indefinitè, ſed
ſimpliciter dicitur, ſi omnes decederent &c. ſubſtituit proxi
miores de domo ſua, ergo non poteſt dici inductum recipro-
cum fideicõmiſſum, quancunque opi. ex prędictis teneamus.
12 . Nec dicitur vniuerſaliter, aut indefinitè reſpectu hęredita
tis facta ſubſtitutio, niſi aut vniuerſale ſignũ, aut indefinitũ
exprimatur, vt clarè conſtat ex dictis doc. in d. l. pe. & in d. l.
hęredes mei. §. cũ ita. & maximè domini mei Soci. ibi in 2.
13 col. in 3. caſu, † dum concludit, q quando ſubſtitutio fit poſt
mortem pluriũ, non tamen expreſsè vltimo morienti, neq;
in

in tota hæreditate, illi plures nõ censentur inuicem substitu-
ti,& dicit, quòd ita voluit Bar.Ang.Imo.Pau de Ca.& Alex.
in locis per eum alleg. Et licet ipse ibi alleget in contrariũ
l.codicillis.ff.de usufru.leg. nõ tamen ita firmat, sed dicit se
infra declaraturum,& ego dico, prout aliàs dixi legẽdo d.§.
cũ ita.q illa l.codicillis.nihil obst. quia in eo tex. præsuppo-
nitur,q testator ab vltimo moriente reliquerat, vt patet ibi,
post cuius ultimi decessum &c.& plus etiã ibi fuerat factum
expressum reciprocum fideicommissum, vt probatur ibi,
vt qui ab his decesserit alijs accrescat ita, vt ad nouissimum
pertineat: cum igitur in proposito nostro non sit facta substi
tutio i tota hæreditate, nec etiam de hęreditate indefinitè, nõ
potest dici inductum reciprocum fideicommissum.
14 † Sed & secundò, & clarius respondetur, quòd allegata in
contrariũ procedunt, quando substitutio fit post mortẽ plu-
rium institutorum, vel aliàs honoratorũ a testatore,& in eo
casu non semper dicatur factum reciprocum fideicommis-
sum, sed considerari debent varij casus, vt per do.meũ Soci.
15 & alios in d.§. cũ ita.† Sed quãdo fit substitutio post mor-
tem plurium, qui a testatore nõ erant instituti, sed tãtùm po
siti in conditione; tunc indubitanter ex intentione doc. non
cẽsetur facta reciproca substitutio, seu reciprocũ fideicõmis
sum, etiam quòd diceretur in tota hæreditate, vt per patruũ
meum Soci.in d.§.cum ita.in primo casu p eum consideratio
16 cum quo transeunt omnes. Et ratio est ĩ promptu: † quia cũ
positi in conditione nõ censeantur vocati, vt p gl.Bar. Imo.
& omnes in d.l.Lucius, & plenè tradit do. meus Soci.in l.cũ
auus.col.mihi 71.cum 4.aut 5.seq. ff.de condi.& demon. vbi
asserit illam esse communem opin. & eam egregiè defendit,
nõ potest dici, quòd inuicem censeãtur substituti, qui nullo
modo erant instituti,& procedit hoc etiam quòd sintus in de
scendentibus testatoris, vt ipsemet Soci.in d.l.casu apertè
voluit, dum exẽplificat, si testator institutis filijs dicat, si filij
decederent sine liberis, vel filij filiorũ sine liberis, aliũ ĩ tota
17 hæreditate &c. † & cõcludit, q liberi filiorũ, qui solũ sunt
positi in conditione, nõ censeãtur inter se inuicem substitu
ti,& idẽ concludit etiam in d.consi.249.5.col.ver.aliquan-
do,& secundò,& in fortioribus terminis idem voluit ĩ cons.
66.Viso testamento.in 2.difficul.per totum.3.volu. & in d.
cons.104.Quoniam pręsens.co.pen.ver.ad secundum prin
cipale.co.3.vol. Sed sic est, quòd in casu nostro descendentes
ex filijs testatoris nõ repertuntur in testamento instituti, aut
alio modo honorati, sed solũ positi in cõditione tam in pri
ma, quàm in secunda substitutione, ergo sequitur, quòd non
potest dici, quòd inter eos sit factum reciprocum fideicõmis
sum. Posset hoc idẽ per alias vias ostẽdi,& sic alijs modis ad
contraria responderi posset. Verùm quia prædicta clarissima
sunt,& satis per se sufficiunt, & ponunt gladium ad radices
præsentis consult. eis contentus existens gratia breuitatis, &
quia pluribus sũ occupatus vltra quotidianas lectiones, vlte-
rius non instabo, sed unà cum domino consultore concludo
liberis Iacobi, Peregrini, & Martini filiorũ testatoris nullũ
ius ex fideicommisso cõpetere contra hęredes Blasij. nuper
sine liberis defuncti. Sed contra prędicta remanet scrupu-
lus; nam videtur, quòd immo liberi, & descendentes filiorũ
testatoris, post quorum mortem sine liberis facta fuit substi-
tutio, dicantur fuisse honorati, attento q videtur onere fidei
commissi grauati per illa verba, seu descendentes filiorũ suo
rum decederent &c. quo posito sequitur doct. Bar. multũ sin
gu.ĩ l.centurio, mihi col.12.ver. quæro vlterius.ff.de uulga.
18 & pup.dũ uult, † quòd licet aliàs positi in conditione nõ cẽ
seantur vocati, tamẽ si sint grauati, vt grauamen eis iniunctũ
valeat, cẽsent esse per prius honorati, quã doct. multi sequuti
sunt, vt ibi per Moder. & ego aliquãdo ibidem plenè scripsi.
Si ergo mediante grauamine dicuntur honorati, videtur, q
cõuenienter dici possit, inter eos fuisse factũ reciprocũ fidei
com. Sed tamen hoc nõ ob. veram arbitror conclu. supra po
sitam, & pro responsione primò dici potest, q esto, q isti
descendentes viderẽtur honorati, non tamen sequitur, ergo
inter eos est factum reciprocum fideicom. quia alia requisita
19 deficiunt, † nõ.n.substitutio dicitur facta in tota hęreditate,

nec etiã de ea indefinitè facta est mentio, vt supra fuit demõ
stratum, nec expressũ ab vltimo moriente, quod secundùm
multos requiritur: vt patet ex his, quę tradunt doct. maximè
Moder. in d.§.cum ita.ad Treb.& in d.l.pe.C.de impu.& ali.
substi. licet super hoc vltimo dubitari possit p ea, quæ supra
in contrariũ deducta fuerunt, ad quę tamen facile responde
ri posset, tenẽdo q immo vtrunque requiratur.s.q fiat in to
ta hęreditate,& vltimo morieñti, nec sufficiat dicere, si omnes
decedant &c. quando substitutio fit in ꝓprietate, vt notabili
ter firmat,& defendit Ias.in cons.41.Dominus Romsninus.
4.col.& seq.versi.præmissis tamen non obstantibus. 1.vol.&
20 do.meus Soci.in d.consi.104.col.pe.†. Sed quicquid circa il
lud sit, ad arg.2.& clarissimè respondetur,& potest primò di
ci, quòd opi.Bar.in d.l.centurio. non sit secura: plures enim
eã reprobant concludentes, q immo positi in cõditione nõ
debeant dici vocati, etiam quòd fuerint nominatim grauati,
& dicunt Alex.& Ias.in d.l.centurio. quòd opi. contra Bart.
est communis. Et adeo, vt dixerit Alex.in consi.219.Viso te
stamẽto. lib.2. q opin. Bar. est damnata in scholis, & in pa
latio, prout refert, & sequitur Ias. in d. l.centurio. col.mihi
30.cum prin.seq. vbi cõtra Bar. asserit esse communem opi.
illam defendendo,& quamplurimos allegando, vt per eum,
& inter cętera dicit, q septies do.Alex.consuluit contra Bar-
to.& consilia ibi alle. Et contra Bar. etiam tenet Deci. in con
si.465. Perscrutatis verbis.col.fi. ver.2. potest respõderi, &
Ias. in consi.143. Dominus Angu.5.col.& seq. ver. non ob.
tertium funda.2.vol. si igitur opi.Bar. de iure non procedit,
argumentum,& allegatus scrupulus totaliter cessat. Verũ qa
multi tenuerunt cum Bar. posito quòd eius opi. defendi pos-
sit, secundo loco respondetur, quòd sua opi. procedit, quãdo
specialiter,& nominatim iniungitur onus iis in conditione
positis, vt sonãt verba sua, inquit.n. si vero relinquitur nomi
natim ipsis filiis filiorum &c. & paulò post dicit, ex quo istos
filios grauauit &c. sed quando non constat, quòd testator il-
los grauauerit, sed solùm repertuntur positi in cõditione, &
post eorũ mortem facta sit substitutio, non reperitur, q Bart.
voluerit eos dici grauatos, & consequenter vocatos, ita ĩ spe
cie,& signanter respondet Ale.in cons.202.Viso themat.col.
2.lib.7. Nec dicatur, quòd Bart.in fin.d.q. dũ se remittit ad
no. per se in l.qui duos.co.ti. videtur uelle aliter: quoniam re
spondetur, hoc non esse verum; quia cum ipse se remittat, ni-
hil firmat,& ĩ d.l.q duos. nihil ponit ad propositũ, sed alibi
ipsemet Bart. voluit, q supradictũ est,& onus nõ cẽseri iniũ
ctũ filijs filiorũ positis in conditione ex eo, q post eorũ mor
tẽ sit facta substitutio, vt in l.codicillis.de usufr.leg.& ĩ suo
consil.inci. Andreas condidit testm̃, vt refert Alex.in d.con-
si.202. vbi etiam plurimos auctores ita tenentes allegat, & to
taliter tollit omnem difficultatem prouenientẽ ex prędicta
doctri.Bar.in d.l.cẽturio. ad quem, cum p omnes videri pos
sit, me remitto, qui affirmat hanc esse veram,& communem
opi. & q semper ꝓ ea consuluit. Idem etiam voluit ita decla
rando prædictã doc.Bar. do. meus Soc. in d.cons.104.6.col.
4.vo. dicens, q quãdo positi in conditione non sunt expressè
& specificè grauati, semper consulendo tenuit, q nõ possunt
dici honorati, vt per eum. Cum igitur in proposito descen-
dentes ex filijs testatoris nõ reperiantur grauati, sed solũ po
tiẽs dũmodo intelligatur, testari põt. l. qm̃ indignum, ubi oẽs
doc. C. de testa. & l. Pamphilo. §. propositũ. ibi, in discretione
uitę. ff. de leg. 3. & plenissimè dictũ fuit in prędictis allega-
tionibus. Et si dicatur, ꝙ data grauissima infirmitate ad in-
terrogationẽ alterius, tũc tm̃ deberet ualere, qñ facta disposi
tio dr̃ uerosimilis, i. sic dicatur facta, prout a sapiente uiro
fieret, quod hic non uidetur obseruatum; quia testator dici-
tur instituisse ser Robertũ sibi remotiorem, & dimisisse do.
Masiam sibi proximiorem, & ab intestato successuram, quod
18 non uidetur uerosimile in prudenti uiro; †cum quilibet cẽ
seatur uelle, quod a lege ordinatur, & cũ ea concordare, iux-
ta tradita per Barto. & alios in l. hęredes mei. §. cum ita. ff. ad
treb. & alibi sępe. Respondebit, & de plano, ꝙ immo illa opi.
gl. procedit simpliciter etiam in grauiter infirmo, ubi uisus
.s. illiterat, dũmodo appareat al [illegible] de uoluntate, [illegible]

prima

perius dictũ fuit in casu isto apparere, & vltra etiam dici põt
ꝙ institutio ista fuit satis conueniens etiã prudentissimo vi-
ro, attenta ꝙ illa do. Masia, licet uno grado ꝓximior de iure
ciuili est in maxima senectute cõstituta nullos habens ex se
descendentes, adeo ꝙ bona eius ꝓpediem moriturę, peueniẽt
ab intestato ad certas personas, quæ do. Iacobo nuper defun-
cto sunt remotiores, quàm sit ser Robertus, unde cũ ser Ro-
bertus sit uir 40. an. vel circa, habeat filios cũ spe ẽt habẽdi
plures, essetque maxima caritate, & familiaritate coniunctus
do. Iacobo, vt aliqui testes deponunt conuenientissimũ fuit,
& prudenti viro condecẽtissimũ magis eũ instituere, quàm
19 prędictam do. Masiam, † cũ commodius uideatur hęredita
tes plerunque ad masculos confluere. §. masculi. inst. de legi.
agna. suc. quod certè, si rectè consideretur, nõ parum adiuuat
testamentariã dispositionem, de qua agimus, tametsi ea alijs
& absque ista consideratione optimè defendit. Faterer tamẽ,
ꝙ si institutio a detento grauissima infirmitate esset facta de
psona nõ cõiuncta, nõ dilecta, & de qua nulla esset verosimi
litudo, & esset facta ad interrogationem alterius p solam re-
spõsionẽ, sic, & essẽt exclusæ psonæ, & coniũctæ & dilectæ,
plurimũ dubitarẽ de ualiditate talis istitutionis, vt aliàs dixi
legẽdo i l. 1. §. si quis ita. ff. de uerb. obli. & aliquãdo cõsului,
sed iste nõ est casus noster, vt ex pdictis constat. Dico itaque,
ꝙ casus nostri decisio ꝓ ualiditate testamenti clarè ponit p
20 glo. in d. l. iubemus. communiter approbatam. † Et si dica-
tur, ꝙ illa gl. procedit, quando interrogatio sit per notariũ
a testatore rogatum, vt colligitur ex dictis do. mei Soc. i con-
si. 92. in causa do. Antonij. 2. col. 3. vol. & Corn. in d. consil.
232. 5. col. 1. vol. Dicam respondendo posse dici, quòd istud
necessariò non requiritur, vt voluit Alexan. in d. consi. 33. co
lum. 3. dũ reprobat opi. Alberti Papien. & sequacium, vel ẽt
secundò dici potest, ꝙ in casu nostro uirtualiter notarius fuit
a testatore rogatus, vt suum testamentum saltem publicaret,
vt supra dictũ fuit circa primã opposi. Immo fuit, & in hoc
diuersificatur casus iste a casu do. mei Soci. in d. consil. 92. &
Cor. in d. consi. 231. Et præterea in illis casibus lecto toto
testamẽto fuit interrogatus uniuersaliter, an sic faceret, & lã
guens i lecto habens mentem ad aliud, respondet, sic, vt a vẽ
xatione liberaret. At in casu isto singulatim de partita in par
titam interrogatus respondit affirmando, & interrogatus po
stea particulariter, an vellet facere hæredem ser Robertũ af-
21 firmauit, & affirmationẽ geminauit, dicẽdo, si, si, † ex qua ge-
minatione ostendit maior animi deliberatio. l. balista, & ibi
dicunt doct. ff. ad Treb. Bar. in l. cũ scimus. C. de agri. & cen
si. lib. 11. cum simi. vt per Dec. in consi. 637. uisa, nume. 14.
Præterea in casu Soc. testator dixerat notario, ꝙ rediret: quia
sub alia forma uolebat disponere, & ita nolebat, quod fecerat
valere, quod non accidit in casu isto, & in casu Cor. notarius
erat suspectus de fide; quia falsificauerat instrumentum, vt
ibi per eum i 6. col. quod nõ reperitur in casu nostro. In cę-
teris circa hanc tertiã obiectionem remitto me ad prędictas
allegationes, in qbus egregiè, & doctissime omnia resoluun-
tur. Quartò opponitur contra testamentum, & contra ser
Robertũ, quòd dolo, & fraude sua simul, & fratris Gregorij
22 omnia facta sunt, meritò actus valere nõ debet, † nec ipse ex
dolo suo ditari debet. l. si ab hostibus. §. si nir. ff. sol. ma. cũ si.
sed respondet, & dico, quòd nõ parũ sum admiratus de ista
oppositione, attenta bonitate, & magna religione fratris Gre
gorij, & similiter etiam bonitate, & bona fama ser Roberti,
pro qbus, vt dolum nõ commiserint, omnino est præsumen
23 dum, nnlg. l. meritò. ff. pro soc. † Et plus etiam: quia ferè per
omnes testes deponit, ꝙ nullus dolus interuenit, nulla fraus
fuit adhibita, prout etiã in dubio sic credendum est, nisi ma
nifestissimis inditiis probetur. l. dolum, & ibi tradunt doc.
maximè Ale. in summario. C. de dol. cum si. & quia indicia
in contrariũ allega. sunt debilissima, & ordinatè, & iuridicè
p do. aduocatum remouentur ad eius allegationes me remit
tendo super hoc ulterius nõ insistam. Quintò uidet ser Ro
bertus remouendus, eo quòd dictando testamentum uidetur
sibi ascripsisse hęreditatem, & ob eã causam ea carere debet,
iuxta l. filius, quasi per totam. ff. ad l. Cor. de fals. & C. de his
quib. vt indi. per totum, & maximè in l. secunda vbi uidetur
probari, quòd dictãs debeat priuari, quod sibi est ascriptum,
non obstante quòd fuerit factũ de uoluntate testatoris, vt ẽt
hoc probatur in d. l. filius. in prin. ibi, licet iussu patris &c.
24 † sed ad hoc breuiter respõdetur, ꝙ sola dictatio testamenti
nõ prohibetur, hoc est dictãtes testamentũ possunt retinere,
quæ eis in testamento relinquuntur, licet aliud; sit in propria
manu sibi adscribentibus, tex. est in terminis in l. dictantib.
25 C. de testa. & ibi tradit p doc. † Nec obst. d. l. secunda, in ver-
si. dictasse, quia ibi ille talis non solùm dictauit, sed etiam de
scripsit, & ita ibi glo. communiter approbata intelligit illũ
tex. ponẽdo differentiam inter scribentem, q debet priuari,
& eum qui solùm dictauit; quia ei relicta non auferuntur p
d. l. dictantibus. quia i eo cessat præsumptio fraudis; vt decla
rat Saly. in d. l. s. in 5. oppo. Vltimò videtur, ꝙ huius testa-
menti fides uacillet, & testamentum non sit omnino validũ,
attentu quòd aliqui testes testamentarij vident contra illud
26 deponere, ꝓut est Anto. Maria Stephani, & Porfirius: † nam
quado testes instrumentarij, & sic de requisitis ad instrumen
tum, vel aliqui ex eis contradicunt, faciunt uacillare fidem
instrumenti, & maximè quia videt tunc instrumentũ rema-
nere sine requisito numero testium: vt tradunt doc. in l. 1. §.
si quis neget. ff. quemad. testa. ape. & Cano. in c. cũ Ioan. de si
de instr. & tradit patruus, & dominus meus Soc. i d. consilio
92. in princi. sed ad hoc etiam respondetur, & de plano. &
primò dico, ꝙ immo Anto. prędictus, si rectè consideretur,
non est contra testamentum, & licet dicat, quòd do. Iacobus,
apriua gli occhi come attonito, & balordo; tamẽ immediate
dixit causam. s. propter infirmitatem; quia cum difficultate
oculos aperiebat, & similiter etiam cũ difficultate loqueba-
tur: tamen quãdo loquebatur, loquebatur articulatè, & intel
ligibiliter, vt ferè omnes testes deponunt, quãdo dicunt, ꝙ lo
quebatur clarè & altè, vel clarè, & perfectè, vel ita fortiter si-
ne ita, & taliter, ꝙ ab omnibus audiri, & intelligi poterat, &
ꝙ nõ balbutiebat, & erat dictus testator sani intellectus: vt ẽt
ipsemet testis unà cum alijs multis deponit, qui etiam attesta
tur in isto testamento condendo non fuisse adhibitum dolũ
aut fraudem, prout etiam alij testes ferè omnes dicunt, ex q
27 bus facile cõstare potest, † ꝙ iste testis nõ intendit deponere,
neque cũ effectu deponit contra testm̃, quia testm̃ potest fieri
etiam a semimortuo, & balbutiente, modò de eius voluntate
constet, vt tradunt Ang. & alij in l. quoniam indignũ. C. de
test. per illum tex. ibi seminecis, & balbutiens &c. facit etiam
l. Pamphilo § propositum. ibi, i discrimine uitę &c. ff. de leg.
3. Et si dicatur, ꝙ immo non probatur, ꝙ articulatè loquere
tur, cum illa prolatio, si, vel, si, si, de qua tantùm deponunt te-
stes, nõ videatur necessariò ostendi, ꝙ ipsè articulatè loquere
tur; quia etiam ab inarticulatè loquente ꝓferri potest, secun
dùm quosdam, quos ita inuenio considerasse cõtra prædictũ
testamentum, & pro suo dicto allegant l. Labeo. in fin. de sup
28 pel. lega. † respondetur, quòd de his non parum admiror;
quia si præcedente interrogatione, an quis aliquid velit, vel
faciat, ille respondeat, si, nõ video, cur talis responsio nõ dica
tur articulata loquutio intelligibilis, & mentem ꝓferẽtis ex
primens, cũ pro vero ita sit, habito respectu ad interrogatio
nem. l. si defensor. §. 1. ff. de interro. ac. & §. prætcrea. insti. de
29 inuti. stip. vt ẽt supra dixi, † nec quicquã ob. d. l. Labeo. in fi.
quia ibi non loquitur de ista affirmatione cũ interrogatione
pcedenti, sed aliàs de voce inarticulata, & confusa, & nullo
modo intelligibili. quod nõ est in casu nostro; qa illa respon
sio, si, vel, si, si, nullam habet confusionem, & hæc omnia ve-
30 ra probantur ex his, quæ tradit Cornens i consi. 261. de duo
bus. 12. & 13. columna, versicu. nec obst. quòd duo testes. 4.
volumi. dum in effectu declarando quomodo intelligatur
vox inarticulata, dicit eam esse, quę sensum nullum habet, &
idem etiam pulchre hoc declarãdo concludit dom. meus So
cin. in consilio 20. abunde. 1. & 2. colum. 4. volum. Si igitur
vox inarticulata nõ habet sẽsum, nec ab aliquo intelligitur,
& illa prolatio in casu nostro clarum sensum habuit, & ab
omnibus fuit intellecta, ergo &c. Præterea, & secundò re-
spõdetur, quòd ex alio ostenditur, ꝙ testator articulate pote

rar loqui, tum quia cum Roberto loquendo componebat in effectu testamentum, vt aliqui testes deponunt; tũ etiã quia in illo tempore dixit, recordateui de la pietà &c. vt Porfitius deponit, & etiam quia dixit ad aliud propositũ, lasciami ripo sare &c. vt quidã testes deponunt, & sic ex his constat, q̃ do. Iaco. poterat articulatè loqui, & re ipsa articulatè, & intelligibiliter loquutus fuit ĩ suis respõsionibus. Nunc ad principa
31 le arg. redeundo, dico secundo loco, q̃ licet unus, vel duo testes contradicerent instrumento testamẽti; tamen ex eo testamentum non inualidabitur, si tot remaneant pro eo, q̃ sufficiant, immo etiã si maior pars remaneat, satis est, vt p doct.
32 in d.l.1.§.si quis neget, quemad. testa.aperi. † & vltra etiã dico, q̃ in hoc casus noster caret difficultate; cum simus in terris Ecclesiæ, in quibus seruatur ius canonicũ. eo.n. attento sufficiunt duo testes cum parochiano, vt in c. cum esses. de testa. & in casu nostro loco parochiani potest accipi ille frater Gregorius, cum & ipse curã animæ suæ haberet, vt cõcludit Cor. in d. consil. 261. col. pen. vel si hoc non placet, sufficiant quattuor testes, vt sic duo loco parochiani interueniant, vt voluit Specu. in tit. de instru. edi. §. compendiosè. ver. item p ius canonicum. sequitur Abba. in d.c. cum esses, vbi etiã Barb. multùm commendat in 6. & 7. col. & tradit egregiè Corn. in d. consil. 261. ad fi. cum alijs adductis p excel. aduncatũ in suis primis allega. vbi multifariã, & iuridicè ad istud vlti. fundamentum respondes, unde cum casu nostro nedum quattuor testes deponant pro testamento, sed usque ad 7. computato notario, non video, cur non dicatur prædictum testamentũ sufficienter probatum, vt p ipsum aduocatum deducitur, ad
33 quem me refero. † Hoc demum addito, q̃ cum pars aduersa produxerit omnes prædictos testes, & eos ad eius instantiam bis examinari fecerit, non potest quicquam cõtra eos opponere; cũ semel illos approbauerit, iux. l. si quis testibus, & ibi Bar. Bal. Saly. & alij. C. de test. & c. si. §. itẽ si quis testibus. 4. q. 3. prout etiam scribit Spec. in tit. de testa. §. sæpe. ver. quid si produxi testẽ infamem, cũ alijs multis, qui alleg. possent, quos gratia breuitatis omitto, & ideo non parum miror, q̃ quidam contra testamentum consulentes, ita animosè obloquantur contra personã illius reueren. ac religiosi uiri fratris Gregorij, cum eius personam pro bona, & fide digna, unà cum alijs testibus pars aduersa approbauerit. Ex prædictis itaque omnibus, & alijs pluribus adductis in prædictis, allegatis tã primis, quàm secundis concludendũ est, testamentũ, de quo agitur, optimo iure valere, & seruandum esse.

Maria.Soc.iunior Paduæ legens. 1540.

CASVS.

Præsupponunus examinati quidam testes. qui deponũt, q̃ die 13. Septemb. 1539. cũ domi. Petrusmaria Poliorius esset in sua apotheca prope plateã Viadenæ, seu Vidalianæ in die nũdinarũ sanus, & circa sua negocia intentus, casu ad eũ locũ venit quidam Taschellus, & incepit loqui de quodã matrimonio nouiter contracto in d. terra Vidalianæ, & cũ super tali matrimonio plura hincinde p præsentes dicerentur p̃di ctus Taschellus vertens se ad d. Petrummariã dixit ista verba. E voi messer Pietromaria che farete de la vostra robba, che ne hauete tãta, & nõ hauete figliuoli? & q̃ tũc d. Petrus Maria respondit, che ne voglio fare? nõ ho io Frãcesco mio nepote, qual tẽgo per figliuolo, del quale voglio che dapoi la morte mia, tutta la mia robba sia sua. Et ista verba sic fuisse prolata deponunt quinque testes.

Et præsupponitur, q̃ in loco est statutum, q̃ si testamentũ probetur per testes, sufficiant 5. testes etiam nõ rogati, cuius copia transmittitur.

Prædictus Petrusmaria postea ante lapsũ unius mẽsis nulla facta dispositione suorum bonorum decessit, & plus etiã cũ requisitus fuerit, q̃ deberet testari, & q̃ notarius erat ibi paratus, id facere recusauit.

Quæritur modò, nũquid prædictus Petrusmaria dicat̃ decessisse itestatus, an verò prædicta verba, vt supra prolata possint dici eius testamentum, ita vt Ioan. Franciscus eius nepos ex sorore possit dici per talia verba institutus hæres, vel saltẽ verba importent, vt ei per fideicom. bona defuncti ueniãt restituenda per venientes ab intestato.

Et hoc posito, quòd prædicta verba sic fuisse p̃lata legitimè probetur; quoniam prætenditur, q̃ non probentur legitimè, eo q̃ testes de eis deponẽtes nõ sunt omnino integri, sed videãtur saltem aliqui ex eis, vt suspecti reijciendi, & q̃ eorũ dictis credi non debeat, vt dixi, ex processu constare potest.

SVMMAE.

De quodã, qui casualiter interrogatus dixit, q̃ volebat, q̃ post mortẽ suam bona sua essent talis, an s. dicatur de suis bonis disposuisse.

Et pleuè an & quãdo quis dicatur animo deliberato ad disponendum verba proferre.

1 *Iusta petentibus assensus denegandus non est.*
Veritatem tacens illam impugnare uidetur.
2 *Ferro uiam aperit, qui per contraria transit.*
3 *Institutio heredis vt ualeat, an sufficiant quæcunque uerba morientis uoluntatem ostendentia, & infrà nu. 77.*
Et an sufficiat verbum uolo.
4 *Verba, uolo hæreditatem meam Titij esse, an dispositionem, & fideicommissum inducant, & infrà nu. 20. 64. 73. & 78.*
5 *Fideicommissum solo nutu relinqui potest.*
Voluntas testatoris quocunque modo prolata etiam per coniecturas, absque alia solennitate sufficit.
6 *Fideicommissum inducitur, quãdo defunctus interrogatus respondit. se uelle tali relinquere prædia.*
Intellectus ad l. Pamphilo. §. propositum. ff. de leg. iij. & infrà num. 38. .9. 60. 61. 67. & 79.
7 *Verbum uolo, quando dispositionem inducat, & infrà nu. 79.*
8 *Verbum, uolo fideicommissum inducit, uide infrà nu. 80.*
9 *Fideicommissum an per uerba enunciatiua inducatur.*
10 *Testamenta ualent, si per testes probentur esse facta, sicut per publicum instrumentum, uide infrà nu. 81.*
11 *Argumentum a uerosimili ualidum est, maximè in interpretãda mente morientis.*
12 *Patrum commune uotum est filijs diuitias parare.*
13 *Interpretatio semper fieri debet, ut actus ualeat, uide infrà nume. 85.*
14 *Interpretatio in dubio pro testamẽto faciẽda est uide infrà n. 84.*
15 *Opinionis docto. celebris, quæ est pro testamento, attendenda est, & nume. 85.*
16 *Verba, quæ testamentum operari non possunt, debent operari fideicom. & nu. 86.*
17 *Verba, uolo uẽdere, & uolo emere, uenditionẽ inducunt, et nu. 87.*
18 *Fideicommissum an inducatur, si testator interrogatus, quos uoluetis esse hæredes, respondeat tales, & infra nu. 89.*
19 *Verba hæc, intentio mea est, & uolo quòd bona mea sint fratris mei per testatorem prolata ad alterius interrogationem dispositionẽ per uiã fideicommissi inducunt, uide infrà n. 63. & 61.*
22 *Voluntas ultima an ualeat, si solennitate legali careat, si per testes non rogatos probetur, & infra nu. 93.*
23 *Voluntas ultima an ualeat, si publicata non sit, si testator intẽtionis fuerit, vt publicaretur.*
03 *Verba istas, dono, & relinquo omnia bona mea post mortem meã mea capella. an dispositionem ultimæ uoluntatis inducant, & infra nu. 94.*
24 *Verba, uolo relinquere, operantur dispositionem quòd reliquerit, & infra nume. 26. uide tamen infrà n. 61. 62. 69. 74. 92. 95. & 97.*
25 *Eligens, cui incumbit electio, si dicat coram testibus, quòd uolebat eligere talem ad certum fideicommissum, an & quando ex illis uerbis elegisse, dicatur, & infra nu. 96.*
27 *Verba hæc, uolo quòd hæreditas mea ad talem perueniat ad alterius interrogationem prolata ualent, uide infra nu. 98.*
28 *Testantis dispositio ut rata sit, constare debet, quòd testamentũ fecerit, & disponere uoluerit.*

29 *Testatorem*

49 *Testatorum vera iudicia adimpleri debent, & non casualiter prota absque deliberatione.*
30 *Verborum prolatio in contractibus non inducit obligationem. Sed cum eit animus deliberatas sic.*
31 *Testium conuocatio requiritur, quando de volũtate disponẽtis aliunde non constat, etiam si ex forma statuti testes non debeant esse rogati.*
32 *Testium rogitus in fideicommissis quando requiratur.*
33 *Et quando in testamento militis.*
34 *Quid in dispositis ad pias causas.*
35 *Institutio hæredis facta per simplicem responsionem affirmatiuã præcedenti interrogationi factam, quando valeat.*
Et ibi de intellectu l. iubemus. C. de testam.
36 *Ex testium conuocatione animus disponendi cognoscitur.*
37 *Verba prolata non animo disponẽdi, sed iactandi non inducunt dispositionem.*
40 *Non sufficit aliquid velle, nisi in dispositionem deducatur, etiam si voluntas aliunde probaretur.*
41 *Relinquere velle dicens non dicitur ob hoc reliquisse.*
42 *Verba enunciatiua non disponunt, quando ob aliud sunt enunciata maximè de futuro, & infra, nu. 66.*
43 *Verba futuri euentus narratiuè prolata non disponunt.*
Nec habeat consensum de præsenti.
44 *Verba secundùm loci consuetudinem interpretari debent.*
45 *Verborum interpretatio sumitur ex tempore, quo proferuntur.*
46 *Verba secundum materiam subiectam intelligi debent.*
47 *Quod a verisimili remotum est, quædam falsitatis imago dicitur.*
48 *Dispositio redditur inualida, si voluntas est imperfecta, & non perfectè demonstrata.*
49 *Dispositio imperfecta ratione voluntatis etiam in testamento inter liberos non valet.*
50 *Voluntas, quæ est ab initio, si postea mutetur, non sortitur effectũ.*
51 *Testator præsumitur id velle, quòd statutum loci disponit.*
52 *Bona sua quis censetur venientibus ab intestato relinquere, nisi contraria voluntas probetur.*
53 *Agnationis conseruandæ fauori solent esse intenti homines nostri temporis.*
54 *Statuta, quòd fœminæ per masculos excludantur, quare sint facta.*
55 *Verba ambigua sunt interpretãda contra eũ, qui in eis se fundat.*
56 *Dispositio voluntatis aliqua induci non debet per verba per aliquem prolata, quando ad testandum non se parauerat.*
57 *Verba per aliquem prolata non disponunt, quando non constat, quòd voluerit disponere.*
58 *Verba non operantur dispositionem vltimæ voluntatis, nisi constet quòd testari voluerit, & ad illud se disposuerat.*
Limita vt ibidem.
59 *Aditio hæreditatis inducitur, si quis conuocatis amicis dicat, sitis testes; quia volo adire hæreditatem.*
62 *Verba prolata operantur dispositionem, quando proferens se præparauerat ad disponendum.*
63 *Dispositio imperfecta ratione voluntatis etiam ad pias causas non valet.*
64 *verba illa, volo quòd omnia mea bona sint talis, non important dispositionem: sed potius destinationem disponendi, etiam si dedisset ei claues bonorum suorum, & esset infirmitate grauatus.*
65 *Dispositio aliqua non censetur facta, si quis dicat velle instituere consortium.*
68 *verba, volo eligere, quando non operentur electionem.*
70 *verba affectionis ab aliquo prolata dispositionem non inducunt.*
71 *verba testantis non deliberatè prolata, dispositionem etiam ad pias causas non inducant.*
72 *Testium rogitus in testamento militis, an & quando requiratur.*
75 *Testium rogitus, an & quando in fideicommissis requiratur.*
76 *Testium rogitus ad quid sit necessarius.*
77 *L. quoniam indignum. C. de testa. quomodo procedat.*
78 *L. etiam hoc modo, & l. & eo modo. ff. de leg. 1. quomodo procedant.*
81 *verba enunciatiua quando disponant.*
83 *L. quoties. ff. de verb. obl. & l. quoties. ff. de reb. dub. quomodo procedant.*
48 *Testamento quando fauendum sit.*
88 *variatio in vltimis volũtatibus admittitur secus in cõtractibus.*
90 *Argumentũ sumi nõ debet contra ea quæ de iure sunt cõclusa.*

CONSILIVM CLXXIX.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitiæ.



LIQVANTISPER subsistebã circa præsentis consultationis resolutionem; quoniã hincinde plurima se offerebant, & cum ab vtraque parte consultus essem, & quidẽ mediantibus his, qui in me plurimum possunt, volebam a scribendo abstinere, ne cuique viderer aduersari, verum cum instantissimè rogatus fuerim, vt quid de iure sentiam in præsenti difficultate, scribere velim,
1 censui iusta petentibus non esse denegandum assensum, iuxta l. 2. in princ. ff. de his q sũt sui, vel alie. iur. & pſertim ne aliàs veritatem tacendo viderer illam oppugnare, & ita peccare, iuxta c. quisquis. 11. quæst. 3. & c. error 83. distinct. cum si. Itaque pro veritate, & iustitia solum Deum præ oculis habens, cũ omnibus hincinde diligenter considerans quid de iure sentiam, cum bona venia amicorum, infra subijciam.
2 †Et quia ferro viam aperit, qui per cõtraria transit, vt inquit Bal. in l. precibus. in co. 8. versi. modò cõtra per ordinem. C. de impub. & ali. substi. Dico in primis, quòd prima frõte videbatur, prædictum Petrum Mariam decessisse testatum, saltem vt ille Ioann. Franci. venire possit per fideicommis. &
3 istud vr posse probari lege, ratione, & auctoritate. † Et primò lege: nam pro ista opi. primò videtur tex. in l. quoniam indignum. C. de testa. vbi clarè dicitur, quòd quæcunque verba voluntatem morientis ostendentia sufficiunt ad formandam institutionem, & inter cætera quòd etiam verbum volo, sufficit, sed in proposito voluntas illius Petrimariæ videtur nota, cum dixerit, voglio che doppo la morte mia tutta la mia robba sia la sua, intelligendo de ipso Io. Franci. & in specie vsus
4 fuit verbo volo, ergo &c. † Secundò facit l. etiam hoc modo, & l. & eo modo. ff. de leg. j. quibus clarè probatur, quòd quælibet verba, maximè illa, volo hæreditatem meam Titij esse, inducunt dispositionem, & fideicom. meritò ergo in casu isto videtur, quòd do. Petr. Maria de bonis suis per viam vltimæ voluntatis disposuerit, cum dixerit, volo omnia bona mea esse Io. Franc. post mortẽ meam, vt sic ista sua dispositio
5 saltem per fideicom. sortiatur effectum, † attento q fideicom. etiam solo nutu relinqui possunt, l. nutu. de leg. 3. & sufficit in eis voluntas testatoris quoquo modo probata etiam per coniecturas absque aliqua solennitate testamentaria, iuxta. l. cum proponebatur. est ibi nota. ff. de leg. 2. l. pe. ff. de lega. j. l. cum virum. C. de fideicom. & l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad treb. cum sim. & si dicatur, quòd saltem requiritur solennitas 5. testium, l. fin. vbi per doct. C. de fideicom. respondetur, q in casu isto interuenerunt 5. testes, & etiam plures, vt apparet ex eorum depositione. Quinimmo talis numerus 5. testium sufficit etiam quò ad institutionem hæredis, cũ in loco extet statutum, quòd quinque testes sufficiant in qualibet vlt. volũtate, & plus dicitur etiam in eo statuto, vt sufficiant etiam nõ rogati cõtra iuris communis dispositionem, quod in propo-
6 sito videtur valde considerandum, vt etiam infra dicã. † Tertiò pro hac opi. & pro dom. Ioan. Franc. videtur casus in l. Pãphilo. §. propositum. ff. de lega. 3. vbi inducitur fideicom. ex eo, quòd defunctus interrogatus respondit in effectu, se velle relinquere prædia quædam. ita ergo etiam in casu isto debet dici, cũ do. Petrusmaria interrogatus responderit, se velle bona sua fore d. Io. Frãc. & licet in d. §. propositum. præsupponatur, quòd testes essent rogati, vt patet ex illis verbis, necessitas amicis &c. tamen potest responderi primò, q illud fuit ibi casualiter: non q ita fuisset necessarium, vel secundò q de eo in casu nostro nõ est curandũ: cũ ex forma statuti rogitus testiũ non sit necessarius, sed sufficiunt 5. testes & non rogati, vt etiam supra dixi. Scdo principaliter ista opi. proba-

7 tur ratione, & quidem multiplici, † nam primò pro regula di
citur, q uerbum, uolo, in his, quæ pendent ex sola uolũtate lo
quentis, ut est ulti. uoluntas, inducit dispositionem, prout cla
rè firmat Bar. in sua distin. in l. serui electione. in prin. ff. de le
ga. j. quem ibi plerique sequuntur, & etiã sequitur Alex. in cõ
si. clxviij. ponderatis narratis, ij. col. uers. his itaque præmissis
lib. 5. ubi per hoc cõcludit, quòd in casu suo ista uerba, & uo
lebat, quòd dom. Vrsina, & Margarita filiæ suæ haberent om
nia bona sua post mortem eius &c. inducunt dispositionem;
ut per eum, & ita etiam uidetur dicẽdum in casu isto, cũ sint
ferè eadem uerba, eandẽ doc. Bar. sequitur etiam Corn. in cõ
sil. lxxvij uiso d. themate, quarta colum. uersic. non etiam ob.
iiij. uolu. & patruus, & dominus meus Socin. in consil. ccxlix.
materia præsentis consultationis. colum. mihi aii. uers. tertia
responsio. ii. colum. cum igitur in casu nostro sit uerbum uo-
lo, & agamus de ulr. uoluntate, dicendum est, quòd per illud
sit inducta dispositio, saltem, ut d. Io. Fran. dicatur uocatus p
8 fideicom. † nam absque aliqua dubitatione uerbum, uolo, in-
ducit fideicom. l. ii. C. cõmunia de leg & inst. de sing. reb. per
fideicom. reli §. fi. & tradit do. meus Soci. in consil. xliii. uisis
testamento. iiii. col. uersi. præterea prohibitio, & in consi. lvii.
in causa filiorum, post princi. iii. uolumine, & Cur. iu. in con
sil. liiii. uisis, ac diligenter. ii. col. sub nu. v. ubi dicit, q uera, &
indubitata conclusio est, quòd uerbũ, uolo, importat fideicõ.
per iura prædicta, & alia plura, ut per eum, & illud fideicom.
in proposito dicetur iniunctum uenientibus ab intestato, iux
ta l. conficiuntur. in princi. & ibi per docto. ff. de iure cod. Et
si dicatur, q illa uerba prolata per do. Petrum Mariã sunt enũ
ciatiua eius, quod facere intendebat, propter quod uidetur, q
non disponant. Videtur posse respõderi, posito q sint enũcia
tiua, q adhuc disponant, saltem quò ad inducẽdum fideicom
9 missum prædictũ: † nam fideicom. inducitur etiã per uerba
enũciatiua, ut tradit Bart. p illum tex. in l. Pamphilo. in prin.
cip. ff. de leg. iii. facit l. fideicommissa. §. hæc uerba. eod. tit. cũ
si. ut tradit patruus, & do. meus Soc. in cõs. 40. inter cõs. Cur.
senio. cum in præsentiarũ. prope finẽ. Dec. in cons. 38. circa
primum dubium. 2. colum. in consil. 584. uisa prohibitione.
secunda colum. & Curt. iunior in consil. cxlv. facti contin-
gentia. num. 5. qui omnes concludunt, fideicom. induci etiã
per uerba enunciatiua. Secunda ratio est; quia cum illa uolun
tas do. Petri Mariæ fuerit coram tot testibus prolata, debet at
10 tendi, cum per tales testes probetur, † iure. n. clarum est, testa
mentum, & dispositionem morientium ita ualere, si solùm p
testes probetur, sicut si publicum extaret instrumentum, l. hæ
redes palam. in princi. & ibi tradunt doct. ff. de testa. & tradit
Paul. de Castr. per illum tex. in consil. 307. ad primum quæsi
tum. ii. colum. ii. uolum. secundùm nouã impressi. & istud cla
rè præsupponitur in statuto Viadanæ, ubi causa ista uertitur,
quod statutum declarat, quòd isto casu sufficiant. v. testes etiã
non rogati, prout in casu isto contingit, ut etiam supra dixi.
11 † Tertia ratio alleg. apparet multùm colorata. s. per locum
a uerosimili, quæ in iure ualidissima est. l. cũ res. in prin. ff. de
lega. 1. l. Iulianus. §. præterea. ff. de ac. emp. c. sollicitę. de resti.
spo. & l. non est uerosimile. in prin. cũ aliis uulg. ff. quod. met.
cau. & præsertim attenditur ista ratio, quãdo agitur de inter-
pretanda mente morientis, iuat. l. cũ acutissimi. in fi. C. de fi-
deicom. & l. generaliter, §. cũ autem. C. de insti. & substi. sub
cond. fac. cum sim. cum igitur in proposito disputetur, an do.
Petrus Maria per illa uerba uoluerit disponere in fauorẽ d.
Io. Fran. uidetur dicẽdum q sic, sumpto argu. a uerosimili, nã
cum ipsum Io. Fran. maximè diligeret, & loco filii eum habe-
ret, ut plures testes deponunt, & ipsemet dixit, quando d. uer-
ba protulit, dicendo, qual tengo per figliuolo, uerosimile est,
q cum uoluerit sibi hæredem futurum, sicut nobis contingit
12 de filijs proprijs, & ueris; † est. n. commune, & naturale uo-
tum parentũ filiis parare diuitias, & eos successores habere.
l. scripto. in fi. ff. unde lib. sic igitur uerisimile est de. d. Petro
maria respectu ipsius Io. Fran. habiti, & reputati loco filii, arg.
l. quidã cum filium, & quæ ibi tradũt doc. ff de uer. ob. & ma
ximè hoc uidetur dicẽdum; cum iste Petrusmaria, nec prius,
nec postea aliter de bonis suis disposuerit; si enim per uerba
de quibus agitur, non diceretur disposuisse in fauorem d. Io.
Franc. vtiq; ipse esset alienus a bonis d. defuncti, quod nõ est
verosimile eum voluisse, ut dixi, quia vti filium carissimum
diligebat: meritò ergo videtur dicẽdũ prædicta uerba dispo-
sitionem importare, saltem, vt dominus Io. Fran. per fideicõ.
admittatur, vt dictum est. Quartò etiam suadetur prædicta
13 opi. † quia semper fieri debet interpretatio, vt actus valeat. l.
quoties. ff. de verb. obli. & l. quoties. ff. de reb. dub. & præser-
tim hoc dicendum est in casu isto, cum agatur, an prædicta
verba importent testamentum, aut aliam vltimam volunta-
14 tẽ, an verò nihil disposuerint, † nam in dubio semper capiẽ-
da est illa interpretatio, quæ est pro testamento, arg. c. si. de re
iud. & quæ ibi tradunt doc. & l. si pars. ff. de inoff. test. cum si.
vt p Dec. in consil. 11. quoniam iudicãtium responsa. col. fi.
& tradit Fulg. in consi. 90. in q. Ioannis. 2. col. & And. Sicul.
detto il Barbazza. in cons. 6. scriptũ est præclarè. 2. col. 1. vol.
15 † vbi plus dicit, quòd opin. ẽt vnius tantùm celebris doc. q
est pro testamento, attendenda est, licet omnes alii doc. ꝯtrã
tenuerint, vt per eum, quod etiam voluit Ias. in l. 1. 2. not. ff.
16 solu. ma. † Demum, & quintò facit: quia si talia verba nõ pos
sunt operari testamentum, quia scilicet non apparet solenni
tatem testamentum interuenisse, & sic dici possit testamen-
tum non solenne; tamen debet operari fideicommis. debi-
tum a venientibus ab intestato, vt voluit gloss. in l. quoties.
C. famil. ercis. & Bald. in l. fina. 1. colum. C. de codi. & firmat
Io. de Amic. in consi. 39. viso processu. 10. col. ver. sed nec o
mitto. sic itaque videtur concludendum. per d. verba fuisse
inductam dispositionem, vel testamentariam, vel saltem codi
cillarem, vt sic fideicom. ab intestato debeatur. Tertiò princi
paliter prędicta opi. in fauorem d. Ioan. Franc. probatur au-
17 ctoritate maiorum nostrorum, † & in primis vr̃ hoc voluis-
se glo. in l. in vendentis. C. de contrahen. emp. dũ uult, quòd
ista verba, uolo uendere rem istã ꝓ 10. &c. & alia, volo emere
&c. disponunt, & inducunt ꝯtractum uendõnis, cum solo con-
sensu contrahatur, & illam gl. ibi sequuntur doc. maximè Sa
ly. idem ergo secũdùm gl. illam per suam rationem dicendũ
est in casu isto, ut. s. illa uerba, uolo q bona mea sint Io. Fran.
operentur dispositionẽ, & ultimam uoluntatem, cum illa ex
sola uoluntate d. Petri Mariæ penderet. Secundò hanc opin.
uidetur in terminis sequi Bar. in d. l. serui electione, in prin.
& omnes, qui sequũtur eum, prout supra fuit dictum in præ
cedenti fundamento in prima ratione, qui Bar. idem dixit in
l. 1. 2. col. C. de sum. trini. & fide catho. ubi etiam plerique se
quũtur eũ. Tertiò hanc opi. uidetur firmare Bal. in pluribus
locis, & primò in consi. 174. quidã dominus Raimbaldus. 5.
18 vol. vbi concludit, † quod si aliquis præcedente interrogatio
ne, quos volebat esse suos hęredes? respondit, illos de Carthu
sia, dicitur per talia verba disponere in fauorem illorum, sal-
tem per viam fideicom. sic ergo de isto Petromaria dicen-
dum videtur, qui interrogatus respõdit, vt in puncto dr̃. hoc
idem secundò videtur sentire consi. 521: videtur mihi. eo.
vol. dũ vr̃ velle, quòd verba ista ad interrogationem prolata,
scilicet vellem, q bona potius haberent pauperes, quàm atti-
nentes, inducerent dispositionem, si legitimè probarẽtur, vt
per eum, qui etiam potest allega. in consilio 284. dominus
Ranucius, & in cõsi. seq. 585. eo. 3. vol. vbi videtur conclude-
re, q responsio cuiusdam do. Raucij ad interrogationẽ al-
terius, q volebat bona sua esse d. Cathalani, uel per similia
uerba inducat dispositionem, vt saltem valeat per fideicom.
Quartò pro hac opin. potest allegari decis. Fulg. in consi. 30.
19 factum sic se habet. vbi concludit, † q ista verba prolata per
infirmum ad interrogationem alterius, videlicet intentionis
meę est, & volo, quòd omnia bona mea sint B. fratris tui, in-
ducunt dispositionem per viam fideicom. vt per eum: idẽ er
go in casu nostro dicendum videtur de illis verbis, del quale
uoglio che doppo la morte mia tutta la mia robba sia sua, cũ
exprimant voluntatem d. Petri Marię, & sint prolata ad inter
20 rogationem alterius. † Quintò allega. Alex. in dicto cõsilio
568. libr. 5. prout supra retuli in secundo principali funda-
mento in princip. dum loquebar de verbo, volo, & in consi-
21 lio quartu, attentis narratis, libr. 7. † dum inter cætera vtile

quandam

quandam vltim. voluntatem valere, licet careat solennitate le
gali; quia illa per testes videbatur apertè probari, tametsi illi
21 testes non fuissent rogati, † & plus etiam vult ibi Alex. col.
pe. & fi. q. d. vltima voluntas valebit, licet publicata non fue
rit, quamuis testator fuisset intentionis, vt publicaretur: sic
igitur videtur in casu isto dicendum, q ista vlt. voluntas per
testes probata seruari debeat, etiam quòd testator habuerit
in mente illam solẽnizare, quod postea morte præuentus nõ
fecit. Sextò accedit auctoritas Cor. in d. consi. 77. dum in 4.
col. sequitur doct. Bar. in d. l. serui electione. in prin. cum si.
prout supra retuli in d. secundo principali fundamẽto, & in
23 consi. 259. dicta dispositio. eo. 4. vol. vbi defenditur, † q ista
verba, io do, dono, & lasso tutti li miei beni dopo la mia mor
te à la mia capella &c. inducũt dispositionem etiam vlti. vo-
luntatis, vt per eum, qui etiam allegatur in consi. 309. ex plu
24 ribus videtur, eo. vol. 3. col. in fi. & in princi. seq. † dum dicis
q ista verba, ego volo relinquere &c. operantur dispositio-
nem, quòd reliquerit, secundùm Bar. in d. l. serui electione. &
in d. l. 1. C. de sum. trin. & fide cath. cum alijs concor. vt ibi p
eum. Septimò hanc opin. videtur firmare in simili patruus
& do. meus Soc. in consi. 86. visis testamento magnifici domi
25 ni. 2. & 3. col. 3. vol. vbi multum subtiliter concludit † q si il
le, cui certa electio incũbebat, dixerit coram personis fide di
gnis, q volebat eligere Pau. ad certum fideicommissum, dici-
tur ex illis verbis fecisse electionem, & eo postea mortuo po
test d. Paulus uirtute electionis prædictę petere d. fideicom.
eo præsertim attento, q ille, qui talia verba protulit nunquã
mutauit voluntatem, quod appareat, sed alia electione non
facta decessit, vt ibi per eum in. 3. col. ver. quintò, & ultimò.
sic igitur videtur dicendum in proposito de d. Petroma
26 ria, cum non mutata voluntate decesserit. † Octauò hanc
opi. videtur firmare Ias. in d. l. serui electione. in prin. ad fi. in
ver. quid tenendum in principali articulo. ibi. n. post multa
dicit. tenẽdum esse, quòd verba volo relinquere. in vltima vo
luntate disponunt, prout ibi tenuit Bar. vt per eum, dicentẽ,
q ita consuleret, & iudicaret. Nonò & vlti. pro ista opin. po-
test allegari Io. Crot. in l. 1. §. si quis ita. in 6. col. ff. de ver. ob.
27 † dum dicit, q si quis ad interrogationem alterius, dixerit q
volebat talem habere suam hæreditatẽ, dicitur fecisse dispo-
sitionem, vt per eum: sic ergo videtur dicendum in casu: no-
stro, cum d. Petrusmaria protulerit verba, de quibus in pon
cto, ad interrogationem alterius. Hæc sunt, quæ pro parte p̃-
dicti Io. Fran. & sic pro causa testati adduci possunt. Verùm
his non ob. quæ verè casum nostrum non attingunt, contra-
riam sententiam vt de iure veriorem amplector. Et sic con-
cludo, prædictum Petrummariam totaliter decessisse intesta
tum, & consequenter q do. Io. Fran. nec etiam per fideicom.
venire possit, prout egregiè, & sapienter concludit in suis al-
leg. excel. D. Carolus Malatesta aduocatus in hac causa, & mi-
hi vti frater hono. Et ista conclusio (vt per eandem viã pro-
cedamus) probatur verissima lege, rõne, & auctoritate. An-
te tamen quàm ad prædictas probationes deueniam, præsup-
pono, q tota difficultas pendet ex eo, an do. Petr. Maria tunc
quando protulit d. verba habuerit animum, & decreuerit tũc
disponere, ita vt dicatur animo deliberato tunc disponendi
talia verba protulisse: an verò aliter protulerit, prout sæpe ho
minibus contingit, puta causa affectionis, vel iactãtiæ, vel vt
d. Io. Fran. perseueraret in eius obsequio, vel vt tolleret inter
roganti, & alijs cogitationem, & curiosam solicitudinem de
bonis suis, vel etiam ut ostenderet primum motũ animi sui,
& quòd ita se facturum cogitabat, vel etiam alia rõne, prout
inter homines contingere potest: tamen animo tunc dispo-
nendi, si. n. primum dicemus, procedunt omnia supra in cõ-
trarium alleg. si autem secundum, aliud est dicendum, & pro
cedit conclusio nostra, & excel. aduocati. Veniendo modò
ad probationes, dico q conclusio nostra, & sic q d. verba nõ
fuerint prolata animo tunc disponendi, probatur primò le-
28 ge. Et in primis dico esse tex. in l. diuus, ff. de mil. test. † vbi
iurisconsul. dicit, q prius, & ante omnia vt rata sit militis di
spositio, constare debet, q ipse testamentum fecit, & voluerit
disponere, alioquin, inquit text. facile post mortem alicuius
venient testes dicentes se audiuisse, q ipse defunctus dixerat
se reliquisse alicui bona sua, quod certè non est admittendũ,
29 vt ibi dicitur. Et ratio est, † quia eo modo facile vera iudicia
subuerterentur contra principalem intentionem legis, quæ
est, vt vera defunctorũ iudicia impleantur. l. 1. C. de sac. san.
eccle & in auc. de iureiur. a mor. præsti. in prin. cum si. & nõ
verba casualiter prolata absque deliberatione disponendi, vt
30 ibi dicitur. † Quemadmodum etiam videmus in contracti-
bus, vt. s. non verborum prolatio, sed cum eis animus delibe
ratus inducat obligationem. l. obligationum substantia, §. fi.
ff. de act. & obl. cum igitur in casu nostro non cõstet, q dom.
Petrus Maria deliberauerit tunc testari, aut aliter de suis bo-
nis disponere, quinimmo contrarium facile ostẽdi potest, vt
infra dicetur, sequitur, quòd verba per ipsum prolata nõ pos
sunt operari aliquam dispositionem per tex. in d. l. diuus. cũ
quo ad verbum concordat tex. in §. planè. ver. cæterùm. inst.
eo. ti. quem secundo loco pro nostra cõclusione allego. Nec
dicatur, quòd illa iura procedunt ex eo: quia de iure in testa
mentis requiruntur testes rogati, quòd ibi non interuenit, at
in casu nostro sufficiunt etiam nõ rogati ex forma statuti, vt
31 supra dictum est, † q respondetur, q licet in casu nostro te
stes non debeant rogari pro solennitate testamenti, vt altàs
iure communi requiritur per iura notissima, & hoc tantum
operatur statutum; tamen si aliunde non constat de volunta
te disponendi, sequitur testium conuocatio ad illud, vt de
tali voluntate, & deliberatione disponendi appareat, vt egre-
giè declarat patruus meus Soc. in l. 1. §. si quis ita. ff. de uerb.
32 obl. & ibi magis communiter sequuntur Moderni. † Et hoc
satis constat; quia in fideicom. testium rogitus nõ requiritur,
& tamen ut de uoluntate constet, inter cætera cõsideratur ta
lis rogitus, vt probatur in d. l. Pamphilo, §. propositũ. de leg.
33 3. ibi, accersitis amicis. † Immo nec in testamento militis re
quiritur rogitus testium, si de uoluntate disponendi cõstat,
ut. l. milites. C. de testa. mil. & tamẽ in d. l. diuus. & in d. § pla
nè conuocatio testium requiritur, ut de deliberata uolũtate
disponendi constet, ita declarat egregiè Cor. in consi. 118. in
34 hac consultatione 3. col. 3. uolum. † Similiter in dispositis
ad pias causas testes pro solennitate non sunt necessariò ro-
gandi, si de uoluntate disponendi constet, & dubitari nõ pos
sit, iuxta c. relatum. & quę ibi tradunt doc. extra de testam. &
tamen quando de uoluntate potest dubitari, requiritur te-
stium conuocatio ad tollendam dubitationem prædictã, ut
tradit do. meus Soc. in d. §. si quis ita. ita inferens ex hoc non
probari dispositionem certi hominis de bonis suis in hospi
tale quoddã, & sic ad pias causas, ex eo quòd legitimè probe-
tur, illum hominem, dum uiueret, dixisse, q uolebat hospita
le prædictum habere in hæredem, seu q hospitale haberet
omnia bona sua, & talem decisionem approbant ibi Moder-
ni magis communiter, & eam etiam ego sum sequutus legen
do d. §. si quis ita. Sic igitur dicendum est in casu nostro, ut.
s. licet testium rogitus non esset necessarius pro solennitate
testamenti, si aliunde de deliberata mẽte constaret, iuxta for
mam prædicti statuti; tamen cum non constet, sed potius cõ-
trarium præsumatur, ut infra dicam, debent testes rogari, ut
de uoluntate tunc disponendi cõstaret: ut dictum fuit, & in
hoc (ni fallor) stat clarissimum fundamentum conclusionis
nostræ. Et si dicatur, q de uoluntate disponendi cõstat per in
terrogationem factam per illum Taschellum, sicut dicimus
de stipulatione, ut. s. per interrogationem præcedentem appa
reat respondentem habuisse animum obligandi, ut traduot
docto. post Pau. de Cast. in rub. de uerb. oblig. in 5. q. & hoc
ego ibi defensaui in mea repet. in 7. q. & in hoc (ut audio) fit
magnum fundamentum pro parte d. Io. Franc. attento maxi
35 mè eo q communiter tenetur in l. iubemus, C. de testa. † ui-
delicet, q ualet institutio hæredis facta per simplicem respõ
sionem affirmatiuam præcedenti interrogationi factam. Re
spondetur, quòd certè ex hoc de uoluntate deliberata tũc di-
sponendi non constat. Primò: quia talis interrogatio non ad
hoc dirigebatur, ut. s. induceret d. Petrummariam ad tunc
disponẽdum, sed casu facta fuit, prout hominibus sæpissi nè
in sermonibus cõtingit, & forte ut ea mediante possetaliqu d

per

percipere de eo, quod do. Petrusmaria facturus esset in vlti-
mo suæ vitæ, & hoc dicendum est; quia interrogans est ho-
mo priuatus, & vilis, ad quem non spectabat sic perquirere,
& casualiter ibi erat, & inter alios sermones talia verba inter
rogatoria protulit, sed contraria procedunt, quando præce-
dit interrogatio signanter ad hoc, vt dispositio fiat: qui. n. sti
pulatur, ea mente facit, vt cõtrahentem secum obliget, nimi
rum si ea interrogatione præcedẽti colligitur animus respõ
dentis deliberatus ad obligãdum; vt traditur in d. rub. de ver.
obli. & qui interrogat infirmum, an velit facere hæredem Sẽ
pronium, ad id tendit, vt ille sic faciat, & ita procedũt no. in
d. l. iubemus, posito ꝙ illa opi. sit vera. Præterea in proposito
nostro ex sola prædicta interrogatione non potest dici consta
36 re de deliberata mente, † sed oportebat, ꝙ testium conuoca-
tio fieret, ex qua præcipuè cognoscitur animus disponendi, vt
voluit Alex. in d. §. si quis ita. vbi etiam declarant Galiau. &
Buticel. ea mente aliorum doct. sic itaque ex prædictis rema
net, ꝙ in d. l. diuus, & in d. §. planè. est casus pro nostra conclu
37 sione. † Pro qua tertiò alleg. l. fi. ff. de test. vbi si probatur, ꝙ
aliquis dixerit, ꝙ volebat habere hæredem Imperatorem, nõ
tamẽ ex eo dicitur disposuisse, & certè non ex alio, nisi quia
verba prolata non erant prolata animo disponendi, sed po-
38 tius iactandi causa, vt ibi per docto. † Et ibi Bar. hoc dicẽs
respondet ad d. §. propositum. quòd ibi interuenerat solẽnis
conuocatio testium, seu amicorum, in quo præcipuè funda-
tur eius decisio, quòd in d. l. fi. non interuenit. Vnde cũ in ca
su nostro etiam id non interuenerit, dicẽdum est, nõ induci
aliquam dispositionem. Quartò pro hac opi. potest induci. l.
si pater. §. fi. ff. de fideicomm. lib. nã ibi dispositio illa funda-
tur in eo, ꝙ illa mulier erat in extremo vitæ, & ita diceba-
tur facere codicillos, vt ibi intelligit Alb. de Ros. Ex quo se-
quitur a contrario, quòd si fuisset sana, & non esset in actu co
dicillandi, sed verba illa casualiter protulisset, quod volebat
facere liberas illam, & illam ancillas, non induceretur ex illis
verbis dispositio, & ita propriè vult ibi iurisconsultus, ibi, nã
eã, quę in extremis dixisset &c. sed in casu nostro iste Petrus-
Maria non erat in extremis vitæ, sed omni sanitate fruebatur
& erat in apotheca sua intentus suis negocijs mercantilibus
& non ordinatiuus suorum bonorum, neque in actu codicil-
landi, ergo ex illis verbis nulla fuit inducta dispositio.
39 † Quintò inducitur, seu retorquetur tex. ĩ d. § propositũ.
Dico. n. ꝙ in eo tex. plurima simul iuncta considerantur ad
inducendã decisionem, de qua ibi, prout tradunt doct. maxi-
mè Ias. in l. serui electione. in prin. de leg. 1. & alibi sæpe, &
inter cætera considerantur quatuor, quæ seruiunt in proposi
to. Primò, quòd homo ille per infirmitatem erat in discrimi
ne vitę. Secundò, ꝙ carebat liberis & cognatis. Tertiò, quòd
fuerunt testes conuocati. Item & quartò, quòd postquam
dixerat, se velle certa prædia relinquere Caio Seio super eo
interrogatus iterum affirmauit, prout hæc omnia clarissi-
mè colliguntur ex verbis illius tex. Cum autem in casu no-
stro nullum ex his quatuor, in quibus decisio prędicta fun-
datur, interuenerit, vt de se notum est, sequitur manifestè ex
intentione iurisconsulti in d. §. propositum. ꝙ in casu nostro
nulla dicitur inducta dispositio. Possent & alia plura intra p
argumentum induci pro prædicta conclusione, sed his volo
esse contentus gratia breuitatis. Secundò principaliter no-
stra conclusio supra posita probatur ratione, & quidem mul
40 triplici. Et primò facit illud commune dictum, † quòd non
sufficit aliquid velle, nisi deducatur ad dispositionem, etiam
si voluntas aliunde manifestè probaretur, vt per illũ tex. tra-
dunt doct. in l. quidam cum filium, ff. de hære. inst. cum mul
tis concord. vt tradit Cur. senior in consi. 42. [illegible] An-
gustinus. col. 12. in prin. & in cõsi. 4[illegible] Sæpe [illegible]a. col. 1.
patruus & dominus meus Soc. in consi. 69. V[illegible] testamento,
in princ. lib. 3. & Dec. in consil. 6[illegible] [illegible] pro tenui. col. 3. & in
consilio 89. Viso puncto, col. 5. cum [illegible] alijs, qui allegari
possent. Vnde dico, ꝙ licet Petrusmaria habuerit illam vo-
luntatem, vt bona sua relinqueret Ioã. Francisco, & eo posi-
to, sine tamen præiudicio veritatis, & hoc ipsum possent pro
bare verba per eum prolata. Non tamen hoc sufficit, nisi de

eo fuerit facta dispositio, qui certè ex illis verbis fecisse non
41 dicitur: † non. n. qui dicit se velle relinquere, dicitur ex eo
reliquisse, illa. n. sola voluntas ab actu longè, lateque differt,
vt est notum. & ita in terminis inquit elegans moder. Alcia.
In lib. 3. parergon, chap. 23. & in hac ratione stat præcipuum
fundamentum partis nostræ, posito (vt dixi) ꝙ Petrusmaria
habuerit voluntatem sic relinquendi, quod tamen potest ne
gari, vt ex infra dicendis constabit. Secundò facit alia pul-
42 chra ratio, † solet. n. communiter dici, quòd verba enuncia-
tiua non disponunt, maximè si propter aliud sint enunciata,
prout tradunt Bar. & alij in l. ex hac scriptura, ff. de dona. &
præsertim si sint enunciatiua de futuro, prout ferè in termi-
nis nostris firmat Pau. de Cast. in consi. 189. In causa quę ver
titur. col. fi. Sed hic Petrusmaria protulisse videtur dicta ver
ba non propter se. vt. s. per ea disponeret; quia ad hoc nõ erat
intentus, sed propter aliud, s. vt interroganti responderet, &
43 quidem de futuro, ergo &c. † Vel melius formetur ista ratio
verba narratiuè prolata non disponunt, vt habetur in clem.
1. de præben. & in c. si Papa. de priuile. lib. 6. prout per illa iu
ra post Pet. de Anch. in locis per eum allegatis dixit Cur. se-
nior in d. consi. 42. 7. co. maximè si sunt narratiua futuri euẽ
tus, seu eius, quod quis facturus sit: nam talia verba non ha
bent conlensum de pręsenti, vt declarat, & concludit in simi
li Alex. in consi. 77. In causa accusationis. circa med. lib. 1.
sed in proposito verba, de quibus agitur, fuerunt narratiua
eius, quòd Petrusmaria facturus erat, & sic narratiua futuri
euentus, ergo ex eis non potest sumi aliqua dispositio de prę
44 senti. † Tertia ratio est, nam verba semper debent interpre-
tari ex consuetudine loci, & talis præsumitur mens loquen-
tis, qualem consuetudo loci demonstrat, vt per Fulg. in con
45 sil. 34. Domina Catherina. 2. colum. † Item quorumlibet ver
borum interpretatio sumitur etiam ex tempore, quo profe-
runtur, vt per dominum Mari. Soc. auum meum in consil.
6. Prædicta consultatio. 2. col. Sed sic est, ꝙ ex consuetudine
loci dispositiones morientium non sic fiunt, vt est notum, er
go &c. non enim tempus, & locus, quibus dicta verba prola
ta fuere, erant apta ad testandum, aut aliter per vltimã volũ
tatem disponendum. Solent. n. hęc fieri in locis secretis, &
vocatis ad id electis personis, maximè ab existentibus in bo-
na valetudine, qui ea arbitrio possunt, & locum, & tẽpus, &
etiam testes eligere, vt experientia docet, quæ magistra rerũ
dicitur. c. quàm sit, de electio. in 6. Dico igitur, ꝙ cum Petrus
maria esset plenissimè sanus, & esset in loco, in quo non so-
lent fieri vltimæ dispositiones, ipse tunc esset suis mercibus
intẽtus & omnia alia, vt ita dicam, cogitabat, præter testari,
non videtur, quòd aliquo modo ex illis verbis inducatur te-
stamentum prę ter omnem eius cogitationem. Nec etiã alia
dispositio; quoniam non protulit dicta verba vt disponeret,
sed vt interroganti responderet, quam mentem habebat di-
sponendi in futurum, uel forte, si non habebat, vt credi po-
test, vt homines talem esse mentem suam arbitrarentur ex
46 aliqua honesta causa, vt ex prædictis constat. † Et cum aliàs
verba intelligi debeant secundùm subiectam materiam. l. si
vno. in prin. ff. loc. cum simi. vt per insignem doc. dominum
Mansuetum inter consilia patrui mei So. nu. 2. Quoniã ple-
nissimè. 2. col. 4. vol. & tunc subiecta materia erat sermocina
tio, & non dispositio, & ipse solùm voluit respondere inter-
roganti, & non disponere, ergo &c.

Et (vt audio) post dictã responsionẽ, & verba sic prolata p-
cesserunt sermocinando ad alios sermones, ex quo manifestè
constare potest, cuilibet rectè animaduertendi, quòd domi-
nus Petrusmaria nullo modo intellexit per prędicta verba di
sponere de bonis suis, sed quando cogitabat se facturum re-
spondere, vt etiam statim clarius patebit. Quarta ratio sumi
tur per locum a non verosimili, iuxta l. non est uerosimile, in
47 prin. ff. quod met. cau. cum si. † id. n. quod est remotum a ve-
rosimili, dicitur quædam falsitatis imago, ut inquit Bald. in
l. 1. C. de ser. fug. tradit Alex. in consi. 27. In causa, & lite. in
2. uol. Ias. in l. si extraneus 2. col. ff. de condi. ob cau. & Deci.
in consil 644. Viso & perlecto 2. col. cum multis concordã.
Dico ergo, quòd si Petrusmaria tunc intellexi[illegible] de suis
bonis

bonis respondere, vtique verosimile est. Primò, ꝙ dixisset, &
ita ex nunc ordino, & dispono. Secundò etiam verosimiliter
alia fecisset, cum sanus esset, nec sibi tempus deesset ad multa
ordinandum, qui.n. de suis bonis per viam vltimæ volunta-
tis disponunt, vltra electionem hæredis plurima alia facere
solent, vt eligere sepulturã, pro anima sua nonnulla relinque
re, suos coniunctos, vel amicos legatis bonorare, & potissi-
mè etiam hęredibus institutis substituere, prçsertim quando
non sunt vocati venientes ab intest. vt quotidie videmus, sed
Petrusmaria nihil horum fecit, nec dixit de prçsenti se dispo
nere, sed post illorum verborum prolationem processit cum
eisdem personis ad alios sermones: ergo manifestè constare
potest, ꝙ tunc non intellexit de bonis suis disponere. Et il-
lud dicẽs falsum quodã dicitur affirmare, cum sit ab omni ve
rosimili remotum per prædicta. Præterea, & quintò proba-
tur ista conclusio; quia posito quòd tunc voluisset dispone-
re, quòd tamen est falsissimum, negari tamen nõ potest, quin
& alia verosimiliter esset facturus saltem substitutionem, ꝓ
ut verosimiliter respondisset, si fuisset interrogatus, iusta no-
ta. per glo. & ea quæ ibi tradunt doct. in l. tale pactum. §. fi. de
48 pac. iunctis dictis in præcedẽti ratione, † quo stante sequitur
quòd talis dispositio, & vltima voluntas dicitur imperfecta
rõne voluntatis non perfectè demonstratæ, propter quod di-
spositio dici debet omnino inualida. l. si is qui. ff. de testa. &
49 ibi doc. dicunt, & tradũt Moder. in rub. ff. de lega. 1. & † adeo
verum est hoc, vt. s. dispositio imperfecta respectu voluntatis
non valeat, vt procedat etiam in testamento inter liberos, qđ
aliàs imperfectum solet conseruari, iuxta l. hac consultissi-
ma. §. ex imperfecto. C. de testa. prout signãter voluit gl. in l.
fi. C. de testa. prout signanter voluit gl. in l. fi. C. fam. er. tra-
dunt doc. in d. §. ex imperfecto. & Fulg. in consil. 29. Punctus
quæstionis. in fi. Et verũ est, hoc ẽt vbi manifestè constaret, ꝙ
quis vellet testari, & de suis bonis disponere. Nam si imperfe
cta sit sua dispositio respectu voluntatis, nihil valebit, vt tra-
dit Bald. in auct. qđ sine. C. de testa. refert, & sequitur Paul. de
Ca. in cons. 101. Ad primum quęsitum. col. fi. ver. prçterea ẽt.
2. vol. secundùm nouam impres. qđ secundùm antiquã reperi
tur. nu. 101. Sexta ratio allegatur, quia secundùm ea quæ in
processu constant probata; iste Petr. Maria in vita sua variè
loquebatur, quid esset facturus in dispositione vltima de bo-
nis suis versus d. Io. Franciscum. Aliquando. n. dicebat, ꝙ vnũ
volebat ei relinquere, aliquando aliud, & hoc certè nõ ex alio
nisi quia nolebat super tali materia intelligi votũ animi sui,
prout ipsemet aliquãdo expressit, vt patet ex d. testium. Quo
posito dico, ꝙ verba, de quibus agitur, non debent dici prola
ta animo deliberatè disponendi; quia sic animus eius fuisset
intellectus contra votum suum, immo ex hac ratione videtur
posse inferri, quòd aliud gerebat in corde, quàm verbis expri
meret. Et ita exprimebat aliqua ex causis, & rationib. de qui-
bus dixi supra ĩ principio huius opinionis in ver. ante tamẽ
quàm ad prædictas &c. Et quòd mens d. Petrimariæ non
fuerit relinquere sua bona d. Io. Francisco, & consequenter
ꝙ ex d. verbis nõ debeat accipi aliqua dispositio, suadetur se-
ptima ratione; quia. s. cũ postea infirmus esset, requisitus fuit
per do. Io. Franciscum, vt testari vellet in eius fauorem, dicen
do quòd ibi erat prçsens notarius, & do. Petrusmaria respon
dit, non mi dare impaccio, & ei vertit terga. Dico enim, ꝙ ex
hoc ostenditur, ꝙ animus eius nõ erat, ꝙ Ioannesfranciscus
esset ei successor cum facillimè potuisset ei morem gerendo,
50 tunc testari, quòd tamen recusauit. † Et si aliquando fue-
rat alterius opinionis, videtur, ꝙ ab ea recesserit, & ꝓpterea
illa talis sua volũtas, si qua fuit ab initio, non potest sortiri ef-
fectum vltra ea, quæ iam dicta sunt, etiam ex mutatione volũ-
tatis, prout in simili dicit Paul. de Cas. in d. consil. 201. col. fi.
uersic. quantùm ad tertium. Hoc idem, & octauo loco de-
51 monstratur: † quis præsumit d. Petrusmaria illud voluisse,
quod ius municipale suę patriæ disponit, iuxta no. per Bar. &
alios in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. cum concor. nt
per Alex. consi. 170. Visis narratis. 2. col. lib. 7. & per Cur. iu
ni. in cons. 155. Præsupponitur in facto. 3. col. & in cons. 2 2.
præsupponitur in facto. 3. colum. Sed ius municipale prædi-
ctum non defert bona d. Petrimarię Io. Francis. sed Bartholo
męo Paliario patruo d. Petrimariæ uti proximiori agnato, er
go prçsumi debet, ipsum Petrummariam sic habuisse in mẽ-
te, nisi manifestissimè contrarium appareret, & consequenter
dici põt, ꝙ verba illa, quę (vt dictũ est) protulit, non fuerint se
cundùm præcordia animi sui, sed potius ad ostentationẽ, vel
ad aliquem suum designatum finem, qui nobis potest esse in-
cognitus, & ita quòd per talia verba non intellexerit tunc ali
52 quid disponere. † Vbi. n. contraria voluntas manifestè non
probetur, creditur quis velle relinquere bona his, qui ab ĩtes.
successuri sunt. l. conficiuntur. in prin. ff. de iure codi. cum si.
53 † Et ita eũ sensisse suadet fauor agnationis conseruandę, ad
quẽ homines nostri tẽporis semp solent esse intenti, iuxta tra
dita per Card. in consi. 60. Quagliottus de Bonomis. colu.
54 penul. vel fi. † Et vt ibi inquit Card. propter hanc rationem
sunt facta statuta ferè in tota Italia, ꝙ fœminæ propter ma-
sculos excludantur, & ita istam rationem sequũtur cõiter do
ctn. vt plenè tradit Alb. Bru. in trac. de statu. exclud fœm. pro
pter mas. in 3. arti. prin. Demum quòd ex prædictis verbis
55 non dicatur facta dispositio aliqua, ostenditur, † nam posito
quòd res esset in ambiguo, dico ꝙ talia verba sunt interpretã
da contra eum, qui se fundat in illis, vt l. veterib. cũ bis, quæ
ibi tradũt per Mod. ff. de pac. & tradit in simili patruus meus
Soc. in consi. 174. in causa dominæ Lisæ. 4. colum. versicul.
secundum verò. 2. vol. Cum igitur iste Io. Franc. fundet se in
uerbis prolatis, vt supra, posito, ꝙ essent dubia, debent inter-
pretari contra eum, & consequenter ꝙ ex eis nulla sit indu-
cta dispositio, tametsi hoc clarissimum arbitror palàm supra
deducta. Et cum ista opinio ostensa fuerit verissima iurib. &
rationibus prædictis, dicitur etiam per nostros maiores com
muniter recepta, & approbata, vt statim apparebit in tertio
principali fundamento. Tertiò ergo principaliter prædi-
cta opinio probatur auctoritate celebratissimorum iuriscon
56 sultorum maiorum nostrorum. † Et in primis hanc opi. si
rectè intelligat, sentit glosella in verbo Lucius. in l. 1. §. sinau
tem. ff. de hęre. inst. dum intelligit illum tex. quando quis pro
tulit verba, de quibus ibi, parauerit se ad testandum. Et illam
gl. ibi sequuntur communiter doc. unde cum in casu nostro
ille Petrusmaria non parauerit se ad testandum, aut aliter di
sponendum, quæcũque uerba protulerit, ex eis non debet in
duci aliqua dispositio. Secundò pro ista opi. allegatur in
57 simili Oldra. in cons. 119. Titius condidit testamentũ, † ubi
concludit, ꝙ uerba quædam prolata non important disposi-
tionem; quia non constat, ꝙ qui illa protulit, hoc uoluerit di-
sponere, sed potius contrarium, ut per eum, sed in proposito
nostro ita est, quia non constat, ꝙ Petrusmaria tunc uoluerit
disponere, sed potius contrarium per prædicta, ergo &c. Ter-
tiò allegatur Io And. in addi. Spec. in tit. de instr. edi. §. com-
pendiosè. uer. quid si prius fecit testamẽtum, in addi. magna.
in uer. sed fuit quęstio de facto. ubi ponit eãdem decisionem
58 quàm fecit Old. in d. cons. licet illum non alleget. † Quartò
hanc opi. clarissimè firmat Io. Fab. in §. planè. in uer. ego cre-
do. insti. de mil. test. inquit. n. ꝙ nulla uerba possunt operari
dispositionẽ ultimæ uoluntatis, nisi constiterit, ꝙ ille uolebat
disponere, & testari, & ad illud se disposuerat per illũ text. &
per l. diuus. ff. eo. tit. vt p eum. Qui tamen excipit causam, quã
do quis esset positus in discrimine uitæ, & uerba ꝓtulisset sa
pientia ultimã uoluntatem, in quo casu uult ꝓcedere text. in
d. l. Pamphilo. §. propositum, de leg. 3. Quintò allegatur
auctoritas Bar. in l. gerit. in 3. col. in vers. quęro, quid si cõuo-
59 catis amicis &c. ff. de acqui. hęr. † vult. n. ibi ꝙ si quis vocatis
amicis dicat, sitis testes; quia volo adire hæreditatem, induci
tur aditio ex illis verbis propter adhibitã solennitatẽ illam;
60 cũ ex ea appareat de deliberata eius voluntate, † & ita dicit
posse in simili casu intelligi d. §. propositũ. & sic apertè vult,
ꝙ nõ cõuocatis amicis nõ cõstet de deliberata mẽte, licet, in
61 quit Bar. aliter intellexerint ĩ l. serui electione. de leg. 1. † Et
sic videt, ꝙ seipsum corrigat, vel forte melius declaret, vt. s.
quod dicitur per eũ in d. l. serui electione, ꝙ verba ista, volo
relinquere, inducat dispositionẽ, debet intelligi, quando. s. p
cõuocationẽ testium cõstabat de deliberata mente tũc relin-
quendi.

quendi,& ſic auctoritas Bar.ſtat euidenter pro noſtra opin.q
idem voluit in l.ſi. ff.de teſta.dum vult,q in d. §.propoſitum
inducatur diſpoſitio ideo quia fuerunt cōuocati teſtes,& idē
etiam voluit in l.1. §. ſi quis ita. de verbo. obli. Allegatur
ſextò auctoritas Ang.in d. l. 1. §. ſinautē.in gl.ſup verbo Lu-
62 cius.ff.de hęred.inſti.†vbi ſequendo illam gl.dicit,tunc ver
ba prolata operari diſpoſitionem,quando proferens ſe prępa
rauerat,ſeu diſpoſuerat ad diſponēdū, qui Ang. pro hac opi.
clarius allegatur in d.l.ſerui electione.in prin.dum reprobau
do Bat.ibi vult,q iſta verba, volo relinquere,non diſponant.
Hoc idem, & ſeptimò firmat vtrobiq; Io.de Imo.qui poſt
Ang.ibi ſequitur gl.illā ſuper verbo Lucius. Et reprobat Bar.
in d.l.ſerui electione. Qui etiam poteſt allegari in conſil. 91.
63 In cauſa quæ vertitur.ſub tit.de teſta. † quatenus in caſu ſuo
concludit,prætenſam quandam diſpoſitionem etiam ad pias
cauſas non valere:quia non conſtabat,q diſponens ita volue
rit,& diſpoſitionem talē habuerit pro perfecta,& ſic remane
bat imperfecta ratione voluntatis. Octauò pro hac opi.al-
legatur Fulgo. in conſil.29. Punctus quæſtionis, per tutum
64 maximè in 2.col.in ver.rurſus.etiam,†vbi concludit,q illa
verba,io voglio,che ciò che ho al mondo,ſia de la mia paren
te &c.non importent diſpoſitionem, ſed deſtinationem po-
tius,& pollicitationem diſponendi,cum ille homo dixiſſet ie
velle facere teſtamentum, & petijt notarium accerſiri. Et illa
deciſio valde conſideranda eſt; quia erat ille homo grauiſſi-
ma infirmitate oppreſſus, & talia verba dixerat ad interroga-
tionem prætēdentis intereſſe,& plus etiam ſubdit.Et coſi vo
glio ſia el mio teſtamento. Et dedit immediate clauem bono
rum ſuorum marito illius ſuæ coniunctæ,dicendo, & coſi te
do le chiaue de ciò che io ho. Et tamen his non obſtantibus
concludit Fulg.nullam eſſe factam diſpoſitionem;quia ex ali
quibus conſtare poterat, q verba erant prolata reſpectu di-
ſpoſitionis in futurum faciendæ,non quam tunc faceret;qa
verè non diſponebat. Fortius ergo id dicendū eſt in caſu no-
ſtro,in quo iſte homo erat ſanus ad omnia alia intētus,quàm
ad teſtandum,nec verba ita efficacia protulit,nec claues con-
ſignauit,& fuit interrogatus caſualiter ab eo,qui non pręten
dit intereſſe. Idem Fulg. poteſt allegari in conſilio 30.ibi ſe-
quenti,licet illud conſilium fuerit allegatum ſupra in contra
65 rium in quarta auctoritate. †Dico enim,q deciſio illa ſecun
dùm Fulg. fundatur in eo:quia ille,qui verba,de quib. ibi p
tulit,erat tūc in diſcrimine vitæ cōſtitutus.Et ppterea poteſt
dici optima ratione,q erat intentus ad tunc diſponendum,vt
per eum apertiſſimè ſentientem contrarium,ſi fuiſſet homo
ille ſanus, prout erat in caſu noſtro d.Petrusmaria. Nonò
pro eadem opi.allegatur pulchra deciſio Pau.de Ca.in conſi.
66 189.In cauſa quæ vertitur, † vult.n.ibi Paul.quòd licet pro
betur quem dixiſſe,quòd volebat inſtituere conſortiū,nō ta-
men ex eo dicitur facta aliqua diſpoſitio,etiā quòd aliàs ver-
ba enunciatiua ſoleant fauore pię cauſæ diſponere,iuxta c.ſi.
de ſucceſ.ab inteſt,nā dicit Pau.de Ca.quòd illud habet locū
ſi ſint enunciatiua de præterito,non ſi ſunt de futuro,& fun-
damentū Pauli eſt;qa ex eo quòd quis ita dixerat, nō apparet
67 q animo deliberato dixerit, † & propter hoc reſpondet ipſe
ad d.§.ppoſitū, dicens quòd ibi teſtator ptulit verba illa ani
mo deliberato,vt per eū.Et idē voluit Pau.in d.l.ſerui electio
ne reprobando ibi Bar. Decimò dico,quòd hanc opi.firmat
68 ſi rectè intelligatur Cuma.in d.l.ſerui electione.in prin.†dū
concludit, quòd iſta verba, volo eligere, non operantur ele-
ctionē,niſi proferātur poſt habitum tempus ad deliberandū,
vel ad interrogationem eius cuius intereſt, aliàs dicuntur p-
69 lata indeliberatè,& non diſponunt.†Et dum etiā ſubdit Bar.
errare,q dicebat,quòd in vltima voluntate verba iſta,volo re
linquere,diſponūt p d.§.ppoſitum. vult.n.Cuma.quòd ſi nō
conſtat,quòd deliberatè ſint plata,nō diſponūt.Et ad d.§.p-
poſitum.reſpondet,q ibi deliberatè fuerunt illa verba prola-
ta vt per eum,put etiam dixit Pau.de Ca.in d.conſi.189.&
prout ibi dicunt cōiter doc.reprobando Bar. Vndecimò al-
legatur Alex.in terminis ī d. l.ſerui electione. dum vnà cum
alijs reprobat ibi Bart. Duodecimò hanc opi. tenet Ange.
Are.in d. §.planè.inſti.de mili.teſta.col. fin. verſi. in glo.ſer-
monibus,dū ibi refert,& totaliter ſequitur opi. Io.Fab.ſupra
relatam. Decimotertiò allegatur auctoritas Io. de Pla. in
70 d.§.planè,†dum inter cętera dicit, quòd verba affectionis ab
aliquo plata nō inducūt diſpōnē,nā & i caſu noſtro verba il-
la videt eſſe affectionis,cū dixerit Petrusmaria,qual tēgo p fi-
gliuolo &c. Decimoquartò hanc opinio. omnino voluit
71 dom.meus Soc.in d.l.1.§.ſi quis ita.de verbo.ob. † dum con
cludit, hoſpitale non poſſe quicquā conſequi de bonis illius
qui in vita dixerit,& legitimè probatur, quòd faciebat hære-
dem hoſpitale,ſeu quòd ei relinquebat bona ſua, & hoc quia
talia verba non præſumitur deliberatè, & animo tunc diſpo-
nendi dixiſſe, vt per eum,quē in hoc magis cōiter ſequuntur
cęteri: ita ergo dicendum eſt de verbis de quibus in præſenti
agitur, vt.ſ. non animo deliberato ad diſponendum fuerint
prolata,& ideo nihil operentur. Decimoquintò hanc opin.in
terminis fortioribus firmat Cor. in conſi.149.Viſis nonnul-
lis, per totum. 2.vol.nam ibi determinat, quòd quædam ver-
ba prolata per hominem ſanum etiam ad interrogationem al
terius,videlicet,io voglio,che dopo la morte mia tutta la rob
ba mia ſia del monaſterio.non inducunt diſpōnem;quia non
præſumuntur prolata animo tunc diſponendi, ſed aliter, vt
per eum, qui pro hac deciſione ponderat.d. §.propoſitum in
eo quòd ibi ponderatur,quòd ille carebat cognatis,& erat in
diſcrimine vitę,& conuocatis amicis dixit,quòd volebat cer-
ta prædia relinquere,& alia quędā,quæ tamen non erant ne-
ceſſaria fideicommiſſis,ſed tantùm conſiderantur,vt ex eis ap
pareat,verba illa prolata animo deliberato, vt per eum, qui ēt
dicit,interrogationem,quæ præceſſit,nihil ad hoc operari cū
pręceſſerit ab eo,cuius non intererat.Subdens etiam,quod ſę
pe tales interrogationes trahunt omnes ad dicendū id, quod
non habēt in mente, quæ omnia quadrant in caſu noſtro. Et
ſi ita eſt,dicendum eo caſu,vbi verba erant prolata fauore piæ
cauſæ, fortius in caſu noſtro reſpectu priuatæ perſonæ, &
quæ ab inteſt. non vocabatur, & ſic dico, quòd ibi eſt deciſio
caſus noſtri, vt dixi, in fortioribus terminis. Hanc eandem
opi.ſi rectè aduertatur,firmat idem Cor.in conſ.118.In hac
72 conſultatione.3.col.3.vol.†dum dicit, quòd rogitus teſtium
in milite de ſolennitate non requiritur, vt ēt ego ſupra dixi,
ſed ſolùm,vt appareat, q verba ſonantia diſpoſitionem vlti-
mæ voluntatis protulerit deliberato animo, vt per eum .
Hanc opi.intendit firmare 16.loco Ang. de Perigl.in d.l.
73 ſerui electione.†dum dicit,diſpoſitio d.§. propoſitum,& ſic
q per verbum, volo relinquere,inducatur relictum,ſex requi
runtur, de quibus ibi, & inter alia,q teſtes fuerint rogati, vt
per eum. Decimoſeptimò allegatur auctoritas Iaſ. in conſi.
155.In cauſa & lite vertente. 4.vol. quatenus ibi refert.& de-
fendit opi. Old.& Io. An. ſupra per me relatam. Et ad idem
18.allegatur Deci.in conſilio 159.Caſus proponitur.2.& 3.
col.dum ēt ipſe defendit opi.prædictorū,& illud conſiliū De
cij emanauit ſuper eodem caſu, ſuper quo prædictum conſi-
lium Iaſ. qui Deci.hanc opi. videtur probare etiam in conſi-
lio 488. In cauſa & lite. 4. columna, vbi allegat, & ſequitur
plura ex conſilijs ſupra relatis. Item 19. firmat Vincen.
Hercula.Peruſi.in d. l.ſerui electione. 5.col.& in d.§.ſi quis
ita.4.& 5.colu.concludens vtrobiq; quòd requiritur conuo-
catio teſtium, vt per eum. Ex hanc opi.clariſſimè firmat Ca-
ro.Ruy.in d.l. ſerui electione.7.& 8.colum.dum cōtra Bar-
74 to.† ibi ſequendo communem opi.tenet, q verba iſta, volo
legare, vel,volo relinquere,ſi aliter non apparet de animo de
liberato relinquēdi,non diſponunt,& ideo vult,quòd debeāt
75 ad hoc teſtes vocari,vt diſponāt, † quia licet talis rogitus nō
ſit neceſſarius in fideicommiſſis pro ſolennitate, requiritur
tamē,vt appareat de deliberata mente diſponendi,ſi alio mo
do de ea non conſtet. Et idem 21.& 22. tenent Hiero. Buti.
& Lancel.Galiau. in d. §. ſiquis ita.nam Buticel.in 3.colum.
76 ſequitur ibi opi.Soc.†& cōcludit,teſtes debere in ſimilib.ca
ſibus rogari,vt cōſtet de deliberata mēte diſponēdi,dicens ēt
q interrogatio nō ſufficit,& iō ſi ab ea incipiatur.oportet oī
no teſtes adhiberi,& rogari.Et idem ēt voluit ibi Galia. 3.&
4.colum. Hanc eandem opi.23.loco tenet inſignis Moder.
Franc.de Ripa.in d.l.ſerui electione. 5.col. ver.circa iſtā fal-
lentiam,

lentiā.dū ſequitur ibi communem opi. reprobans Bar. & il-
lam defendit a quibuſdam allegatis per Iaſ. in contrarium.
& ad §.propoſitum reſpondet ſecūdum alios, ꝙ ibi plura cō
currunt,ex quibus de deliberata mente diſponendi conſtat,
ut per eum. Demum hanc opi. ſequitur elegans Alciat. in d.
§ ſi quis ita 3 & 4. col. ubi uult omnino requiri teſtiū con-
uocationem,& ſolā interrogationem non ſufficere,aſſerēs er
rare eos,qui contrarium dicūt. Et teſtium cōuocatio dicitur
neceſſaria ſaltem,ut conſtet de deliberata mente diſponendi
ut per eum,qui etiam idem noluit in cap.13.in lib. 3. parer-
gon,quem etiam ſupra allegaui,& in utroque loco nouo mo
do intelligit,d.§.propoſitū,ſed non eſt præſentis ſpeculatio
nis. Et ex prædictis ſatis, ſuperque oſtenſum eſt, concluſio-
nem noſtram bonis iuribus,optimis rationibus, & multipli
catis auctoritatibus eſſe fundatam, ita ut procul ab omni du
bitatione dicendum ſit,eam uerisſimam,rationabilem, & cō
muniter approbatam, ut ſic ab eo iudicando, & conſulendo
non ſit recedendum per iura uulgaria. Prędictis addendo,ꝙ
eandem opi. tenuit Aret. in d. l. ſerui electione. dicens quòd
eſt ſecundùm mētem Bar. in d.l. gerit. ut per eum. Supereſt
nunc reſpondere ad allegata in contrariū. Et licet pro maio-
ri parte ſolutio contrariorum ex prędictis facillimè colligi
poſſit. Tamen pro maioris ueritatis oſtēſione ſingulatim ad
omnia,ut infra,reſpondetur. Et primò ad primum principa-
le fundamentum reſpondetur, ꝙ nulla ex legibus in contra-
77 rium allegatis quicquam obſtat. † Nam primo ad l. quoniā
indignum, & ſi quæ ſimiles allegarentur. C.de teſta. reſpon-
ſio nota eſt,& ex ipſamet lege ſumitur. Dico.n.ꝙ ille tex. pro
cedit habito pro firmo, quod aliquid teſtator diſponere uo-
luerit;nam tunc uerborū forma non debet attendi, & fateor
ꝙ etiam per verbū, volo, & ſimilia etiā hęredis inſtitutio fie-
ri poteſt,dummodo conſtet,talem eſſe voluntatem teſtantis,
vt ibi in ver. ſi modo per eam liquebit &c. ſolū ergo ille tex.
aufert ſolennium verborum neceſſariam obſeruantiā,debet
tamen ſemper conſtare,ꝙ quis ita uoluerit, & deliberauerit
diſponere,ſed in caſu noſtro ceſſat iſta volontas diſponendi,
nec talia verba fuerunt deliberate prolata, vt tūc diſponeret,
78 vt ſupra plenè oſtenſum eſt,ergo &c. † Et ſimiliter reſponde
tur ad ll. etiam hoc modo & eo modo, de leg. 1. ſecundo lo-
co allegatas;quia etiam in eis præſupponitur, ꝙ teſtator erat
in actu diſponendi, & deliberatè diſponebat, ſed ſola difficul
tas erat,nunquid verba,de quibus in d.ll. ſufficerent,& deter
minatur, ꝙ ſufficiant,& notandum eſt, ꝙ in d.ll. præſupponi
tur alius inſtitutus,quem in ſuo teſtamento alloquitur teſta-
tor,prout voluit Cor. in d.l.& eo modo,& ſic dico, ꝙ erat in
actu diſponendi de ſuis bonis,& ſic de eius voluntate delibe
rata non erat dubium,ſed de qualitate verborum, contrariū
eſt in caſu noſtro. vt ex iam dictis conſtat. Ad d.§.propoſitū.
de lega. 3 in quo uidetur fieri fundamentum, reſponſio no-
tisſima eſt: vt ſupra ſæpius dictum fuit, quinimmo ille tex.
retorquetur,& dico, ꝙ eſt optimus tex. pro opi. noſtra, vt ſu
pra dictum fuit. Non ob. modò ſecundum principale funda-
mentum in aliquibus rationibus fundatum; quoniam reſpō-
79 detur. Et ad primam rationem dico † quòd imò in materia
vltimarum voluntatum verbum volo, non inducit diſpoſitio
nem, niſi aliunde conſtet, ꝙ qui dixit, uolo relinquere, animo
deliberato dixit, ſaltem præſumptione iuris, puta quia teſtes
ad id vocauit, vel aliter, vt ſupra plenè oſtēſum fuit, & doctr.
Bar. in contrariū allegata, licet per aliquos approbetur, eſt ta
men communiter reprobata, vt per Ang. Imo. Cuma Pau. de
Ca. Alex. Ang. de Perig. Car. Ruy. Hercu. Petruſi. & alios in d.
l. ſerui electione. & ſupra dictum fuit. Vel poſſet etiam dici,
ꝙ talis doctrina debet intelligi, quādo ſcilicet per cōuocatio
nem teſtium, vel aliter conſtaret, ꝙ animo deliberato ſic di
ctum ſit, prout ipſemet Bar. videtur ſeipſum declarare. ſi nū
vis, quòd corrigat, in d.l. gerit, de acqu. hære. & in alijs locis
ſupra allegatis, & certè non video, quomodo iſta verba, volo
relinquere, per ſe ſola inducant relictum; cum volūtas faciē
di ab ipſo actu longè differat, vt per Alci. in lib. 3. parergō, vt
80 ſupra dictum fuit. † Nec ob. dum dicebatur, ꝙ ſaltem debet
induci fideicommiſſum. Quoniam reſpondetur, ꝙ cum ſua
damentum noſtræ concluſionis, & quidem verisſimū ſit, ꝙ
d. Pet. Maria tunc non habebat animum diſponendi, nō erit
inducta diſpoſitio etiam ex cauſa fideicommiſſi, nec video
cur magis vnum quā aliud. Et contraria procedunt, quando
reſpectu defectus ſolennitatis non poſſet diſpoſitio valere, ut
inſtitutio hæredis, quod hic non eſſet, cum per ſtatutum ſuffi
ciant 5. teſtes etiam non rogati. Solùm ergo non valet diſpo
ſitio ex defectu volūtatis, per quā rūnē, nec per fideicommiſ-
81 ſum ualere poteſt † Et licet aliàs verba enunciatiua aliquan-
do diſponant fideicommiſſum, vt in d.l. Pamphylo. in prin.
& ibi Bar. de leg. 3. cum alijs in contrariū adductis. Tā illud
procedit, quando ſunt directa ad grauatū & ſic teſtator erat
in actu diſponendi, vt per Bar. ibi, ꝙ non fuit in caſu noſtro,
& regulariter de verbis enunciatiuis ſolet dici cōtrarium, ut
ſupra dictum fuit. Nec quicquam facit, ꝙ in caſu noſtro præ
ceſſit illa interrogatio; quia ex ea non colligitur mens diſpo-
nendi reſpondentis, cū ſuerit facta ab homine priuato, vili,
& caſualiter ibi veniente, & cuius nō intererat, & plus etiā di
co, ꝙ interrogationes ſimiles ſępe deducunt hominem ad di
cendum, quod non habet in corde, vt ſupra dictum fuit.
82 Ad ſecundam rationem reſpondetur, † ꝙ procedit, qñ ſo
lū diſputaretur de probatione; fateor.n. ꝙ ſufficeret per quo
que teſtes probari vltimam volūtatem, ſed in caſu noſtro de
hoc non agitur, nam poteſt concedi eſſe probatum, Petrum.
Mariā ſic dixiſſe, ſed diſputatur, an ſic dicendo, voluerit tunc
aliquo modo diſponere, & certum eſt, ꝙ non; quia non con-
ſtat ex aliquo, ꝙ animo deliberato ad tunc diſponendum ta-
lia verba protulerit per ea, quæ ſupra deducta fuerunt. Ter-
tia ratio facillimè tollitur: quia eſto ꝙ eum vti filium dilige-
ret, verè tamen non erat filius, nec cuiquā promiſerat eū vti
filium tractare, prout ſunt termini. l. quidā cum filiū, de ver-
bo. obl. allegatæ in contrarium. Et plus dico, ꝙ ſi eſſet verè fi
lius, non tamen ex d. verbis deberet induci aliqua diſpoſitio,
cum non ea mente fuerint prolata. Nec ob. ꝙ ſi verba prędi
cta nihil diſponunt, Io. Franci. remanet priuatus. Quoniam
ex hoc non debet induci aliqua diſpoſitio præter mētē mo-
rientis. Et facile credam eum noluiſſe, quicquam relinquere
d. Ioan. Franciſco, cum de eo faciendo interrogatus in effectu
id facere recuſauit, ductus (vt credi poteſt) ea rōne, ut ſe con-
formaret cum diſpoſitione ſtatuti, & ſic ut bona ſua remane
rent in agnatione pro ea honorificentius conſeruanda, vt ēt
ſupra dixi. Sed quicquid ipſe Petrusmaria uoluerit, ſatis no-
bis eſt, ꝙ per eū nihil reperitur diſpoſitum in fauorem d. Io.
83 Franci. † Ad quartam rationem reſpondetur, quòd regula
d.l. quoties. procedat, quando conſtat, quem voluiſſe actū ali
quem gerere; nā tunc verū eſt, ꝙ debet fieri interpretatio, ut
actus, quē gerebat, valeat, ſi fieri poteſt: ſed in caſu noſtro dici
mus, quòd Petrusmaria non intendebat aliquem actum ge-
rere, aut aliquid diſponere, ut ex prædictis conſtat, ergo &c.
34 † Et quòd dicebatur, fauendum eſſe teſtō, argumēto, c. fi. de
re iud. cum alijs in cōtrarium allegatis, procedere poteſt, qñ
conſtat, quòd quis voluit teſtari, ſed dubitatur, an valuerit, ꝙ
non eſt in caſu noſtro. Et prętèrea non ſumus in dubio, in
85 quo caſu procedit argumentum. † Nec placet illud dictum
ꝙ opinio unius doct. pro teſtō ſit tenenda contra cōem, pro
ut illud reprobaui in l. 1. in 3. nota. ff. ſol. ma. ꝙ hic nō proſe
quor; quia nō expedit, cū nō conſtet, ꝙ Petrusmaria uoluerit
86 teſtari, aut aliter diſponere. † Non ob. quinta, & ultima ra-
tio; quā ex iā dictis eſt penitus ſublata: nō.n. dicimus, nō vale-
re teſtamētum, quod Petrusmaria facere intendiſſet pp defe
ctum ſolennitatis, quo caſu poſſet procedere dicta ratio, & ar
gumētū ex ea ſumptū, ſed dicimus, ꝙ ipſe tunc nō intēdebat
teſtari, aut aliter diſponere & propterea nec per fideicōmiſ-
ſum valere poteſt, & certè ſi uoluiſſet tunc teſtari, non dicere
tur defeciſſe ſolēnitas; quia ſatis erat, teſtes adeſſe, licet non
rogatos, vt in ſtatuto cauetur. Verū cū tūc nō haberet animū
diſponendi, ut ſupra dictū fuit, ſequitur, ꝙ nec per fideicom
miſſum dicitur aliquid diſpoſitū. Et (ut verū fatear) nō poſ-
ſum nō admirari audiens nōnullos alioquin peritisſimos vi
ros aſſerere, indubitatū eſſe, ꝙ ſaltē dicatur diſpoſitū p fidei-
commiſſum. Dico.n. & quidē intrepidè, nec ēt per fideicom-
mislu n

mi sum esse dispositum per superius deducta: quoniam ita re
quirit deliberatam mentem fideicommissum, sicut hæredis
institutio. Superest nunc respõdere ad tertiũ principale fun
damentum fundatum in quorundam iurisconsultorũ aucto
ritate. Dico.n. q nulla ex allegatis auctoritatibus, si bene cõ-
sideretur, potest obstare conclusioni nostræ, vt statim singu-
87 las discurrendo apparebit. † Et primò ad glo. in d. l. in ven-
dentis, rñderi põt, q põt, negari, prout cõtra eã tenuerũt Pet.
& Cy. secũdũ quod ibi refert & sequitur Saly. quinimmo ip
semet Sal. gl. illam non tenet, si verba impersonaliter proferã
tur, vt gl. proponebat, sed tamen si personaliter, puta volo vẽ
dere tibi pro 10. &c. Sal. sequitur conclusionem gl. vt. s. dica
tur facta venditio, nisi statim iste dissentiat, cum audierit al-
terum dicere, & ego uolo emere pro 10, nam ex tali dissensu
cõstat, q prima verba nõ protulit animo sic faciẽdi, sed ipso
nõ dissentiente, ex quo audiuit alterum acceptare, facile p̃su-
mi põt ex eius taciturnitate, q dixerat illa verba animo sic
uẽdendi, nõ sic dicendũ est in casu nostro, cũ nõ cadat consi
deratio alicuius acceptationis, & sic remanet dubium, an ani
mo disponendi sic dixerit. Et sic dico, q non ualet argumen
tum in casu isto de venditione ad vltimam voluntatem, pro
pter rõnis diuersitatem, & diuersitas ẽt in alio multũ ad pro
positum consideratur; quia cũ venditio celebretur duorũ cõ
sensu, uerosimile est, q ego dicens, uolo tibi vendere &c. ua
lim obligari te acceptante, q non consideratur in ultima uo
88 luntate, quę solius disponentis uoluntate pendet, † attento
maximè, quia in ea datur uariatio uolũtatis, quæ non datur
in uenditione, l. sicut. C. de ac. & obl. Dicam itaque pro claro
esse, quòd iste Petr. Maria per uerba, de quibus agitur, non di
citur aliquid disposuisse, quicquid sit tenendum in eo, qui di
cit, uolo tibi uendere &c. Secundò non ob. auctoritas Bar. &
sequa. quia uel debet intelligi, dummodo constet, q delibera
tè dixerit per testium conuocationem: vt ipsemet Bar. decla-
rat in d. l. gerit, & aliis locis superius allegatis. Vel si simpli
citer uis Bar. intelligere, dico q eius opi. communiter repro
batur, ut ex prædictis constat. Tertiò non ob. auctoritas Bal.
89 in consilijs in contrariũ allegatis, † nã primò ad consi. 174.
respondetur, q ibi cõstabat, testãrem habere animum dispo
nendi, de hoc.n. ibi non dubitatur, & (ut credo) erat in infir
mitate constitutus, q maximè est in proposito considerãdã,
ut supra dictum est. Et præterea ibi agitur de dispositione ad
pias causas, iõ eius fauore, & specialiter procedit decisio il-
la Bal. & hoc posito, q sit uera. Et similiter ẽt respondetur ad
consi. 233. nam & ibi agebatur de fauore piæ causæ. Et etiã
(ut omnino arbitror) ille talis cõstitutus in infirmitate, & ul
tra etiam dico, q argumentum sumitur tacitè ex d. Bal. nam
90 illud expressè non dicit. † unde dico, q non debet sumi con
tra ea, quæ supra de iure conclusa sunt, arg. notatorũ in l. a.
C. de cõd. inser. & in l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius cui mãd.
est iur. Ad consi. 284. ultimo loco allegatum posito quòd de
cisio, de qua ibi, sit uera. responsio clara est ex prædictis, quia
s. ille testator erat in discrimine uitæ, & in extremis agebat,
ut ibi clarè dicitur, & ita propter hoc constabat, quòd habe-
bat deliberatã mẽtẽ disponẽdi, & hoc pro uero, & clarissi-
mo præsupponit ibi Bal. dum dicit, q non est peccatum, ha-
91 bita ueritate licet nuda, sequi sacras constitutiones. † Quar
to loco nõ ob. consi. Ful. 30. quoniam respondẽtur, q imò
illud consilium, & auctoritas Ful. retorquetur, prout supra
ipsum allegaui pro octaua auctoritate, maximè hoc dicendũ
est, cũ idẽ in consilio ibi præcedenti stet euidẽter pro nostra
conclusione, ut supra deduxi. Ad duo consilia Ale. 5. loco al-
legata respondetur, & primò ad cons. 168. li. 5. respõdetur, q
ibi clarũ est, testõrẽ habuisse animũ disponendi tunc; quia ex
pressè dixerat, q ita erat sua ultima intentio &c. at in casu no
stro negatur, q habuerit animum disponẽdi, ut sæpe dictũ
93 est. † Ad illud aũt quartũ, lib. 7. clarissima est eadẽ respõsio,
quia cũ iã testator propria manu scripsisset suã vltimam volũ
tatẽ, & postea corã tribus testibus dixisset conclusiuè suã vlti
mam voluntatem, non esset dubiũ, q habuit animũ dispo-
nendi. Et postea talis voluntas seruatur secundùm Alex. licet
non fuerit solennis; quia erat ad pias causas, & maximè quia
in tali dispositione aderat clausula codicillaris, vt ibi p Alc.
94 † Sextò non obstant tria consilia Coe. nã primò ad 77. pri
mo loco allegatũ respondetur, quòd constat, illum hominẽ
voluisse tunc disponere; quia erat in discrimine vitæ cõstitu
tus, & ibi Cor. sequitur Bar. in d. l. serui electione. si intellige
retur loqui, vbi non constaret aliquo modo, quòd haberet de
functus animũ disponendi. eius opi. est cõmuniter reproba-
ta, vt supra dictũ fuit. Similiter ad aliud consi. 259. respon-
detur, quòd ibi constat loquentẽ habuisse animũ tũc dispo-
nendi, & omissis aliis, ex eo quia ibi fuerunt cõuocati testes,
dixit.n. testõr in casu illo, siate testimonij, come io do &c.
Præterea ibi agitur de fauore piæ causę, in quo etiam deci
sio illa fundatur, vt ex discursu Corn. in d. consi. facile colli-
95 getur. † Ad consi. verò 309. tertio loco allegatum responde
detur, quòd dũ Cor. ibi. sequitur opi. Bar. in d. l. serui electio
ne. dicendum est, quòd illa opinio est communiter damnata,
vt modò dixi respondendo ad dictum consi. 77. Et prętere
dico, quòd Cor. in toto illo cons. se fundat in fauore piæ cau
sæ, qui non consideratur in casu isto, prout latius ad istud cõ.
silium respondet excel. Aduocatus in additionib. suarum al-
legationum, qui ẽt prædictum cõsilium retorquet, vt p eũ.
96 † Ad auctoritatẽ domini mei So. 7. loco allegatam respon
detur, quòd casus ille est diuersus, agitur.n. ibi de electione
certæ personæ oĩno facienda ex ordine antiqui testatoris, hic
autem agitur de dispositione vltimæ voluntatis, vnde ex di-
uersis non debet argui, iuribus vulgaribus. Præterea dico, q
ibi Soc. se fundat pręcipuè in eo, q constet animo deliberato
fuisse prolata illa verba, volo eligere Paulũ &c. quod probat
ex 5. fundamẽtis, quæ saltem, vt inquit, ipsa simul iũcta illud
probant, quæ in casu nostro nõ considerantur, vt est notum.
Et præterea ipse mouetur ex alio fundamẽto, qđ dicit cla
rissimum, vt patet ibi in 3. co. uer. quintò, & vltimò. quasi ve
lit dicere Soc. q etiã, q alia fundamenta essent dubia; tñ con
clusio sua apertissimè probatur illo fundamento, quod non
refero gratia breuitatis, cũ ibi legatur. Sed dico, q illud sine
dubio non reperitur in casu nostro, meritò ex illa decisione
97 ad casum nostrum non potest argui. † Octauo loco non ob.
auctoritas Ias. in d. l. serui electione, quia de opin. Ias. non est
curandum, & ipsemet fatetur contra se esse communem opi.
Et eo præsertim hoc dicam, quia iura per eum ibi allegata
non obstant, prout eis supra fuit responsum, & contra Ias. te-
nent ibi Ruy. & quidam alij ad fundamenta sua optimè re-
spondentes, prout etiam per excel. aduocatum dictum fuit.
98 † Vltimò ad auctoritatem Io. Cro. in d. §. si quis ita. respõ
deri põt, q ipse intelligit, quãdo aliunde constabat, q delibe-
rato animo ille testator loquutus erat, & vltra etiam potest
responderi aliter, vt per Excel. aduocatum, ad quem me refe-
ro. Et pręterea quando ipse Cro. apertè loqueretur in casu no-
stro, de eius opi. nõ est curandum, sicut modo dixi de opin.
Ias. cum habeamus cõem opi. cõtra eos. Et (ut supra dixi) ista
communis opinio est optimis iuribus, & rationibus iustifica
ta. Et pręsertim in casu nostro seruanda est; quia esset quid
nouum, & inauditum, q quis de varijs sermocinando sit ca-
sualiter interrogatus, per talia verba diceretur de bonis suis
disposuisse. Et sic ex prædictis omnibus sine aliqua dubitatio
ne concludendum puto, Petrummariam decessisse totaliter
intestatum etiam respectu fideicommissi. Et prædicta proce-
dunt posito pro uero, q legitimè probatum sit, q talia uerba
protulerit, audio.n. q id sine dubio non transit; quoniam te-
stes ex pluribus redduntur suspecti. Sed quia tempus nõ pa-
titur, vt super eo aliquid dicam, me remitto ad processum, &
ad excellen. Aduoca. sed posito quòd talia verba fuerint pro
lata, concludendum puto, vt supra dixi. Laus Deo.

Soc. nepos Pad. legens in 1. sede vespertinæ lectio, 1540.

CASVS.

Nobilis dominus Ioannes Maloselus de Mantua in suo vl
timo testamento instituta hęrede vniuersali vnica filia sua, &
eidem quandocunque sine liberis decedenti substituta domi
na Amabilia eius vxore, talia verba scribi fecit.

Item

Item ipſi dominæ Amabiliæ decedenti ſubſtituit dominā Catherinam eius ſororem, & ea non ſuperſtite Io. Franc. Galeottum, & Io. Bartholomæum filios ipſius d. Catherinæ, vel illos, qui erunt tunc ſuperſtites &c. prout hæc latius in teſtamento continentur, cuius copia tranſmittitur.

Mortuo teſtatore ex defectu filię, & vxoris teſtatoris; quia non fuerunt hęredes, vel quod domina Amabilia deceſſerit; do. Catherina ſoror teſtatoris admiſſa fuit ad eius hæreditatem, & eam toto tempore vitę ſuæ tenuit.

Interim deceſsit prædictus Ioan. Bartho. vnus ex filijs domi. Catherinę.

Ipſa verò poſtea in ſuo teſtamento ſuos ſibi hæredes vniuerſales inſtituit, & eſſe voluit per fideicommiſſum ſpeciale do. Io. Franciſcum & Galeottum eius filios. Et ipſis ambobus decedentibus ſine filijs, ipſis ſubſtituit hęredes vniuerſales, Alexandrum, & Io. Franciſcum de Gorno eius nepotes ex d. Paula eius filia, prout hęc latius in d. teſtamento leguntur, cuius etiam copia tranſmittitur.

Mortua d. Catherina teſtatrice eius filij adiuerunt hęreditatem.

Deceſsit poſtea Galeottus ſine filijs, & deinde etiam domi. Ioan. Franciſ. ſimiliter ſine filijs extraneo quodam inſtituto hærede.

Modò Alexander de Gorno ex cauſa fideicommiſsi contenti in teſtamento domi. Catherinę petit eius hæreditatem ſibi reſtitui.

Multa ex aduerſo per hæredem d. Ioan. Franciſci opponūtur, & inter cætera duo.

Primò, quòd pro parte Galeotti fideicommiſſum peti nō poteſt; quia ipſe præmoriens non videtur aliquo fideicommiſſo grauatus.

Secundò, quòd in prædicto fideicommiſso pro quacunq; parte debeatur, non continentur bona d. Io. Moloſelli primi teſtatoris, & quod non videntur fuiſſe libera apud d. Catherinam, ſed ſubiecta fideicommiſso in fauorem filiorū ipſius.

Vtrunque ex parte agentis negatur.

His ita ſtantibus, quęritur quid iuris.

S V M M AE.

De ſubſtitutione facta poſt mortem duorum honoratorū quo modo ſit accipienda, & an & quando operetur inter illos reciprocum fideicommiſſum.

Item quando ſubſtituitur aliqua perſona, & ea non ſuperſtite filij eius. vel alius quilibet, an & quando perſona primò vocata, ſi admittatur, cenſeatur grauata per fideicommiſſum. De clauſula codicillari quid operetur.

Et de aſſertione, & confeſsione fideicommiſsi aduerſus veritatem an ſit attendenda.

1 *Subſtitutio, quę in teſtamento non legitur, non dicitur facta.*
2 *Teſtator non ſufficit, quòd aliquid velit, niſi etiam diſponat.*
3 *Verbum hoc, per fideicommiſſum, in inſtitutione hæredis poſitū quid importet, & infra nu. 6.*
4 *Interpretatio illa capi non debet, per quam annullatur actus.*
5 *Teſtatorē ſibi in eodem teſtamento contrariari nō eſt dicendū.*
7 *Verba illa, Publius, Marcus, & Caius ſubſtituti hæredes ſint, quid importent.*
8 *Subſtitutio de aliquo filijs inſtitutis, an dicatur facta poſt mortem omnium.*
9 *Verba illa, ambobus decedentibus, quomodo reſoluantur.*
10 *Sermo vniuerſalis omnia complectitur.*
11 *Subſtitutio ſi ſit facta in tota hæreditate poſt mortem plurium inſtitutorum, an aliquo eorum decedente ſuperſtites ſubſtitutū excludant.*
12 *Subſtitutio facta poſt mortem plurium in tota hæreditate, an dicatur facta vltimo morienti.*
13 *Subſtitutio, quòd fiat ab vltimo moriente, vel poſt mortem omnium paria ſunt.*
Fideicommiſſum reciprocum quando dicatur factum, & quæ in eo requiri debeant.
14 *Fideicommiſſum reciprocū tacitum an inducatur, ſi duobus filijs inſtitutis dictum fuerit, ſi omnes deceſſerint ſine liberis, ſubſtituo talem.*
15 *Subſtitutio ſi ſit facta, ſi ambo deceſſerint ſine liberis, vel capulatiuè, ſi Titius, & Seius deceſſerint, an tunc debeat mors omnium expectari.*
16 *In fideicommiſſis quis tacitè grauari poteſt.*
17 *A verborum teſtamenti importantia recedendum non eſt.*
18 *Subſtitutio compendioſa ſub conditione mortis multa comprahendit tempora.*
19 *Subſtitutio compendioſa per verbum commune facta fideicommiſſariam continet.*
20 *Verbum, quandocunque, in ſubſtitutione compendioſa ſubintelligitur quando de morte fit mentio. vide infra nu. 72.*
21 *Teſtamenti vna pars aliam declarat.*
22 *Subſtitutio facta de filijs per verba plura tempora reſpicientia, an intelligatur à principio facta in caſu, qui euenit.*
23 *Voluntas teſtatoris ante omnia attendenda eſt.*
24 *Voluntas magis quam verba inſpici debet.*
25 *Argumentum valet, quod ab ordinatione caritatis, & affectionis ſumitur, vide infra nu. 74.*
26 *Amor nullus maior eſt, quàm patris in filium.*
27 *Fideicommiſſum eſt, onus, & infra nu. 62.*
28 *Subſtitutio facta de aliquo alicui, ſi in rerum natura non foret, quomodo intelligatur.*
29 *Subſtitutio facta de aliquibus mulieribus, & de earum liberis, ſi nullus ex maſculis cuiuſdam inſtituti ſupereſſet; an dicatur fideicommiſſum continere.*
30 *Verba iſta in teſtamento poſita, quòd non extantibus tali, vel aliqua ex eius filiabus bona ſua diſtribuantur, quomodo intelligantur, & infra nu. 75.*
31 *Clauſula codicillaris in teſtamentis appoſita quid operetur, & infra nu. 77. 80. & 81.*
32 *Subſtitutio compendioſa directa per clauſulam codicillarem trahitur ad fideicommiſſum, vide tamen infra num. 78.*
33 *Subſtitutio breuiloqua per clauſulam codicillarem continet etiā fideicommiſſariam, vide infra nu. 78.*
34 *Subſtitutio fideicommiſſaria probatur per confeſſionem rogati, & infra nu. 82. & ſequen.*
35 *Confeſſioni iurata grauati ſtandum eſt.*
36 *Soror præſumitur habere notitiam voluntatis teſtatoris, vide infra nu. 88.*
37 *A ſignificatione verborum teſtamenti recedendum non eſt.*
38 *Ablatiuus abſolutè poſitus in conditionem reſoluitur.*
39 *Dictio conditionalis, conditione deficiente, deficit.*
40 *Conditio caſualis, quandocunque deficiat, diſpoſitionem impedit.*
41 *In conditione voluntaria merum factum attendi debet.*
42 *Sermonis, & diſpoſitionis vnitas parem diſpoſitionem operatur reſpectu perſonarum, quas reſpicit.*
43 *Tempus mortis patris attenditur, vt filia eius bona habeat.*
44 *Qualificans vnam vocationem an debeat aliam qualificare.*
45 *Subſtitutio vni facta an ſic intelligatur, vt ſit alteri facta.*
46 *Alienatio ſi prohibita ſit filia, an ad nepotem trahatur.*
47 *Subſtitutio an trahatur de perſona ad perſonam.*
48 *Et an de caſu ad caſum.*
49 *Qualitas appoſita verbo tempore verbi verificari debet.*
50 *Dictio, tunc, quid operetur. & ſignificet, & infra nu. 70.*
51 *Subrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur.*
52 *Subſtitutio facta de matre, & filijs, an dicatur ordine ſucceſſiuo facta.*
52 *Et ille ordo ſucceſſiuus an intelligatur ſolùm reſpectu ſubſtitutionis vulgaris.*
54 *Teſtator creditur id velle, quod loquitur.*
Quis talis præſumitur, qualia verba profert.
55 *A verborum ſignificatione recedendum non eſt, niſi de contraria teſtatoris mente appareat.*
56 *Nullus eſt maius mentis noſtræ teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborum.*
57 *Filij in conditione poſiti ab inteſt. ſuccedunt.*
58 *Fideicommiſſum ſi non ſit factum fauore nepotum ex filia, minus cenſeri debet eſſe factum fauore filiorum ſororis.*

Teſtator

59 *Testator non sufficit, quòd in mente aliquid gerat, nisi disponat.*
6? *Inaequalitatem inter filios iura abhorrent.*
61 *Argumentum per locum ab absurdo remouendo valet.*
63 *Argumentum per locum ab auctoritate dicitur probabile, licet non concludat necessariò, & infra nu. 76.*
64 *Substō pluribus institutis de aliquo facta, & si talis nō viueret nec ex eo filij extarēt, substituātur pauperes, quō intelligatur.*
65 *Verba illa, si non essent in rerum natura, in substitutione posita quid operentur.*
66 *Institutio si sit facta de Iacobo si testator decederet sine mascu lis filijs, vel cum eis decedentibus postea sine filijs, & si Iacob, non superuineret, instituit ipsius Iacobi filios, quomodo intelligatur illa non superuenientia Iacobi.*
67 *Vocati ordine successiuo solùm intelligūtur vocati eo modo respe ctu vulgaris subst. non autem respectu fideicommissi.*
68 *Institutio facta. quòd vnus succedat alteri, & eorum haredes, quomodo intelligatur.*
69 *Institutio facta de trib. filijs. quib. deficiētib. bona deueniant in masculos de domo testatoris, si tpe mortis triū haredū extant, liberi haredū nō censentur aliquo fideicommisso grauati &c.*
71 *Dictio maximè, dicitur inclusiua casus magis dubitabilis.*
72 *Intellectus ad c. Raynutius de testa.*
73 *Mors licet sit certa, hora tamen mortis est incerta.*
79 *Substitutio vulgaris sui natura fideicommissariam non continet.*
80 *Clausula codicillaris roborat, & nō ampliat volūtatem testōris.*
83 *Veritas quomodocunque cognoscatur, attendi debet, nec falsa asseueratione tolli potest.*
84 *Relatio ad testamentum nihil operatur, nisi quatenus in illo testamento reperiatur.*
85 *Confessio per errorem non praiudicat veritate comperta.*
86 *Etiam si sit iurata, & repetita.*
88 *L. octaui ff. vnde cogna. quomodo procedit, & intelligatur.*
89 *Promissa inter partes obseruanda sunt.*

CONSILIVM CLXXX.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitia.



T præsens consultatio pro iustitia, & verita-
te absoluatur de duobus differēdū puto, a q-
bus istius consultationis resolutio pēdet. Et
primò, vtrū pars Galeotti in hæditate matris
dicatur fuisse, & hodie esse sub fideicōmisso
p dñam Catherinā ordinato. Scdò, vtrum ip
sa dña Catherina dicatur fuisse fideicōmmisso grauata in te
stamento fratris eius dñi Io. Malnselli. Circa primū dubiū,
qđ io effectu vr, vtrū inter ipsum Galeottū, & Io. Franciscū
filios, & hēdes testatricis intelligatur esse factū reciprocū fi-
deicōmissum. Videbitur fortasse cuipiam primo aspectu di-
1 cendum, q nonnā in materia substitutionis† solet tradi ista
regula, q substitutio quæ non legitur in testamento, facta nō
dicatur, & dicēs cōtrariū debet illud euidenter probare, cum
aliàs verborū importantiæ, seu significationi standum sit, vul
gata. l. non aliter. in prin. ff. de leg. 3. cum si. Hanc regulā post
plures antiquos per eū relatos tradit patruus, & do. m. e. Soc. i
consi. 62. Viso capitulo. 1. col. 3. vol. & insignis moder. dom.
Lancel. Galiau. in sua solenni repetitio. l. centurio, col. 66. ff.
de vulg. & pup. Quando ergo substituto, seu eius verba in ali-
quo casu non loquitur, non censetur facta substitutio, etiam
2 q forte diceretur, testatorem illam sensisse, aut cogitasse, †qm
non sufficit eū aliquid voluisse, nisi disposuerit: vt l. quidam
cum filium. vbi Bal. & Imo. not. ff. de hære. insti. tradit Ale. &
valde notat in l. 3. in fi. C. de lib. præte. cum concord multis,
vt per Curtiū seniorē in cōs. 42. Testator Augustinus, co. 12.
& Dec. in consi. 89. Viso pūcto, 5. co. Sed in proposito verba
testi non dicūt, neq; in substitutione in testō facta exprimi-
tur, q Galeottus, aut qui primò ex filijs decesserit sit aliquo
onere grauatus, ergo &c. His tñ nō obst. verior est contraria
opi. vt. s. pdictus D. Galeottus fuerit fideicommisso grauatus
ita vt pars eius de bonis prædictæ testatricis debeat cū portio
ne dñi Io. Frācisci vltimò decedentis sine filijs peruenire ad
prędictum dn. Alexan. de Gorno. Et ista conclusio apud me
est indubitata, & ostenditur vera altero de duobus modis. Et
primò dicendo, q inter prædictos fratres, & filios testatricis
fuerit factum reciprocū fideicōmissum, & sic vnus alteri di-
catur grauatus, si sine liberis decesserit. Et istud omissis mul
3 tis videtur probari dupliciter. † primò ponderando illud ver
bum, per fideicōmissum positū in ipsa institutione hæredis,
nā (ni fallor) nihil aliud importat, nisi, q ipsi filij sint hære-
des instituti cū onere fideicōmissi inuicē iniuncto, alioquin
nisi instituti filij sic intelligātur inuicē grauati, verbū illud
nihil prorsus operaretur, cōtra l. si quādo. ff. de leg. 1. & c. si
Papa. de priui. in 6. aut potius implicaret contradictionē in
ipsa principali institutione contra verosimilem mentē testa-
tricis, iux. l. vbi repugnantia, de reg. iur. iuncta regula. l. quo-
4 ties, ff. de reb. dub. † non. n. capi debet illa interpretatio, per
quam actus annullaretur, vt ibi, & per quam testatrix dicere
tur elegisse viā ad impugnandā, & inualidandam suā volun-
tatem, l. 3. ff. de mil. test. q esset, vbi in verbis implicaretur cō
tradictio & repugnātia, vt d. l. vbi repugnantia. Contradictio
autē notissima esset; qu a viderentur instituti hęredes vniuer
sales, vti verba prima sonant, & sic in iure directo, & postea
dicerentur vocati per fideicommissum, quod importaret ius
5 vtile, & directum esse apud alium ostenderetur, †& sic dice
retur testatrix statim sibi contrariari, q non est præsumendū
6 iuxta. l. nō ad ea, ff. de cond. & demon. † Itaque vt omnia hæc
cessent, verba illa debēt interpretari hoc modo, videlicet, vni
uersales hæredes per fideicomissum &c. hoc est, cū onere fi-
deicōmissi inuicē inter eos iniuncto, & ita memini me aliàs
de simili testō consultū respondisse, ad qđ in argumentū fa-
7 cit l. cū in testō. §. hæc verba. ff. de hęre. insti. †nam dicūt, vbi
verba illa, Publius, Marcus, & Caius substituti hēdes sunto,
importāt primò institutionem illorū, & demū substitutio-
nē inuicē de eisdē factā: ita in casu isto verba illa, vt vniuersa
les hæredes esse voluit per fideic. importane vniuersalē insti
tutionē filiorū, & postea fideicōmissariā substōnē inuicem fa
ctam secundū q supra dictū fuit. Secundò hoc idem proba-
8 tur; quia † si bene verba illa testamenti ponderentur, substi-
tutio de Alexandro de Gorno, & fratre institutis filijs facta, di
citur facta post mortē pluriū in tota hæreditate, dū. n. in te-
stō dr, & ipsis ambobus decedentib. videtur, q substitutio nō
sortiatur effectū, nisi vtroq; mortuo, & sic dr facta post mor
tē pluriū: vt cōiter cōcludunt doc. maximè dominus meus
9 Soc. in l. hæredes mei, §. cū ita. ff. ad tre. † resoluuntur. n. illa
tur, testatorem disposuisse, quod non disposuit, & illi ratio-
ni satisfactum fuit in confidentia, quam habuit testator, ꝙ
do. Catherinę filijs relinqueret, prout fecit, vel ꝙ ei ab inte-
stato successuri erāt, quod ius videtur testator reseruare vo-
luisse secundùm quòd supra fuit declaratum in secūdo prin
cipali fundamento in tertia ratione, & per eandem conside-
rationē respōdetur ad secundā rōnem in contrariū alleg. nā
si filiā valde dilectam grauauit per fidei. non tamen grauauit
filiis suis, si quos unquam haberet, sed respectu illorū confi-
dit de materna affectione, vel ius succedēdi ab intestato reser
uauit, secundum ꝙ supra dictum fuit in præal. tertia ratione.
75 † Non ob. tertium principale fundamentum sumptum p
locum ab auctoritate; quoniam primò respondetur, alleg. de
cisi. esse alienas a casu nostro, & in diuersis terminis procede
re, nam Ro. in consi. 56. primo locu allegatis loquitur, quan-
do clarè cōstabat, ꝙ testator voluit facere substitutionem fi-
deicom. cum ille Marcobinus fuerit substitutus vulgariter,
popillariter, & per fideic. vt ipse Ro. dicit in sua tertia ratio-
ne. Itē & secundò in casu illo fuerunt diuersæ orationes, &
qn̄ substitutus fuit Marcobinus testator propria, & orationu
per se stante faciebat substitutionem illi Gulielmo, de cuius
non existentia in rerum natura, & sic de morte fiebat mētio,
hæc autem non contingunt in casu nostro, meritò ex diuer-
sis non est arguendum. Præterea in casu nostro potest dici, ꝙ
adest dictio tunc, secundùm quòd supra deductum fuit, qđ
non est in casu Roma. & istud est, quod ipse nititur demon-
strare per tres primas rationes, ostendendo quòd dictio, tūc,
posita in præcedenti oratione, & substitutione non dicitur
repetita in ea, quæ fit de ipso Marcobino, & propter hoc
non possum non admirari, quòd vnus ex prædictis aduoca-
tis aduersæ partis ponderauit Ro. loqui etiam, vbi adesset di-
ctio, tunc, cum satis clarè constet illud contrarium voluisse.
Similiter etiam dico de cōsi. Ale. 101. lib. 7. nam etiam in ca-
su illo fuerunt diuersæ orationes, & separatæ substitutiones;
nec etiam aderat dictio, tunc, & vbi adfuisset (prout in casu
nostro consideratur) Ale. esset pro nostra opi. vt ipse ibi ex-
pressè dicit. Præterea Alex. in casu suo cōsiderat, ꝙ si aliud di
ceretur, quàm ipse firmat, non seruaretur ordo legitimæ suc
cessionis ab intest. nec effectus prohibitę alienationis contra
expressam voluntatem testantis. Præterea in casu illo testator
dixit, si nullus masculus ex filijs Ioan. superesset, aut nullus
eorum ipsi testatori hęres esset, ex qua alternatiua ostenditur
manifestè, ꝙ voluit substituere nedum vulgariter, vt in secū-
da parte alternatiuę. sed etiam per fideicommissum, vt in pri
ma parte d. alternatiuæ, & ita etiam considerat ibi Ale. in ver
sic. & per hæc patet responsio ad alleg. in contrarium. hoc au
tem in casu nostro non reperitur, ergo &c. Sic etiam pari mo
do dico, quòd decis. Calca. & sociorum in consiliis præalle.
est in terminis valde diuersis a casu nostro, maximè quia in
casu illo substitutio pauperum est per se stans, & in separata
oratione a substitutionibus aliis, nec aderat dictio, tunc, aut
alia, per quam posset dici restricta illa substitutio ad tempus
mortis testatoris, in casu autem nostro potest considerari di-
ctio, tūc, & substitutio de filijs do. Catherinæ fuit facta in ea-
dem oratione, & sub eodem verbo dispositiuo, substituit, vt
supra pluries dictum fuit. Possent etiam considerari aliæ di-
uersitates, vt quia ibi agatur de pia causa, & de substitutione
facta in fauorem animæ testatoris, in quo plurimùm se fun-
dant doc. prædicti, quod non est hic. Item ꝙ ibi redacta erat
res, vt si testator viuens interrogaretur, verosimiliter respon
disset pro pauperibus magis, quàm pro extraneis, vt doct. illi
considerant, maximè Calc. in cōs. 103. col. pe. vbi in casu no
stro contrarium esset dicendum: cum res ad hoc sit redacta,
vt quæstio sit inter filios sororis testatoris cōiūctos sibi in 2.
gradu, inspecto iure canonico, & do. Pādulphum ipsi testato
ri penitus extraneum, ita vt verosimiliter testator viuēs inter
rogatus respōderet ꝓ filijs sororis, cū igit̃ cōstet alle. auctori
tates non esse in terminis nostris, sed longè diuersis, & diuer
sas rōnes habentib. de eis ad casum nostrū non potest sumi
76 arg. per iura vulgaria. † Secundò ēt respondeti posset, ꝙ arg.
ab auctoritate non est necessariū, nec cōcludit, sed dr̃ tm̄ pro
babile, pōt tū legib. & rationib. conuinci, vt inquit Bald. in
d. l.

d.l.connenticulam.C.de epis.& cler.& dixi ego in d.l. cum
filiofa.in 3.no sed in casu nostro iuribus, & rõnibus vrgen-
tissimis probatum est,do. Catherinam non fuisse grauatam,
ergo &c.Præterea & tertiò dici posset, quòd plures sunt au-
ctoritates pro conclusione nostra,& magis in terminis,vt ex
prædictis cõstat. Et iam allegatis additur Iac.de Zochis,qui
consuluit contrarium eius, qđ consuluerunt Calca. & socij,
vt patet inter cõsilia Calca. cõs. 108. & ista auctoritas est in
fortioribus terminis;nã si in casu illo negat iste doc. fideic.
substitutionẽ factam fauore piæ causæ in diuersa orõne, &
vbi nõ aderat dictio,tunc,ac etiã in casu, quo testator verosi
militer contrarium dixisset, fortius negaret illã in casu isto
vbi prædicta cessant, secundùm q̃ supra deductum fuit, vn-
de dicam,q̃ si ab auctoritate sit arguendum,a plurium aucto
ritate arguatur,quasi a cõi opi.quę est in fauorẽ nostrũ ma-
gis,quã ab auctoritate paucorũ, & (vt dixi) in valde diuersis
77 terminis loquentium.† Non ob. quartum fundam de clau-
sula codicillari,q̃m primo loco respondetur, q̃ in testamen-
to mihi exhibito ego non lego aliquam clausulam codicilla
rem.nec expressim,nec sub aliqua dictione &c.inclusam, ꝓ
pterea talis clausula veluti non apposita non debet conside-
rari,nec dicatur eã cõprehẽdi sub illa clausula, & hoc suum
vlt.testamentum & suam vlt.voluntatem &c.quia illud nega
tur:soluin.n illud &c.importat,quod & quam voluit omni
bus pręualere,vt periti tabelliones testabuntur,& licet aliqñ
in testamento soleat subdi,cassans &c, & si non valet &c. &
ꝑ istud vltimum inducatur clausula codicillaris:tamen cum
in casu isto hoc non reperiatur,non videtur posse dici, q̃ fue
rit talis clausula apposita Scdò posito quòd quis vellet aliqua
ratione eam haberi pro apposita, respondetur,q̃ in proposi-
to nostro non põt operari fideic.de quo agitur,nam illa clau
sula operatur, vt si in dispositione testatoris fideicõmissaria
contineretur:tamen per verba directa non continetur, conti
neatur per clausulam codicillarem, vt est exemplum in com
78 pendiosa per verba directa facta.†nam licet aliàs in compẽ-
diosa comprehendatur fideic tamen propter verba directa,
quæ obliquum sensum non patiuntur,non comprehenditur
secundùm magis communem opi vbi per doc in l.centurio,
ff de vulg.& pup. in l.precib.C.de impu & ali.substi. Si autẽ
apponatur clausula codicillaris.fidei.dicitur contineri;quia
sic creditur de mente testantis, qui per eam clausulam dici-
tur recedere a natura verborũ directorũ,& ita procedit doc.
Bal & seq in præal.l.uerbis ciuilib.ff.de vulg & pup. non ta
men d.clausula operatur,vbi voluntas testatoris non conside
retur circa fideic. prout est quando fit sola vulgaris substi-
79 tutio, † illa.n. sui natura fideicommissariam non continet
vt per Bar.& alios in d l.centurio, vnde eam non continebit
etiam q̃ apponatur clausula codicillaris,ita egregiè declarat
doct.in d l.precib.maximè Dec.col. mihi 11. versi. vlterius
tamen ista materia.qui subdit,hoc esse valde notan quia etiã
doctissimi viri in eo quandoque decipiuntur, & quod recu-
sauit paucis dieb.elapsis consulere contrarium, idem voluit
80 in præal.consi 431.col.1 ex ratione;† quia clausula codicil
laris roborat,non ampliat voluntatem testatoris . prout uo-
luit Bal.quem ipse alle. in consi. 319. quidam Nicolaus.col.
fi. 5.vol.Tertiò etiam responderi potest,quòd alle. in contra
rium forte procederent,quando testator alicui de per se, &
post eius mortem faceret substitutionem,vt propriè est exẽ-
plũ in compendiosa, sed in casu isto testator non erat inten-
tus substituere do. Catherinę , sed do. Amabilię, & vocauit
do.Catherinam, vel ea non superstite filios eius,& propterea
clausula codicillaris non debet talem effectum operari, vt.s.
81 d.Catherina dicatur grauata.†Quartò etiam respõdeme, q̃
clausula prędicta non operatur talẽ effectum ; quando substi
tutio dicitur restricta ad certum casum siue ad certũ tẽpus,
vt declaret patruus meus Soc.in l consi.63.col. vol.1. 3. &
voluit Cor. in l.si frater.C.de fidei.& ita istos refert, & sequi
tur insignis mod.Io.Fran.Ripa in l.centurio col. 27. ver.
intellig: &c. de vulg.& pupilla.sed in casu nostro substitu-
tio dicitur restricta ad casum non superexistentię domĩ. Ca
therinę tempore mortis dn.Amabilię,vt supra ex plurib.
82 deductum fuit , ergo &c. † Demum non obst. vlti. funda-
mentum de confessione dom. Catherinæ &c. quoniam re-
spondemus,quòd nihil facit. & primò dico, q̃ non video istã
confessionem in prædicto instrumento,sed tantùm in eo le-
gitur,quòd pater Io.Fran.Galeoti,& Io.Bar.asserit filios vo-
catos,siue substitutos post mortem dom. Amabilię, & dom.
Catherinę,vel etiam q̃ notarius ita asserit,& licet huic asser
tioni dom Catherina non contradixerit,non tamen ex ea si-
83 bi præiudicatur aduersus veritatem ;† quia veritas quomo-
documque cognoscatur, debet semper attendi , & contraria
opi.siue assertioni pręualere.l.fi.ff.de prob.nec.n. gestorum
erroribus,aut falsa, & erronea asseueratione tolli potest. l.cõ
falsa.vbi per doct.C. de iur & fact. ign. & ideò dicimus, q̃
iudex,quantum in eo est laborare debet, vt veritatẽ inueniat
secundùm gl.per illum tex.in auct de tabel. circa prin. & ea
postquam inuenit omnino sequi debet.l.fi.C. si pig. pig.da.
& tradunt doct in l.a C.de eden. vnde cum isto casu veritas
sit d.assertionem illa debet attendi & nullam pręiudiciũ di
citur generatũ dn.Catherinæ,aut eius successoribus, & ma-
84 ximè hoc dicendum est; † nam cũ in d.assertione videatur
haberi relatio ad testamentũ, de quo agitur , nihil d.assertio
potest operari,nisi quatenus in testamento illo reperitur,iux
ta tradita per Bald.in l.2.ver. vlterius nota. C. de erro.aduo.
faciunt,quæ tradũt doct per illũ tex in auc. si quis in aliquo
documento.C.de eden.Secundò etiã respondetur,dato mel-
lies,quòd dom.Catherina sic confessa fuisset, seu prędictam
85 assertionem acceptasset,† nam dico,q̃ cum fuerit talis con
fessio erronea,ei præiudicare non debet cognita veritate in
contrarium,etiam si fuisset facta in iudicio,ut tradit Cor.in
d.consi,186.3.vol.in tertia col.ver nec mutat, qui videtur lo-
qui in terminis ferè nostris , videlicet de confessione fideic.
86 † immo etiam si fuerit confessio iurata, & etiam repetita o-
stensa veritate in contrarium non pręiudicat , ut tradit Ias.
in l.error.colum.fi.prope.fi. ver pro hac facit.cum seq.
C.de iur.& fact ign Dec.in l.1.in 4.not.versic & ex hoc q̃
error.C.de erro.calcu. cum concordan. per eum adductis ,
87 † Non obst allegata in contrarium; quia illa l.non intelligi
tur § tacitè.cum sua gl.& alia in contrarium alleg.procedũt
respectu fideicom.relicti incapaci tacitè , videlicet quando
aliquis a testatore honoratus accõmodauit ei fidem de dan-
do incapaci; nam tunc cum agitur de facto, & delicto suo
statur in hoc suæ confessioni, non autem procederent respe-
ctu alterius fideicomm.in quo factum, & delictum confiten
tis nõ interueniret,& ita rectè intelligi colligetur ex illo cõ-
88 sil.Bario.194.& ex alijs in contrarium alleg. † Non obstat,
quòd dom. Catherina uti soror pręsumaretur scire volunta
tem testatoris ; quia regula d.l.octaui.allega.in contrarium
procedit in his,quę communiter sciuntur per coniunctos ,
quòd non cadit in hoc, & pręterea regula procedit, vbi de
contraria veritate non appareret per prædicta. Per quæ ap-
paret etiam.non obstare iuramentum vlt. loco in d. instru-
mento præstitum, vltra quod ad illud dici potest . quòd tale
iuramentum non est referendum ad talem assertionem , sed
ad ea quę tunc inter partes gesta fuerunt , prout colligi põt
ex sequentibus verbis ibi,eaque perpetuò attendere,& obser
89 uare &c.† Illa.n. inter partes ueniunt obseruanda , quę sunt
promissa,iuxta l.sicut.C. de act. & obliga.non quæ per ali-
quem enunciatiuè proferuntur. Ego super præalleg confes-
sione plurima scriberem, ex quibus appareret illam nihil pe-
nitus facere ad propositum. Verum gratia breuitatis,& quia
arbitror prædicta satis superque sufficere, vlterius non in-
stabo Sed ex omnibus supra deductis concludo (& quidem
intrepidè)dom. Catherinam aliquo fideicomm. grauatã nõ
fuisse Et licet plurima ex prædictis tacta fuerint per excellẽ.
aduocatos dom. Alexandri.placuit tamen ea,ut mihi ipsi , &
desideratæ ueritati satisfaciam,in prędictum ordinem redi-
gere, pluribus etiam additis, ut ex lectura ipsarum appare-
bit.

Soc.nepos,Paduæ legens.1539.

S V M M AE.

De substitutione facta in certis rebus, si filii, nepotes, & pronepotes instituti deficerent, & decederent, an habeat locum illis non natis, & plenè de materia.

De consuetudine immemorabili, an pro constitutione habeatur.

Et de exceptione rei iudicatæ, an obsit tertio.

Et an sententia contra unum substitutum lata præiudicet sequenti substituto non citato.

1 *Conditio prout prolata est, in forma specifica adimpleri debet.*
2 *Conditio voluntaria non debet de casu ad casum trahi, nec per æquipollens impleri debet.*
3 *Testator apponendo conditionem voluntariam modum implendi magis uidetur considerare, & illud factum quàm effectum.*
4 *Decedere dici non potest, qui non est natus.*
Priuatio præsupponit habitum.
5 *Substitutio limitatur secundum casum formaliter expressum.*
6 *Substitutio uulgaris, in qua sunt hæc uerba, tunc, et eo casu, facta in vnum casum ad alium non extenditur, licet regulariter contrarium uerum sit.*
7 *Idem si sit facta per uerba, nec ante, vel aliter.*
8 *Confessio facta sub illis uerbis, nec aliter, nec alio modo, quomodo intelligatur.*
9 *Substitutio fideicommissaria dicitur onus, ideò debet strictè interpretari.*
10 *Substitutio facta pluribus posthumis sub conditione, si decesserint sine liberis, restringitur solùm ad hunc casum, si plures nascantur, & sine liberis decedant*
11 *Substitutio facta, si filij, qui ex ventre vxoris superstarint, decesserint, nemine nato locum non habet.*
12 *Substitutio facta filijs masculis nascituris institutis, si decesserint locum non habet, si non nascantur.*
13 *Substitutio, si posthumus decedat, locum non habet, si non nascatur.*
14 *Substitutio facta de vxore filijs nascituris, nullis filijs natis locũ non habet.*
15 *Qualitas in testamento requisita probari debet.*
16 *Voluntas testantis in declaratione testamentorum est perquirenda.*
17 *Verba intentioni seruire debent.*
18 *Verborum rigor reijcitur in vltimis voluntatibus, ubi de mente constat.*
19 *In fideicommissis voluntas testato. etiam per coniecturas percipitur.*
20 *Fideicommissum inducitur per coniecturas, & præsumptiones.*
21 *Fideicommissum debetur, etiam si uerba sint defectiua, si ex mente testa. colligitur.*
22 *Conditione impleta dispositio conditionalis dicitur purificatá, & uti pura sortitur effectum.*
23 *Verbum deficerent, verificatur etiam in non natis.*
24 *Deficere dicitur, quod non impletur.*
25 *Quæstio uoluntatis non est admittenda, ubi uerba sunt expressa.*
26 *Testamenti una pars aliam declarat.*
27 *Substitutio compendiosa uulgarem, & fideicommissariam comprehendit.*
28 *Vulgaris substitutio per aditionem expirat.*
29 *Legata, & fideicommissa æquiparantur.*
30 *In conditionibus uoluntarijs admittitur implementum per æquipollens.*
31 *Copula inter diuersa ponitur.*
32 *Copulatiua quando in disiunctiuam resoluatur, & num. sequ. & nume. 34.*
35 *Verba ista, ita quòd & c. sunt declaratiua mentis testantis in præcedentibus.*
36 *Dignitas, & honor familiæ sine diuitijs sordescit.*
37 *Arguere ab unica ratione licitum est etiam in dispositione testatoris considerata.*
38 *Dispositio testatoris statuta in dispositioni æquiparari potest.*
39 *Agnationis fauore in casu dubio ei parti adhærendum est, ut substitutio eius fauore facta ualeat.*
40 *Experientia rerum magistra dicitur.*
Feminæ quare ab hæreditate expellantur.
41 *Substitutio facta, si quis decesserit sine liberis, per filiarum superexistentiam non deficit, quando fauore agnationis constat, dispositionem fieri.*
42 *Cautio, de qua loquitur tit. ff. ut leg. no. ca. remitti potest.*
43 *Cautio prædicta a grauatis, & eorum hæredibus petitur.*
44 *Nihil in testamento positum sine effectu censeri debet.*
45 *Dispositio ex oneris qualitate interpretari solet, etiam cõtra uim uerborum.*
46 *Substitutio prima si deficit, restitutio fieri debet secundò substitutis per hæredem grauatum.*
47 *Substitutus uulgariter si prædecedat casu substitutionis eueniente secundus substitutus succedit.*
Idem in substitutis per fideicommissum.
48 *Testator utens verbis communibus, & directis dicitur facere & fideicommissariam, & etiam directam substitutionem.*
51 *Substitutio trahitur de casu ad casum de testatoris uoluntate, & quando sumus in conditione uoluntaria, si in ea testator effectum considerauit.*
52 *Argumentum valet per deductionem ad absurdum.*
53 *Posita in termino relato censentur repetita in referente.*
56 *Doctorum auctoritas est probabilis, & non necessaria.*
59 *Consuetudo, cuius initij non extat memoria, habet uim priuilegij, & decreti, & consti.*
60 *Constitutio scripta expressum consensum habet, consuetudo verò tacitum.*
Consuetudo dicitur constitutio non scripta, lex verò dicitur constitutio scripta.
61 *Constitutio si allegetur, & probetur longissima obseruantia, sufficit ac perinde est, ac si constitutio probaretur.*
62 *Seruitutis constitutio allegata per longum usum probatur.*
63 *Scriptura non requiritur ad esse constitutionis.*
64 *Dictio secundùm, non facit conditionem.*
65 *Dictio, sicut, & dictio. prout, & similes, conditionẽ non faciunt.*
66 *A uerbis recedendum non est.*
Quæstio uoluntatis fieri non debet, ubi uerba sunt clara.
67 *Sententiæ sunt stricti iuris, & strictè sunt interpretandæ.*
68 *Sentẽtia absolutoria a petitis quò ad census si sit lata, ex illis uerbis restringitur eius uirtus, ut solũ respectu census procedat.*
69 *Præceptum de disgombrando est simile interdicto, ne uis fiat ei, qui sine uitio possidet.*
Et est iudicium possessorium, & non petitorium.
70 *Sententia in dubio lata censetur iux. petitionem, eam repellendo, uel admittendo.*
71 *Iudex de ea re iudicare debet, de qua cognouit.*
72 *Petitorium intentatum per actorem non præiudicat possessorio per reum intentato, si per iudicem non est super petitorio iudicatum.*
73 *Petitorium cum possessorio nil commune habet.*
74 *A practica, stilo curiæ, & communi obseruantia, etiam si non sit conformis iuri, recedendum non est.*
75 *Iudex de stilo, & practica curiæ in camera se informare potest.*
76 *Forensis beneficio statutorum non gaudet.*
77 *Ab executione inchoandum non est, etiam si per scripturam debitum probetur.*
78 *Statuta dantia executionem instrumentis uti contra ius commune sunt restringenda.*
79 *Sententia debet restringi ad causam, quæ in actis colligitur.*
Acta, dicuntur uehiculum ad sententiam.
80 *Dispositio qualibet a sua causa, & ratione regulatur.*
81 *Sententia ab ipsomet iudice declarationem recipit.*
82 *Sententia semper in dubio censetur lata taliter, & ex tali causa, vt minus præiudicet.*
83 *Exceptio rei iudicatæ ut obstet, requiritur, quòd de eadẽ re agatur inter easdem personas, & per eandem causam.*
84 *Hæres quando dicatur eadem persona cum defuncto.*
85 *Exceptio rei iudicatæ quòd non obstet, id in dubio est pronuntiandũ quia minus partibus præiudicat.*

86 *Appel-*

86 *Appellationi esse deferendum in dubio iudicandum est.*
87 *Compromisso locum fore in dubio iudicandum est.*
88 *Res inter alios acta alijs non praiudicat.*
89 *Sententia lata contra primum substitutum sequentibus non citatis non praiudicat. & nu. 95.*
90 *Sententia lata super inhabilitate testatoris ad disponendum, an omnibus praiudicet.*
91 *Bona restitutioni subiecta alienari non possunt in praiudicium fideicommissariorum sequentium.*
92 *Alienare qui non potest, etiam rem in iudicium deducere non potest in praiudicium eorum, qui in illa re successuri sunt.*
93 *Vasallus, qui non potest alienare in iudicio deducere non potest.*
94 *Factum eius, ad quem principaliter pertinet, an etiam illis praiudicet, qui in consequentiam ius pratendunt, & ladi possunt.*
96 *Sententia lata contra haredē, an praiudicet legatarijs, & fideicommissarijs.*
Quid si feratur contra unum fideicommissarium.
97 *Sententia non praiudicat citatis per generale proclama.*
Citatio quorum interest, quando non requiratur.
98 *Sententia erronea, & iniusta contra unum lata alteri non praiudicat.*
99 *Sententia lata contra unum, quando tertio non praiudicet.*
100 *Fraudibus obuiandum est.*
101 *Sententia contra unū lata casa, quo alteri praiudicet, ei appellandi datur remedium.*
102 *Appellandi tempus à die scientia currit.*
103 *Minori competit restitutio appellandi aduersum tempus lapsum ad appellandum.*

CONSILIVM CLXXXI.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitia.

DE duobus in præsenti consultatione quæritur. Primo, vtrum stante testamento quondam Io. de Bardis nobilis Florentini dicatur venisse dies fideic. ad fauorē filiorū, vel aliàs descendentium do. Alberti ioan. noti de Bardis, ex eo q. Angelus nepos ex fratre dicti testatoris, & ab eo institutus decessit sine aliquibus liberis masculis, licet cū fœminis, ita q. hodie illust. d. Alber. Philippi nepos d. do. Alberti ad illud fideic. petendū admittat. Secūdò, utrū posito q. petere possit, ei obsteut certæ sententiæ iam p multos ann. latę contra do. Iac. filiū pdicti do. Alberti senior. & ipsius d. Alberti iunior. patruū, q. put latę fuerunt in rem iudicatam transiuerunt. In quarū q. resolutione, ego prout potero, studēdo breuitati solùm substantialia tangam vt est moris mei. Circa primum itaque videbitur fortasse alicui prima consideratione dicendum, nō venisse diem fideicom. prædicti, & consequenter illust. do. Albertum a sua petitiōe repellendum esse. Et primò: quia cum descendentes do. Alberti senioris sint vocati sub cōdōne, & in casu quo Angelus hæres institutus, & eius descendentes, vt supra vocati, & instituti omnes deficerent, & decederent, vt in testa-
1 mento legitur, † debet conditio, prout prolata est, impleri, & quidem in forma specifica. l. Meuius. & l. q. hæredi. §. Plautius. vbi doc. ff. de condi. & demon. & l. cedere diē ff. de ver. signi. l. hæc vēditio. in prin. ff. de cōtrahen. emp. &c. super eo.
2 de condi. appo. cum si. † Et cum fuerit conditio voluntaria non sufficit, quòd p æquipollens impleatur, & sic non debet trahi de casu ad casum, iuxta tradita per Bar. & docto cōiter
3 in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posth. † quando enim testator apposuit conditionem volūtariā, uidetur magis considerare modum implendi conditionē, & illud factū quàm effectū, vt ibi per docto. & tradit patruus, & do. meus Soci. in consi. 140. considerato testamēto Marci. ad fi. 1. vol. cū alijs pluribus, qui ad hoc allegari possent, sed sic est, quòd prædicta conditio non videtur aliquo modo impleta, imo videtur defecisse, ergo nō debet esse locus substitutioni, de qua agitur. Illud autem videtur sic probari; quia con litiq prædicta continebat, quòd Angelus, & descendentes ex eo masculi deficerent, & decederent sine liberis masculis; quod non videtur impletum; quia licet Angelus siue liberis masculis decesserit; tamen non potest dici, quòd descēdentes ex eo masculis sine talibus liberis decesserint, attento quòd nati non
4 fuerunt; † non enim potest dici decedere, qui non fuit natus, iuxta illud, viuens moritur, vt habetur per gloss. & docto. in l. qui duos. §. 1. ff de manu. testa. & extat regula tritissima quòd priuatio præsupponit habitū. l. decem. ff. de verb. ob. §. seruus autē. inst de capi. dimi. & c. ad dissoluendū. de despon sa. impub. cum si. nec videtur sufficere, Angelum siue talibus liberis decessisse; quia videtur in testamento apposita conditio non in persona Angeli, sed in persona descendentiū masculorum ex eo, in quibus (vt dixi) non videtur conditio verificata. Secundò prædicta conclusio videtur probari apertius ex verbis sequentibus in d. substitutione, dū dicitur, tunc
5 & eo casu, & non primo. nec ante, vel aliter &c. † nam ex talibus verbis ostenditur præcisa voluntas testantis, vt solùm substitutio sortiatur effectum, cum verè, & propriè fuerit impleta conditio, ita vt ad alium casum dispositio trahi non possit, sed intelligitur limitata ad casum formaliter expressum, prout de verbis illis, tunc & eo casu, tradit Pet. de Anchar. in consil. 356. ex serie testamenti. 2. colum. secundùm
6 librum meum, † volens, quòd per illa verba impediatur, ne vulgaris substitutio facta in vno casu trahatur ad alium, licet regulariter soleat dici cōtrarium. l. cum proponas. & ibi per doc. C. de hær. instit. cum simili, vt per eum, & tradit Dec. in consil. 63. & pro tenui. 1. col. & in consilio 433. visa copia.
7 2. col. cum alijs plurib. qui alleg. possent. † & de verbis illis, nec ante, vel aliter, vel similibus, tradit Bald. post gl. in l. si quidem. colu. 2. versicu. nota gloss. quæ non est alibi. C. de ex-
8 cep. † volens, quòd confessio facta sub illis verbis non aliter nec alio modo, debet intelligi præcisè facta tantùm in casu, & sub modo expresso, & non aliter, immo extra modum, & casum expressum dicitur facta negatio, vt per eum & de talibus verbis in simili idem dicunt Alex. in consi. 3. viso instrumento concessionis. 2. col. ver. confirmo per ista verba. lib. 1. & patruus, & do. meus Socin. in consi. 251. quoniam in præsenti consultatione. 5. col. versi. postremò concludenter. lib. 2. vnde cum casus per testatorem consideratus, scilicet quòd descendētes masculi Angeli sine talibus liberis decedant, nō euenerit, vt dictum est, videtur, quòd substitutio non debeat
9 sortiri effectum, † maximè quia agitur de substitutione fideicommissaria, quæ dicitur onus grauato, vulga. l. cohæredi. §. cū filiæ. ff. de vulg. & pu. & consequenter videtur, quòd velut odiosa debeat strictissimè interpretari, & sic tantum in casu qui in verbis reperitur expressus, arg. l. cum quidam. ff. de lib. & posth. cum si. Tertiò eadem opi comprobari videtur auctoritate maiorum nostrorum, & primò Oldra. in consi. 142. factum tale est, testator habens, & 177. testator in suo
10 vltimo testamento, † nam in primo determinat, quòd substitutio facta pluribus posthumis, quos posse nasci considerauit testator sub conditione, si omnes posthumos contigerit sine liberis decedere, ad illum casum tantū restringitur, si plures nascantur, & sine liberis decedant, & ideo non habebit locū, si vnus tātum nascatur, & siue liberis decedat, vt per eū. In secundo verò vult, quòd si testator instituat posthumū primò nasciturum, & ei sine liberis decedēti substituat fratrem, & contingat nasci vnum tantùm posthumum, & mori in pupillari ætate frater substitutus non vocatur, sed habet locum causa intestati ex eo; quia non venit casus, in quo frater erat substitutus; quia scilicet secundus posthumus non decesserit sine liberis, cum natus non fuerit, vt per eum videri potest. Accedit secūdò auctoritas Ioan. Andr. in addit. Spec. in titu. de testa. in fi. princ. in addi super ver. cum patronus, versico. occurrit etiam casus nouissimus, vbi idem firmat, quòd Oldra. in d. consil. 177. licet de eo non faciat mentionē, idem etiam voluit Ro. in l. quandiu, la 3. colum. fina. ff. de acquiren. hæredita. secundò Io. Andre. Similiter idem firmare videtur Alexan. in consil. 1. perspectis verbis. 4. colum. versicu. quartò probatur per id quod decidit. libro primo. vbi al-

ri, O'dra. & Ioã. Andr. in locis prædictis videtur eorum de
11 cil. comprobare. † Facit etiam decis. S. gnoroli de Homod. in
consil. 159. quidam nomine A dũ vult, quòd substitutio fa-
cta, si filij, qui ex ventre vxoris testatoris superfuerint, deces-
serint, non habet locum nemine nato ex d. ventre, vt per eũ.
Ad quod etiam facit pulchra decis. Fulgo. in consilio 49. ex
12 istæ proponitur, † vbi concludit, quod si quis instituat fi-
lios masculos nascituros, & si decesserint, substituit vxorem
si contingat filios non nasci, non habebit locum substitutio
de vxore facta, sed erit locus successioni ab intestato, vt per
eũ. Cum quo videtur concordare Corne. in consil. 149 licet
13 in hac consultatione, in litera Q 3. vol † dum concludit, q
dispositio, si posthumus decedat, ordinata nõ habebit locum
si non nascatur. Adducitur etiam Ange. in consil. 94. visis
inspectis omnibus, colum. pen. & si. ver. discutiamus vigore
vltimi testamenti &c. dum vult, q substitutio facta, si posthu
ma nascatur, non procedit, posthuma non nata. Demum fa-
cit decis. Pet. de Ancha. in consil. mihi 356. ex serie testa-
14 menti, † quatenus concludit, quòd vxor substituta filijs na-
sciturus, si moriantur sine liberis, non vocatur nullis filijs na
tis, vt per eum. Quartò & vltimò contra illust. do. Alber-
tum agentem facit; quia posito quòd venerit dies, siue casus
substitutionis, tamen non videtur, quòd ipse debeat admitti,
quia ex parte sua non probatur aliqua constitutio do. de Al-
uernio, secundùm quam ille dicatur vocatus ad domi. Aluer-
nij pro portione do. Alberti antiquioris, de qua constitutio-
ne fit mentio in testamẽto; substituitur enim in bonis, de qui
bus agitur, ille maior natu ex descendentibus do. Alberti, ad
quem dominium portionis eius, in Aluernio delatum sit se-
cundùm cõstitutionem dominorum de Aluernio, vt in testa
15 mento legitur, † cum enim iunior Albertus agens fundet se
in testamento prædicto, debet probare qualitates in testamẽ-
to requisitas, iuxta tradita per Ioan. And. & alios Cano. in c. 1.
per illum tex. de homi. li. 6. per Bart. in l. denunciasse § quid
tamen. 1. col. ff. ad l. Iul. de adul. & ibi de hoc est copiosa alle
gatio in apostil. ad Bart. cum simil. & concor. multis, de qui-
bus per Ias. in l. pen. § in e. m. 2. col. versi. item nota ex eodẽ
verbo docere. ff. ne quis eum qui in ius uocet vi exi. Cum
ergo inter cętera in dicto testamento dicatur, secundum con
stitutionem domi. de Aluernio, quæ constitutio non videtur
probata, uidetur, quòd agens debeat omnino repelli. Verum
tamen prędictis, & alijs quibuscunque, quę allegari possent
non obstantibus, contrariam sententiam absque aliqua hesi-
tatione vtã de iure uerissimam, & æquissimam amplector, &
concludo, quod per mortem Angeli sine liberis masculis, ve-
nit dies fideicommissi in fauorem filiorum, vel aliàs descen-
dentium masculorum do. Alberti senioris, & aliter q hodie
illustriss. do. Albertus iunior omnino sit admittẽdus ad præ
dictum fideicõmissum ex pluribus, & maximè infra scriptis.

Prius tamen pro fundamento huius conclusionis pręsup-
16 pono vnum, quod in iure clarissimum est, † scilicet, quòd in
interpretatione, & vera declaratione testamentorum, & con-
tentorũ in eis summa cura, & diligẽtia ante omnia perquirẽ
da est testatoris voluntas; cum illa in ea re primum locum
obtineat. l. in conditionib. primum locum. in prin. ff. de con-
di. & dem. & totũ facit, vt inquit iurisconsultus. in l. ex facto.
la grande. circa medium. ff. de hære institue. & ea sola do
minatur, & regit omnia, vt l. cum quæstio. in fi. C. de lega &
d. l. in cõditionib. cum similib. quæ quidẽ voluntas, & mens
testantis quocunque modo reperta, & intellecta omnino ser-
uari debet, etiam si contingeret verba prolata illam apertè nõ
17 importare; quoniã ad eam adaptanda sunt † cum verba sem
per menti, & intentioni inseruire debeant. c. secundò requi-
ris. de appel. c. intelligẽtia. de verb. signifi. & l. scire oportet.
§. aliud ff. de excusa. tutor. cum similib. & in proposita ma-
teria testamentorum est tex. in l. non aliter. in princip. ff. de
legat. 3. & l. 3. C. de liber. prætert. & in l. cum virum. C. de
fideicom. & d. l. cum quæstio. † Hinc notabiliter dicebat
Ang. in consil. 225. bene, & egregiè. in principio, quòd in
vltimis voluntatibus omnis postergatur verborum rigor, &
forma, vbi de mente constat, posito quod refragari videan-

tur, alleg. d. l. 3. quam, vt nonnulli de eo dicunt, sępe habebat
in ore, prout etiam illam ad huc allega. in suo consi. 2. præ
19 mitto primò. 2. col. & alibi sæpe, † & illud, vt si, licet men-
testatoris prędominetur, & omnino attẽdatur, pręcipue pre
cedit in fideicõmissis, in quibus etiam per coniecturas volun
taté percipimus. l. cũ proponebatur. de leg. 2. l. hęredes mei
§. cum ita. ff. ad Treb. l. pen. de lega. 1. l. fideicom. §. item cum
quis. de lega. 3. & d. l. cum virum. C. de fideicom. cum multis
simi. de quibus per Ias. cõsi. 205. Vanotus de Cataneis. 4. co.
versi. octauo bene facit 2. vol. & tradit Alexan. in consi. 100.
visa parte testamenti 1. colu. ver. his tamen non obstan. lib.
20 4. † vbi dicit, quòd materia fideicommissorum dicitur tali-
ter fundata in voluntate defuncti, quòd quibuscunque ver-
bis, coniecturis, seu præsumptionibus apparere possit, suffi-
21 cit ad inducendum fideicommissum, † quinimmo debetur
fideicommissum etiam quòd prolata verba sint defectiua, si
ex mente testatoris colligi potest. l. unũ ex familia §. si omis-
sa. vbi Bartol. & alij. ff. de legat. 2. Hoc ita præmisso dico
quòd voluntas testatoris absolutè, & absque dubitatione fuit,
& est quòd descendentes masculi prædicti Alberti senioris
secundùm ordinem, de quo in testamento, admitterentur,
decedẽte Angelo hærede instituto sine liberis masculis, pro
ut casus euenit, & istud ostẽditur primò; nam substitutio, de
qua agitur, facta fuit in casu, quo Angelus institutus, & eius
descẽdẽtes vt supra vocati instituti, & substituti deficerẽt, &
decederet, ita q nullus ex eis extet, extaret, vel extare posset
&c. vt hæc sunt formalia verba testi, sed isto casus proculdu-
bio euenit, & sic impleta est conditio substitutionis, ergo ei
22 dicitur factus locus; † quia conditione impleta dispositio cõ
ditionalis dicit purificata, & tanquã pura debet sortiri effe-
ctum. l. h. § 1. ff. de vul. & pupi. l. si pupillus. in fi. ff. de condi.
insti. cum concor. multis, quæ allegari possent, vt per Dec. in
consil. 551. plenè, & subtiliter. col. penul. versicu. & dato q
in casu isto &c. Istud autem probatur; quia cum deficiat An-
gelus, deficiant etiam masculi ex eo descendentes, qui erant
vocati, instituti, & substituti, nec vllus illorum extet, & mi-
nus extare possit, vt est plusquam notissimũ, sequitur, quòd
venit casus a testatore consideratus & in quẽ facta erat sub-
stitutio & quidem secundùm propriam vim. & importãtiam
verborum; dicitur enim, quòd alicui deficiunt filij etiã si eos
23 nunquam habuerit, † vt sic verbũ deficerent, dicitur veri-
ficari etiam in non natis, vt est bon. tex. in c. 1. ibi, vel his de-
24 ficientibus, de eo q. lib. vel hær. su. † sicut etiam aliàs dicatur
deficere, quod non impletur, vt l. 1. C. de indi. vidu. tol. & l.
2. §. & cũ triplici. & §. sin autem aliquid sub conditione. C. de
cad. tol. l. cum tale. § rescriptum. & l. cum pupillus. § fi. ff. de
condi. & demon. cum infinitis simi. quæ allegari possent, &
vt verum fatear, nõ possum vehemẽter non admirari, quòd
aliquis habeat super hoc dubitationem; cum verba clarissi-
ma sint quòd isti de Aluernio, seu minor natu, descendens ex
antiquiori d. Alberto vocetur, vbi deficiant Angelus, & ma-
sculi ex eo descendentes ita quòd nullus ex eis extet, nec ex-
25 tare possit, qui casus euenit; † non enim admittenda est quę-
stio voluntatis, cum verba apertè istud sonet. l. ille, aut ille.
§ cum in verbis. de leg. 3. cum simil. Secundò etiam ostendi-
tur voluntas testatoris, de qua supra, ex qualitate substitutio
num per eum factarum, nam (vt expresse in testamento dici
tur) substitutiones fuerunt vulgares, & fideicõmissariæ, nec
aliter fieri poterant, cum instituti, & substituti non essent de
descendentibus testatoris, & licet in substitutione de maiori
natu prædicti domini Alberti non fiat illa expressio, vulgari
ter, & per fideicommissum; tamen cũ sic exprimatur in pri-
mis substitutionibus, satis etiam in illa videtur expressum,
26 † cum vna pars testamenti declaretur per aliam. l. qui filia-
27 bus. de leg. 1. cum si. † Et præterea prædicta substitutio dici-
tur absque dubio compendiosa & sic sub verborum compẽ
dio dicitur necessariò continere vulgarem, & fideicommissa
riam substitutionem, iuxta tradita per Bar. & alios in l. cen-
turio. ff. de vulga. & pupilla. & in l. precibus C. de impub. &
ali. sub. 1. & in specie, q in casu isto in indiuiduo ista sub-
stitutio fuerit compendiosa, & sic vulgarẽ, fideicõmissariam

continear

contineat plurima ad hoc deducendo declarat egregiè reco
lendæ memoriæ dumi. Philip. Dec. olim mihi compater ob
seruandissimus in suo consi. xx7. in casu ad me transmisso
2. & 3. colum. quod institia mediante fecit pro descendenti
bus d. do. Alberti senioris, & quia per eum videri potest, nõ
curo super hoc vltra instare, sed unà cum eo, hoc posito, in-
fero, quod si maior natu ex descendentibus domi. Alberti
prędicti vocatur per vulgarem, dicitur vocatux etiam in casu
qui non esset expressus in verbis. iuxta l. cum proponas, &
quæ ibi Bar. & alij tradunt. C. de hęr. insti & quæ etiam tra
dunmr in l. Gallus. §. & quid si tantùm. de lib. & posth. & in l.
Tjtius. §. si. per ilium tex. co. ti. vnde posim quòd tantùm fuis
set dictum, si prædicti instituti, & substimti decederent, ad-
huc tamen substitutio haberet locum ris nõ natis; quia quo-
cunque modo quis non possit admitti, facit locum volgari
substitutioni sibi factæ, vt p doct. in locis prædictis. Et notã.
est; quia non loquor de vulgari substitutione in iure directo
28 facta; † quia illa explranit p aditionem hęreditatis factam
per Angelum institutum, l. post aditam. C. de impube. & ali.
substit. sed de ea, quæ in fidricõmissu facta fuerat, prout fieri
posse probatur in l. ut hæredibus. ff. de leg. 2. & in l. si legata.
29 C de legi. † & licet dicta iura loquantur in legatis, idem ta-
men est in fideicommissis propter æquiparationem, de qua
in l. 1. ff. de lega. primo. & qui est eadem ratio, & de omnibus
est text. in l. 1. §. sinautem aliquid sub conditione. C. de cad.
tol. & ista ratio in proposito procederet, etiã si solùm fuisset
dictum, si Angelus, & eius descendentes &c. decederent,
ita quòd nullus ex eis extet &c. maximè iũctis his quę infra
dicentur ad ostendendam voluntatem testatoris, nam licet
verbum decederent, ex sui importantia solùm de natis intel-
ligatur, & sic substitutio ĩ verbis videretur facta, si nascantur,
& decedant, tamen haberet locum etiam eis non natis, vt sic
substitutio uno casu facta trahatur ad alium, per supra dicta
præsertim: quia constat in prædicta conditione testatorem
considerasse solum effectum non existentię Angeli, & eius
descendentium masculorum, vt patet ex illis verbis, ita quod
nullus ex eis extet. &c.
30 † Etenim clarissima, & verissima est communis doctor.
conclusio, quòd etiam in conditionibus voluntarijs admitta
tur implementum per æquipollens, quando in eis erat consi-
deratus effectus; vt tradunt docto. in d. §. & quid si tantùm,
maximè patruus & dominus meus Socin. in vltimo nota. &
qui post eũ scripserunt, & ibi aliquando plenè dixi. Sed tamẽ
in proposito casu dicitur sublata omnis difficultas: quia non
fuit dictum simpliciter, si decederent, uerùm etiam pręcedit
uerbũ, si deficerẽt, ex quo clarè constat, testatorẽ voluisse sub-
stituere, ẽt si Angeli descendẽtes masculi nulli nascãtur, & sic
deficiẽt, ut supra dixi: dicemus ergo, qđ uerbum deficerent,
importat casum, si nõ nascantur, & uerbum decederent, casũ
si nascãtur, & decedant sine liberis masculis, & licet uerbum
deficerẽt, ex sui generali significatione importare posset etiã
casum, quando nati decederent, quia etiam tunc dicerentur
deficere, ut est notissimum; tamen in isto testamento capitur
solùm, ut importet casum non natorum, cum ponatur pro
31 diuerso a uerbo decederent. † Copula enim ponitur inter di-
uersa, gloss. in capi. querelam. de simo. & in rubri. ff. de iur. &
fac. ignoran. sicut in simili tradit gl. de uerbis illis ius suum
cuique tribuere, in §. iuris præcepta. insti. de iustitia, & iure.
Nec quemquam moneat, quòd ista duo uerba sint copulatiuè
posita in testamento, cum dicatur, deficerent, & decederent,
& sic uideatur utrunque requiri iuxta l. si hæredi plures. ff.
32 de condi. insti. cum simili. † quoniã cum referatur ad duos
casus inuicẽ incompatibiles & contrarios, scilicet nõ nasci, &
nasci & mori, copula nõ stat in sui propria significatione, sed
resoluitur in disiunctam, siue vt dicunt in alternatiuam, vt in
simili tradit Bartol. in l. fina. secunda colum C. de codicil. al-
legans pro hoc. l. si Titio. vbi idem Bart. not. & ad plures quę
stiones infert. ff. de usufr. leg cum concordan. vt per Deci. in
dicto consil. xx7. 3. colum. & ultra eum ita dixit Bartol.
in l. prima. ff. de inst. & iu. & alij sequuntur, maximè Ias. in se-
cunda colum. ver. illam regulam sic ampliatam. & est com-
mune dictum Can. in c. ex parte. el primo, & ibi per Felyn. in
verbo copula, in prima fallentia, de rescrip. Et hoc maximè
dicendum est in casu isto; quia sic est ex mente verosimili te
stantis, prout in simili firmat Alexand. in consil. 130. atten-
33 tis verbis. in fine libro 2. † dicens, quòd copula resoluitur in
disiunctam ex coniecturata mente testantis, vt per eũ, quod
etiam voluit Corne. in consil. 7. rudis, & incomposita. colu.
pe. sub litera E. 1. vol. ad quod etiam facit, qđ idem Ale. dicit
in consi. 93. aliàs consulitus. 3. vol. ver. præterea copulatiua.
34 libro 3. † dum dicit, quòd copulatiua perdit officium suum,
& sic capietur pro disiuncta, quando si secundùm naturam
suam caperetur, resultaret absurditas, & aduersaretur volun-
tati testatoris, & ita propriè esset in casu isto; vt ex prædi-
ctis, & ex infra dicendis constare potest: meritò ergo copu-
latiua resolui debet in disiunctam, secũdùm quòd supra dixi,
& sic in effectu erit perinde, ac si fuisset dictum, si deficerent
descendentes masculi ex Angelo prædicto, idest si nati non
fuissent, vel decederent, idest nati essent, & postea sine ma-
sculis descẽdentibus decederent, & ista fuit propria mens, &
voluntas testatoris, qui postquam prædicta dixit, seu uirtuali
ter dixisse voluit, magis mentem suam declarando subdit, ita
quòd nullus ex eis extet, extaret, vel extare possit, quod ul-
timum dictum est, si forte aliqua vxor decedentis remane-
ret pręgnans; cũ tunc interim sperari possit, quòd masculus
nasceretur, hæc enim verba apertè ostendunt testatoré nihil
aliud cõsiderasse, quàm defectum lineæ masculinæ ipsius An
geli, & in talem defectũ quomodocunque contingeret, vo-
luit vocari maiorem natum ex descendentibus d. Alberti se-
35 nioris, † nam verba illa; ita quòd &c. sunt declaratiua mentis
testatoris in præcedentibus, & sic præcedentium expositiua
ad mentem testatoris ita proferentis, vt in simili probatur in
c. cum M. Ferra. de consti. & in c. significamm. de præb. cum
concor. de quibus per Deci. in d. consil. 227. 3. colu. versi. ad
hoc etiam seruiẽt, qui etiam alle. Lucam de Pen. & patruum
meum Soc. vt per eũ, vltra alleg. per Deci. ibi, ita voluit idem
Soci. in consi. 49. capio primã. 1. col. ver. præterea, aut. 1. vol.
& consi. 99. circa primam. col. fi. ver. solùm ergo restat, volu.
4. & idem Deci. in consi. 521. consultus ab illust. col. fi. versi.
secundò iste procurator. Tertiò principaliter prædicta
conclusio ostenditur verissima ex omnimoda voluntate, &
mente testatoris, etiam quòd verba nõ ita sonarent, quamuis
etiam verba ita omnino importent, vt ex prædictis constat,
etenim voluntas illa est. quæ regit, & gubernat testamẽtarias
dispositiones, quicquid aliàs verba sonarent, vt dixi supra in
præmisso. Hoc autem quod testator ita uoluerit ex pluribus
demonstratur, & primò si tota series testamenti bene consi
deretur, apparebit, quòd quicquid ipse testator fecit, seu di-
sposuit circa domum illam maiorem, & alia bona prohibitã
alienari, totum id fecit, vt bona prædicta in familia, & agna
tione sua de Bardis conseruaretur pro eiusdem agnationis
dignitate cõseruanda, & augenda, quòd maximè oritur ex di
36 uitijs, † sicut per cõtrarium sine diuitijs sordescit, & decre-
scit dignitas, & honor cuiusq; familiæ. l. quisquis. C. ad l. iul.
maiest. & §. hoc quoque. insti. per quas perso. nob. acqui. cum
si. & tradit auus meus do. Maria. Soc. in cons. 30. quamuis ex
his. 3. col. ver. quia ad hoc respõdetur. vnde Augustin. in lib.
3. cap. 21. de ciuitate Dei, dicebat, quòd per diuitias decus,
& honor in familijs conseruatur, cum non facile ad digni-
tates erigãtur pauperes, iux illud satiricũ. Haud facile emer
gũt, quorum uirtutibus obstat. Res angusta domi. & de hoc
plenè scribit Andr. sicu. in cõs. 14. scribit pfata. 1. & 2. col.
1. uol. & in consi. 57. clementissimũ Deũ. col. 2. ver. facit ẽt
quòd iste. 3. uol. & Alex. in consi. 52. circa hanc. col. pen. in fi.
lib. 4. si tamen est Alexan. de quo non parum dubito propter
diuersitatem stili, & stante hoc, quòd ratione conseruandę fa
miliæ, & eius honoris talis substitutio facta fuerit, quòd uel
ex eo demonstratur, quòd semper masculos uocauerit, fœmi-
nas etiam proprias filias excludendo, sequitur, quòd pari mo
do debet vocari ultimo loco substitutus non natis aliquibus
descendentibus ex prædicto Angelo, sicut si nati fuissent, &
sine descendentibus masculis decessissent, cũ semper uigeat
xatio

37 ratio conſeruandæ agnationis, †licitum eſt enim arguere ab
vnica ratione etiã in diſpoſitione teſtatoris cõſiderata, iuxta
gl. illam ſingularem, licet vulgatam in l. quamuis. C. de fidei-
com. quam ibi ſequuntur, & commẽdant omnes docto. ſicut
etiam argueretur à prædicta ratione cõſeruandæ agnationis
in ſtatutis, iuxta tradita per Bal. in l. maximum vitium. colu.
3. C. de lib. præter. cum concor. multis, qui allegari poſſent,
38 †nam teſtatoris diſpoſitio ſolet æquiparari ſtatutariæ diſpoſi
tioni, vt tradit Bar. in l. 1. C. de his qui. vt indi. cum cõcor. vt
39 plenè tradit Deci. in dicto conſi. 227. 4. colum. † & cum de
fauore agnationis agatur, etiam ſi caſus eſſet dubius, ei parti
adhærendum eſſet: vt ſubſtitutio, de qua agitur, fauore agna-
tionis facta locũ habeat, cũ iſtud dicatur benignius, vt egre-
giè in ſimili caſu determinat Signor. in conſi. 179. in nomi-
ne domini amen. A. pater. 2. col. ver. venio ad tertiũ. & Fulg.
in conſ. 49. ex facto proponitur, patremfami. col. fi. verſi. no-
uiſſimè nemo qui ſapiat. Secundò voluntas teſtatoris præ-
dicta oſtenditur: quia ipſe prohibuit alienationẽ domus ma-
ioris, & aliorum bonorum, de quibus agitur; quia voluit de-
uenire in inſtitutos, & ſubſtitutos de perſona in perſonam, &
de gradu in gradum, & quòd ſemper habitetur d. domus
per prædictos ſub nomine, & honore d. teſtatoris, & ſuæ fa-
miliæ de Bardis: ex iſtis enim clarè oſtenditur, quòd noluit
peruenire ad filias d. Angeli, quia licet ipſæ poſſent dici agna
tæ; tamen non ſub nomine familiæ de Bardis habitarent, ſed
ſub nomine familiæ illorum, quibus coniunctæ eſſent matri-
40 monio; † vt docet experientia, quæ dicitur rerum efficax ma
giſtra. c. quã ſit. de elec. in 6. & per tales fœminas bona præ-
dicta in familia de Bardis non conſeruarentur, ſed in alienas
familias transferrentur, & per prædictas, & ſimiles conſide-
rationes fœminas eſſe excludendas in ſimili caſu determinat
patruus, & do. meus Soci. in conſilio quodã inſerto inter cõ-
ſilia Cor. ſenioris. nu. 40. cum in præſentiarũ. per totũ, maxi
41 mè in 3. colum. & tribus vltimis. † Et per has, & ſimiles ra-
tiones, quando ſcilicet conſtat, diſpoſitionem fieri fauore
agnationis, ſubſtitutio facta, ſi quis deceſſerit ſine filijs, nõ de
ficit per ſuperexiſtentiam filiarum, prout poſt multos per eũ
relatos firmat egregiè idem dominus meus Soc. in l. cũ auus.
col. 51. verſicu. quartus caſus. ff. de cond. & demon. & in cõſi.
6. in præſenti conſultatione. colum. 5. cũ ſeq. volu. 3. & ali-
bi ſæpe Cor. ſenior. in conſi. 75. dominus Ludouicus. col. 10.
Calcan. in conſi. 47. in Chriſti nomine, per totum, Corne.
in cõſil. 197. circa principium. 4. colum. 1. vol. & in l. prima.
ad fin. C. de cõditi. inſer. & clarius in cõſil. 124. ardua primo
aſpectu. & in conſil. 158. placet mihi. 2. volum. & alibi ſæpe.
Iaſ. in cõſi. 140. ſpectabilis do. Georgius. & 141. Chriſtopho
rus Capitisferri. 2. vol. & Dec. in cõſ. 15. & ꝓ tenui, per totũ,
& in conſi. 270. dominus Raynaldus. 2. col. & ego aliàs præ-
dicta, & alios plures allegando ita conſului in pulchro caſu
Vincentiæ contingente. Tertiò prædicta voluntas oſtendi
tur. ſ. vt voluerit maiorẽ natu ex deſcendentibus domini Al-
berti ſenioris admitti ad prædictam domum maiorem, &
alia bona prohibita alienari etiam poſt mortem Angeli inſti
tuti, ſi eum contingat decedere ſine liberis maſculis; nã inter
cætera in dicto teſtamento deſcendentes prædicti d. Alberti
vocati ſub nomine Comitum, ſeu dominorum de Aluernio
probibentur petere cautionem à dicto Angelo, vel eius de-
42 ſcendentib. †quòd intelligi debet reſpectu cautionis, de qua
loquitur in titu. ff. vt lega. no. caue. illa enim remitti poteſt; vt
l. 2. & l. pen. C. vt in poſſeſſ. leg. vel fideicõ. quo ſtante ſequi-
tur, quòd teſtator conſiderauit etiam ipſum Angelum per fi-
deicom. in dictis bonis grauare prædictis de Aluernio, alio-
43 quin fruſtra cautionem illam ab eo peti prohibuiſſet; †cum
illa ſolũ à grauatis, & eorũ ſucceſſoribus petatur, vt in dicto
titu. vt lega. nomine caue. per totũ, maximè in l. prima. §. non
44 ſolùm autem. hoc autem non eſt dicendum; †quia nihil in te
ſtõ cenſeri debet poſitum ſine effectu. l. ſi quando. ff. de leg.
1. cũ ſi. ad quod etiam facit regula illa, qua dicimus, cautioni
bus non eſſe locum, quando fideic. locum habere non poteſt,
de qua ĩ l. hæc ſtipulatio. §. diuus. illo tit. vt leg. nomine caue.
45 † Facit etiam: quia ex qualitate oneris diſpoſitio ſolet inter-
pretari etiam contra vim verborum, vt l. Proculus. ff. de uſu
fru. unde cum maior natu iſtorum de Aluernio ſit onera-
tus non petere cautionem a prædicto Angelo, ſequitur neceſ
ſariò, ꝙ ei aliquo modo erat ſubſtitutus, ſeu quòd ipſe An-
gelus dicebatur eidem ꝑ fideicom. grauatus, hoc autem eſſe
35 lere. † Eo etiam addito, q primũ testm̃ dicitur factũ in fauorem piæ causæ, cui in dubio fauere debemus per iura vulgaria, & in quo cẽsetur apposita clausula derogatoria ad seqnẽtia testamẽta ad instar testamenti inter liberos, vt per d. meũ Soci. in d. consi. 229. col. fi. cũ cõcor. de qbus supra per clariss. Cõsultorẽ. Ex quo cõstat, q inaduertẽter decipitur Dec. dũ ĩ loco præalleg. dixit, nihil facere, q in primo testõ sit instituta ecclesia, in hoc tamẽ me refero ad d. Cõsultorẽ gratia breuitatis. Et si dicatur, q ĩ casu nostro dicitur facta expressa reuocatio primi testĩ, vt ĩ cõtrarijs dicebatur, dicã, q talis reuocatio laborat eodem morbo, quo & principalis dispositio, & ideo pari modo non valet, & vltra etiam dici potest, q non fuit omnino, vt oportebat, facta, vt statim dicam, quinimmo secundũ multos testes talis reuocatio nullo modo facta fuit,

nam

nam aliqui dicunt, q de eo non fuit facta interrogatio, mul
ti verò dñs, q licet interrogatio de tali reuocatione facta fue
rit ei, tñ nihil fuit responsum per d. Bonifacium, prout depo
nunt ea testibus per reueren. fratres examinatis primus. 4. 5.
11. 13. 14. & 24. & hoc multo fortius deponunt. 15. 16. 21.
& 24. cum asserant. domi. Bonifa. nunquam fuisse loquutũ.
Ep etiam addito quòd 26. deponit, quòd domi. Bonifa. inter
rogationi de reuocatione testamenti negatiuè respondit nõ,
licet quò ad alias interrogationes nihil responderit, & hanc
negatiuam responsionem deponit etiam vnus ex testibus il-
lorum de Suardis in secunda sua depositione. Tertiò princi-
paliter dico, prędictum assertum testamentum non valere ex
defectu solennitatis in eo requisitę, & licet hoc ex his, quæ di
cta sunt, facile colligi possit: tamen vltra ea dico illud consta-
36 re; † quia in testamentis non est dubium; q testes debẽt esse
rogati. l. hęredes palã. §. pe. ff. de testa. & auc. rogati, & in cor-
pore vnde sumitur. C. de testi. no. in l. fi. in fi. C. de eod. & in
c. testes. §. de his. in gl. mag. 3. q. 1. sed in casu nřo dico, q vel
nó fuerunt rogati, vel saltem non vt oportebat: hoc. n. pro
comperto est, omnes testes, qui de tali asserto testõ deponũt
non venisse in eum locum ad eum finem, vt tali testamento
essent præsentes: quia ad id nemo eos vocauit, sed fortuito,
& a casu ibi erant; quia vt vulneratum viderẽt, in eum locũ
accesserunt, & licet postea per do. Baldassarem fuerint rogati
tñ talis rogitus non fuit factus de voluntate testatoris, si cre-
dimus 4. 5. 6. 11. 22. & 24. testibus reueren. fratrum; nam 2.
omnes deponunt interrogationem, & minus responsionem
37 de rogitu testiũ factã nõ fuisse, † sed posito q facta fuerit, p-
ut plures testes illorũ de Suardis deponunt, dico, q fuit fa-
cta post quã asseritur facta hęredis institutio, & de tali rogi-
tu nulla pcessit admonitio, propter quod perinde est, ac si ta
lis rogitus non interuenerit, vt egregiè ex plurib. cõcluden-
tib. rationib. concludit patruus meus Soc. in d. consi. 229. co.
pe. & fi. in ver. quintò etiam aduertendum est, & supra per d.
Consultoré dictum fuit, & mihi videtur hoc probari in d. §.
pe. in ver. quod sic accipiendum est, inquit. n. ibi iurisicon. q
licet ad aliam rem venerint; si tamen ante testimoniũ certio
rentur ad testamentum se esse adhibitos &c. & sic vult, q an
te testamentum testes debent scire se ad illud adhibitos, qđ
38 certè non fuit in casu nřo, vt de se constat, † & vltra etiam re
quiritur, q testes fuissent noti testatori, vt in §. si verò ignoti.
in auc. de testi. prout per illum tex. & alia iura firmat solẽnis
doct. Io. Igneus in l. 1. §. hoc autem. col. 21. sub n. 58. & 59. ff.
de senatuscon. sille. quod non credo contigisse in casu isto, p
39 ut nec probatum, nec allegatum audio. † Et præterea attento
q in primo, & solenni testamento erant instituti reuer. fra-
tres prædicti, & sic pia causa ad hoc, vt tale testamẽtum dici
possit reuocatum, requiritur, q de tali reuocatione appareãt
apertissimę, & liquidissimæ probationes, & testes de ea depo
nentes debent esse tales, de quibus non cadit verosimilis du-
bitatio falsitatis, vt tradit Abb. in cõs. 11. q in causa, q̃ vertitur
in 2. membro. 1. vol. & retulit supra D. Consulens, sed in pro
posito probatio reuocationis prædictæ non est talis, vt aper-
tissima, & liquidissima sit, nec testes carent suspicione, vt p
40 do. Consultorem deducitur, ergo &c. † Eo etiam attento, q
sunt vilissimi homines, & pauperrimi, ita q propter hoc so-
lum nõ videntur omnino attendenda eorũ dicta, ius ta. §. si
verò absunt, & ibi tradita per gl. & doc. in auc. de hære. &
falc. & licet non sit resolutũ queẽ a testimonio repelli ob solã
paupertatem; tñ negari non pt, quin de istis testibus dubitari
possit, iũctis maximè alijs per D. Consultorem consideratis,
ad quẽ me refero. Et si dicatur, q licet hoc assertum secundũ
testamentum, maximè in prædicta reuocatione videatur im
perfectum; tamen debet valere ex eo: quia in eo sunt institu-
ti filij fratris defuncti proximiores, & sic successores ab inte
41 stato, iux. l. hac consultissima. §. si quis aũt. C. de test. † ad hoc
respondetur, q allegata in contrarium in casu nostro non
procedunt: tum quia in primo erat instituta pia causa, pp qđ
censebatur in eo apposita clausula derogatoria ad sequentia
testamenta, & ideo specialis reuocatio requirebatur, & perfe
cta dispositio, vt p Abb. in consi. 15. & do. meus Soc. in d. cõ-
silio 229. cum etiam, quia non omnes venientes ab intestato
sunt instituti; etenim extat alius filius alterius fratris, & qui
cũ do. Baldass. & fratribus ab intestato successisset, q non fuit
in d. asserto testamento vocatus, meritò dispositio d. §. si quis
autẽ locũ habere non pôt: vt per Fulg. & doc. magis cõmuni
ter, put hæc plenè p d. Consultorem deducta fuerunt. Et ex
hoc vltimo loco allegato, rectè consideranti facile apparebit,
pfatum D. Bonifaciũ non habuisse aĩum reuocandi primũ te
stamentũ, nec suam agnationẽ considerasse, qm̃ si id fuisset,
pfecto etiã illum alium nepotem ex fratre instituisset, cũ ẽt
ille esset successurus ab intestato, & p̃sumeretur pariter di-
lectus pp parem sanguinis coniunctionem. Sic itaq; ex præ-
dictis oĩbus, & alijs plurib. per clariss. Consul. consideratis ve
rissima apparet cõclus. p hoc assertũ s̃m testm̃ veluti inuali-
dũ nõ fuisse reuocatũ primũ, sed illud ĩ suo robore pmanere.

Soci. nepos, Paduæ. 1542.

ADDITIO.

Post redditum consilium intellexi contra reueren. fratres
fieri infrascriptas difficultates: nam cum in testamento con
uentus, & fratres præcisè vocentur post mortem d. Ceciliæ
vxoris testatoris, & ab eo relictę vsufructuarię, videtur q fra
tres non possint esse hæredes, nisi post obitum testatoris con
42 tingat mori do. Ceciliam; † nã cum institur o valeat, & sor-
tiatur effectum mortuo testatore. c. cum Marte. de celeb. mis-
sa. videtur, q non possint vocari, nisi impleta conditione, sub
qua dicuntur institui, videlicet mortua demum do. Cęcilia,
& quidẽ eo contingente post mortem testantis, prout videtur
cõtingere de alijs conditionib. puta si 10. dederit, vel capito-
43 lium ascenderit; † nam conditio debet impleri mortuo testa
tore, & si eo viuo impleatur, non releuat. l. 2. in fi ff de cõdi.
& dem. vnde cum in casu nostro do. Cecilia decesserit viuo
testatore, & amplius mori non possit, videtur, q deficiat con
ditio institutionis fratrum S. Dominici. Et præterea videtur
q illi sint vocati tantùm per fideicom. nam uidetur, q do. Ce
cilia fuerit hæres instituta in vita sua, & postea censeatur gra
uata per fideicom. restituere fratribus, post eius mortẽ, iuxta
tradita per Saly. in l. extraneum. la 1. in vlt. q, C. de hęr. insti.
cũ concor. vt ibi p Ias. col. fin ver. tertiò principaliter limita.
Sed tamen istis non ob. dico, quòd fratres sunt admittẽdi,
& ad ea respondendo dico, quòd vtrunque falsum est, & veri
tas est, quòd fratres sunt in pleno iure hæreditatis instituti, &
non per fideicom, & quidem statim mortuo testatore, attẽto
44 q do. Cecilia tunc iam mortua erat. † Et ad primum respon
detur, quòd arg. procedit in conditionibus potestatiuis p in
stitutum implendis; tunc. n. verũ est, eas debere impleri mor-
tuo testatore, secus est in casualibus, prout in casu nostro erat
mors do. Ceciliæ, & dico, quòd de hoc est tex. in ea l. 2. de cõ
45 di. & dem. in prin. † Ad secundum respondetur, quòd proce
deret, quando do. Cecilia fuisset instituta hæres, & ita pprié
loquuntur doct. in d. l. extraneum, quia tunc verum esset, q
institutio facta de fratribus resolueretur in fideicom. vt ibi
per Ias. sed non sic est in casu isto, in quo ipsa iure legati fuit
solùm relicta vsufructuaria omnium bo. & iurium, vt in
testamento apparet, & ideo fratres dicuntur hæredes institu
ti vniuersaliter. Et si dicatur, q hoc nõ videtur posse dici, q a
solùm vocati sunt post morté do. Ceciliæ, & antea non, vt cla
rè df in testamento, ppter quod videtur, quòd testator videa
tur voluisse decedere pro parte temporis testatus, & pro par-
te intestatus, contra l. ius nostrũ. ff. de reg. iu. Respõdetur, hoc
nihil esse; quia eum illa per prius decesserit, nõ potest haberi
46 p̃dicta consideratio, vt de se patet, † & si vixisset, post testato-
ré quandocunq, decessisset, & ita impleta fuisset conditio, &
fuisset retrotracta ad tempus mortis testatoris, iuxta l. hęres
qñque. ff. de acquir. hęr. & dicit Ias. in d. l. extraneũ. 2. colum.

Soc. nepos, Paduæ legens.

ADDITIO.

In hac eadem causa contra consuluit Alciat. consi. 570. & vide no. ad Deci. consi. 489.

S V M M AE.

De testamento, in quo nepotes ex filia sunt præteriti, quorum mater instituta decessit ante testatorem, vtrum scilicet posit dici nullum.

Et de legitima quibus debeatur, & de quib. bonis, & quę in ea computanda considerentur.

1 *Testamentum patris an possit dici nullum per nepotes ex filia, qua instituta in certis bonis patre viuente decessit, & ipsi nepotes testati sint patri.*
2 *Legata facta in testamento nulla ex causa præteritionis valent, & infrà nu. 5.*
3 *Testamento ex causa præteritionis rupto venientes ab intestato ob clausulam codicillarem rogati censentur, hæreditatem restituere hæredibus in testamento scriptis.*
4 *Legitima, & trebelliani. per descendentes grauatos detrahi pōt*
6 *Legitima supplementum peti potest.*
7 *In legitimæ detractione omnia bona considerari debent, quæ erāt tempore mortis testato. nulla facta detractione legatorum.*
8 *Detractio æris alieni fit ante legitimam.*
9 *Bona subiecta fideicommisso apud testatorem existentia legitimam non augent, sed præcipua vti æs alienum detrahuntur.*
10 *Legitima quanta sit.*
11 *Dotes, & legata in testamento relicta in legitimam imputantur.*
12 *Legitima supplementum in bonis patris dari debet.*
13 *Legitima an debeatur in ista, vel illa fundo, relinquitur in arbitrio iudicantis.*
14 *Legitima & eius supplementum cum fructibus debetur.*
15 *Renunciatio facta per matrem hæreditati paterna, & materna in manibus patris cum iuramento pro dote, quam ab eo recepit, an valeat.*

CONSILIVM CLXXXIIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.



IRCA plurimas quęstiones ex puncto elicitas, & mihi ꝓpositas circa bona, & hęreditatem ser Io. Compostellę de Basiano ponam solum qd de iure sentiam absq; multorum iurium, & auctoritatum allegatione, ꝓut a parte consultante requiror.

1 † Et in primis circa quæstionem illam, vtrum testm̄ ser Ioā. Compostellæ posit dici nullum per filios du. Dominicæ filiæ ipsius testatoris, quæ instituta in certis rebus a patre suo ipso viuente decessit, cum eius filij, & testatoris nepotes in testamento non reperiantur instituti, neque exhæredati, sed præteriti, & sine causa. Respondetur, ꝙ de iure possunt dicere testm̄ nullum, per tex. in §. aliud quoque capitulum, in auct. vt cum de app. cogno. iuncto § posthumorum loco. insti. de exhæ. lib. & ita videtur firmare Ang. in d. §. aliud quoque ca
2 pitulum in fin. † quod tantum debet intelligi, quantum ad institutionem, cętera namque firma permaneant, auc. ex causa,
3 C. de libe. pręte. † Est bene verum, ꝙ rupto testamento ex causa pręteritionis pręd̄ictę propter clausulam codicillarem venientes ab intestato cēsentur rogati restituere hęreditatē scripti hęredib. in testamento, iuxta tradita per Bar. in l. 1 in 6.
4 q. ff. de iu. codi. † sed tunc poterit fieri detractio legitimæ, & trebellianicę; cū simus in descendentibus, grauatis, secundū fal. in auc. ex causa C. de lib. præte. sunt tamen qui de trebel
5 lianica dubitant ibi, & ideo de ea nihil firmo. † Data autē pędicta nullitate testamenti ex causa pręteritionis prędictę omnia legata debent conseruari per d. auc ex causa, & in corpore vnde sumitur, & etiam propter clausulam codicillarem, vt p Bar. & alios in d. l. 1. & in l. eam quam. C. de fideicom. quatenus tamen facultates patiuntur. † Dum autem secundo quę
6 ritur, posito ꝙ prędictum testamentum non possit annullari vtrum filiabus testatoris, & nepotibus ex pręmortua filia debeatur legitima, ita ꝙ ad supplementum eius agere posit. Respondetur aperto iure, ꝙ debetur, & supplementum peti potest; cum nulla subsit causa, cur legitima veniant tales ꝓlesq;
7 priuandę. † Et postea dum quęritur, de quibus bonis debeat legitima considerari, seu quorum bonorum respectu cōsideretur; respondetur, ꝙ ad hoc debent simul considerari omnia quęcunq; bona mobilia, & immobilia, iura, & actiones, q̄ reperiebantur tempore mortis testatoris nulla facta detractione legatorū, aut aliorum in testō relictorū; quia prius de
8 trahitur legitima filiorum, † fit tamen ante omnia detractio æris alieni, si in aliquo grauabatur d. testator, iuxta l. Pa
9 pinianus, §. quarta autem. ff. de inof. testa. † Fateor tn̄, ꝙ si qua bona apud testatorem erant, quæ fuissent fideic. subiecta, illa non considerantur ad augendam legitimam, sed præcipua detrahuntur tanquam ęs alienum, nisi inquātū prædicto ser Io. testatori per fideicom. grauato pro sua trebellianica deberetur; illa. n. trebellianica inter cætera bona testatoris prędicti libera veniunt consideranda ad quantitatem legitimæ de
10 monstranda. † Et dum quarto loco quęritur, quanta sit legitima, vtrum scilicet tertia pars, an verò dimidia. Respōdetur, ꝙ dicitur tantùm tertia pars; quia. s. tempore mortis testatoris reperiebantur considerabiles tantùm quatuor filij, duo enim viuebant, & ex duobus præmortuis extabāt nepotes, videlicet ex Petro, & do. Dominica, qui licet sint plures numero, tamen solùm personam patris, aut matris repræsentantes per stirpes pro vno habentur, vt per doct. maximè Mod. in
11 auc. nouissima. C. de inoffi. testa. † Dum autē quęritur quinto loco, nunquid dotes, & legata in testamento relicta imputentur in prędictam legitimam. Respondetur, ꝙ imputantur iuxta tradita per Bar. & alios in l. in quartam. ff. ad l. falc.
12 † Et dum postea quæritur, in quibus bonis debeat dari supplementum legitimæ. Respondetur, ꝙ de substantia patris, vt
13 l. scimus §. repletionem. C. de inoffi. testa. † Et si postea particulariter quęratur, vtrum in illo, vel isto fundo, vel in qua re. Rn̄detur, ꝙ totum hoc arbitrio boni viri fieri debet, vt nec nec in melioribus, nec etiam in deterioribus pręstetur, vt p
14 doct. in d. l. in quartā. † Dum autem quæritur postea septimo loco, nunquid legitima, seu supplementum eius debeatur cum fructibus. Respondetur, ꝙ debetur cum fructibus, iuxta not. in l. Papinianus. § vnde si filius, ff. de inoffi. testa.
15 † Demum dū octauo loco quæritur, nūquid filijs prædictę do. Dominicæ obstet aliquo modo renunciatio, quam ipsa fecit hæreditati paternæ, & maternę in manibus patris cu iuramento pro dote, quam ab ipso patre recepit. Respondetur, ꝙ non præiudicat; quia censetur facta contēplatione masculorum fratrū, qui tunc viuebant, & nunc reperiuntur mortui, vt per doc. maximè Saly. in l. pactum dotali. C. de coll. & in c. quamuis. de pac. lib. 6. ac etiam ex pluribus alijs, quæ, si erit opus, deducentur, prout etiam & aliæ responsiones, de quib. supra, si quando oportebit, iuridicę, & verissimæ ostendētur vltra paucissima supra deducta. Sed nunc vt breuitati consulam, & vt consultanti sic requirenti satisfaciam, vlterius nō prosequar, sed responsionibus prędictis sic per conclusiones positis contentus ero.

Soc. nepos, Paduę legens 1541.

C A S V S.

Honesta mulier domina Maria Palauicina de Cypro, cū haberet duos filios. s. Cyprianum, & Florentiam, Cypriano per prius donauerat molendinum quoddam, & quædam alia bona sub fideic. &c. Florentiæ postea, & in separato instrumento n. donationis causa mortis dedit viridarium maius cum suis pertinentijs, cum his uerbis, videlicet, di figliuoli in figliuoli suoi &c. & se la morirà senza herede, peruenga al piu propinquo hęrede, prout hoc latius apparet in instrumento donationis prædictę, cuius copia transmittitur.

Postea post mortem donatricis decessit Florentia sine filijs, & sic sine hærede, & ita prædictū viridarium maius peruenit ad Cyprianum fratrem eius, tunc superstitem, vti propinquiorem hęredem, qui illud vēdidit, seu dedit in emphyteusim, quo defuncto, filius eius prętendit d. viridarium consequi ex causa fideic. dicens, ꝙ Cyprianus eius pater dicebatur in effectu grauatus filijs suis illud viridarium per fideicommissum restituere. Quęritur, quid iuris.

SVM-

SVMMAE.

De fideicommisso an possit dici factũ, vbi verba non sint.

Et ao de persooa ad personam, vel de casu ad casum extendatur.

1 *Filius hæres contractũ patris approbare tenetur, & de euictione tenetur.*

2 *Quem de euictione tenet actio, eundem repellit exceptio.*

3 *A uerborum propriitate non est recedendum.*

4 *Velle quis non præsumitur id, quod non loquitur.*

5 *Argumentum ab identitate rationis ualet.*

6 *Donationis vna pars aliam declarat, uide infrà nu. 13.*

7 *Nemo præsumitur alienas succe^ssiones proprijs anteponere.*

8 *Dispositio sic debet interpretari, prout disponens interrogatus verosimiliter respondisset, vide infra nu. 15.*

9 *Onus in dubio non debet iniunctum censeri.*

10 *Dispositio sen per intelligi debet, vt psona honorata minus, quàm possibile sit grauetur.*

11 *Determinatio plura respiciens ea debet æqualiter determinare.*

12 *Fideicommissum de persona ad personam extendi non debet.*

14 *Declaratio voluntatis in aliqua dispositione sumi debet ex his, quæ in ea reperiuntur.*

CONSILIVM CLXXXV.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitia.



PERSPECTIS his, quæ in themate narrantur, præseotis consultationis resoluno non videtur habere multum difficultatis, & ideo in ea breuis ero; cum ueritas ipsa per se splendeat, & uerborum admioicula nõ desideret. l. 5. C. si min. ab hær. absti. cui astipulatur Lactan. Firmi. in lib. 3. diuinarum iosti. in 1. cap. Ponam itaque in hac consultatiooe conclusionẽ, quæ mihi uera uidetur, & postea respondebo his, quę in contrarium alleg. possent.

Coocludendum itaque est, filium, & hæredem prędictum Cypriani nullo modo audiendum esse, uec quicquam petere
1 posse, † & primò hoc apertissimũ est in iure, si esset sui patris hęres; quia cum teneatur ut hęres appeobare, & ratificare cõtractus patris, immo de euictione sit obligatus, si p aliũ quõlibet uiridarium prædictom euinceretur, vt l. cũ à matre. C. de rei ven. cũ sua materia, & probaror in l. 2. io l. emptor. & in l. si parentes. C. de euict. cum si. sequitur, ꝙ illud nullo modo petere possit, quin exceptiooe repellẽdus sit, vt l. siue pos-
2 sessio. vbi videtur casu. C. de euic. † Est. n. regula iuris, qua dicitor, quem de euictiooe tenet actio, eundẽ ageotem repellit exceptio, vt l. vendicantem. ff. eo tit. cũ si. Si igitur iste filius est hęres patris, omnino esset à petitione repellendus, etiam ꝙ aliàs ius aliquod sibi conpeteret vigore prædicti instrumẽti donatioois. Sed quia forte hæres non est, dico secundo loco, ꝙ repellẽdus est tanquam nullum ius habeos, etiam ꝙ nõ sit hæres patris: dico. o. veritatem esse, quòd ad eius patrem puenit d. viridarium sine aliquo onere fideic. vt sic de eo liberè disponere potuerit. nam ipse videtur vocatus post mortẽ do. Florentiæ suæ sororis, sine liberis, vt proximior hæres p illa verba in instrumento donationis posita, videlicet, & se la morirà senza herede, peruenga al pio ppinquo herede &c. talis autem ppinquior hęres non reperitur in testamento, siue in instsumento donatioois causa mortis aliquo modo grauatus, ergo &c. quippe hæc regula in materia substitutionis traditur, & est verissima, vt scilicet dicamus hoc casu nũ loqtue substitutio, neque verba eius eũ cõprehendũt, ergo facta non dicitur, siue velis dicere fideicommissũ tali persunę nõ reperitur iniunctum, ergo nec factum creditur, & qui cõtra-
3 rium asserit, illud debet probare, & quidem euidenter: † cum aliàs à verborom importantia non sit recedendum, cum euidenter appareat de voiũtate testatoris. l. non aliter. in priu. ff. de lega. 3. hanc regulam tradit Ioan. Andr. in addi. Specula. in tit. de testa. §. 1. uer. occurrit. Old. io cõsi. 21. thema tale ẽ. Abb. in coosil. 40. facti cõtingẽtia. 1. vol. & ita post prędictos firmat pateuus, & do. meus Soc. in consi. 62. viso capitulo. 3. col. 3. uol. Lodo. Gozad. io consil. 21. uidetur dicendũ, sub nu. 8. & Lãcel Galia. in l. centurio. col. mihi. 66. ff. de uulg. & pup. Quãdo igitur uerba testamenti aliquid non dicunt, & certas personas honoratas non grauãt, nec aliquem ad fideicommissum uocãt, illud nequaquam dicendum est, nec psona illa potest admitti, nisi euidẽter contrarium ostẽdatur. Et procedit huc etiã, si diceretur, quòd testator illud forte tacitè uoluerit, aut mente cogitauerit: quia non sufficit testatorem aliquid uelle aot mente cogitare, nisi illud aliquo modo
4 disponat; † nam quod quis non loquitur, uelle non psumitur ut l. quidam cum filium, & ibi Bal. Imo & alij no. ff. de hęre. insti. & pro ualde notabili tradit Alex. in l. 3. in fi. C. de libe. præte. idem etiam firmat Cur. senior plures allge. in consilio 42. testator Augustinus. col. 12. & in consil. 44. statuto, seu consuetudine. col. 10. & Dec. in consi. 89. uiso puncto. 5. col. lum. & in cons. 587. in ciuitate Placentiæ. 4. col. cum multis alijs qui allegari possent, unde cum io casu isto ille propinquior hęres, qui vocatur, decedẽte Florentia sine liberis, nõ reperiatur in aliquo grauatus, & minus iste filius Cypriani reperiatur oocatus, concludendũ est, prædictũ Cyprianũ liberè de d. uiridario potuisse disponere, & cõsequẽter ꝙ filius eius nullo iure potest ipsius oiridarij possessorem molestare.

Sed cõtra prædictam conclusionem dicet aliquis, duo uidentur posse considerari. Primom est; quia videtur, ꝙ sicut donatrix grauauit filiã donatariã, vt post se relinqueret filijs suis prędictũ uiridarium, ut patet in illis uerbis, de figliuoli i figliuoli suoi &c. pari modo dicas uoloisse grauare Cyprianũ filiũ, si qõ ad eum uenerit d. uiridariũ, vt. l. & ipse post se debeat suis filijs relinqoere, cũ pdicti filij etiã futuri sui nepotes, quemadmodũ & illi, qui ex Florentia, nati suissent, & coosequenter uidetur, ꝙ in eos consideret par affectio dona-
5 tricis, & similiter par ratio relinquendi, † & sic arguẽdo ab idẽtitate rõois, iuxta l. a Titio. ff. de oer. ob. l. fi. C. ad l. falc. cũ oulga. uidetur, ꝙ etiã filijs Cypriani uoluerit relinquere, & licet istud non sit expressum: tamen uidetur, ꝙ dici possit
6 ex eo; quia satis uidetur, ꝙ sit dictũ de filijs Florentię; † nam una pars istius donationis dẽt al. ã declarare, sicut altas una pars testamenti declarat aliã. l. ꝗ filiabus. ubi Bar. ff. de leg. 1. & no. in l. 1. ff. de reb dub. cum si. ut scribit patruus, & dom. meus Soci. In consi. 73. capiendo primum. 7. col. circa med. 4 uol. & Dec. In consi. 15. & pro ienui. 3. col. in fin. cũ multis alijs, qui ad hoc allegari possent. Secundò contra pdictã conclusionem facit; quia ipse Cyprianus in donatione sibi prius facta de molendino, & alijs bonis fuit grauatus per fideicõmissũ post se relinquere suis filijs, unde uidetur, quòd idẽ dici debeat de hoc uiridario; nam qua ratione mater noluit Cyprianum habentem filios habere libertatẽ super molendino, & alijs bonis sibi donatis, sed voluit, ꝙ post eum ad eius filios peruenirent, eadem uidetur dicendum, ꝙ voluerit disponere de uiridario, si quando ad eam pertinerit, unde p locũ ab identitate rationis per iura prędicta sic dicendũ uidetur. Attento maximè, ꝙ si Cyprianus fuit grauatus ĩ bonis sibi donatis, ĩ quibus fuerat magis dilectus, uidetur ꝙ multo magis dicatur grauatus in isto uiridario, in quo dicitur fuisse minus dilectus, auct. multo magis. C. de sac. san. eccle. Eo etiã addito; quia uidetur, ꝙ si donatrix de hoc fuisset interrugata uerosimiliter respondisset, se uelle, ꝙ ad filium Cypriani uiri-
7 darium peruenisset, † cũ nemo prę sumitur alieoas successio-
8 nes proprijs anteponere. l. cũ acutissimi. C. de fideicõ. † quo posito succedit, ꝙ dici solet, sic debere dispositionẽ aliquam interpretari, prout dispooens interrogatus uerosimiliter respõderet. l. tale pactom. §. fi. & ibi tradunt gl. & alij doc. ff. de pac. cum si. vt per Deci. in consi. 89. visu puncto. 2. col.

Veruntamen his nõ ob. verissimam arbitror conclusionẽ supra firmatam per ea, quę supra dedocta fuerunt. Ad contraria aotem respondetur, & ad primũ dico, ꝙ responsio sumitur ex fundamẽto firmatæ conclusionis: nam licet Florentia filia fuerit grauata, & eius filij, si q masculi essent, fuissẽt vocati, & hoc propter expssa verba posita in prædicta donatione, nõ tamẽ sic dici potest de Cypriano, & filijs eius, cum de eis nihil fuerit dictum. Nec sufficit dicere, ꝙ donatrix ra-

tio

tione paris affectionis præsumitur pariter voluisse filios Cy-
priani vocare;cum illud nõ disposuerit,nec aliqua verba po
suerit,ex quibus id colligi possit per ea,quæ tradũt Bal.Imo.
&alij in d.l.quidam filium.de hær.inst.& supra dictum fuit.
Et maximè cũ in casu isto Cyprianus non veniat vti particu
lariter tanquam filios vocatus, sed vti proximior hæres sub
illis verbis generalibus inclusus, vel al piu propinquo here-
de,q propinquior hęres nullo modo reperitur grauatus,vn-
de nos non possumus aliquo modo grauamen,seo fideicom.
5 superaddere,† nam cum fideicom. sit onus.l.cohęredi.§.cũ
filiæ.ff.de vul.& pup.debemus capere interpretationem illã,
vt si verba testatoris essent dubia;vt onus non dicatur iniun-
ctum,& sic in partem benigniorem,arg.l.cum quidam.ff.de
10 lib. & posth.† semp.n.debet sic dispositio disponentis intel-
ligi;vt psona honorata minus grauetur, quàm sit possibile.
l.unum ex familia.§ si rem. & l.si ita relictom.in fi.de leg.2.
& l.nimis.de leg.3. cum si.minus ergo in casu nostro poteri
mus nos subaudire onus istud fideicommissi in persona Cy-
priani vti propinquioris hęredis, cum de eo nollum verbũ
etiam dubitatiuum reperiatur.Et hoc etiam ostenditur:quia
si tempore mortis Florentiæ nõ fuisset repertus Cyprianus,
sed alius qs vti ppinquior fuisset admissus,certè nemo dice-
ret,eũ fuisse aliquo onere fideicõmissi granatũ:cũ de eo nul
lũ reperiatur verbũ in instrumento donationis prædictæ,pari
ergo modo ita dicendum est de ipso Cypriano,cũ & ipse vti
propinquior hæres fuerit admissus, vt dictum est.Omnes.n.
qui per illa verba possent dici vocati,debent dici eodem mo-
11 do vocati: † quia vna determinatio plura respiciens debet
ea æqualiter determinare.l.iã hoc iure.i prin.cũ si.ff.de vul.
& pup.vnde cũ alij sine onere vocarẽtur, vt dictũ est, pari mo
do,& ipse Cyprianus debet dici vocatus sine onere. Et licet
donatrix voluerit grauare filiam in fauorem descendentium
ex ea;non tamen sic debet dici,de propinquiori hærede,quẽ
vocauit in defectũ descendentium ex domina Florentia sua
filia. Et dum dicitur, q in filios Cypriani præsumitur par
affectio donatricis: quia & ipsi erant futuri nepotes &c. Re-
spondetur, q istud põt tolerari respectu bonorũ principali-
ter Cypriano vti filio relictorum,& ideo etiam ipse fuit gra
uatus,bona sibi vti filio donata relinquere suis filijs,sed non
sic est arguẽdũ de d.uiridario, qđ ad Cyprianũ peruenit, nõ
vt ad filiũ donatricis,sed vt ad propinquiorem hæredẽ,iuxta
substitutionem factam in ipsa donatione de propinquiori
hærede, & dicendum omnino est,quòd talem propinquiorẽ
hæredem noluerit aliquo modo grauare; nam si voluisset,
sicut ipsam Florentiam filiam grauauit, vtique etiam propin
quiorem hæredem grauasset,nõ fecit,ergo dicitur id noluis
se.l. vnica.§. sinautem ad deficientis.C. de cad.tol. vbi doc.
no.& c.ad andientiam.de decim.& est bo.tex.in c.inter cor-
poralia post med.in ver.vnde si circa translationem.de trans
la.epis.& vbi aliàs posset considerari extensio dispositionis,
12 tamen isto casu nõ potest tolerari:†quia esset extẽdere onus
fideicom,de persona ad personam, q fieri non debet,vt egre
giè voluit Areti.in l.Gallus.§.& quid si tantùm.4.colum.de
lib. & posth. vt refert, & sequitur Dec. in consil. 465. per-
13 scrutatis verbis testamenti. 3.col. versi.tertiò non obst. † Et
per hæc tollitur illa regula,q una pars donationis debet aliã
declarare;quia illa procedit, quando una pars esset dubia, &
posset trahi in suis verbis ad unum &ad alium sensum:quia
tunc capitur ille sensus, qui declaratur ex alia parte dispositio
nis sed hoc nihil ad casum nostrũ:nõ enim reperiuntur ali-
qua verba in ista donatione,quæ nos reddant dubios,an pro
pinquior hæres sit grauatus,vel non,sed de eo nullum peni-
tus verbum reperitur, propterea procedit alia regula prædi-
cta, videlicet testator ,seu donatrix in casu nostro nõ dixit,er
go nec nos dicere possumus, nec onus de persona ad perso-
nam extendi potest. Ex his uirtualiter patet responsio etiã
ad secundum obiectum. Illud n. quod.s.Cyprianus in bonis
sibi principaliter donatis dicatur grauatus,est:qa sic reperi-
tur expressum in sua donatione, sed non sic est dicendum in
casu isto de uiridario;cum si donatrix voluisset propinquio-
rem hæredem p se vocatũ grauare, utiq; sciuisset facere,quẽ
admodum grauauit Florentiã,ac ẽt Cyprianum in bonis sibi
donatis, vt dixi.Põt ẽt dici, q ex illo grauamine iniũcto Cy-
priano non põt argui ad casum nostrum;cum simus in diuer
14 sis instrumentis,& diuerso tempore factis.† Declaratio autẽ
voluntatis in aliqua dispositione debet sumi ex his,quæ in ip
sa reperiuntur, vt egregiè post Bal.per eum relatum declarat
do.me.Soci.in l.heredes mei.§.cũ ita. 5.col.in ver.ex dictis
tamen Bal.ff.ad treb.dicens,q pro hoc est tex.in l.quidã cum
filium.ff.de hær.inst.supra alleg.per eum.Et licet Cyprianus
fuerit in sua donatione grauatus suis filijs,illud tñ fuit; quia
bona illa eidem vti filio donabantur, sicut etiam grauauit fi-
liam in uiridario; quia ei vt filiæ donabat, sed ex eo non de-
bet argui ad grauamen Cypriani in d. viridario , quod ad eũ
non peruenit vti ad filium,sed tanquam ad propinquiorẽ hę
redem sub nomine generali,secũdùm quòd supra dictũ fuit.
15 † Demum non ob. q dicebatur, q donatrix interrogata sic
verosimiliter respondisset &c. quia hoc potest apertè negari,
attento q ipsa noluit grauare filios, nisi in his, q illis princi-
paliter vti filijs donauit,& regula in contrarium alle.pcedit,
quando aliquid fuit expssum per dispositionem,ex quo sumi
possit illa verosimilis responsio eius,non autem procedit,qñ
casus est omnino omissus, secundùm quòd distinguit,& de-
clarat Bal.in l. 1.circa fi.C.de his qui ante aper.tab.& ita post
Bal.in simili casu respondet Deci.in præal.consi.89.4.colu.
ver. nõ obst.q si testator de hoc &c. vnde cum in casu isto de
grauamine Cypriani de viridario nullũ sit verbũ,sed sit casus
omnino omissus,regula in contrarium alle.nihil obstat. Sic
itaque ex prædictis omnibus stat firma conclusio supra posi-
ta, vt scilicet filius pdicti Cypriani in petitione dicti virida-
rij nullo modo sit audiendus. Laus Deo.

Soc.nepos,Padũæ legens.1542.

C A S V S.

Magnificus do. Lazarus de Oria nobilis Iannensis in suo vltimo testamento, exclusis tribus suis filiabus à iure vniuersalis successionis, suos hæredes vniuersales instituit tres suos filios masculos, videlicet Andream, Stephanum, & Hieronymum, declarans inter cętera, q in diuisione, quam facient de bonis suis, certa domus Ianuæ existens, & alia quædam ruri cum quadam possessione pro certo precio dẽtur primogenito, secundogenito, ac etiam tertiogenito in casibus, & modis, de quibus in dicto testamento, in quo postea talia verba ponuntur, videlicet volens, & mandans ipse testator, q nullo vnquam tẽpore d. domus, & possessio possint vendi, aut alienari, vel alio quouis modo deuenire in alios, quàm in descẽdentes ex linea masculina ipsius testatoris.

Quib. deficientibus possit Opicinus eius nepos ex fratre, & pariter eius descendentes ex linea masculina ipsas domos habere cũ dicta possessione precijs supra dictis, & in modũ prædictum &c. prout hæc, & alia multa latius constant in d. testamento, cuius copia transmittitur.

Mortuo testatore Andreas primogenitus habuit domum de Ianua pro libris quatuor milib. illius monetę, & Stephaninus secundogenitus domum ruri cum possessione pro libris 2500. prout à testatore fuerat ordinatum:

Decessit postea Andreas sine filijs masculis superstite sibi vnica filia, & hęrede vniuersali dom. Thomasina.

Descendentes masculi Stephanini secundogeniti (cum alij non supersint masculi de descendentibus testatoris) volunt domum illam de Ianua offerentes do. Thomasinę illius possessori libras quatuor mille, aut quicquid de iure soluere tenentur.

Quæritur, an sint audiendi.

S V M M Æ.

Descendentes ex linea masculina testatoris qui veniant in dispositione testamentaria.

Et an restringatur tale verbum ad masculos.

Hæres

1 *Hæres est successor vniuersalis iuris, quod defunctus habuit*
2 *Filia ex masculo nata dicitur agnata.*
3 *Cui conueniunt verba dispositionis, conuenit etiam ipsa dispositio, idem econtra.*
4 *A uerbis claris recedendum non est.*
5 *Voluntas disponentis in testamentorum interpretatione perquirenda est.*
6 *Verba intentioni, & menti seruire debent.*
7 *A uerborum significatione receditur, quando de mente testantis constat.*
8 *Neptis non debet esse melioris conditionis, quàm filia.*
9 *Bos senior maturius figit pedem.*
Seniores semper sunt honorandi,
Mulieres ob sexum fragiles dicuntur.
10 *Fœmina non dicitur esse de linea masculina, sed in ea linea fœminina incipit.*
11 *Verba testatoris intelligi debent secundùm eius consuetudinem loquendi.*
12 *Verba ex precedentibus, & sequentibus interpretationem recipiunt.*
13 *Verba illa, in descendentes ex linea masculina, debent ad verisimilem cogitatum testantis restringi, & ab eo interpretationẽ recipere.*
14 *Emphyteusim recipiens pro se, & descendentibus ex linea masculina, si decedat superstite tantùm filia fœmina, licet à patre descendat, admitti non debet.*
15 *Statutum, quòd coniuncti ex linea patris excludant matrem defuncti, intelligitur de masculis, & fœmina ex linea patris non excludit matrem.*
16 *Statutum excludens matrem propter agnatos, intelligitur tantùm de agnatis masculis.*
17 *Agnationis conseruandæ fauor per statutum consideratus eius verba restringit.*

CONSILIVM CLXXXVI.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitia.


NSPECTIS verbis testamenti magnifici
dom. Lazari de Oria circa propositam difficultatem videtur prima facie dicendum prędictos descendentes Stephanini non esse aliquo modo audiendos in eorum petitione, & quòd dom. Thomasina filia vnica, & hæres Andreæ veluti potiora iura habens debeat in possessione domus Ianuæ, de qua agitur, conseruari. Primùm: quia cũ domus, illa iusto ti. & pleno iure pertinere videretur ad Andreã patrem eius, iuxta ordinem prædicti testamenti, debet pari modo ad eam tanquam eius filiam, & hæredem vniuersalem
1 pertinere; † cum hæres sit successor vniuersi iuris, quod habuit defunctus. l. hæreditas. ff. de reg. iu. & l. nihil aliud. ff. de ver. sig. cum infinitis, quæ ad hoc allegari possent. Nec huic conclusioni, & regulæ generali videtur obstare, quòd in casu nostro reperitur in d. testamento circa domum p̃dictã facta quædam substitutio, & prohibita alienatio, aut aliquo modo translatio in alios, quàm in descendentes ex linea masculina
2 ipsius testatoris; vt in dicto testamento legitur, † quoniam videtur posse responderi, & satis clarè, quòd ex talibus verbis ipsa do. Thomasina non videtur exclusa; cum & ipsa sit descẽdens ex linea masculina testatoris, cum sit nata ex Andrea filio masculo, & primogenito testatoris, & consequenter etiam sit agnata, vt l. iurisconsultus. §. 1. ff. de gradi. & §. 1. insti. de legi. agna. tu & de legi. agna. successi. & declarat Alex. in consil. 55. ponderatis. 2. col. ver. præterea etiam. lib. 3. Ias. in consil. 142. venerabilis. 6. col. ver. sextò facit. 2. volu. & Dec. in consil. 563. duo dubia. 3. colu. non obstat ratio. cum multis alijs quæ allegari possent, & in locis prædictis citantur; cum igitur domi. Thomasina sit agnata, & sic descendẽs ex linea masculina testatoris, non videtur posse impediri, quin domum prædictam patris eius locum subintrando tenere possit. Eo pręcipuè quia ipsa dicitur maior hæres, qui superuiuat de familia testatoris; cum sit maioris ætatis, quàm sint descendentes p̃dicti Stephanini secundi filij testatoris, qui nunc domũ prædictam intendunt petere: testator. n. inter cætera in dicto testamento ordinauit, quòd d. domus perueniret de hærede maiore in hæredem maiorem; cum ergo illa sit hæres maior, & succedat patri suo, qui erat maior hæres dicti testatoris, vi-
3 detur, quòd domus apud eam remanere debeat, † cui namque conueniunt verba dispositionis, conuenit & ipsa dispositio. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. cum simi. vt p patruum, & do. meum Soci. in consi. 2. in causa testamentaria. 2. col. 3. volum. sicuti per contrarium vbi verba non conueniunt, nec dispositio, iuxta l. 3. §. toties. & ibi doc. ff. de dam. infec. & l. si seruum. §. prætor ait. ff. de acqui. hær. & tradit Bal. in l. 2. in 4. oppo. C. si quis omis. cau. test. cum concor. multis, vt per Alex. in consi. 141. viso testamento. nu. 5. lib. 2. per Deci. in consilio 466. stante statuto. colum. pen. & per Cur. iunio. in consil. 182. habita diligenti. post princi. cum itaque do. Thomasina sit descendens ex linea masculina testatoris, & sit maior hæres, & etiam in eam venerit d. domus de maiori hærede patre eius, nõ videmus, quòd domus illa possit ei auferri, sed quòd in ea vti habens potiora iura videtur conseruanda;
4 † nam cum pro ea verba testamenti sint clara, ab eis recedi non potest, nec videtur locus interpretationi. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. cum simi. vt p Ale. in cons. 110. visa parte testamenti. 1. colu. nu. 6. lib. 4. His tamen non obstan. mentem testatoris interuè intuendo, & diligentius omnia considerando contrariam opin. de iure arbitror probabiliorem, & concludo, p̃dictos descendentes Stephanini, veluti masculos ex voluntate testatoris posse de iure (vti petunt) prædictam domum obtinere. Et pro fundamento præsuppo
5 no vnum, quod in iure clarissimum est, † videlicet quòd in interpretatione testamentorũ disponentis voluntas ante omnia summa cura perquirenda est, quæ primum locũ obtinet. l. in conditionib. primum locum. in prin. ff. de condi. & dem. immo totum facit, vt inquit iurisconsul. in l. ex facto. la grande. circa med. ff. de hær. inst. facit l. cum quæstio. C. de lega. cum simi. Ipsa autem voluntas testatoris reperta, & intellecta plus potest, magisque attẽdi debet, quàm quælibet forma verborum: quia verborum interpretatio nusquam ita valere, & attendi debet, vt potior sensu existat. l. 3. C. de lib. præte. & per illum text. dixit Angel. in consil. 222. bene, & egregiè. in princi. quòd in vltimis voluntatibus omnis postergatur verborum rigor, & forma, quando de mente testatoris constat,
6 & ratio est in prumptu: † quia scilicet verba intentioni, & menti seruire debent, & non per contrarium. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excu. tu. & c. secundò requiris. cum simi. de app.
7 † quando ergo constat de mente testantis recedimr à verborum significatione. l. non aliter. in princip. ff. de legat. 3. & l. cum virum. C. de fideicommiss. cum simi. quia semper debemus testantium voluntatem perquirere, & sectari, sicuti boni venatores sectantur vestigia leporum, vt inquit Bal. in l. quidam. C. de necessa. ser. hær. insti. Hoc ita posito dico, quòd voluntas magnifici domi. Lazari testatoris fuit, & est, quòd in occurrenti casu descendentes masculi do. Stephanini possint prædictam domum petere, & consequi, ergo dicendum est, illud fieri debere; vt talis voluntas seruetur, & quòd talis fuerit intentio prædicti testatoris ex pluribus ostenditur. Et primò: quia cum testator haberet plures filias fœminas, illas in effectu exclusit à prædicta domo, & à iure vniuersalis hæreditatis, volens eas fore contentas suis dotibus, & similiter quando probibet d. domum alienari, intendit etiam prohibere, ne perueniat in prædictas filias, sed deficientibus descendentibus ex linea masculina ipsius testatoris, voluit ad dictam domum admitti Opicinum de Oria, sibi testatori agnatum transuersalem, & eius descendentes ex linea masculina, nunquam vocando proprias filias; vt ex lectura p̃dicti testamẽti constat, quo sic stante sumitur duplex fundamentũ, & secundum erit quodãmodo ratio primi. Primò ergo arguitur sic, si testator ꝓprias filias; eo quia fœminę

erant,

erant, voluit esse exclusas ab ista domo, & ad eam voluit ad-
mitti etiam agnatos transuersales, fortius & maiori rõne cre
ditur voluisse excludere ab illa domo pdictam Thomasinam
8 filiam Andreæ ipsius testatoris neptem, † ne aliàs neptis re-
motior sit melioris condõnis ipsis filiab. iuxta l. si viua ma-
tre, circa med. cum bisquæ ibi tradunt doc. C. de bon. mat.
Quod etiam comprobatur ratione; quia. s. testator magis dili
gebat proprias filias, q̃ ipsam nepté, nam cum amor a sangui-
ne oriatur, quanto quis est de sanguine proximior, tanto ma-
gis censetur dilectus; vt est notissimum. Et hoc eo maximè
dicendum est, si ista neptis tempore testamenti non erat na-
ta, & sic testatori incognita, cum dilectio ad cognita potius,
quàm ad incognita porrigatur. Et huius alia ratio est (& istud
est secundum fundamentum) quia testator dicitur in effectu
voluisse hanc domum remanere in sua agnatione, & per il-
los de agnatione habitari sub nomine familiæ eius de Oria
in fauorem, & honorem agnationis suæ quod certè non cõ-
tingeret, si do. Thomasina deberet habere ipsam domum, at
tento maximè quia ipsa nupsit in alienam familiam, & viuit
sub vmbra, & nomine mariti eius. Et licet ad ista fundamen-
ta possent plurima, pluresq; maiorum nostrorum auctorita-
tes adduci, tñ gratia breuitatis contentus ero, duntaxat alle-
gare Ias. in cons. 140. spectabil. do. Georgius, quasi per totũ,
maximè in primis quinq; fundamentis, & in consi. seq. 141.
Christoforus. similiter ferè per to. præsertim in septem pri
mis fundamẽtis. 2. vol. ipse n. Ias. in prædictis locis plurima
ad hæc tendentia, & multùm stringentia allegat, quæ non
transcribo: cum communiter habeantur, & ab omnibus vi-
deri possint, sed ad ea me referendo dico, q̃ si rectè ibi dicta
aduertantur, & ad casum nostrum proportionabiliter trahã
tur, reddent clarissimam conclusionem nostram. Secundò,
q̃ testator voluerit, vt supra dictum est, demonstratur; nam
cum casus iste, seu eius decisio pendet ab importantia illorũ
verborum, non possint deuenire in alios, quàm in descendẽ-
tes ex linea masculina ipsius testatoris, dico q̃ verba prædi-
cta ex intentione testatoris solùm important masculos sic
descendentes, vt sic non solùm ex masculis descendant, sed
etiam ipsi sint masculi, & ita sint de linea masculina ipsius te
statoris, quod certè non cadit in prædicta do. Thomasina;
quia licet illa descenderit ex masculo, non tamen est mascu-
lus, nec de linea masculina testatoris, sed in ea dicitur incipe
re linea fœminina; vt est notissimum, & quòd ita debeant ta-
lia verba intelligi ex intentione testatoris, ostenditur ex eo;
q̃ pluries in eodem testamento reperiuntur posita, & ex cla-
ra mente testantis necessariò accepta pro masculis, prout pri
mò patet post principium testamenti in ver. arbitrium verò
disponendi ex prouentibus ipsorum locorum 20. &c. ibi n.
testator voluit, tale arbitriũ esse, & remanere in maioris æta
tis hærede ex linea masculina ipsius testatoris, donec ex ea
aliqui supererunt, & si ex ipsa linea masculina descendentiũ
testatoris non supererunt, transferiur in Opicinum de Oria,
& eius descendentes etiam ex linea masculina, hoc est in se-
niorem ipsorum, & proximiorem, & deficientibus descendẽ
tibus d. Opicini ex linea masculina remaneat tale arbitrium
illis, qui administrabunt eleemosynam &c. Dico n. q̃ verba
prædicta, s. descendentes ex linea masculina, & similia solùm
de masculis intelliguntur, tum quia ad tale arbitrium non
vocauit filias proprias, arguendo vt supra per d. l. si viua ma-
tre, tum etiam quia fœminis tale arbitrium ex intentione te
statoris non conueniret, ex quo ipse prudentiam magnam
in tali re considerauit, & propterea semper maiorem, seu se-
niorẽ elegit; quia. s. maior, & senior prudentior reputatur p
pter ætatem, & experientiam rerum maiorem, vt est plusquã
9 notissimum, † iuxta illud, bos senior maturius figit pedem.
Et ob eam causam semper seniores sunt venerandi. l. semper.
in prin. ff. de iu. immu. Hæc autem prudentia in mulieribus
non reperitur, sed propter sexum dicuntur fragiles. l. 2. §. ver
ba. ff. ad velleian. & circa parte. el 1. de priui. cum simil. vt in-
quit Bald. in rub. C. de re. per mu. mulieres dicuntur habere
consilium inualidum, prout etiam in multis alijs dicuntur
deterioris conditionis, quàm sint viri, de quibus plenè per

Deci. in l. fœminæ. in 2 col. cum sequen. aut acto sequen. ff.
de reg. iur. ergo &c. Secundò idem patet in eodem testamen-
to in ver. item dent, & distribuant ex d. ter. quartis &c. ibi,
& in nuptum filiarum ipsorum legitimorum filiorum ac hę
redum, & descendẽtium ab eis ex linea masculina, &c. & pau
lò post ibi, & in nuptum filiarum dicti Francisci, & descen-
dentium ex linea masculina, & etiam paulò infra ibi, ac de fi
lijs, & filiab. descendentium ipsius Opicini ex linea masculi-
na, nam in his locis descendentes ex linea masculina absque
dubio intelliguntur tãtùm masculi: qm̃ testator ibi ordinat
& distribuit in nuptum filiarum descendẽtiũ ex linea mascu
lina, & non est credendum, q̃ voluerit dari, seu distribui p
nubendis filiab. fœminarum, etiam & essent ortæ ex mascu-
lis, sed tantùm pro nubendis filiab. masculorum, vt quisq; sa
ni capitis inspecto tenore testi apertissimè fatebit, & sic ma-
nifestè constat, q̃ testator ibi pro descendentib. ex linea ma-
sculina solos masculos intellexit. Tertiò similiter constat
in versic. quib. exequutoribus, & gubernatoribus, &c. ibi, in
puellis maritandis ex descendentibus ipsius testatoris ex li-
nea masculina, i. quæ nascentur ex talibus descẽdẽtib. &c. nã
declarando vt supra sub nomine descendentium ex linea ma
sculina solùm masculi ibi intelliguntur. Et eodem modo
quarto loco capiuntur talia verba in capitulo item conside-
rans ipse testator, q̃ varijs casibus &c. ibi dum dicitur, in suc
cessores ipsius testatoris, descendentes ex linea masculina na
tis &c. quod patet; quia inter cætera ibi sequitur, q̃ talibus
descendentibus detur pro maritatione filiarum &c. id. n. nõ
concessisset testator fœminis, vt. s. eis detur pro ipsarum filia-
rum maritatione: quia tales filiæ essent de aliena familia.

Et animaduerto, q̃ paulò post in dicto testõ dr̃, descenden
tes ipsius testatoris de linea masculina, & ita etiam pluries ĩ
testõ reperit, quasi dicat descendentes testatoris, q̃ in sint de
linea masculina ad exclusionem fœminarum. Quintò etiam
hoc apparet in capitulo incipiente, fideicommissarios verò
& exequutores &c. dũ dr̃, q̃ dicta administratio semper rema
neat in descendentib. ipsius testatoris ex linea masculina, nã
non est dubium, q̃ tm̃ de masculis intellexit testator, tum ex
qualitate dispõnis: qa s. relinq̃t administrationẽ fœminis nõ
conuenientẽ, tum etiam qa ex pcedentib. & sequentib. mani
festè colligit, cum talis administratio det his descendentib.
10 q̃ sint de linea masculina, hoc est masculi, † fœmina. n. non
dr̃ esse de linea masculina, sed in ea incepit linea fœminina, vt
est notum, & declarat Pa. de Ca. in l. maritus. ad fi. C. de pro-
cur. refert & sequit Cur. iu. in consi. 172. Præsupponit in fa
cto. 2. col. sub nu. 6. iste. n. testator p eodem habuit descendẽ
tem ex linea masculina, & descendentes, q̃ sint de linea ma-
sculina: qa semp de masculis intellexit, vt ex pdictis constat.
Sicut ergo testator in partib. testĩ de quib. supra, & in quibus
dam alijs locis verba illa descendentes ex linea masculina ac
cepit pro masculis, vt dictum est, ita etiam dr̃ accepisse in ver
bis illis, videlicet, quàm in descendentes ex linea masculina
11 ipsius testatoris &c. de quib. agit. † Nam ex consuetudine lo
quendi testatoris verba per eum prolata intelligi debeat, ma
ximè qñ sumus in eodem testõ, iuxta doctr. Bar. in l. centu-
rio. mihi col. 9. versi. vel quid si in pcedentibus &c. ff. de vul.
12 & pup. † ex præcedntibus. n. & sequentibus verba recipiunt
interpretationem, vulgata. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg.
1. & l. hæredes palam. §. sed & si notam. ff. de testa. & in simi
li declarat Alex. in consi. 197. Perspectis verbis. 2. col. vers.
comprobatur, qa vnum verbum &c. lib. 6. cum multis alijs,
13 qui ad hoc allegari possent. † Tertiò principaliter p prædi-
cta conclusione, & ad prædictorum corroborationem facit;
quia licet verba illa, in descendentes ex linea masculina testã
ris, possent fortasse includere etiam dictam dominam Tho-
masinam per ea, q̃ in contrariũ dcã fuerunt, tñ debet restrin
gi ad verosimilẽ cogitatum testõris, & ab eo recipere interp-
tationẽ, ar. l. si q̃s ita. §. fi. ff. de test. tut & est tex. optimus. in l.
solutũ, §. solutum. ff. de pig. actio. & ita per dicta iura firmat
Alex. in consi. 76. Viso themate. 2. col. ver. sed his non obstan
tib. lib. 4. sed in proposito casu intentio, & cogitatus testõris
fuit, & ẽ, q̃ domus pdicta apud masculos pmaneat ĩ honorẽ

suę

suę agnationis per ea quę supradicta fuerunt, ergo &c.
Quartò comprobantur prędicta ea pulchra illa decisione
Pau.de Cas.in præallegata.l.maritus.C.de procu.col.fi.relata
14 & approbata per Cur.iunio.in præalle. consil.175. † inquit
.n.ibi Pa.de Cast.in ver.& ego inducebã, quòd si quis accepit
emphyteusim pro se, & descendentibus ex linea masculina,
sine per lineam masculinam, & postea decedat superstite tñ
filia fœmina, quòd illa non debet admitti, licet descendat nõ
ex fœmina, sed ex patre, vt per eum, qui præcipuè mouetur
ex eo: quia descendentes ex dicta fœmina veluti ea linea fœminina
nõ possent admitti, vnde quòd iuris esset de descẽdẽtibus
ex dicta linea, debet esse de ipsa filia, quæ dicitur caput dictæ
lineæ, vt per eum, qui allegat Specu in titu.de loca.§.nũc
aliqua.ver.46. & ad idem Cur.iunior in prædicto consi.allegat
Alc.in l.sed si hac.§.liberos.ff.de in ius voc. & in quodam
consil. vt per eum. Volunt ergo prædicti, quòd illa verba, liberis
ex linea, vel per lineam masculinam descendentes, important
solùm liberos masculos, & ea masculis descẽdentes,
vt per eos. Sic igitur & in casu nostro dicendum est, quòd ad
domum prędictam solùm admitti debent masculi descendẽtes
testatoris, & ex linea masculina descẽdentes exclusa dicta
domina Thomasina vti principiãte lineam fœmininam, quẽ
admodum & descendentes ea ea essent omnino excludendi.
Et eadem decisionem Pau.de Cast.in d.l.maritus.referunt
& sequuntur etiam Alc.in consil.43.Consideratis.2.colum.
ver.sed pmissis non obstantib. lib.3.& Cur.senior in consil.
44.Statuto, seu consuetudinẽ.7.col. & do.Alex.ibi expressè
determinat, quòd fœmina licet agnata, & sic ex masculo nata
non comprehenditur appellatione hæredum p lineam masculinam,
vt per eum. Comprobantur prædicta quinto loco,
15 † quoniam de iure est, quòd statutum volens, quòd coniũcti
ex linea patris excludãt matrem defuncti, solùm intelligitur
de masculis, vt sic fœmina etiam ea linea patris non excludat
matrem: ex eo quia in statuto dicitur consideratus fauor conseruandæ
agnationis, qui cessat in fœmina, ita signãter determinauerunt
plures excellentissimi Iurisconsulti, videlicet do.
Ricar.de Saly.& Io.de Lig.& do.Io.de Fantu. in quibusdã eorum
consilijs, prout eos refert, & in hoc sequitur Cor.in consil.83.Videtur
in hac.in prin.in 1.volu. & post Bald.Nouel.
idem facit in consil.11.Stantibus.eo.vol.& in consi.271.De
hac consultatione.4.vol.& alibi sæpe. Ita ergo & in casu isto
dicendum est de illis verbis, descẽdentes ex linea masculina,
16 vt scilicet de masculis intelligantur. † Sextò facit elegans
doct.Io.de Ana.in cons.4. Visis statutis. in 2.dubio, dũ vult,
quòd statutum excludens matrem propter agnatos, debet intelligi
tantùm de agnatis masculis, & illam decisionem sequitur,
& comprobat ibi Bolog.in sua add.& eam refert & sequitur
17 Deci.in rub.C.vnde legi. † Et ratio est; quia fauor conseruandę
agnationis consideratus per statutum regulat, & restringit
verba eius.l.cum pater.§.dulcissimis.de le.2.cum si.
Idem etiam voluit Barb. in consil.47. Illud in medium afferam.3.volu.per
to.cum multis alijs, qui ad hoc allegari possent.
Sic ergo & isto casu tantùm de masculis verba prædicta
intelligi debent; cum testator dicatur in pdicta dispositione
solùm considerasset honorem suæ agnationis per dictam domum
conseruari, vt supra dictum est. Possent ad prædicta
plures aliæ similes decisiones adduci, sed gratia breuitatis
dimitto: quoniam conclusio supra posita satis superque ex
prædictis probata, & iustificata redditur. Et quibus etiam
rectè intuẽti apparebunt responsiones ad allegata in contrarium,
nam negatur, quòd domina Thomasina comprehendatur
in proposito casu appellatione descendentium ex linea
masculina, vt ex prædictis constat, & propterea in causa non
potuit d. domus peruenire, quin per descedentes masculos
prædicti Stephani peti possit, prout petitur. Et licet sit maior
natu prędictis descendentibus, & sic possit dici maior hæres;
tamen cum non sit de descendentibus masculis non dicitur
de comprehẽsis per testatorem, vt domum prędictã tenere
possit; quia quod de maiori hærede in testamento dicitur
debet intelligi, dummodo sit talis, in quem domus prædicta
potuerit peruenire, & sic debet intelligi de maiori hęrede, dũ
modo sit ex descendentibus masculis secundùm quòd supra
fuit ostensum. Laus Deo.

Soc.nepos, Paduæ legens in prima sede vesper.lect.1541.

C A S V S.

Ser Franciscus quondam Stephani de Benessa nobilis Raguseus in suo vltimo testamento eius hęredes vniuersales instituit Franciscum & Stephanum quondam Paraclij de Benessa eius fratris prædefuncti.

Et post institutionem pdictam inter cętera reperiuntur infrascripta capitula.

Primum est, & se per caso gli detti mei nepoti, & heredi morisseno senza heredi legitimi, in tal caso voglio la mia casa grande, nella quale io habito, sia de ser Antonio de Andrea de Benessa, & de gli suoi heredi.

Secundum capitulum est. E metto specialmente questa conditione seguente à Stefano mio nepote, & herede, che'l non possa del mio ne stabile, ne mobile, vendere, ne impegnare, ne donare, ne per alcun modo de alienatione, ne permutatione, ma che vada de herede in herede maschio in perpetuum, & se hauerà figli maschi li metto la età de anni 24. liquali passati, sieno franchi, & liberi &c. prout hæc latius in d. testamẽto videri possunt, cuius copia transmittitur.

Post mortem testatoris adiuerunt prædicti hæredes instituti hæreditatem.

Decessit postea Stephanus vnus ex eis sine filijs masculis, & pars eius peruenit ad Franciscum eius fratrem, & cohæredem.

Et istud in facto pręsupponitur, absque tamen cuiusq; pręiudicio sic euenisse.

Nuper decessit dominus Franciscus prædictus sine filijs faciendo suos hęredes testamentarios.

Insurgũt quidam Andreas, Iacobus, & Franciscus quondam Antonij de Benessa agnati transuersales prędicti Francisci vltimò decedentis eidẽ coniuncti in septimo gradu secũdum ius ciuile, & prætendunt partem prædicti Stephani ad eos spectare ex causa fideicommissi vigore illius secundi capituli in illis verbis, ma vada de herede in herede maschio in perpetuum.

Dicunt .n. q illi veluti agnati proximiores sunt de comprehensis in dictis verbis, & venturi, seu vocati sunt vti hęredes masculi.

Ex aduerso autem hoc negatur.

Quæritur quid iuris.

Et an prædicti tres fratres sint audiendi, & ab Excellentia vestra petiũt consiliũ vti à sapiente, hoc est pro ipsa iustitia.

Notificãdo ei, quòd qui petit, non quærit illud p interesse alicuius partis, sed tãtùm vt sciat, quid in prędicta difficultate iura velit tanquam communis amicus.

S V M M AE.

De fideicommisso facto per ista verba, quòd bona vadant de hærede in hęredem masculum in perpetuum, quas personas comprehendat.

Et an agnatos transuersales nedum instituti, sed etiam testatoris.

1 *Statuta sicut excludunt fœminas fauore agnationis conseruandę, ita etiam est in testatore fœminas excludente, vide infra n.16. & 18.*
2 *Honor, & decus in famil'ijs per diuitias conseruatur.*
3 *Agnati transuersales an hæredum appellatione veniant.*
4 *Feudum quando alicui conceditur pro se, & hæredib. suis, aliquãdo de agnatis intelligi potest. vid. infra nu. 8.*
5 *Appellatio hæredis quando solùm comprehendit hæredes sanguinis masculos.*
6 *Hæredis appellatione qui comprehendantur.*
7 *Et an agnatos transuersales comprehendat.*
9 *Filia ab intestato patri, & patruo succedit.*

Argumentum

10 *Argumentum valet ab eo, quòd est verosimile.*
11 *Prohibitum certo tempore, alio tempore permissum censetur.*
12 *Qui vnum dicit, aliud excludit.*
13 *Testator cum aliquid non dixit, cum id dicere potuerit, id noluisse creditur.*
14 *Hæredum legitimorum appellatione fœminæ descendẽtes veniũt.*
15 *A uerborum significatione recedendum est, quando de contraria voluntate testantis constat.*
16 *Statutum sorores ob fratres excludens, non excludit propter fratres patrueles, & patruos.*

CONSILIVM CLXXXVII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.

CONSIDERATO testamento nobilis Frãcisci Stephani de Benessa de Ragusio, nec nõ etiam inspecta contingentia facti, de quibus supra in puncto fit mentio, videbatur prima consideratione dicendũ prædictos Andreã, Iacobum, & Franciscum Antonij de Benessa esse vocatos per fideicommissum, prout ipsi petunt. Nã intẽtio testatoris vr̃ fuisse, vt bona sua cõseruẽtur in agnatione, attento q̃ fœminas exclusit, vt patet in dicto testamẽto, dũ dr̃. E se hauera figlie femine, voglio che le maritt del suo pateroo &c. loquẽdo de Stephano vnõ ex hr̃dib. institutis, qui dr̃ fuisse grauatus p̃ fideicõmissum, & p̃hibitus alienare. Et hoc idẽ constat in ipsa p̃hibitione alienationis, dũ dr̃, ne per
1 maritationẽ &c. †Nã sicut qñ statuta excludunt fœminas, dicunt id facere fauore conseruandæ agnationis, prout signanter declarat Io. An. in add. Spec. in tit. de succes. ab intest. super rub. idem dicit Cy. in l. 1. C. ad l. iuliam de adul. Bal. in l. maximum vitium. C. de li. præt. dicens, q̃ ista dicitur vnica ratio, quod etiam dixit Pau. de Cã. in l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat. & Roma. in cons. 311. Qualiter sunt. Auus meus, & do. Mar. Soc. in consi. 31. Prosequendo ordinẽ. 3. colu. & Bartho. eius filius patruus, & do. meus in consi. 18. Circa primum. 2. & 3. colu. 4. volu. & est commune dictum omnium doctorum in diuersis locis, quos longum esset recensere. Ita etiam videtur dicendum de isto testatore, vt scilicet dicatur fœminas exclusisse fauore conseruandæ suæ agnationis de Benessa, vt sic, dignitas, & honor eius medijs bonis ipsius magis cõseruetur, iuxta l. quisquis. C. ad l. iuliam maiesta. & §. hoc quoque, insti.
2 per quas perso. nob. acquir. cum si. †Nã & diuus Augustinus in lib. 3. de ciuitate Dei in c. 121. dicebat, per diuitias decus, & honorem in familijs cõseruari, prout etiam dixit plura cõgerens And. Barb. in consi. 57. Clementissimum Deum. colu. 11. ver. facit etiam, quòd iste. 4. vol. ad quod etiam alij multi alleg. possent; sed gratia breuitatis dimitto. Hoc ita stante, videtur concludendum, prædictos Andream, Iacobum, & Francis. fratres ea intentione testatoris esse nunc vocatos, attento quòd non reperiuntur alij proximiores de agnatione, & familia testatoris, alioquin si non vocarentur, bona testatoris exirent de sua familia, quod videtur omnino contra mentem ipsius per prædicta. Et ista opinio eo maximè videtur tenenda; quia testator voluit, quòd bona sua irent de hærede in hæredẽ masculum in perpetuum, & sic videtur considerasse perpetuam conseruationem suorum bonorum inter suos masculos, quod videtur exponendum, idest inter agnatos. Nec videtur obstare, quod prædicti fratres essent ipsi testatori trãsuersales; quoniam etiã instituti hæredes erant transuersales.
3 †Et aliquando etiam agnati transuersales venirent appellatione hæredum ex verosimili mente disponentis, & constat ex his, q̃ dixit Bal. in c. 1. §. naturales. ver. sed quid si conceditur feudũ, si de feu. fuer. contro. inter domi. & agna. dũ dicit
4 † quòd quando conceditur alicui feudum pro se, & hæredibus suis, potest aliquando intelligi de agnatis, vt per eum. Et in simili casu videtur sic determinare patruus, & dominus meus Soci. in consil. 13. Post consilium. 2. colum. versicu. sed istis non obstantibus. 3. vol. Vt igitur bona testatoris Stephano hæredi relicta perpetuò inter agnatos masculos de Benessa conseruentur, vt testator ordinauit, videtur necessariò dicendum, quòd p̃dicti tres fratres veluti proximiores agnati dicuntur ad dicta bona vocati: si enim aliter diceremus, trãsirent bona in extraneos, & sic de hærede in hæredem masculum, idest de agnato in agnatum non transirent. Istis tamen non obstantibus, prout verè nihil obstant, diligentius, ac rectius mentem testatoris, ac iuris regulas considerando arbitror in contrarium esse puram, & claram veritatem, & ita intrepidè, & absque aliqua dubitatione concludendum puto, p̃dictos tres fratres Andream scilicet, Iacobum, & Franciscũ nullo modo esse vocatos, nec ius aliquod habere ad bona testatoris, quæ pro sua rata peruenerunt ad Stephanũ, p̃dictum, & postea, vt in puncto dicitur, ad Frãciscum eius fratrem nuper defunctum. Et pro ista conclusione apertius demonstranda, attento quòd tota difficultas pendet ab intellectu illorum uerborum, ma che vada de herede in herede maschio
5 in perpetuum, † aduertendum est, quòd licet aliàs appellatio hæredis comp̃hendat omnes successores in iure hæreditario si sumus in materia transitoria etiam ad extraneos hæredes. l. in annalibus. C. de leg. l. sciendum. & l. hæredis appellatione. ff. de verb. sign. cũ multis simi. & ita pro regula tradunt Bar. & alij. in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & posth. vt ibi per Ias. in 4. colu. in versi. regula est, quòd regulariter &c. & tradit Alex. in consi. 36. Viso themate. 1. colum. versi. sed prædictis non obstat. 5. volu. Tamen in casu isto verba prædicta non sunt sic generaliter capienda, sed sunt intelligenda pro hæredibus sanguinis, & non pro omnibus, sed tantùm pro masculis, & hoc propter illud verbum, maschiot nam quando, cum nomine hæredis, etiam dispositiuè prolato, adiungitur qualitas sexus masculini, puta, concedo tibi, & hæredibus masculis, vel quid simile, appellatione hæredum non veniunt omnes in iure succedẽtes, sed tantùm descendentes masculi, prout signanter dixerunt Rayner. Bald. Paul. de Cast. Alexã. Are. & alij ferè omnes in dicto §. etiam si parente. vt ibi per Ias. in quinta colum. in ver. quartò vltra Bar. fallit. Et idem dixit Dec. in consi. 294. In testamẽto Comitis. post. pri. in ver. sed huic conclusioni. cũ multis alijs, qui ad hoc allegari possent, & sic videtur, q̃ in casu isto illa verba debeant intelligi de descendentibus masculis personæ grauatæ, & sic Stephani vnius ex institutis hæredibus. Fateor tamen, quòd forte possent dicta verba comprehẽdere etiã Franciscum fratrem, & cohæredem Stephani, cum ille sit hæres testatoris, & masculus: vt sic verba illa intelligantur pro hærede in hæredẽ masculũ scilicet ipsius testatoris, & ita intelligatur etiam de Frãcisco, & postea de descendentib. suis masculis. Et hoc eo quia iã testator instituit suos transuersales hæredes, propter quod videtur, quòd respectu testatoris nõ possit intelligi de descẽdentib. cum nullos haberet, & consequenter secundùm istũ sensũ videt̃, q̃ verba illa debeant sic declarari, vt scilicet post Stephanum veniant dicta bona ad suos filios, & alios descendentes masculos, & eis deficientib. veniãt ad Franciscum vti hæredem testatoris & masculùm, & postea ad eius descendentes masculos, & (vt credo) ita fuerunt intellecta dicta verba, quando post mortem Stephani successit in dictis bonis, seu ea suscepit p̃dictus Franciscus. An autem iste intellectus sit tenendus, nunc non firmo, quia non est præsentis speculationis; cùm solùm agat̃, seu quæratur, an sub illis verbis comprehendantur illi tres fratres, scilicet Andreas, Iacobus, &
6 Franciscus de Benessa, & vti iam dixi absque dubitatione dicendum est, quòd non comprehenduntur; †nam appellatione hæredis, aut comprehenduntur successores in iure hæreditario, aut hæredes sanguinis, idest descendentes, vt plenè per doc. in d. §. etiã si parente, sed illi tres fratres non sunt descendentes, nec testatoris, nec Francisci, & Stephani hæredum institutorũ, nec etiam sunt successores in iure hæreditario alicuius p̃dictorum: ergo sequitur, quòd ipsi in prædictis verbis non possunt dici comprehensi, & istud arbitror clarissi-
7 mum. † Et licet aliquo casu præter verborum iuridicam importantiam comprehendãtur aliquando transuersales agnati, iuxta doctrinam Bald. in d. §. naturales, cum alijs allegatis

supra

supra in contrarium. Tamen illud procedit, quando de mani
festa voluntate disponentis apparet, & alio modo voluntati
eius satisfieri non potest, quàm per impropriam illam inter-
pretationem, vt sub nomine hęredis trāsuersales agnati com
8 prehēdantur, † nam in casu Bal. fuerat cōcessum feudum sa-
cerdoti filios non habenti pro se & hęredibus, & dicit, q cū
filios ille nō possit habere, intelligetur de agnatis; vt per cū.
Sed in casu nostro prædicti Stephanus, & Franciscus poterāt
habere filios, ex doctr. Bal. nihil obstat. Et ita etiam dixit do
minus meus Soc. in d. consi. 13. post princ. Illud autē, quod
ipse statim dicit in 2. colum. in versi. sed istis non obstantib.
procedit, prout ipse ibi dicit, quia in testamento erat dictum,
hæredes masculos de iure succedentes eisdem propter quod
ostenditur, q testator considerauit succedentes ab intestato;
quod verificabatur in illis agnatis transuersalib. At si talia
verba non fuissent expressa, sed simpliciter fuisset dictum, &
hęredes masculos ipsorum, contrarium dicit ibi Soci. esse te-
nendum, vt per eum. Vnde cum in casu isto simpliciter sit di
ctum, de hærede in hęredem masculum, isti tres fratres non
possunt dici comprehensi. Attento etiam, quòd illi nedum
non sunt veri hæredes Stephani, aut Francisci, cū ipsi suos fe
cerint hæredes testamentarios, sed nec etiam de iure ab inte-
9 stato fuissent successuri; † cū extent filiæ prædicti Stephani;
quæ prius patri earum successerūt, & deinde Frācisco patruo
successuræ fuissent ab intestato, vt §. reliquum, in auct. de hæ
red. ab intesta. qui tex. ponitur per Irnerium in auten. ces-
sante, cum duabus sequent. C. de legit. hæredi. Sic igitur
cum in casu nostro nulla ratio sit, quæ nos inducat, vt sub
nomine hęredis comprehendantur isti tres fratres transuer-
sales agnati, stabimus regulæ, vt s. solùm testator intellexerit
de hęredibus suis, & de descendentibus masculis ex illis, vel
forte solum de descendentibus masculis prędicti Stephani
per fideicommissum grauati, quod tamen nunc discutere
non expedit.

Et licet prædicta satis superque sufficiant ad exclusionem
prædictorum fratrum; tamen ex abundanti ex alijs ostendi-
tur, & quidē euidentissimè, q testator de prædictis Andrea,
Iacobo, & Francisco fratrib. inter se nullo modo intellexit,
nec etiam de Antonio eorum patre, qui tunc viuebat. Et pri-
mò istud ostenditur; quia si testōr voluisset prædictos agna-
tos trāsuersales vocare fauore cōseruandæ agnationis, vt pro
eis arguebatur, certè id disposuisset respectu totius suæ hęre-
ditatis, & sic grauasset pari modo Franciscū sicut Stephanū
cum ambo, & pariter essent hæredes instituti; quoniam ratio
aliqua differentiæ allegari non pōt, vt de se notum est. Vnde
cum illud non fecerit, sed Franciscum liberum dimiserit ēt
si sine liberis decessisset, verosimile cuique considerandi fiet,
q in grauamine, quod Stephano iniunxit, non habuit aliquē
10 respectum ad prædictos agnatos transuersales. † Et aliàs valet
argumentum ab eo, quod est verosimile, vt s. illud credatur,
vel vt non credatur, quod verosimile non est, l. non verosimi
le. in prin. ff. quod met. cau. c. sicut, de maio. & obe. cū sim.
immo quod non est verosimile, dicitur esse quędam falsitatis
imago, secundum Bal. in l. j. C. de ser. fug. 3. col. Alex. in con-
si. 27. in causa, & lite. in fin. lib. 2. Ias. in l. si extraneus, 2. col.
Et si tunc quis quærat, quare sic grauauit solum Stephanum,
dicam; q solus Deus est perscrutator cordium, & ideo ego
pro certo super hoc certam causam non habeo. Sed bene di-
cam, quòd verosimile est, & ita credo, quòd illum sic grauauit
alienationem prohibendo, quia de eius administratione for
tasse non confidebat.

Secundò ēt illud idē ostenditur; quia si Stephanus habuis-
set filios masculos, non erant prohibiti alienare nisi ad ann.
24. suæ ętatis, & postea eos dimittebat liberos; ut patet ex te-
stamento in versicu. e se hauerà figli maschi &c. q profecto
non fecisset, si cogitasset bona dicti Stephani conseruari in fa
milia de Benessa, comprehendendo dictos transuersales
agnatos, sed prædictos filios Stephani quandocunque si-
ne filiis masculis decederent, grauasset, ut prædictis trans-
uersalibus restituerent, vnde cum non fecerit, sed post 24. an
nos liberos relinquerit, ita q potuissent bona vendere, & cui
libet etiam extraneo relinquere; quia sic verba sonant. Et
vbi etiam hoc vltimum non expressisset, ex se intelligebatur;
11 † quia quod certo tempore prohibetur, dicitur alio tempo-
re permissum. l. imperator. ff. de postulan. & l. pater. §. fun-
dum. vbi Bar. de lega. 3. cum similibus apertissimè constat,
quòd testator non dicitur aliquo modo cōsiderasse, aut voca-
re voluisse illum Antonium de Benessa suum agnatum trans
uersalem, aut prædictos tres fratres eius filios.

Demum & tertiò, & clarius istud probatur; quoniam te-
stator prędicto Antonio suo agnato transuersali, & eius hęre
dibus reliquit domum suam maiorem casu, quo sui nepotes,
& hæredes instituti decederent sine legitimis hæredibus; vt
patet in dicto testamento, in versiculo: e se per caso li detti
mei nepoti, & hęredi morisseno senza heredi &c. & istud ere
ditur fecisse, vt domus illa magna conseruaretur in familia
de Benessa pro honore suæ agnationis. Ex quo si rectè consi-
deretur ostenditur; quòd alia bona sua voluit ad prædictum
Antonium, & filios eius non pertinere, etiam deficientibus
12 omnibus descendētibus masculis suorum hęredū; † tum p re
gulam. l. cum prætor. ff. de iudi. qua dicitur, quòd qui vnum
dicit, aliud excludit, facit cap. nonne. de præsumptio. cum si
milibus. tum etiam per regulā l. vnicæ. § sin autem ad deficiē
13 tis. C. de cad. tollen. † qua dicitur, quòd cum testator ali-
quid non dixit, cum dicere potuerit, sicut & alia quædam di-
sposuit, creditur id noluisse, vnde in casu isto dicam, quòd si
testator voluisset Antonium prędictum, & eius hęredes in oc
currenti casu ad omnia bona Stephano relicta vocare, vtique
dixisset, quemadmodum dixit, & disposuit de domo maiore,
vt dictum est, non fecit, ergo dicitur noluisse illud dispone-
re, per dictum §. sin autem ad deficientis, & ad hoc facit capi.
ad audientiam, de decim. & melior text. in cap. inter corpo-
ralia post medium, in versiculo vnde si circa translationem.
14 de transla. episco. † Et plus dico, quòd nec domum reli-
quit, si decederent dicti nepotes, & hæredes sine descendenti
bus masculis, sed solùm si decederent sine legitimis hęredi-
bus, quorum appellatione etiam descendētes fœminę veniūt
absque aliqua dubitatione, vt l. prima, & per totum titulum.
C. de legi. hæredi. & §. primo. ff. vnde legiti cum multis simi
libus, quæ allegari possent. Et sic etiam filiæ fœminæ illo-
rum hæredum testatoris excludere debent prædictos tres
fratres filios Antonij de Benessa à prædicta domo, super hoc
tamen non insisto; quia non est præsentis speculationis.

Sed ex prędictis absq; aliqua dubitatione concludo, claram
apparere intentionem testatoris, quòd prædictos agnatos
transuersales in occurrenti casu noluerit reuocare.

Et istud esset omnino dicendum, etiam si verba ex se istos
15 agnatos comprehenderent, † quia a verborum significatio-
ne recedendum est, quando constat de contraria voluntate te
statoris. l. non aliter, in prin. ff. de legatis tertio, & est bonus
text. in l. tertia. C. de liberis præteritis, nusquam enim ver-
borum interpretatio tantum valet, vt melior sensu, & vo-
luntate testatoris existat, vt ibi dicitur.

Multo ergo fortius ita dicendum est; cum etiam verba
per se istos agnatos transuersales non comprehendant: cum
illi nec sint hæredes in iure hæreditario, nec etiam descen-
dentes prædicti Stephani, vt supra deductum fuit.

Et ex prædictis rectè intuenti manifesta colligitur respon
16 sio ad ea, quæ in contrarium allegata fuerunt. † Nam ad
primum fatendum est, quòd quatenus fœminę excluduntur,
potest dici id factum fauore conseruandæ agnationis. Ta-
men non vniuersaliter totius agnationis de Benessa, sed illa-
rum personarum, quæ in verbis dispositiuis comprehensæ
sunt, videlicet in illis, ma che vada de herede in herede ma-
schio. in quibus verbis solùm dicuntur comprehensi descen
dentes masculi institutorum hęredum tanquam hęredes san
guinis, & etiam ipsi hęredes instituti tanquam hęredes in iu
re hęreditario, & forte etiam soli descendētes masculi ipsius
Stephani grauati, quod tamen non firmat; quia de eo non
quæritur, etenim satis est, quòd prædicti tres fratres, & agna-

ti transuersales nõ dicũtur p talia verba vocati; cũ nullo mo
do possint dici hędes, vt supra dictũ fuit. Et masculi instituti
hæredes, & descendentes, ex eis similiter masculi, vel forte
soli masculi ex dicto Stephano descendentes sunt illi agnati,
p quos, & quorũ fauore sunt per testõrem exclusæ fœminæ,
& in eo consideratio fuunt, & ratio conseruandæ agnationis
& non vt omnes de familia de Benessa excludant fœminas.
Sicut diceremus, si statutum dicat, q filiæ fœminæ patri non
succedant stantibus filijs masculis, statutum dicere tur factũ
fauore agnationis non tamen vniuersaliter, sed tantùm pp fi
17 lios defuncti, vt est plusquam notissimum. †Et si statutum ex
cludit sorores propter fratres, non excludit propter fratres,
patrueles, nec propter patruos, cũ sint remotiores, nec sit tan
ta ratio excludẽdi propter remotiores, quanta est propter p-
ximiores, seu pares in gradu, vt constat ex traditis per Corn.
in consi. 170. In consilijs decisiuis. 3. col. ver. & statuta huius
modi. 2. vol. vbi multos allegat, cum multis alijs concordãti
bus, quos inuenies adduci per Albertum Brunum in suo tra
ctatu de statutis excludentibus fœminas pp masculos, in 15.
ar. q 14. 15. & 16. ex cuius dictis ibi verissima apparebũt om-
18 nia prædicta. † Ad secundum verò, dum consideratur, testa-
torẽ voluisse, q bona Stephano relicta irent in hæredes ma-
sculos in perpetuum, pari modo respondetur, q debent intel
ligi, modò sint hæredes masculi, videlicet, q sint hęredes san
guinis, vel saltem hęredes iuris, quorũ neutrum verificatur
in istis tribus agnatis transuersalibus, nullo. n. modo possunt
dici hæredes, vt supra diximus, non ergo possunt dici cõpre
hensi sub illis verbis, de hærede in hęredem &c. Et ad doct.
Bal. & do. mei Soc. in contrarium allegatam iã supra respõ-
sum fuit, & propterea vlterius non est insistendũ. Nec quic-
quam obstat verbum, in perpetuum; quia etiam in descendẽ
tibus Stephani, & Francisci poterat testator perpetuitatẽ il-
lam considerare, licet de facto non fuerit inuenta. Nec etiam
necessariò daretur, etiam si comprehenderentur pdicti tres
agnati transuersales, cũ & ipsi possint sine filijs masculis de-
cedere: uoluit ergo testator in perpetuum in prædictos hę-
redes peruenire bona. s. donec de eis aliquis masculus super-
fuerit, intelligendu tamen semper, q sint hæredes sanguinis,
vel saltem iuris, secundùm q ex supra dictis apparet. Ex qui-
bus omnib. absque aliqua hęsitatione concludendum est de
apertissimo, & indubitatum iure pdictos tres fratres, Andreã
scilicet, Iacobum, & Franciscum omnino esse exclusos.

Laus Deo. Soc. nepos, Padnę legens 1542.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit Grat. consi. 31. vol. secundo, & vide an sit erratum, vt supra consi. 178. eodem volum.

CASVS.

In testamẽtũ nobilis viri ser Frãcisci Stephani de Benessa de Ragusio fuerũt hæredes vniuersales instituti Franciscus, & Stephanus quondam Paradij de Benessa ipsius testatoris nepotes ex fratre prędefuncto, & quidem pro æquali portione, & in omnibus per ipsum testatorem fuerunt pariter vnca ti, dilecti, & tractati.

Eo excepto, q testator specialiter conditionauit, ut ita dixerim, partẽ dicti Stephani per infrascripta verba, videlicet. E metto specialmente questa conditione a Stephano mio nepote, & hærede, che non possa del mio, ne stabile, ne mobile vendere, ne donare, ne impegnare, ne per alcun modo alienare, ne per maritatione; ma che vada de herede in herede maschio in perpetuo, & se haverà figli maschi, li metto la età de anni 24. quali passati siano franchi, & liberi, & havẽdo figlie femine voglio che li marita del suo paterno. Et non bastãdo il suo paterno, voglio in tal caso che le marite del mio, che li lascio. Item etiam uoluit, quòd Frãciscus particulariter habe ret administrationem cuiusdam traffici ipsius testatoris vsque ad annos 25. post mortem ipsius, pro quo tempore noluit, q pędicti sui nepotes, & hęredes posint dictum trafficum diuidere, sed quòd pro dicto tempore in cõmunione eorum permaneret in manibus, & administratione dicti Frãcisci, prout hęc omnia plenissimè leguntur in prędicto testamento, cuius copia transmittitur.

Mortuo postea testatore, & adita hæreditate per institutos hęredes post aliquot annos decessit prædictus Stephanus sine filijs masculis, superstitibus tamẽ sibi Caia, & Magdalena filiabus, & per eum hęredibus institutis, quę cũ essent pupillę, remanserũt in domo cum Francisco earum patruo, q omnia bona prędicti testatoris, dũ vixit, tenuit, & administrauit.

Postea verò decessit dictus Frãciscus sine aliquibus descẽdentibus, & fecit suos hæredes testamentarios extraneas psonas, inter quas, & prędictas filias Stephani oritur quæstio: nã prædictæ filiæ dicũt, q bona prædicti primi testatoris, quæ pro parte sua peruenerunt ad Stephanum eorum patrem, debent ad ipsas pertinere vti patris hæredes, contrarium asserẽtibus hæredibus prędicti Francisci iunioris nuper defuncti, dicunt. n. q talia bona peruenerunt ad dictum Franciscũ mortuo Stephano sine hæredibus masculis.

Quibus sic stantibus quęritur quid iuris.

SVMMAE.

De interpretatione istorum verborum, vada de herede in herede maschio, quid importent, posita post prohibitionem alienationis.

1 *Alienationis prohibitio alicuius contemplatione facta, an & quando inducat fideicommissum, & infra nu. 18.*
2 *Dotis causa est fauorabilis.*
3 *Testator, vel statutum fęminas excludeas, fauore agnationis illud facere censetur.*
4 *Hæres primi hæredis testatoris dicitur hæres.*
5 *Ab interpretatione, & declaratione per testatorem facta an recedendum sit. & infr. nu. 22.*
6 *Verba illa posita in testamento, me vada de herede in herede maschio in perpetuo, quomodo intelligantur. & infr. nu. 19.*
7 *Qualitas sexus masculini quando adiũgitur cum nomine hæredis et dispositiuè prolato tunc appellatione hæredum qui veniant.*
8 *Argumentum a verosimili valet.*
9 *Statuta fœminas ob fratres excludentia non excludunt ob patruos vel patrueles.*
10 *Argumentum ab absurdo valet.*
11 *Filij hæredum institutorum data paritate in portione patri relicta omnibus alijs præferuntur.*
12 *Prohibitio respectu tẽporis certi facta ad aliud non porrigitur.*
13 *Prohibitio alienationis usque ad ætatem certam facta persona prohibita post illam ætatem non procedit.*
14 *Verba ille, de hærede in hæredem, quid importent.*
15 *In feudo hæreditario succedere volens hæres esse debet vasalli vltimo loco defuncti.*
16 *Testatoris dispositio sic debet interpretari, prout testator de occurrenti casu verosimiliter respondisset.*
17 *Dilectio arguitur a dilectione in institutione.*
20 *Verbum, perpetuum, quomodo intelligatur.*
21 *Nihil est in hoc seculo adeo firmum, ut deficere non posit.*
23 *Fideicommisso subiecta, licet alienari non posint, tamen prohibitio testatoris est potentior.*

CONSILIVM CLXXXVIII.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis & iustitiæ.



N hac consultatione, quæ pulchra, & subtilis est, vt infra patebit, videtur primo aspectu dicendum, quòd post mortem Stephani sine filijs masculis, portio hæreditatis, quã ipse habuerat de bonis ser Francisci testatoris, & patrui eius ex causa fideicõmissi peruenerit ad Franc. iuniorẽ fratrẽ, & cohæredẽ ipsius Stephani, & nõ ad filias dicti Stephani, licet sint eius hędes. Et primò hoc vr probari: quia in testamẽto expresse dr, q vult testator vt portio ipsius Stephani vada de hęrede in hæredem masculum &c. vnde cum mortuo Stephano non superfuerit alius hæres masculus, quàm dictus Frãciscus, necessariò vr concludendum, prædictam portionẽ ex cã fideicõmissi ad eũ peruenisse;
1 † nã ex prohibitione alienationis facta alicuius cõtẽplatione cũ expressione, vt bona ad eum pueniãt, vr induci sim-
plex

ples fideicõmissũ post mortẽ ꝓhibiti, inata tradita p doc. in
l. illusta. §. dini. ff. d leg. j. & in l. qui Romæ. §. cohęredes. ff. de
verbo oblig. & tradit patruus, & dominus meus Soci. in con
si. 251. Quoniam in præsenti consultatione. i 7. col. versi. ali
quando, & secũdò. 2. vol. & sic videtur, ꝙ dominus Frãciscus
fuerit admissus tanquam hæres masculus testatoris, & filiæ fę
minæ Stephani fuerint exclusæ. Secundò hoc idẽ fortius vi-
detur probari: quia testator videtur satis apertè prædictas fi-
lias Stephani excludere, dũ in prohibitione alienationis dici
tur, ne p maritatione, & infra ẽt clarius dum dicitur, & hauẽ
do figliuole femine, voglio che le mariti del suo paterno &c.
Nã ex his clara voluntas testatoris ostenditur, ꝙ filiæ prædi-
2 ctæ nunquam dicãtur vocari ad bona earum patri relicta. †Si
enim noluit, ꝙ haberent aliquid de dictis bonis ea causa do-
tis, quæ est fauorabilis, iuxta l. j. cum sua materia. ff. solut. ma-
tri minus creditur voluisse, ꝙ ad eas talia bona peruenirẽt ex
causa successionis, auc. multo magis. C. de sacrosan. eccle. cũ
3 si. Tertiò in fauorem dicti Frãcisci videtur vrgere: † quia cũ
testator excluserit fęminas, & voluerit bona peruenire de hę
rede in hæredem masculum in perpetuum, videtur illud fe-
cisse fauore conseruãdæ agnationis, sicut videmus de statutis
excludentibus fęminas; quia dicuntur facta fauore conseruã
dæ agnationis, inata doct. Ioan. Andr. in addi. Spec. in titu. de
succes. ab intesta. super rubri. & ita solet communiter dici p
nostros doc. vt per patruum & dominum meum Soci. in con
si. 28. circa principium. 2. & 3. col. 4. volu. & tradit Brun. in tra-
cta. de statu. exclu. fœmi. propter mascu. 3. artic. Hoc autẽ sic
posito videtur necessariò posse inferri, ꝙ bona, de quib. agi-
tur, ad prædictum Franciscum ea voluntate testatoris perue-
nerint, vt sic per eum conseruetur honor familiæ, & agnatio
nis, & non ad filias dicti Stephani, p quas talis honor nõ po-
test conseruari, cum nubendo transeant ad alienas familias,
vt est notissimũ. Nec videtur obstare prædicto Francisco, ꝙ
non fuerit hæres dicti Stephani fratris eius, & minus de de-
scendentib. illius, ꝓpter ꝙ nõ potuerit dici cõprehẽsus ĩ illis
verbis, de hęrede in hæredem &c. quasi verba illa videantur
referẽda ad ipsum Stephanũ alienare ꝓhibitum, vt sic de hę
redibus illius, vel in successione bonorum, vel in sanguine in
tellexerit testator, quorum nullum reperiebatur in dicto Frã
cisco. Quoniã videtur posse respõderi satis esse, ꝙ Franciscus
erat de hęredibus testõris, & masculus, vt sic dicamus, ꝙ ver
ba illa, de hærede in hæredem, sint referẽda ad ipsum testato
rem, & licet Franciscus non sit de descendẽtibus, hoc nõ de
bet attendi; quia iam testator erat sine descẽdentibus, & ipsũ
Franciscum, & Stephanum sibi transuersales instituit. & dici
tur, ꝙ sensus illorum verborũ, de herede in herede maschio,
in perpetuo, sit iste, vt scilicet post Stephanũ ꝓhibitum alie-
nare, & sic etiam grauatum ad bona ei relicta primò sui filij
masculi vocati sint, & successiuè similes eius descendentes; nã
oẽs potuisset dici hæredes testatoris saltem per mediam pso
4 nam suorum auctorum; † cum hęres hęredis primi testato-
ris dicatur hęres. l. fi. C. de hęre. insti. Illis autẽ deficientib. ꝓ-
ut casus euenit, dicatur vocatus prædictus Franciscus vti hę-
res testatoris, & masculus, & postea ad eius descendentes ma
sculos in perpetuum, si habuisset, & ita (vt arbitror) intellexit
pdicta verba ipse Franciscus, ex quo post mortẽ Stephani su-
scepit bona eius, & vti dominus ea detinuit, loquor de portio
5 ne hęreditatis prædicti testatoris. † Et istud apertissimè con
stat ex illa declaratione, quam ipse fecit postea in prædicto te
stamento, quando declarauit, ꝙ de portione Stephani fratris
eius relicta per ser Frãciscum testatorem nihil pertinebat se-
cundùm suam opinionem ad filios dicti sui fratris, quod cer
tè non parum videtur adiuuare istã partẽ, quasi sic dicta ver-
ba fuerint intellecta, & interpretata, vt sic non videatur a tali
interpretatione recedendum, argu. l. minimè. ff. de legi. cũ si
mi. Ista sunt quæ primo aspectu plurimùm pro hęredib. pręę
dicti Frãcisci nuper defuncti facere videbãtur, & quę aliquã-
tisper me ancipitẽ in præsenti consultatione reddebant. Sed
tamẽ eis minimè obstantibus contrariam opinio. de iure ve-
riorem, ac etiam æquiorem arbitror, & cõcludo, ꝙ portio p̃-
dicti Stephani per ser Franciscum testatorem illi relicta post
mortẽ eius pleno iure pertinuit, & ita tunc pertinere debet ad
Caiam, & Magdalenam filias, & hęredes ipsius absque aliquo
onere fideicommissi, quemadmodum & alia bona eius ad eas
peruenerunt. Et licet elapsis mẽsibus in cõsilio, ꝙ reddidi ad
exclusionẽ a dictis bonis Andreæ, Iacobi, & Francisci de Be-
nessa agnatorum transuersalium præsentem difficultatẽ non
resoluerim, sed ea dubiam reliquerim; quia tunc de ea non q̃
rebatur, nũc tamen super ea consultus, vt modò dixi, respon
dendum censeo in fauorem prędictarũ filiarũ Stephani, non
quidem, quòd illę dicãtur per testatorem vocatæ, sed quòd ea
ducato, vt ita dixerim, fideicõmisso, seu extincto, Stephanus
earum pater remãserit liber ab onere fideicommissi, & ita il
li succedentes prædictę filiæ vnà cum cęteris eius bonis, etiã
ad bona, de quibus agitur, admissę fuerunt. Et ad hanc con-
clusionem apertius demonstrandam aduertẽdum est; quia to
ta vis cõsistit in interpretatione illorum verborum, videlicet
ma vada de herede in herede maschio in perpetuo &c. opor-
tet. n. videre, de quo hęrede intelligãtur, item, & respectu cu
ius, vt sic cognosci possit vtrum Franciscus iunior nuper de-
functus sub illis verbis fuerit comprehẽsus. Et certè q̃tùm ad
6 primum dimissis pluribus, quæ differendo dici possẽt † mihi
videtur absque dubio concludẽdum, ꝙ verba illa sint intelli-
gẽda non simpliciter de hæredibus vniuersalibus, qui in ius
hæreditariũ succedunt, sed de hęredibus sanguinis, & sic de
descendentibus; sicuti in simili intelligitur, si testamẽto quis
grauetur, si decesserit sine hærede: vt l. ex facto. §. fin. ff. ad
treb. & ita ibi doc. tradũt. Et hoc necessariò in casu isto osten
7 ditur ꝓpter illud verbũ, maschio; † quoniam quando cum
noie hęredis etiã dispositiuè prolato, qualitas sexus masculi
ni adiungitur, puta si dicatur concedo tibi, & hęredib. ma-
sculis, tunc appellatione hæredũ non veniunt simpliciter oẽs
succedentes in iure hæreditario, sed solùm descendentes ma
sculi, vt voluit Raynu. Bal. Pau. de Cast. Alexan. Are. & alij ĩ l.
Gallus. § etiam si parente. ff. de liber. & posthu. prout post a-
lios tradit ibi Ias. in 5. col. versi. quartò vltra Bar. fallit, quod
etiam firmat Deci. in consi. 294. In testamẽto Comitis, post
prin. versi. sed huic conclusioni. Et quia hoc est commune
dictum, & contradictorem non habet, ideò super eo vlterius
non insisto. Sed eo stante, dicam quantùm ad secundum, ꝙ
apertissimè inferendum est, ꝙ talia verba sunt intelligẽda re
spectu ipsius Stephani ꝓhibiti alienare, & sic grauati, vt sic
testõr voluerit bona sua transire de hærede in hæredem ma
sculum, hoc est de filijs in nepotes, & alios descendentes ma
sculos pręd dicti Stephani. Nam si verba prędicta solùm hęre
des, & sic descendentes comprehendunt, non possunt referri
ad testatorem, vel dici eius respectu prolata, vt sic de hæredi-
bus eius simpliciter sint ĩtelligenda, ex quo nullos habebat
descendẽtes, & sic ei non superfuerunt, qui possent dici hę-
redes sanguinis, de quib. loquitur d. l. ex facto. §. fi. ff. ad treb.
& de quib. debent intelligi verba prædicti testamenti. Et hoc
psupposito sequitur, vt dixi, ꝙ debent intelligi de hæredibus
sanguinis, & sic de descendentibus masculis personæ grauà-
tæ, & sic prędicti Stephani. Quo firmo stante, prout verissi-
mũ arbitror, sequitur, quòd fideicõmissum in dictis verbis
comprehensũ, dicitur euanuisse, & ꝓ non scripto, seu cadu-
cũ haberi dẽt, iuxta l. j. §. & cũ triplici. C. de cadu. tol. & con
sequenter dicitur remansisse apud personam grauatã, hoc est
apud ipsum Stephanũ liberè, vt sic posteũ trãseat in eius hę
redes, sicut cętera bona ipsius hæreditaria, iux. l. nihil aliud.
ff. de verb. significatio. cum si. meritò igitur concludendum
est, ꝙ filię prędicti Stephani vti eius hæredes vniuersales de
bẽt admitti ẽt ad illa bona q̃ patri earũ obuenerunt ex testõ
prædicti ser Francisci de Benessa eius patrui, vt supra dixi. Et
si dicatur, ꝙ imo dicta verba debẽt referri ad testõrẽ, vt sic di
camus, de hærede in hæredẽ masculum. s. testõris, & ita dica-
tur ꝙ ẽt prædictus Frãciscus fuerit cõprehẽsus in dictis ver-
bis cũ fuerit hęres testatoris, & masculus, ꝓut nemini me te
tigisse in consilio aliàs p me edito ad exclusionẽ illorum trãs-
uersaliũ in versi fateor tamẽ, ꝙ forte possẽt dicta verba, &c.
& sic dicatur cõfirmari argumentũ supra in prin. factum in
contrarium. Respõdetur, ꝙ istud dici nullo modo potest, nec

in prædicto consilio illud firmani, sed tantùm dubitãter teti
gi, vt es eius lectura cõstare poterit. Immo paulò post in ver-
si. vel forte solùm de descẽdentibus pręd cti Stephani &c. &
etiam prope finem in versicu. & forte etiam soli descendẽtes
masculi ipsius Stephani &c. videor inhærere conclusioni su
pra positę, licet et ibi sub dubio loquutus fuerim, & hoc quia
de eo, vt supra dixi, tunc disputare non expediebat. Istud autẽ
ꝙ pdicta verba non sint intelligenda respectu testatoris sim-
pliciter, hoc est hærede eius, manifestè constat. Primò; quia
cũ pp illud verbũ, maschio, sint intelligenda de hæredib. san
guinis. i. de descendentib. vt supra dictum est, & testatori nõ
supersint descendentes, sequitur, ꝙ non possunt dicta verba
exponi de hærede in hæred, scilicet testatoris, vt ex pdictis
constat. Secundò idem ostenditur; quia si verum esset, ꝙ in
contrarium dicitur certè non posset dici factum, nisi fauore
conseruandæ agnationis, vt sic filiæ fœminæ dicti Stephani
excludantur per Franciscum a bonis earum patris: sicut i si-
mili dicitur de statutis excludentib. fœminas propter mascu
los, vt. s. dicantur facta fauore agnationis conseruandæ, vt est
doctri. Io. Andr. in additio. Spec. in tit. de succes. ab intesta. su-
per rub. quę communiter approbatur, vt plenè per Alb. Bru.
in trac. de statutis excluden. filias propter masculos in tertio
articu. prout etiam supra dictum fuit in tertio fundamento i
contrariũ facto. Sed certè si quis rectè in casu isto cõsiderabit
aperto ore fatebitur, istud dici non posse in fauorẽ dicti Frã-
cisci: quoniam si illud esset, profectò etiam ipsum Franciscũ
prohibuisset testator alienare, & sic grauasset eius filias fęmi
nas excludendo; quia ita agnatio conseruata fuisset per dictũ
Stephanum, & eius descendentes masculos, si quos habuisset,
sicuti per ipsum Franciscum, & eius liberos masculos, vnde
cũ hoc non fecerit non põt dici, ꝙ grauando Stephanũ id fe
cerit respectu domini Francisci; quia per eum poterat conser
uari agnatio; quoniã tunc verosimiliter etiam per contrariũ
8 grauasset dictũ Franciscum. vt dixi, † & aliàs valet argumen
tum ab eo, quod est verosimile. l. non est verosimile. ff. ꝙ met.
cau. cum si. Et si dicatur, ꝙ cũ expressè voluerit admitti hæ-
redem masculum, & fœminas excludi, ostenditur, ꝙ pro-
pter conseruandam agnationem id fecerit per pdicta. Respõ
detur, quòd istud põt dici respectu vocatorũ per testatorem,
& si respectu descendentium masculorũ dicti Stephani, qui
fuissent illi hęredes sanguinis; nã fateri possum, quòd eis exi
stentibus fœminę descendentes dici possunt exclusæ pp fauo
rem conseruandæ agnationis. Sed ex eo non est inferendum,
quòd et debeant excludi dictæ fęminæ p dictum Franciscũ
licet agnatum masculum, & minus per alios remotiores, q̃a
nec ille, nec etiã prædictus Franciscus reperitur vocatus. Et
nimirũ si propter descendentes masculos Stephani fęminę
venirent excludendæ, & non propter Franciscum, vel alios
remotiores: quia maior est rõ excludendi propter proximio
res, seu pares in gradu, quã propter distãtiores, licet omnes
9 sint agnati. † Hinc videmus, ꝙ statuta excludentia fœminas
pp fratres non excludũt propter patruos, aut patrueles: quia
sunt distantiores, iuxta doctri. Cor. in consi. 170. in consilijs
decisiuis. 3. col. ver. & statuta huiusmodi. 2. vol. cum concor-
dã multis, vt per eũ, & per Alber. Bru. in prędicto tracta. de
statu. exclud. fęmi. propter mascu. in 14. q. & duab. sequen. in
32. art. & dixi etiam in alio consilio, de quo supra memini. p
10 pe finem. Tertiò, ꝙ dictus Franciscus, non fuerit de cõpre-
hẽsis in dictis verbis ostẽdit per locũ ab absurdo, iux. l. nã ab
surdum. ff. de bonis liberto. & l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad
treb. ubi aliquando dixi, cum sim. Dico. n. ꝙ si esset compre-
hensus vti hæres testatoris, certè post mortem Stephani etiã
cum filiis masculis deberet vocari saltem ad dimidiam partẽ
cum sit primus hæres testatoris, & masculus, & ad aliã dimi-
diam vocarentur filij dicti Stephani; cum & ipsi p mediam
psonam patris essent testatoris hæredes, iuxta l. si C. de hęre.
insti. si. n. illa verba, de hærede in hæredẽ masculũ, itelligerẽ
tur respectu testatoris, certè omnis, qui est hæres masculus te
statoris, deberet admitti, & sic etiã dictus Frãciscus pari mo-
do, sicut in casu nostro prętenditur per aduersarios, ꝙ fuerit
admissus, hoc autem esset ita absurdũ, vt nihil absurdus, vt
s. Franciscus frater Stephani pariter vocaretur cum filijs ma-
sculis eiusdẽ Stephani: non enim conuenit, vt ad bona alicu-
ius frater eius cum filijs pariter admittatur; tum ea forma iu
ris communis, iuxta auctẽ. in successione, & in corpore vn-
de sumitur. C. de suis & legiti. tum etiam ex verosimili mẽte
11 testatoris: † nam data paritate in cęteris semper creditur vo-
luisse, vt filij institutorũ hęredum in portione patri eorũ reli
cta omnib. alijs pręferantur, argu. l. cum auus, cum sua mate
ria. ff. de condi. & demon. Dicamus ergo, ꝙ verba, de hęrede
in hęredem, nõ sunt intelligenda respectu testatoris simplici
ter, sed respectu ipsius Stephani phibiti alienare, & grauati,
& in consequentiam per mediam personam eius possunt in-
telligi etiã respectu testatoris; vt sic intelligamus, de hærede
in hæredem, scilicet dicti Stephani, & per consequens etiã d i
cti testatoris, vt dixi, cum hęres hęredis primi defuncti dica-
tur hæres. d. l. si. C. de hęredi. instituen. necesse tamẽ est, ꝙ suc
cessurus sit de hæredib. dicti Stephani, hoc est de descendẽti-
bus eius masculis p supra dicta, & sic apertissimè constat præ
dictum Franciscum non fuisse comprehensum in dictis ver-
bis. Quartò facit pro prædictis; quia si Frãciscus fuisset vo-
catus, & (vt dixi) id factum fuisset ratione conseruandæ agna
tionis, certè illud fuisset dispositum, quandocũque continge
ret deficere masculos ex dicto Stephano, & prohibitio alie-
nationis fuisset facta nedum Stephano, sed etiam filijs mascu
lis purè, & absolutè quocũque tempore alioquin testator nõ
bene pspexisset suæ agnationi, vt quilibet recti sensus facile
intelligit, sed testator non ita fecit; quia licet prohibitio alie-
nationis ipsi Stephano fuerit simpliciter, & ideterminatè fa-
cta, & sic ꝙ omni tempore; tamen filijs eius masculis phibi-
tio facta fuit temporaliter tantùm hoc est vsque 24. annum
ætatis eorum, vt constat in testamẽto in versi. & se hauerà fi-
gli maschi, li metto la età de anni 24. &c. Et post talem ęta-
tem voluit testator, quòd illi sint a tali probibitione liberi, p
ut statim subditur, dũ dicitur, quali passati siano liberi, & frã-
chi, & vbi etiam non ita expressisset, idem dici potuisset; quia
prohibitus certo tẽpore aliquid facere, alio tẽpore id facere
12 permittitur, † nam prohibitio facta respectu certi temporis
ad aliud tempus nõ porrigitur. l. imperator, & ibi notant do
cto. ff. de postul. & in terminis in prohibitione alienationis
est tex. vbi Bar. & alij tradũt in l. pater filium. §. fundum. ff. de
leg. 3. & ita per dicta iura firmat Ale. in materia nostra in cõ
si. 55. Ponderatis his. 3. col. vers. & licet substituerit. lib. 3. &
in pulchro casu Ias. in consi. 173. Filię quondam domini Pe
13 tri. per totum 2. vol. † Concludens in casu suo, quòd prohibi-
tio alienationis facta vsque ad ætatem 33. annorum perso-
næ prohibitæ, non procedit post illam ætatem, vt per eum. Et
quia hoc est in iure clarissimum, super eo non est insistẽdum.
14 Accedat quinto loco prędictis; † quoniam verba illa, de hęre
de in hæredem, videntur importare, ꝙ qui per ea verba vult
venire, sit re uera vltimi decedẽtis hęs, vel saltẽ grauati, iux-
ta tradita per Bar. Alexan. & alios in d. l. ex facto. §. si. ff. ad tre
bel. & tradita p omnes in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de li-
be. & posthu. requiritur enim in casu isto, ꝙ sit de descendẽti
bus, vt dictum est supra, & vltra etiam requiritur, ꝙ sit hęres,
sed sic est, ꝙ prædictus Franciscus nedum non est de descẽdẽ
tibus grauati, sed nec eius hæres, ergo &c. Præterea idem
ostẽditur: quia illa verba, ma vada de herede in herede, sunt
posita respectu dicti Stephani prohibiti alienare, & sic graua
ti, hoc est dicere, ille non possit alienare, & alienatio per eum
facta non valeat, sed bona transeant in hęredem, & descendẽ-
tem eius masculum, & postea de eo in alios similes hæredes
gradatim & per viã cuiusdã successionis, vt virtualiter volũt
doc. si rectè aduertantur in locis prędictis. Et istud et colligi-
tur ex magistrali doctri. Alexan. in l. quod dicitur. ff. de verb.
obli. Et quòd verba prædicta intelligantur respectu grauati
15 & successiuè vltimò decedentis † facit, quod in simili firmat
Cor. iunior in consilio 138. Habita diligenti. col. si. ver. præ-
missis nõ obstantibus, dum concludit, quòd in feudo hæredi
tario q̃ vult succedere, debet esse hęres vasalli vltimò defun-
cti, & dicit, quòd ista opinio est verior, & communis, vt per
eum; vnde cũ in proposito prędictus Franciscus nõ sit hęres
ti

dicti Stephani,& minus descendens,sequitur, quòd non po
teit dicitanclusus in dictis verbis.Dicā ergo, ꝙ solùm per p̄-
dicta verba sunt vocati descendentes masculi, & hæredes di
cti Stephani,& cum post eum nulli tales superfuerint, fidei-
cōmissum ei iniunctū dr euanuisse,& ita caducum uullius es-
se momēti,& ob eā cām remansit dictus Stephanus in præ-
dictis bonis liber ab omni onere fideicōmissi . Et propterea
in eis sicut in cęteris bonis hǣditarijs liberè successerūt ip-
sius filiæ,& hǣdes,vt etiā supra dictū fuit.Demum pro prædi
16 ctis filiabus facit:† q̄a hæc dispositio debet sic interpretari,
prout verosimiliter testator de occurrenti casu interrogatus
respondisset,iusta gl.singularem,& cōiter approbatā in l.ta
le pactum,§.fi.ff.de pac.cum concor. multis,qui allegari pos
sent tam in lecturis, quàm in consilijs,qui gratia breuitatis
omittūtur.Dico.n.ꝙ si testator fuisset interrogatus, verosi-
militer respondisset pro filiab.dicti Stephani . Et hoc suade-
tur:q̄a cū illos fratres per eū institutos æqualiter dilexisset,
æqualiter instituēdo,cū pariter ei cōiuncti essent.s. nepotes
ex fratre,verosimile est,ꝙ pariter ipsorū filias dilexerit,sed si
cōtigisset Franciscū præmori cum filiabus, absq; dubio illæ
sibi successissent ex intentione testatoris ; cum in aliquo ip-
sum Franciscū nō grauauerit : pari ergo modo dicendū est,
17 testatorē idē voluisse respū filiatū dicti Stephani, † nā a dile
ctione in institutione arguitur dilectio in alijs,arg.l.si testa-
mento.ff.de vulg.& pup.& l.Publius.in fi.ff.de cond. & dem,
cum si.Idē ēt suadetur:quia(prout supra dixi) si aliud nō ap
pareat,testator præsumitur in bonis alicui relicti post eū dili
gere etiā suā posteritatē,vnde cum posteritatis dicti Stepha-
ni sint prædictæ eius filię,p̄sumitur, ꝙ testator ēt eas dilexe-
rit in bonis ipsi Stephano relictis: meritò ergo respondisset
eas preferri predicto Francisco: cū nihil in contrarium ap-
pareat . Et ex p̄dictis rectè intuenti manifesta colligitur re-
sponsio ad allegata supra in contrariū. Nam dū primò dice-
batur,Franciscum debuisse admitti : quia alius hęres mascu
lus nō supererat. Respondetur, ꝙ illud procederet,qñ Franci
scus fuisset de vocatis p testatorē,ꝙ est verū, vt supra pluries
18 dictum,& apertissimè demōstratū fuit.†Et ideo ēt nō obstat
qđ dicebatur,ꝙ in casu isto p prohibitionem alienationis cū
clausula,de qua in testō, inductum fuit simplex fideicōmis-
sum post mortē prohibiti.Qm̄ posito, ꝙ illa opinio sit vera,
tametsi de ea valde dubitē pp id,quod voluit Bar.in l.qui Ro
mę.§.cohęredes,ff.de verb.obl.,put ibi declarat patruus, &
do.meus Soci.in 6.col.& in consi.227. Pręsens consultatio,
in prima difficultate.Illud procedit in fauorē psonæ vocatæ
per fideicommissum,qđ non cadit in dicto Francisco sed ha
beret locum in casu isto, si ex dicto Stephano superfuissent
descēdentes masculi quorum fauore testator alienationē pro
hibuit,& fideicōmissum fecit,secundùm ꝙ supra demonstra
tum fuit.Dum autē secundò dicebatur, istas fœminas nō de
buisse admitti;eo quia testator uoluit , ꝙ de suo dotarentur,
&c.Respondetur,illud intelligi,quando superessent persone
p fideicōmissum vocatæ,& quarum contemplatione testator
alienationem prohibuit, videlicet filij alij descendentes ma
sculi dicti Stephani , non aūt dicitur testator fœminas illas
exclusisse,aut aliquid fecisse contemplatione dicti Francisci,
vt ex prædictis constat.Et si dicatur , quomodo uolumus ad-
mitti ipsas filias, quas testōr expresse excludit? Rñdetur, ꝙ
excludit vt supra est dictū,& nō in occurrēti casu, & p̄dictæ
filię non veniunt vtī vocatę per testatorem, sed vt hǣdes pa
tris qui decessit liber ab onere fideic. pp non existentiā suo-
rū descendentiū masculorū, qui p fideicōmissū erant uoca-
ti per iura vulgaria,vt supra dictum fuit. Et id, quod in testō
dicitur,vt Stephanus filias dotare nō possit de bonis testōris
pari modo intelligi debet,qñ superesset persona, cuius con-
tēplatione testōr ita disposuerat , hoc est,quę fuit vocata per
illa verba, ina uada de herede in herede masehio &c. ꝙ non
p̄t considerari de dicto Fran.ut ex prędictis ostensum est.Ad
tertium uerò fundamentum apertissimè colligitur respōsio
ex dictis supra in secundo fundamento pro ista parte : nā ut
ibi dixi , tertiū illud argumētū p̄cedit respectu personarū,
quas testator uoluit vocare de agnatione de Benessa.Et ita cō
cludendo dico,ꝙ exclusio fœminarum dicitur facta p testa-
torem solùm fauore descendentium masculorū dicti Stepha
ni,& non fauore dicti Francisci,qui oīno debuit excludi p fi
lias dicti Stephani ēt à bonis ipsi Stephano relictis p dictū
testōrem, scd̄m ꝙ supra apertissimè declaratum fuit. Et si di-
ctus Franciscus oīno erat excludendus,fortius hodie sunt ex
cludēdi Andreas,Iacobus,& Franciscus de Benessa eius trās-
uersales distantiores,prout plenè ego deduxi in alio cōsilio,
quod particulariter feci ad ipsorum exclusionem . Ad quòd
19 illud totaliter confirmando,me remitto.† Nec in proposito
nostro pro dicto Francisco quicquam facit verbum illud, in
perpetuum, prout in contrarium considerabatur ; qm̄ illud
refertur ad personas expresse vocatas, & sic ad descendentes
masculos ipsius Stephani,nam & illi poterāt longissimo tem
20 pore durare,†& verbum perpetuum, intelligitur,donec su-
persint personæ, ad quas refertur l. 1. ff. pro soc.& ibi not.
doc.Et p̄terea ēt vniuersaliter totā familiam de Benessa cōsi
derādo posset non esse perpetua; cū omnes sine prole possēt
21 deficere,† & nihil sit in hoc seculo adeo firmū , vt deficere
non possit.§.nuptias,in auc.de nup.cola.4. Nec demum ob-
stat,ꝙ p̄dictus Franciscus videatur aliter intellexisse testamē
tum prædictum , portionem dicti Stephani suscipiendo eo
mortuo,& ita postea in vltima voluntate declarando , vt in
contrariū ponderabatur. Qm̄ facilis est responsio,non.n. vo
lūtas,aut opinio ipsius dēt veritatē, & ipsum ius tollere, aut
alterare,cū nō ab eo depēdeat,sed ex lege scripta , vt est plus-
quā notissimum,alioquin iura essent adaptanda ad volunta-
tem partium.Etenim nullus esset, qui non diceret se fouere
iustitiam,& ita pro vero sępissime contingit litigantes arbi-
trari,& lex etiam ita credit, cum in hoc stet eorū iuramento
de calumnia præstito, vt.C.de iureiur.pp calum.dan.p totū,
& p totum ēt de iuramento calumniæ apud Canon.hoc autē
quàm sit ridiculum,& absurdū dicere, neminē fugit, ideo
22 &c.†Nec q̄d cq̄ cōtra prædicta facit regula.l.minimè.ff.de le-
gi.in contrariū allegata;quia illa procedit respectu interpre
tationis cōiter ab oībus receptę, quasi per talē interpretatio-
nē declaretur lex,de qua esset dubitatio, & sic debet intelligi
de interpretatione prestita ab his,qui legem cōdere,& inter
pretari possent, vt patet ex his,q̄ ibi tradūt gl. & doc.sicut de
cōsuetudine tradit Bar.in l.de quib.in repetitio.ff.de legi.in
2.q.dicens illā debere induci p eos, qui legem condere pos-
sunt,& de interpretatione legis est tex.vbi doctores tradunt
in l.fi.C.de legib.Sed in casu nostro interpretatio p̄dicti te-
stamenti in cōtrariū allegati solùm dicitur facta ab ipso Frā
cisco,qui testatoris dispositionē ad sui cōmodum interpreta
tus fuit,meritò ergo attendi non debet . Et vt verum fatear
argumentū ex d.l.minimè. leuissimū est, quinimo ridiculo
sum.Concludatur itaque ex prędictis,summam esse iustitiā,
summamque æquitatem in fauorem prędictarum filiarum
Stephani,nam ipse patri earū successerūt, ēt in illa parte bo-
norum,quę ipsi relicta fuit per Franciscum de Benessa anti-
quorē in suo testamento,secundū ꝙ supra declaratū fuit inter
pretando dictum testamentum in verbis illis,de hærede ma
schio &c.idest de descendentibus in descendentes masculos
dicti Stephani, vt dictum fuit. Et si dicatur,quare soli Stepha
no fuerit facta prohibitio, & non Francisco , dicam, ꝙ non
est de hoc quærendū,licet persuasiuè dici possit, ꝙ illud for
te fecit;quia de illius administrationem nō cōfidebat;cū ple
ne eius mores nouisset.Quod uidetur suaderi ex eo, ꝙ admi
nistrationem traffici voluit solùm esse penes Franciscū , vt
in puncto dicitur,sicut etiā de liberis masculis dicti Stepha
ni noluit confidere ante vigesimūquartum annum eorū æta
tis,sed postea bene confidit, uolens eos fore liberos post prę
dictam ętatē,ut in testamento legitur,&in puncto narratur,
& hoc quia propter ætatem cōfidere noluit de illis , quorū
mores repugnantes nondum uiderat, nec uidere poterat.

Et si circa prædictum testamētum dicatur,ꝙ videtur con-
tinere repugnantiam in eo,quod vult, filios post vigesimum
quartum annum esse liberos,cum eo, quod vult in perpetuū
fideicommissū venire in descendentes masculos. Responde
tur primò,ꝙ de hoc ad præsens disserendum nō est, cum ca-

sus non venerit, & forte fuit error notarij in dicto verbo, in perpetuũ. Secundò etdici potest, q libertas concessa ẽ respectu expresse prohibitionis alienationis, sed in perpetuum durabit fideicommissum, & ita uerba sonant.

23 † Et licet etiã res subiecta fideicommisso prohibeatur alienari, ut in auctẽ. res quę, C. communia de lega. Tamen alia est, & potentior prohibitio, quę expresse fit per testatorẽ, ut constat ex l, fi. §. finali tem, C, comm, de leg. & ex his, quę tradunt Bar. & alii in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 1. Stant enim simul ista, q quis post uigintiquatuor annos non sit a testatore alienare prohibitus, & tamen fideicommissum possit in perpetuum durare, vt de se patet. Laus Deo.

Soc. Nepos, Paduę legens 1542.

C A S V S.

Mortuo do. Hieronymo de Columba notario Mantuano fuit publicatum quoddam assertum eius testamentum per quendam notarium dominum Fulgentium Gramineum dicentem se de eo fuisse rogatum pręsentibus, & rogatis septẽ testib. quorum nomina in dicto asserto testamẽto sunt descripta, & asseritur istud testamentum manu propria dicti dom. Hieronymi scriptum, & subscriptum fuisse cum appositione illius signi, quo ipse utebatur in publicis instrumentis, de quibus ipse rogabatur.

Et in hoc asserto testamento reperiuntur institutæ hęredes moniales S, Barnabæ, seu de la Misericordia.

Testes omnes in d. asserto testamento descripti (uno excepto, qui iam decesserat) in eorum examine fatentur se fuisse pręsentes testamento condito per dictum domi Hieronymũ & de quo fuit rogatus dom. Fulgentius prędictus, sed cõcorditer dicunt, q in tali testamento fuit institutus hęres vniuersalis magnificus eques domi. Anselmus Beccagutus nobilis Mantuanus ipsius testatoris sanguine coniunctus: est. n. filius do. Alexii nepotis dicti testatoris ex sorore utriusque coniuncta, & hoc idẽ attestantur duo alii testes, qui etiam fuerunt pręsentes, licet non fuerint pro testib. in testamento descripti.

Quibus sic stantib. orta est cõtrouersia inter prędictas moniales, & Equitem pręedictum, & fuit factus magnus processus, & multa fuerint hincinde allegata, & deducta, & super eis et plures testes fuerunt examinati, prout ex processu constare potest, cuius copia uirtualiter suscepta transmittitur.

Et inter cętera fuerunt electi comparatores literarũ, qui retulerunt, eis uideri assertum publicatum testamentũ scriptum manu dicti dom. Hieronymi.

Istis ita stantib, dubitabatur, quis debeat esse hęres, an magnificus Eques pręedictus, ut testes omnes asserũt, an moniales prædictæ, prout in asserto testamento legitur, & quæritur consilium pro iustitia, & ueritate.

S V M M AE.

De testõ per notarium publicato uti scripto manu testatoris coram certis testib. si omnes testes contradicunt asserẽtes alium fuisse institutum quàm dicat notarius, quid iuris.

Et de auctẽ. quod sine. C. de testam. & quando possit habere locum fauore piæ causæ.

Et an procedat, quando per testes probatur aliud fuisse dictum, quàm sit scriptum,

1 *Ferro viam aperit, qui per contraria transit.*
2 *Corrigere seipsum incontinenti non præsumitur.*
3 *Testamentum posterius priori derogat.*
4 *Voluntas testatoris vsque ad mortem ambulatoria est.*
5 *Falsum committitur, cum veritas immutatur.*
6 *Bonus quilibet præsumitur. & infr. nu. 32.*
7 *Testamentum per literarum comparationem probatum esse de manu testatoris valere debet.*
Limita vt infr. nu. 91,
8 *Argumentũ a sufficienti partium numeratione sumptum ualet.*
9 *Lex præsumit contra testes pauperes. vide infr. nu. 39.*
10 *Testes pauperes qui dicantur.*
11 *Testes variantes de falso notandi sunt.*
12 *Testes ob uarietatem, an repellantur, & infr. nu. 44. & 45.*
13 *Testes omni exceptione maiores in testamentis requiruntur, vide infr. nu. 50.*
14 *Instrumentũ publicũ dicitur ueritas apparẽs, et probatio probata Limita ut infr. nu. 62,*
15 *Præsumptio triplex in instrumento publico concurrit.*
16 *Probatio quæ fit per literarum comparationem sufficiens dicitur, uide infr. nu. 96.*
17 *Testamentum manu testatoris scriptum an valeat, licet in eo non reperiantur testes, aut alia solennitas deficiat.*
18 *Fauor maior piæ causæ debetur, quàm filijs, quãdo nõ agitur de legitima filijs iure naturæ debita. vide infr. nu. 83.*
19 *Auc. quòd sine. C. de testam. an fauore piæ causæ procedat, & infr. nu. 66. 71. & 73.*
20 *Moriens si per uerba enunciatiua dixerit, quòd bona sua relinquat loco pio, talis dispositio effectum habere debet, uide infr. nu. 98. & 99.*
21 *Testator si inter viuos in aliquo instrumento vocet aliquos hæredes suos, an in eos hæreditatem conferre videatur, vide infr. nu. 101. 103. & 105.*
22 *Voluntas dubia an declaretur, si testator dum uiuebat inter loquendum dixit, quòd volebat alicui bona sua relinquere, & infr. nu. 106. & 108.*
23 *Pars religioni fautrix in dubio semper eligi debet, uide infr. nu. 109. & 112.*
24 *Sententia, uel probationes plures si inter se repugnent, illa, quæ piæ causæ fauet, præualere debet. uide infr. nu. 114.*
25 *Testes numero sufficientes si aliquẽ testatum fuisse deponant, si aliud non obstet, testamentum sufficienter probatum dicitur, licet non inueniatur de eo scriptura.*
26 *Testamentum nuncupatiuum sine scriptura fit.*
27 *Testes septem in testamento sufficiunt.*
28 *Statutum simpliciter loquens simpliciter intelligi debet.*
29 *Statutum si non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
30 *Testes duo sufficiunt ad probandũ solennitates in testamento interuenisse, puta debitus numerus testium. & infr. nu. 107.*
31 *Testamenti ualiditas iure directo fideicommissum, & uim clausula codicillaris tollit.*
32 *Testes quilibet dicitur idoneus, nisi reperiatur prohibitus.*
33 *Testes pauperes non sunt a testimonio repellendi, si ex alio sunt iuridici, probatæ fidei, & bonæ famæ, & infr. nu. 36.*
34 *Paupertas non dicitur de genere malorum, nec per illam quis à testimonio repelli debet.*
35 *Idoneitas in teste versatur in fide, & non in diuitijs.*
37 *Testibus nobilibus magis credendum est, quàm ignobilibus.*
38 *Causa matrimonialis dicitur grauis, & criminali æquiparatur.*
40 *Præsumptio mala per famam bonam tollitur.*
Fama bona est hominis thesaurus inæstimabilis, & iocundus, & sicut lilium dat odorem suauitatis.
41 *Fama bona purgat indicium, quod est contra aliquem, apud quẽ res furata reperitur.*
42 *Fama bona in dubio malæ famæ præfertur.*
43 *Testes rogati, & à testatore approbati ex qualitate suæ personæ reprobari non possunt, sed eis adhibẽda est fides, si a l. expresse non reprobentur, & infra nu. 52.*
44 *Testium varietas in circunstantijs extrinsecis non nocet, dũmodo in rei substantia concordent.*
45 *Testes sufficit, quòd concordent in facto principali, in quo est substantia negocij, & super quo litigatur.*
46 *Testes concordes circa hæredis institutionem probant, licet in alijs variare videantur,*
47 *Testes si concordant circa testamẽti confectionem, probãt, licet aliqui dicant, fuisse legatũ factũ, & aliqui quòd nõ recordãtur.*
48 *Varietas testium, quando est concordabilis, non vitiat.*
49 *Testis vnus si plus dicat, & alius minus, non faciunt, quin legitimè dicantur probata ea, in quibus concordant.*
51 *Testes omni exceptione esse maiores probare non est opus.*
53 *Testium numerus supplet, ubi aliquid desit.*
54 *Testi de facto proprio testificanti maximè cum tormentis stari debet, cum nemo melius veritatem nesciat.*

55 Iura

55 *Iura quilibet scire præsumitur.*
56 *Testamentum scriptum non secundùm stilum solitum Notarij, falsum præsumitur.*
57 *Literæ apostolicæ falsæ reputantur, si stilus, & consuetudo sedis illius non reperiatur.*
58 *Comparatio literarum, quę de scripturis notariorum fit, fieri debet non solùm in scriptura, sed etiam in stilo.*
59 *Subtilitas illa commendatur, quæ ad fraudis exclusionem tēdit.*
60 *Comparatio de scriptura multis fit modis. puta per formam scripturæ, tractus, & signa, quibus quis in ea vti solet.*
61 *Falsitatis suspitio pro falsitate habetur, maximè in causa ciuili.*
63 *Instrumentum publicum per testes reprobari potest.*
64 *Testamētum aliquod valere non potest à quocunque factū absq; duobus testibus ad minus, etiā si manu testatoris factum esset.*
65 *Decedere nemo potest cum duobus testamentis.*
67 *Patris scriptura inter liberos licet non sit solennis, fidem facit.*
68 *Testamentum inter liberos, & testamentum ad pias causas an à pari procedant.*
69 *In testamento ad pias causas duo ad minus testes requiruntur, & si sit scriptum manu testato. licet secus inter liberos, & infrà nu. 72.*
70 *Argumentum de filijs ad pias causas an valeat.*
74 *In iudicando à communi opinione recedendum non est.*
75 *Iudicans contra communem opinionem litem suam facit. Limita vt ibidem*
76 *Filij simpliciter quā pia cā sūt fauorabiliores, vide infrà. n. 82.*
77 *Fauor filiorū magis considerandus, quàm ecclesiæ, & pauperum Christi tam naturali ratione, quàm iure ciuili, & canonico.*
78 *Filij in successionibus sunt ipsi Deo præferendi.*
79 *Iura minus fauēt piæ causæ in vltimis volūtatibus, quàm liberis. Nominatio filij aut hæredis in actu inter viuos hæreditatem tribuit, secus in pia causa.*
80 *Anima licet sit corpori præferenda, non tamen pia causa filijs est præferenda.*
81 *Causa filiorum est magis priuilegiata, quàm fauor piæ causę.*
84 *Solennitatis testamenti imperfectio quare in testamentis toleratur.*
85 *Testamentum imperfectum inter liberos, puta sine testib. non procedit, si filij inæqualiter sunt instituti, maximè si notabilis est inæqualitas.*
86 *Ratione cessante dispositio cessat.*
87 *Auct. quod sine. C. de test. an habeat locum, si filij sint inæqualiter instituti.*
88 *Auc. quod sine. quomodo procedat.*
89 *Legis intentio semper fuit uoluntatem defunctorum perquirere, & inuentam seruare.*
90 *Lex in ultimis uolantatibus pedetentim defunctorum uoluntatē perquirit, sicut uenator leporem.*
92 *Instrumentum publicum fidem perdit, si aliqui ex testib. instrumentarijs illi contradicunt, etiam si sit unus solus testis.*
93 *Inducta ad augmentum diminutionem non operantur. Testtor nō censetur elegere viā ad suam voluntatē impugnādā.*
94 *Volūtas nō dicitur perfecta etiam inter liberos, nec ad pias causas, quando quis vult suam voluntatem publicari, & solennizari coram testibus, antequam illa fiat.*
95 *Ad inualidādum actum plus est, quòd testes contradicant, quàm si non reperiantur.*
97 *Auc. quòd sine. C. de test. loquitur in testamēto in scriptis, & nō in nuncupatiuo.*
98 *Verba enunciatiua iuris præsumptionem inducunt, cui standum est, nisi contrarium probetur.*
100 *Testamentum ad alterius interrogationem factum ab infirmo, quando non procedat.*
102 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.*
104 *Actus cōtrahēdi realiter, & essentialiter differt ab actu testādi. Et per actum inter viuos quis hæres fieri non potest.*
110 *L. sunt personæ. ff. de religio. & sumpti. fune. hic declaratur.*
111 *L. antepenulti. ff. de manumis. & l. in antiquis ff. de iure dotium. quomodo loquantur.*
Libertas et dos sunt fauorabiles sicut matrimoniū et testamētū
Ecclesiæ non sumus ita debitores, vt alijs iniustitiā faciamus.

CONSILIVM CLXXXIX.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.



FATEOR ingenuè, me diu fuisse ancipitem sup resolutione p̄sētis cōsultationis. Etenim modò hinc, modò illinc animus trahebatur, & ob eā causam vltra solitas preces Deo summo porrectas, particulariter eius maiestatē, sum precatus, vt in hac difficultate, quæ quidem scabrosissima videtur, veritatem in ore meo ponat. Et ita eius benignitate, ni fallor, sum consequutus, vt infra dicēdis apparebit. Scabrositas autē, & difficultas maxima ex eo præsertim esse videbatur, quoniā in hoc casu videtur necessariū, q alterū trium, nō credibilium verosimiliter de bonis viris, interuenerit. Etenim necessariū est, vel q testes oēs deponentes de institutione Magnifici do. Equitis Beccagutis falsi sint, & mētiātur. Vel secundò, q ipse testtōr post cōditū testm̄ & testib. declaratū de manib. notarij absentib. testib. susceperit illud, & aliā scripturā similiter ppria manu factā notario dederit, quā postea ipse publicauit. Vel tertiò, q ipse notarius falsificauerit testm̄ aliud scribēdo, aut scribi faciēdo literis, & caracterib. similib. illis, qbus p̄dictus testtōr vtebatur, & ita cōparatores decepti fuerint, dū retulerūt publicatū testamētū sibi videri scriptū fuisse manu ipsius testtōris. Quid autem horū triū sit dicēdū saltē p̄sumptiuè ex infra dicēdis apparebit.
1 Et pro maiori demōstratione veritatis arguā ad partes, † quia vt dici solet, ferro viā aperit, q p cōtraria trāsit, prout scribit Bal. in l. precibus. in 7. col. C. de impu. & alijs substi. Vr itaq; prima facie primū ex his trib. posse dici, seu p̄sumi, & non secundū aut tertiū. Id. n. qd secūdo loco dicebatur, nō vr habere colorē aliquē, nam si testator voluisset facere hæredē Equitem Beccagutum, ad quid dedisset postea notario scripturam tali suæ volūtati repugnātem, certè non videtur posse considerari; quia nemo præsumitur incōtinēti seipsum corrigere,
2 & sibi contradicere. l. non ad ea, & ibi per doc. ff. de condi. & demon. Et si p cōtrariū noluisset, prędictū Equitē esse suum hæredē, quis cogebat eū ad illum instituendū: cum nō esset p̄
3 sens, nec quicquā de tali testamento cōcludendo sciret. † Pręterea ēt post factum testm̄ in eius fauorē in arbitrio ipsius testatoris erat illud reuocare, & p̄dictas moniales instituere, si eas voluisset esse suas hæredes. §. posteriore. institu. quib. mo.
4 test. ifirm. † cū ambulatoria sit testatoris volūtas vsq; ad mortem, l. 4. ff. de adimen. lega. l. 1. C. de sacrosan. Ecc. cum similibus. Accedat, quia non posset istud dici absq; nota, & errore, seu crimine ipsius notarij, qui ausus esset publicare, pro testō
5 aliā scripturā, quā illā, de qua fuerat rogatus, † videretur. n. de falso notario posse dici cū ex eo veritatē quæsiuisset imutare, iux. tex. in auc. de istr. cau. & fide. in pri. facit l. quid sit falsū. ff. ad legē Cor. de falsis, & l. eū q. C. eo. ti. cū multis si. hoc aūt de ipso notario nō videtur dicēdū: quia de eius bona fama vi
6 detur facta probatio. † Et in dubio quilibet p̄sumitur bonus c. si. de præsump. & c. vnico. de scrut. in ordi. fac. facit l. meritò. ff. p. socio, & l. non oēs. §. à barbaris. ff. de re mil. Similiter tertiū supra positū non vr dicendū; tum ratione prædicta. s.
7 quia de bono notario falsitas pręsumi non debet, † tū ēt quia videtur impossibile, stante q publicatū testm̄ dicatur scriptū manu testtōris, prout videtur probatum p comparationem literarum, quę videtur sufficere ad probādum testamentū, & illud sic p cōparationē probatum debet valere, iuxta notabilē doctrinā Bar. Cur. Imo. & do. mei Soc. in l. si ita scripsero. ff. de cōdi. & demon. q do. meus Soc. idē voluit in cōs. 142. Reuerēde pater. mihi 3. col. vec. 2. principaliter. 1. vol. repetito nu. 173. 2. vol. & ita nouissimè firmat hanc doctr. allegādo insignis Mod. do. Ludo. Gozadi. in consi. 3. In causa mihi trāsmissa. 3. & 4. col. Si igitur nec secūdū, nec tertiū videmr posse dici, aut pręsumi, videtur posse cōcludi, primū dicēdum vi
8 deri, † sumpto arg. à partib. sufficienter enumeratis, quod in iure validum est, institu. de his q sunt sui, vel alie. iur. in prin. & l. patre furioso. vbi Bart. & alij notār. ff. eod. tit. & c. cum dilectus. vbi notat Abbas, de iure patronatus, cum similibus.

Sic ergo videtur, ꝙ prædicti testes dicantur falsi; vt in pri-
mo ex tribus alternatis dicebatur. Et hoc eo maximè dicen
dũ videtur; quia (vt ego audio) sunt personæ pauperes, & ru-
sticanæ, & de quibus videtur posse præsumi, vt præmio ad
9 falsitatem deponendã fuerint inducti. † Hinc est, ꝙ Specula
tor in titulo de testibus in §. 1. versicu. itē ꝙ est pauper, dicit
contra testes sæpe excipitur de eorũ paupertate: eo quoniam
contra eos videtur lex præsumere, vt quarta, quæstio. tertia. §.
item testium. & ibi glo. notat, &c. prohibentur, secunda quæ
stio. prima. facit auctẽn, sed cũ testator. prope finē. & in cor-
pore vnde sumitur. C. ad l. falcidiam, & §. sancimus. in au-
10 ctēn. de testibus, cũ similibus. † Et videntur in casu nostro si
ne dubio pauperes, cũ non habeant tantũ in bonis, quanti est
lis, super qua deponunt, iuxta gl. in versi. substantiam. in §. si
verò. in auctẽn. de hæredi. & falcidia, quę singulariter vult
quòd tali casu testes non sint idonei propter paupertatem.
11 † Accedat, ꝙ inter prędictos testes videtur variatio, seu cõ
trarietas quædã nedum de teste vno ad alios, sed ad seipsum,
meritò ergo videntur repellendi, & crimine falsi notandi. l.
eos. in princip. ff. ad legem Corneliam. de falsis, & l. qui falsa.
12 ff. de testibus. † & ꝙ varietas repellat testes, est glossa in ver-
siculo vacillasse. in c. cum ecclesia. de causa possess. & propri.
Et si dicatur contra prædicta, ꝙ immo paupertas sola non
repellit testes, & ꝙ varietas, vel contrarietas, quæ inter testes
isto casu potest considerari, non est in substantialibus, nec ta
lis, quę testes repellere debeat, vt vtrunque infra ostendetur;
non tamen videtur posse negari, quin aliquo modo fides eo-
rum testium ex prædictis debilitetur, propter quod videtur
ꝙ non sint admittendi ad reprobationē publici instrumenti
13 de prædicto testamento exhibiti; † cũ tunc requirãtur testes
idonei, & omni exceptione maiores, vt in l. optimã, & ibi tra-
dunt doctores. C. de cõtrahenda, & committenda stipulatio
ne, & in §. item verborũ: iuncta gloss. in versicu. idoneos, in-
stitu. de inuti. stipulatio. cum concordantibus, vt per Alexan
drum in consilio 53. in causa, & lite. post principiũ, sub nu-
mero secundo, libro septimo. & tradit Felyn. alios allegãs in
c. cum Ioannes. decimaquarta columna, versic. quintò decla-
ra. de fide instrumen. Si igitur testes prędicti tanquam falsa-
rij, aut alia quacunque ratione sunt repellēdi, vt ex prædictia
videtur ostensum, sequitur, ꝙ instrumentum testamēti p no
tarium publicatum in fauorem prędictarum monialium re-
manebit absque aliqua contradictione validũ, & istud sit pri
mum fundamentum, quod fieri potest pro dictis monialibus,
& quod primo aspectu me in earum fauorem trahebat.
14 † Pro quibus, & secundò facit: quia instrumentũ publicũ
dicitur veritas apparens, & probatio ꝓbata, & disceptatione
fori nõ indiget, & ideo ei standum videtur, vt inquit Bald. in
l. imperator. prima colum. in prima lectura. ff. de stat. homi.
quod etiam voluit in consi. 179. ad euidentiam, in fine, secũ
do volum. & in consil. trigesimonono, proponitur, & consil.
43. standum est, tertio volum. Paulus de Cast. in consi. 168.
super dubio, in fine, idest in subscriptione, primo volu. secũ
dùm nouam impressionem, Abba. in c. cũ dilecti. in primo
notab. de donatio. & pro hoc allegatur tex. in l. cũ precibus,
& ibi tradunt doctores. C. de probati. cum concordantibus,
vt per Iaso. in consi. 124. factum sic se habet. prima colum.
primo vol. & in consi. 137. in causa, & lite, 3. colum. 4. volu.
& per Deci. in cons. 36. & pro tenui facultate. prima colum.
ver. sed tamen prædictis non obstantibus, & per Curtium
iuniorem in consil. 64. præsupponitur in facto. 3. colum. &
plures allegãdo ita firmat Hippoly. in rubri. C. de probatio.
15 secunda colum. † Quinimmo cũ instrumento publico con-
currit triplex præsumptio, scilicet veritatis, solennitatis, &
ꝙ de eo a partibus notarius fuerit rogatus, vt declarat Bal. in
d. consi. 39. Cum ergo in proposito in fauorem monialium
ostendatur publicum instrumentum, ei standum videtur tã-
quam veritatem apparentem continenti. Tertiò facit:
quia etiam vbi prædicta cessarent, non tamen videtur posse
negari testamentum istud, quod publicatum fuit, esse scri-
ptũ propria manu prædicti d. Hieronymi testatoris; vt in eo
asseritur, & videtur probatum per comparationem litera-
rũ, etenim (vt in puncto dicitur) electi comparatores sic retu
16 lerunt, † & probatio, quæ fit p comparationem, videtur suf-
ficiens, regulariter loquendo per ea, quæ tradunt doct. per il-
lum tex. in l. comparationes. C. de fide instru. & dixit Imo.
in l. si ita scripsero. ff. de conditio. & demon. tradit Alexan.
in consi. 239. ponderatis his. 2. colum. sub nume. 2. libro 6.
vbi refert, & sequitur Imo. in d. l. si ita scripsero, vt per eum,
qui idem dixit in consi. 58. in causa mota. post princ. in con-
sil. 114. visa scriptura testamenti. sub nu. 4. & in consi. 174.
viso processu causæ. 3. col. sub nu. 6. lib. 7. & ꝙ comparatio
literarum sit attendenda, voluit etiã And. Barb. in cons. 57.
omnipotentem, & immortalem Deum. in fi. libr. 4. patruus,
& dominus meus Soc. in consi. 173. reuerende pater. secun-
da colũ. versi. secundò principaliter, secundo volu. & Ludo.
17 Gozadinus in dicto consil. 3. 3. & 4. colu. † Et stante hoc
ꝙ dicatur illud testamentum scriptum manu d. Hieronymi
videtur inferendum, ꝙ debeat obseruari, etiam quòd in eo
nõ reperirentur testes, aut alia solennitas deficere, arg. auctē.
quod sine. C. de testamen. Et licet ille text. loquatur quando
dispositio paterna erat inter filios; tamen videtur idem dicē-
dum in casu nostro fauore istarum monialium; cũ dispositio
ad earum commodum, facta dicatur facta ad pias causas, vt
est notum, & aliàs soleat dici, idem iudicandum esse fauora-
biliter de dispositione ad pias causas, qđ de dispositione in-
18 ter liberos, † Immo plus fauori piæ causæ debetur, quàm
filijs, quando non agitur de legitima filijs iure naturę, seu na
turali ratione debita: vt per Felyn. in c. in præsentia. col. 21.
de probat. & per Deci. in consil. 426. duobus dubijs, secunda
colum. versi. ad hoc etiam respondetur, vbi plures allegat,
& dicit hanc esse communem opinio. vnde cum hic nõ aga-
tur de legitima filiorũ, immo nec de ipsis filijs, videtur, ꝙ di
spositio dictę auctenti. habeat locum fauore d. monialium.
19 † Et in specie, quòd dispositio dictę auctẽn. quod sine. proce-
dat etiam fauore piæ causę, & sic in proposito nostro fauore
monialium, videtur firmare Alex. in cõs. 4. attentis narratis.
3. colum. versic. accedit ad sustinendam, lib. 7. & videtur sen-
tire Ias. in consi. 61. factum sic se habet ad finem. primo vol.
20 † Quartò pro prædictis monialibus videtur vrgere c. fin.
extra de success. ab intesta. quatenus ibi firmatur, quòd quan-
do agens in extremis per verba etiam enunciatiua dixerit, ꝙ
bona sua reliquerat pio loco; si aliud in contrarium non ap-
pareat, creditur sic fuisse dispositũ, & talis dispositio sic præ-
sumpta debet habere effectum. Sed prędictus d. Hieronymus
existēs infirmus (& ita ꝙ paucis diebus post decessit) dixit, ꝙ
fecerat suas hæredes moniales ꝓdictas, vt aliqui testes depo-
21 nunt, ergo sic videtur seruandum. † Quintò facit; quia ipse
do. Hieronymus dum viueret, & in actibus viuentiũ videtur
prædictas moniales vocasse suas hæredes, videlicet in quodã
instrumēto inter se, & quosdam fratres sanctæ Mariæ, in ver
sic. le mie herede, quo posito videtur posse dici, quòd in di-
ctas moniales, velut in piam causam dicatur contulisse suam
hæreditatem, iuxta doctri. Bar. in l. tale pactũ. in fi. ff. de pec.
quam dicit notandã Roma. in auctẽn. similiter. C. ad l. falci.
in 5. col. in sexto speciali pię causæ circa contractus; quæ for
te in practica seruaretur propter auctoritatem Bart. quia se-
22 cundùm eum non habet contradictorem. † Demum videtur
& prædicta opinio suaderi ex magna affectione, quã d. Hiero
nymus videtur habuisse ad dictas moniales, prout multi te-
stes videntur deponere, & maximè quia plerique testes etiã
deponunt, quòd ille interloquendum sæpe dicebat, ꝙ vole-
bat bona sua relinquere prædictis monialibus, & similia ver-
ba amorem in ipsas demonstrantia. Ex quibus verbis, vel ex
tali affectione per ea demõstrata videtur, ꝙ possit argui nũc
ad decisionem prę̨sentis consultationis; nam cũ tota pēdeat
ex eo, ꝙ ipse voluerit, & illud videatur dubiũ, videtur, ꝙ in hac
dubietate sit capienda pars in fauorem dictarũ monialiũ, vt
sic in dubio pręsumatur do. Hieronymus sic voluisse: cũ vo-
luntas dubia ex similibus soleat declarari, iuxta doc. Bar. in l.
3. col. pen. versi. quęro ex quibus præsumatur ista voluntas.
ff. de vulg. & pup. quē sequitur Alexã. in consi. 100. visa parte
testamenti. 2. col. ad fi. sub nu. 11. lib. 4. cum multis concor-
dan.

dan,vt per Iaſ.in d.l.2. Et nouiſſimè prædictis omnibus ac-
23 cedit;†quia ſemper in dubio debet eligi pars,quæ religioni.
& piæ cauſę fauet,pro quo vulgò allegatur.l.ſunt perſonę.ff.
de relig.& ſup.fune. cum concordantibus,vt ſcribit Alexan.
in conſil.204.perſpectis verbis.3.colu.ſub nu.17.lib.6.qui
dixit in conſ.190.plura narrata ſunt.in fi.eo.li.& dixit Cur.
iunior in conſ.35.dominus Benedictus.3.colum.ad fin. Ad
qđ facit,qđ inquit Rom.in auc.ſimiliter,ꝑallegata, in primo
24 & ſecūdo ſpeciali pię cauſę circa iudicia,†dū dicit,ꝙ ex plu-
ribus probationibus, vel ſententijs repugnantibus illa debet
præualere,quæ fauet piæ cauſæ, vt per eum. Hæc ſunt quæ
diu me dubium reddebant,& quæ in fauorē prędictarū mo-
nialium animū meum trahere videbantur in prima conſide-
ratione. Verum tamen eis minimè obſtantib.maturius om-
nia cōſiderando,quæ in facto præſupponuntur, & ſimul etiā
iuris diſpoſitionē contrariam ſententiam vti veriorē,& qui-
dem intrepidè amplector, concludendo teſtamētum illud de
bere attendi,quòd per multos teſtes cōcorditer deponitur in
fauorem magnifici dn. Equitis de Beccaguttis, & conſequen-
ter puto neceſſarium eſſe,ꝙ ex iſtis tribus,de quibus ſupra in
princip.ſecundum,aut tertium verum ſit.Primum autē nul-
lo modo puto dici poſſe,vt ex infra dicendis apparebit. Et
primò pro fundamento noſtræ concluſionis præſuppono il-
25 lud,quod in iure clariſſimum eſt,†videlicet quòd ſi teſtes nu
mero ſufficienti deponunt,aliquem teſtatū fuiſſe,& certū fe-
ciſſe hæredem , ſi aliud non obſtat , dicitur ſufficienter pro-
batum teſtamētum illius, & debet obſeruari,licet de eo nul-
la ſcriptura inueniatur,vt eſt gl.& ibi tradunt doct.in l.ſecū-
26 da.C.de teſta.maximè Ale. ibi poſt prin.& Moder.†dicetur
enim tunc teſtamētum nuncupatiuū , quod ſine ſcriptura ali
qua fieri poteſt.l.hac conſultiſſima. §.per nuncupationem.&
l.in teſtamentis.C.de teſtamen.& inſti.eod.§.fin.& in dictis
27 locis tradunt doctores . † Et ſufficiens numerus teſtium eſt
de ſeptem,ſecūdùm ius commune,vt d.§.per nuncupationē,
cum ſimilib.modò allega. Sed ſecundùm formam ſtatuti Mā
tuani ſufficerent quinque,quando teſtamentum eſſet factum
in comitatu ciuitatis Mantuanę, vnde cum in caſu præſenti
fuerit factum teſtamentū in comitatu dictę ciuitatis,ſuffice-
ret ꝙ voluntas prædicti dn.Hieronymi teſtatoris probaretur
per quinque teſtes, iuxta formam dicta ſtatuti.Et licet creden
dum ſit,ꝙ dictum ſtatutum fuerit motū,; quia veroſimiliter
in comitatu non habetur in copia hominum ſicut in ciuita-
te;tamen non debet tale ſtatutum reſtringi , vt ſolùm proce-
dat,quando in loco verè hominum copia haberi non poſſit ,
cum ſimpliciter loquatur,& ex qualitate loci ſtatuentes mo-
ti fuerint. Nec tunc ob.l.fina.C.de teſta. quia illa l. ſeipſam
declarat,& reſtringit ad loca, & ad caſus,in quibus non inue-
28 niantur ſeptem teſtes.† At in ſtatuto noſtro ſimpliciter dici
tur,ꝙ in comitatu ſufficiant quinque teſtes,ergo ſimpliciter
debet intelligi,ſiue de facto poſſint plures reperiri, ſiue non.
l.ſi plures,ff.de lega.3.& l.item apud.§. generaliter, ff. de in-
29 iur.cum vulgaribus.† Cum enim ſtatutum talem diſtinctio
nem non faciat, nec nos eam facere debemus,l. 3. in fi.ff. de
offic.præſid.l.de precio.ff.de publicia.cum ſimilibus. ſed qa
hoc reputo clariſſimum,ſuper eo vltra non inſiſto . Et maxi-
mè quia tali ſtatuto parum indigemus , vt modò patebit . Et
præterea ſuper hoc plenè ſcripſit clariſsimus, & excellentiſ-
ſimus aduocatus do.Traianus Delphinus mihi vti frater ho
norandus,& olim acutiſsimus , & chariſsimis diſcipulus in
ſuis copioſis,& ſubtiliſsimis allegationibus, dum reſpondet
ad regulam ,qua dicitur,ſtatuta debere intelligi ſecūdùm ius
commune.† Dico itaq; ſtantibus prædictis ; ꝙ in occurrenti
caſu teſtamentum prædicti dn.Hieronymi in fauorē magni-
fici Equitis probatur nedū per quinque teſtes, prout ſuffice-
ret,ſed etiam per ſeptem,& vltra,ergo concludendū eſt,præ
dictum teſtamentum ſic per tot teſtes probatum , & declara
tum omnino eſſe ſeruādū, etiam ꝙ de eo ſcriptura non repe
riatur,& omnino præualere debet ſcripturæ, quæ pro publico te
ſtamento exhibetur in fauorem dictarum monialium , quæ
nullo mō poteſt in caſu noſtro habere vim,& effectū teſtamē
ti.Sed de ea dici debet ſecundum, aut tertium ex illis tribus
quorū alterū dixi ſupra in pri.neceſſario dicēdū eſſe,vt infra
clarius oſtendetur.Et licet teſtes prædicti,qui ſunt num.8.re-
ctè deponāt de volūtate teſtōris circa hęredis inſtitutionē,&
omnes ſint in hoc concordes,& etiam videantur rectè depo
nere. Tamē ſi non ita omnes deponerent de ſolennitate teſta
menti, puta quòd teſtes ipſi fuerint rogati, vel quid ſimile,
30 †ſciendum eſt, quòd ad huiuſmodi ſolennitates probandas,
& ꝙ teſtamentum fuerit coram legitimo numero teſtium fa-
ctum,ſufficiunt duo tantùm teſtes, iuxta tradita per Cy. Bal.
Saly.& alios in l.teſtiū. C.de teſt.cū concordan.vt ſcribit ita
firmando Iaſ.in conſil.42.factum quæſtionis, & controuer-
ſiæ in ſecundo fundamento,primo volu.& in l.2.3.&4.col-
lum, C.de bonu.poſſ.ſecundùm tab.cum multis alijs,qui ad
hoc allegari poſſent . Iſtis omnibus bene conſideratis , &
ſtantibus in iure veris,reſultat ex eis clara,& aperta cōcluſio
in fauorem magnifici Equitis,vt ſcilicet ille dicatur vniuer-
ſaliter fuiſſe inſtitutus hæres ꝑ dictum do. Hieronymum in
teſtamēto ſuo, iuxta depoſitionem prædictorum 8.teſtium ,
& cōſequenter,quòd dictus Eques ad omnia bona d.do.Hie-
ronymi iure directo tanquam verus hæres admitti debet, ex
quo apparet,non eſſe diſputandum de fideicommiſſo,nec de
clauſula codicillari,hoc eſt,an ſaltem do.Equiti debeatur hę
reditas per fideicōmiſſum,ſaltē ex clauſula codicillari, & an
31 illa cenſeatur appoſita ; quia validitas teſtamenti iure dire-
cto tollit fideicommiſſum,& vim illius clauſulę.l.fina. C.de
codi.com ſimilibus.Et ſi quis(ſuperfluè tamen) de his vellet
diſſerere, videat per prędictum excellentiſſi.aduocatū in prę
dictis allegationibus,qui ſapiēter, & iuridicè etiā ſuper hoc
loquitur, ad quem ego me remitto;quia nō placet ſuper inu-
tilibus immorari . Et concluſio prædicta de plano, & om-
nibus conſentientib.procedet,ſi ab his, quę ſupra in contra-
riū deducta fuerūt , iuridicè defendetur,in quo ſtat tota dif-
ficultas pręſentis conſultationis.Quare vt illud fiat,ad allega
ta in contrarium vt infra reſpōdendum puto,& (ni fallor) ſa
tis clarè,& cū ſumma iuſtitia,nō ſequendo in totum ordinē
quo deducta fuerunt,incipiam ab his,quæ contra teſtes præ-
dictos allegabantur. Et in primis dum dicebatur,eos eſſe fal-
32 ſos,iſtud abſolutè negatur; † tum quia quilibet præſumitur
bonus,& fidelis,niſi cōtrarium probetur, & etiā ſupra dictū
fuit, & in ſpecie quilibet dicit idoneus teſtis, niſi reperiatur
prohibitus.l.1.ff. de teſti.& dixit Alex.in conſi.156.viſo pro
ceſſu cauſæ.3.colum. ver. ſecundò reſpondeo.lib.5. tum etiā
quia ipſorum teſtiū probata ē bona fama, & ꝙ inter ruſticos
reputantur boni, & legales viri , & abſque nota aliqua crimi-
nis.Non obſtat,ꝙ ſint pauperes,& ruſtici, prout ſupra in con
33 trarium allegabatur; †quia reſpondetur, quòd ex eo nō ſunt
repellendi a teſtimonio,ſi ex alio ſunt veridici,& probatæ fi-
34 dei,& bonæ famæ,prout de iſtis probatum fuit;†nā pauper-
tas non dicitur de genere malorum,nec propter illam à teſti
monio quis debet repelli,alioquin plures sāctiſſimi homines
nihil proprium habētes repellerētur , & ita dixit Speculator
in dicto ver.item ꝙ eſt pauper.allegato in contrarium,volēs
in effectu,quòd ſola paupertas non repellat quem à teſtimo-
nio,ſi ſit probatæ vitæ,& bonæ famæ, & iſtud ratione ſuade-
35 tur ; quia idoneitas in teſte verſatur in fide, non in diuitijs.
& ita arguebant Iac.Balduinus,& Albericus in l.3.in princ.
ff.de teſti.prout refert, & ſequitur alius Alberic.in tracta.de
teſtib.ſub rub. quādo repelluntur teſtes ratione defectus per
36 ſonæ, ſub nu.14. † Et quòd paupertas ſola non repellat à te-
ſtimonio, firmat etiam Lanfranc.de Oriano in tract.depoſi-
tionis teſtium , ſeu de teſtibus, mihi in 23.colum.verſi.num-
quid pauper. dicēs verum eſſe,quòd neque ratione pauperta-
tis,neque ignobilitatis,& ſic ruſticitatis debet quis à teſtimo
37 nio repelli, †licet ſi concurrant cum nobilibus,& diuitibus
data paritate in cęteris,magis ſit nobilibus, & diuitibus cre-
dendum.In caſu autem noſtro non datur iſte concurſus;quia
non ſunt teſtes aliqui deponentes contra iſtos,ergo ipſi licet
pauperes,& ruſtici nō ſunt repellendi. Hanc opi.tenet etiam
Iaſ.in auct.præterea.colum.fina. C.vnde vir, & vxor. & fuit
opinio gl.fina.vt ibi ipſe dicit in c.ſi quis teſtium.extra de te
ſtib. & ibi illam ſequitur Cano.maximè Areti.idem etiā fir-
ma

mat Dec. egregiè in consi. 163. in causa matrimoniali. 4. co-
38 lum. ver. sed ad ista respondetur. † loquens in causa matri-
moniali, quæ dicitur grauis, & solet æquiparari causæ crimi-
nali, vt per eum, qui clarè firmat ex sola paupertate nō repel-
li aliquem a testimonio, & dicit idem tenuisse Alexan. Areti.
& Barb. in locis ibi per eum allegatis, quot gratia breuitatis
non refero. Nec obstat gl. in d. §. si verò absunt. de hæredi. &
& falcidia. in contrarium allegata: quia licet plerique illam
sequantur, tamen non est vera, & reprobatur expresè per Ia-
so. in d. auctē. preterea. & per Dec. in d. cōsi. 163. & plen ius
etiam, & pluribus rationibus reprobat eam Io. Crot. in tra-
39 cta. de testi. in quarta parte. in 7. q. † Non obstat, ꝙ de præ-
sumptione contra pauperes in contrarium dicebatur; quo-
niam respondetur, ꝙ illa sola non sufficit, vt ex prædictis pa-
tet, & maximè quando probata sit bona fama, ut contingit
40 in casu nostro; † quia per eam extinguitur omnis mala pre-
sumptio, secundùm Ang. in l. milites. C. de questio. Est enim
bona fama hominis thesaurus inæstimabilis, & iocundus, &
sicut lilium dat suauitatem odoris, vt inquit Bald. in l. 1. C.
de confess. 5. colum. ver. vnde caueat sibi vnusquisque ab in-
famia. & tradit Franc. Brun. in tracta. de indic. & tortu. in 5.
41 q. primæ partis. † Et adeo probatio bonæ famæ alicuius ope-
ratur, ꝙ purgat indicia contra eū, puta si quis reperiatur ha-
bere rem furto subtractā apud se; nàm licet ex eo sit contra
eum præsumptio, & indicium ad torturā; tamen non sic est,
si probetur de bona fama eius, & ꝙ fuerit inculpatę vitæ, se-
cundùm Bal. & Imo. in l. fina. supra de hæred. instit. & Saly. in
l. fin. col. fina. C. de quæstio. cum multis concordantibus, de
quibus per Hippo. in consi. 72. munda cor meum, colum. fi.
sub nu. 22. & in consi. 74. summi numinis. 4. col. sub nu. 26.
Quinimmo operatur, etiam si contra eum esset ex aduerso
42 probata mala fama, † quia in dubio bona fama pfertur, prout
post Bald. Pet. de Ancha. Abb. & alios per eum relatos, fir-
mat idem Hippo. in l. de minore. §. plurimum. colum. 14.
43 sub nu. 91. ff. de quęstio. † Quid plura dico, quòd ex quo isti
testes dicuntur testamentarij, & a testatore rogati, & sic ap-
probati, non possunt ex qualitate suæ personæ reprobari,
sed eis fides est omnino adhibenda, si expresè a lege non re-
probaretur. ita expresè, & notabiliter dicit Bal. in l. parētes.
C. de testibus, vbi etiam Salyc. idem dicit. arg. l. qui testamen-
to. §. per contrarium. ff. de testamen. vt per eos. Non obstat
etiam, quod de varietate, & contrarietate testiū allegabatur;
quoniam respondetur, ꝙ nihil penitus obstat, nam siue con-
sideretur varietas, quæ est inter vnum testem, & alium vel
alios, siue etiam quę est de vno teste ad seipsum in diuersa de
positione. Dico, quod si rectè quis aduertat, non inueniet cō
trarietatem aliquam, saltem quæ testes repellat, & minus va-
44 rietatem testes nō repellentē, † quā cum isti testes omnino cō
cordēt in eo, de quo agitur, videlicet, ꝙ magnificus Eques
fuit hæres institutus, & sic dicantur concordare in effectu, rei
& substantia testamenti, dicuntur idonei ad illud probandū,
licet apud eos reperiatur aliqua varietas in circunstantijs, &
extrinsecis: illa enim non impedit, quin dicatur rectè proba-
tum illud, de quo principaliter agitur, si circa illud in effectu
concordant, ita videtur velle gloss. & ibi tradunt docto. per
illum tex. in c. nihil obstat. extra de verbor. significa. & in c.
dudum. in glo. super verbo. substantia. de conuer. coniug. &
docto. per illum tex. in l. qui sententiam. ibi, in vnum cōcor-
dantes, conspirantesque rei finem. C. de pœnis. cum simalib.
allegatis per Ias. in l. 2. 5. colum. in versi. secūdò ex doct. Bal.
elicio &c. & in versi. cōfirmo prædictam regulam. C. de bo-
45 no. pos. secundùm tabu. † vbi inter cætera dicit, & firmat suf
ficere, ꝙ testes cōcordent super facto principali in eo, in quo
consistit substantia negocij, & super quo litigatur. Nam licet
postea in alijs discordent, non per hoc censeri debent ita va-
rij, vt repellātur. & subdit, ꝙ illud millies allegatur in causis,
quod etiam in effectu uoluit do. Marianus Soc. auus meus in
consi. 26. ex his quæ in facto. 4. colum. ver. & quamuis ipsi
46 aliqualiter. vbi plures allegat, † vnde cum in casu nostro om
nes isti testes concordent circa institutionē hæredis, de qua
agitur, illam absque dubio dicuntur probare, etiam ꝙ in qui-
busdam alijs videātur in aliquo variare, & ita etiā firmat egre-
giè Alex. loquens de probatione testamenti in consi. 47. abū
de per celeberrimos. secunda col. ver. nunc est vidēdum. lib.
2. & in terminis ferè nostris ita firmat Iaso. in consi. 42. fa-
ctum quæstionis, & controuersiæ. 5. colu. sub nu. 3. libro. 1.
47 † vbi inter cætera dicit, ꝙ si testes cōcordant circa cōfectio
nem testamenti, & circa hæredis institutionem, sed aliqui di-
cunt fuisse factum certum legatum, alij quòd non recordan
tur, dicūtur prędicti testes optimè pbare illud, in quo sunt
concordes, vt per eum, qui subdit, ꝙ illud est pura veritas, si-
cut Deus est Deus, & ibi postea sub nume. 4. plurima adducit
ad corroborationem huius dicti, vt per eū videri potest. Li-
cet igitur in casu nostro aliqui testes dicant, fuisse factum le-
gatum fratribus vno modo, alij alio, item quidam dicant fa-
ctum legatum duabus ancillis, quidam verò ancillæ, & famu-
lo, & præterea quidam dicant iuramentum de non manife-
stando testamentum fuisse delatum per notarium, quidam
verò per testatorem, & quidam dicunt, ꝙ fuit delatum ante
lecturam testamenti, & quidā post, & etiam reperiantur quæ
dam alię diuersitates; tamen ex eis non impeditur legitima
probatio testamenti, & institutionis hęredis de dom. Equite
facta, cum in eis oēs testes sint concordes, & in veritate ego
non credo super hoc probum aliquem virum hæsitaturum,
48 & ideo non curo super eo multùm instare. † Et maximè q̄a
varietates prædictorum testium est concordabilis per multi-
plicationem actus, vel per interpretationem verborum, pu-
ta ante lecturam testamenti, scilicet finitam, & post. s. incę-
ptam, vel in similib. verbis, iuxta doctr. Barto. in l. 2. §. credi
tum. ff. si certum peta. & in l. in insulā. §. 1. ff. solut. matrim.
49 † Item etiam quia vnus testis plus dicendo, & alius minus
non faciunt, quin dicantur legitimè probata ea, in quibus cō
cordant, prout docet dominus meus Soci. in consi. 171. diu
profecto. in 4. colum. versi. confirmatur, nam licet &c. secun
do volum. post Anto. de But. in c. secundo, cum gloss. extra
de regula. prout hæc plenè, & sapienter prosequitur do. aduo
catus in suis allegationibus, qui etiam egregiè, & doctè de-
monstrat non obstare etiam aliquas varietates testium, quæ
videntur considerari de vno teste ad se ipsum eas singulatim
prosequendo, ad quem in hoc gratia breuitatis me remitto;
& etiam quia non puto, ꝙ apud prudentissimos, & excellen-
tissimos iudicare debentes quicquam obstet, quin sit optimè
per prædictos testes probatum testamentum, & hęredis insti
tutio, prout in eis concordant, tam in prima depositione p
eos facta, quàm in secunda. Et vltra dominum aduocatū, ꝙ te
stes, qui sibi ipsis, vel cum alijs varij videntur, multis modis
reducātur ad concordiam, & ꝙ propter eam varietatē dictū
illorum non reprobetur, in quo semper fuerunt constantes,
& concordes, traditur per do. Tyndarum in tract. de test. qua
si per totum, maximè circa fin. & per Io. Crot. in trac. de test.
in 7. parte. in 14. requisito, vbi materiam istam prosequitur
50 per 12. conclusiones. † Demum prædictis testibus non ob-
stat, quòd dicebatur, eos debere esse omni exceptione maio-
res; cum agatur de reprobatione publici instrumenti, vt in
contrarium arguebatur; quoniam respondetur primò, quòd
immo sunt tales: quia quilibet præsumitur talis, & plenè ido
neus, nisi probetur contrarium. c. fi. de pręsum. cum simi. de
quibus per Cur. senior. in cōsi. 55. super processu. 2. col. ver.
51 sed ad ista omnia. † & ideo non est opus articulari, & proba-
re, quòd tales testes sint omni exceptione maiores, & voluit
do. Fran. de Ramponi. in auct. sed cum testatur. C. ad l. falc.
quem refert, & sequitur Fely. in c. cum Io. colum. mihi 14.
in ver. an autem oporteat. de fide instru. & ad istorum testiū
52 paupertatem, & varietatem satis supra responsum est. † Po-
test etiam secundò responderi, ꝙ allegata in contrarium pos
sent procedere in testibus non descriptis in instromēto, sed
in his, qui sunt instrumentarij non sic est: quia eis omnino
creditur, quasi tunc dicatur eorum fides approbata, q̄n fue-
runt pro testibus rogati, prout est de intentione Bar. in l. 1. §.
si quis neget. ff. quemadmo. testam. aper. & ita firmat Cur. se
nior in d. consi. 55. secunda col. vers. secundò respondetur di
cens hoc esse verum, etiam quòd talibus testibus possit ali-
qua

qua macula imputari, & istud etiam dixi supra allegando in
terminis testamenti Bald. & Salyc. in l. parentes. C. de testi. &
tradit Cor. in consi. 231. diu est. 3. colum. 2. vol. & ita etiã vo
luit Bertrand. in cõs. 300. nobilis, & honestã. 2. col. sub nu. 4.
53 2. volu. † Posset & tertiò dici, quòd si quid prædictis testi-
bus desit (quod tamen negatur) suppleret numerus; nam cum
sufficiant quinq;, vt supra dictum fuit, & octo sic deponant
debet eis absque dubio credi, iuxta glo. in verbo numerus, in
l. 3. in prin. ff. de testi. & tradit Cur. in dicto consil. 55. 3. col.
in ver. tertiò respondetur. vbi plures alios allegat, & vltra eũ
ibi voluit Alex. in consi. 249. viso processu, secunda colum.
ver. potest etiam responderi. li. 5. cum itaque, vt ex prędictis
constat, dicendum sit, istos testes de falso reprehendi nõ pos
se, maximè circa institutionẽ hæredis, de qua ad præsens agi-
tur, quinimmo verũ esse, ꝙ illam concludẽter probant, sequi-
tur, ꝙ ex trib. supra in prin. alternatis non primum sit verũ,
sed vel secundum, vel tertium. Et si quis velit dicere, illud
secũdum, sciat, ꝙ ei multum patrocinabitur, ꝙ ille Fulgẽtius
notarius, aliquando illud pro vero asseruerit quando super
54 veritate facti fuit examinatus; † nam cum nemo veritatẽ no-
uerit melius ipso, videtur ꝙ eius dicto debeat stari, etiã quòd
solus illud affirmet, quasi de proprio facto dicatur testifica-
ri, propter quod videtur, quòd ei credi possit, argu. l. quæro.
in fi. ff. de ædil. edi. & tradit Paul. de Cast. in consilio 333. vi
sa petitione. post prin. & in consi. 370. visis actis. in fi. maxi-
mè attentu, ꝙ ita dictus notarius asseruit in iudicio crimina-
li, & in tormentis, iuxta tradita per do. Tyndarum in trac. de
testi. in c. 12. libri 1. Nec tunc obstat, ꝙ tale factum non vide
tur habere colorẽ, cur scilicet a testatore id factũ fuerit; quo
niã posset dici, ꝙ varię sunt hominũ opiniones, & solus Deus
est scrutator cordium hominum, & forte etiam id facere po
tuisset, vt per illud, quod notario reliquisset, moniales quieta
rentur, intelligẽtes à notario quòd ipsę erant institutę, & sic
non dicatur fecisse testator animo se corrigendi, sciens illud
testamentum valere, quod prius legi fecerat, & quòd in men-
te testium permanebat, & probabitur, prout verè permansit,
55 & probatum fuit; † cum quilibet præsumatur scire iura. l. le
ges sacratissimę. C. de legib. & tradit Ale. in consi. 106. super
primo dubio. 2. col. ad fi. ver. nec dicatur, ꝙ isto casu. li. 6. vbi
alios plures allegat, & maximè hoc dicẽdũ videt̃ de d. Hiero-
nymo testatore, cum esset peritissimus notarius, & sic non di
cam, quòd id fecisset eo animo, vt vellet verè moniales habe-
re hæredes, cum id expressè facere potuisset; vt in cõtrarium
dicebatur, sed potius vt eas, vt ita dicam, deciperet, seu quie-
taret, cum (vt audio) ab eis sępissime molestabatur, & requi-
rebatur, vt illas faceret hæredes. Nec obstat, qđ dicebatur, ta-
le quid non præsumi de notario bonæ famæ &c. quia respon
detur quòd contra talem præsumptionem urget propria as-
sertio, vel etiam dici potest, vt infra dicam circa tertium ex
illis alternatis. Si quis verò illud secũdum nõ acceptet qua
cunque ratione motus, cum & primum nullo modo sit dicẽ-
dum, vt ostensum fuit, necesse est, vt dicat, tertium fore neces
sarium, & in hanc partem ego sum ꝓcliuior. Ad quam vehe
mentissimè me inducit vltra dicta per præstantissimũ aduo-
56 catum; quia (vt mihi in facto præsupponitur) nõ est scriptũ
prædictum testamentum, iuxta stilum prædicti do. Hierony-
mi, & inter cętera in subscribendo nomẽ proprium, nam ip-
se semper scribebat, ego Hieronymus &c. cum aspiratione, vt
ex omnibus instrumentis per eum cõfectis cõstat, in isto aũt
fauore monialium publicatu legitur, ego Ieronymus. sine
aspiratione, & sic aliter quàm secundùm consuetudinem suã
ex quo facile credendum est, totum testamentum esse falsum,
arg. c. quàm graui. & quæ ibi tradunt doct. extra de crim. fal.
57 † sicut enim ibi literę nomine sedis Apostolicę scriptę rępu
tantur falsæ, si stilus, & consuetudo sedis illius nõ reperiatur
in illis, ita in ꝓposito testamentum, qđ ostenditur, vt scriptũ
manu d. do. Hieronymi, debet reputari falsum, cum stilus, &
58 consuetudo eius in scribendo in eo non reperiatur, † & ideo
dicebat Bald. in l. 1. C. de emenda. Co. domini Iusti. in fine, ꝙ
comparatio literarum, quæ fit de scripturis tabellionum de-
bet fieri non solùm in scriptura, sed etiam in stilo, vt per eũ
quem refert, & sequitur Io. de Ana. in d. c. quã graui. in prin.
59 vbi etiã dicit, quòd illa subtilitas debet commendari, quæ
tendit ad fraudis exclusionem, & sic ad inueniendam verita-
tem, prout in casu isto est ista consideratio deficientis aspira
60 tionis. † Facit etiã, quod dicit Abbas in c. licet. de crimi. fal.
dum in primo notab. dicit, multos esse modos conferendi
scripturam ad scripturã, & inter alios modos dicit esse for-
mam scripturæ, tractus, & signa, quibus quis in ea vti solet,
quibus non repertis præsumitur falsitas. Sic igitur ĩ casu no
stro dicendum est non reperta aspiratione, qua ipse do. Hie
ronymus semper in suo nomine scribẽdo vtebatur. Et si quis
dicat, ꝙ ex eo falsitas concludenter non probatur, licet apud
61 me sit satis probata. † Dicam, ꝙ negari non potest, quin sit
falsitatis suspicio, quæ sola dicitur sufficere, & pro falsitate
habetur, nisi tamen euidenter contrarium probetur. l. iube-
mus. C. de probat. prout per illũ tex. dicunt Arch. & Gem.
in c. in memoriam. 19. distinctio. cum concordãtibus, vt per
Ias. in consil. 168. in causa, & lite. 2. col. 4. volu. & per De-
ci. in consi. 615. visa inquisitione. in princ. Et hoc sine du-
bio videtur procedere in causa ciuili, qualis est ista, vt tradit
Cur. iunior in consi. 64. præsupponitur in facto. 3. colum.
Ex his omnibus abunde, & iuridicè (vt puto) sublatum est
primum principale fundamẽtum supra factum in fauorem
prædictarũ monialium. Ex quibus etiam sumitur apertissi-
62 ma responsio ad secundum: † nam licet aliàs in dubio pro
instrumẽto publico præsumatur, vt in arg. dicebatur; tamen
illud non procedit, quando contra illud ostenditur manife-
sta veritas, puta quòd testes contrarium deponant. iuxta do-
ctri. Bar. in l. j. §. si quis neget. ff. quemad. testamen. aper. cum
concordan. vt per Alex. in consi. 43. visis, & ponderatis. 2.
colum. ver. tertiò quia dicta alienatio. lib. 4. cum multis alijs
quæ allegari possent, & traditur hæc materia plenè per Can.
maximè Fely. in præalleg. c. cum Io. super glo. super verbo
63 instrumẽtum. de fide instru. † vbi concludit usque ad finem
illius capituli per duas principales cõclusiones, quòd instru
mentum publicum potest reprobari per testes nedum in ip-
so descriptos, sed etiam per non descriptos, & stantibus his
quæ per eum ibi firmantur, procoldubio dicẽdum est in pro
posito nostro sublatam esse, & totaliter eneruatam fidẽ præ-
dicti testamenti, seu publici instrumenti de eo exhibiti, cũ
nedum aliqui ex testibus in eo descriptis, sed omnes, & etiam
duo alij in testamẽto nõ descripti apertissimè, & concordi-
ter deponant contra dictum testamẽtum in fauorem monia-
lium publicatum. Et adeo vt dicatur tale testamentum rema
nere absque aliquo teste illud coadiuuante: meritò ergo va-
64 lere nõ potest: † quia in iure nullum testamentum a quacun
que priuilegiaria persona conditum, & in fauorẽ cuiuscun-
que personæ, vel rei priuilegiariæ valere potest absque duo-
bus testibus ad minus, vt egregiè declarat Ias. in cõsi. 184.
circa legitimationem. in fine 2. vol. Quod proculdubio pro
cedit etiam, quando manu propria testatoris diceretur scri-
ptum testamentum, saltem quò ad probationem, si negetur,
vt per Alexan. in consil. 76. ponderatis his. post prin. & co-
lum. penul. in ver. super quarto dubio. lib. 3. qui propriè lo-
quitur in dispositione ad pias causas, & ita etiam dixit Iaso.
in d. consi. 184. fundando se in dicto consi. Alexan. Et prę-
terea cum verum sit, valere testamentum, & institutionem
hæredis factam de magnifico Equite Beccaguto, prout per
tot testes concorditer deponitur, & supra dictum fuit, non
potest dici, ꝙ valeat illud, quod publicatum fuit in fauorem
65 monalium; † quia nemo ex paganis potest decedere cũ duo-
bus testamentis. l. quærebatur. & ibi glo. ff. de mili. testa. & l.
2. ff. de iniusto rupto testa. cũ si. Non obstat tertium, in quo
(vt audio) fit magnum fundamentum pro parte d. monialiũ,
quoniam pluribus modis, & concludentissimè respondetur,
vt per excellentiss. aduocatum in suis allegationibus, & inter
alias mihi placẽt infrascriptæ responsiones, & quælibet ea-
66 rum per se satisfaceret. † Et primò: quia tota vis arg. consistit in
dispositione auth. quod sine & in corpore vnde sumitur. C. de
testa. dici potest, quòd cum loquatur, & disponat particulari
ter fauore liberorum, non debet trahi ad fauorem Ecclesię, si
ne

ę pię causę, quicquid voluerit Alex. & Ias. in cōsilijs in con
trarium allega. & ita rectè intuenti voluit Pau. de Cas. in cō-
sil. 451. visa dicta facti narratione, ad fi. 2. volum. & secun-
67 dùm nouā impressio. † inquit enim ibi, q speciale est in scri
ptura patris, vt. s. facit fidem inter liberos, licet non sit solem
nis, prout dixerat Bal. in d. auc. quòd sine, secundùm quòd ip
68 se alleg. † & statim subdit Pau. de Cast. q non per omnia pro
cedunt a pari testamentum inter liberos, & ad pias causas, ut
per eū, sic ergo vult, q scriptura manu propia defuncti non
sufficiat ad pias causas, licet sufficiat inter liberos, & disponi
tur in dicta auc. quod sine hoc idem satis apertè voluit. Are-
tin. in consil. 61. diligenter, & maturè discussis. colū. penul.
69 versi. veruntamen istis non obstantib. † vult enim ibi, quòd
in testamento ad pias causas ad minus requirātur duo testes
iuxta c. cū esses, & c. relatum, el primo, cum ibi nota. de testa.
quod intelligit, etiamsi diceretur, quòd testamētum esset scri
ptum propria manu testatoris, prout etiam apertissimè fir-
mat Alexan. in consi. 76. ponderatis his. in primo, & 4. du-
bio. lib. 3. licet in liberis aliud videatur disponi. in d. auctē.
70 qđ sine. put plerique intelligunt, † de quibus ad pias causas
dicit Areti. non valere argumentum, vt per eum, vnde cū in
casu nostro nullus testis reperiatur, qui dicat, se fuisse presen
tē predicto asserto testamēto, nec vidisse illud scribi per d.
dom. Hieronymum, sequitur, quòd non debet attendi, nec il
71 li patrocinatur. d. auc. qđ sine. † Et q d. auct. quod sine. loquēs
in testamento inter liberos non procedat in testamento ad
pias causas, voluit etiam Corne. in consi. 307. videtur pri-
ma facie. col. pen. ver. tertiò. d. auc. & c. 3. volu. inquit enim
q d. auc. disponit simpliciter inter liberos, non autem dispo
nit in testamento ad pias causas, nec in eo procederet. vt per
eum, & licet ipse loquatur ad aliud propositū, videlicet q in
d. auc. requiritur, vt tempus exprimatur, tamē idem ex intē
tione sua dicendū est etiam in proposito nostro in eo, quod
ibi non requiruntur alii testes secundùm doc. nam nec il-
lud trahi debet ad testamentum ad pias causas ex eadem ra-
tione; quia scilicet simpliciter illud disponitur inter liberos,
hanc eandem opi. tenet Ias. in d. auct. quod sine. post princi.
72 † concludens, q quando reperitur scriptura manu propria
testatoris, licet quantùm ad eius filios non requiratur testes,
tamen secus est quantùm ad relicta ad pias causas; illa enim
nō valebunt, nisi ad minus probentur per duos testes, vt per
eum, qui alleg. Alex. in d. consi. 76. lib. 3. hoc idem ferè per
eadem verba voluit insignis Moder. do Gulîel. de Benedi. in
eius copiosa repeti. Raynutius. super ver. testamētum. el pri
73 mo, extra de testa. nu. 87. est mihi in car. 186. 2. & 3. col. † Et
ista opi. vt scilicet auc. quod sine non procedat in testamento
74 ad pias causas, iudicio meo tenenda est. † Primò: q̄a magis
cōiter approbatur, & vulgò dici solet, a communi opinione
in iudicando recedendum non esse, iux. l. 1. cum ibi traditis
per Bal. & alios. ff. de offic. questo. & tradit Mathesilla. in tra.
electio. verioris opinionis, in prin. sub nu. 2. in fi. cum con
cordan. vt per Alc. in consi. 95. visis processibus. 5. col. io
75 prin. lib. 2. † immo qui cōtra cōmunē iudicat, dicitur facere
litē suam, vt voluit Bar. in l. 2. C. de pœna iudi. qui malè ind.
& dixerunt Ange. & Alex. in l. cum prolatis. ff. de re iudi. &
ibi per Alex. circa fi. nec mirū: quia qui contra communem
iudicat, creditur id facere propter eius imperitiam, secun-
dùm Bal. in. l. 1. ff. de sena. vt refert, & sequitur Alex. in d. cōs.
93. & hinc est, quòd non procederet hoc, quādo manifesta le
ge, vel ratione communis opi conuinceretur, vt per Alex. in
d. l. cum prolatis. in fi. quod non est in casu nostro, sed potius
contrarium, vt statim patebit Secundò: quia ista opinio iusti
76 ficatur multis dimissis duplici ratione. † Prima est; q̄a fauo
rabiliores absq; dubio sunt liberi, quàm pia causa, non dico
respectu legitimæ, sed simpliciter, iuxta illud Pauli ad Gala-
thas, filius ergo hæres, & iuxta illud August. qui vult filio au
ferre, & ecclesiæ relinquere, alium quęrat pro cōsilio, de quo
in c. quanquam. 17. q. 4. & ita voluit Bald. in l. iubemus. post
77 prin. C. de testa. † dum dicit, q apud naturalem rationem,
apud ius ciuile, & canonicum magis est considerādus fauor
filiorū, quàm Ecclesiæ, & pauperum Christi, idē voluit Pet.
de Anch. in rub. de testa. lib. 6. in 2. col. & in c. si pater. in 7.
78 nota. eo. titu. † dicens, q in successionibus filij sunt etiam ip
si Deo preferendi, idem voluit Roma. in auc. similiter. in vl-
79 timo speciali piæ causæ circa contractus in fi. inquit. n. † q iu
ra minus fauent piæ causæ in ultimis voluntatibus, quàm li-
beris, ex quo ibi vult, q licet aliàs nominatio filij, aut hære-
dis in actu inter viuos tribuat ei hæreditatem; non tamē ita
est in ecclesia, vel pia causa, vt per eum. hoc idem firmat. d.
80 Cap. in consi. 22. punctus, quidam Thadeus. in fi. † dicens q
licet anima præponenda sit corpori, non tamē pia causa præ-
ferenda est filijs, & alleg. dictum August. de quo supra, vt per
eum, idē dixit D. Maria. Soc. auus meus in cons. 23. circa præ
81 dictam consultationem. mihi colu. 18. in princ. † inquit. n. q
longè magis est priuilegiaria, & debita causa filiorum, quàm
sit fauor pię causę, quòd etiam apertè firmauit And. Barb. in
consil. 13. Clementissimi Dei patris. 6. col. ad fi. & in consil.
34. Clementissimi Dei patris. in princi. 1. uolumin. Corn. in
consi. 156. De duabus. 4. col. in prin. sub litera F. 2. volu. &
in consi. 276. Viso suprascripto. 3. colu. sub litera D. 3. volu.
Ias. in cons. 212. Alta & valde profunda. 3. col. 2. volum. vbi
plures allegat, & Dec. in c. 1. 10. col. ver. sextò à simil. extra de
82 proba. † dicens, quòd plus fauetur liberis, q̄ ecclesię, quod
etiam voluit in l. licet. 2. colum. ad fi. C. de pac. expressè dicēs
hoc procedere vniuersaliter etiam vltra considerationem le-
gitimæ, quod etiam ibi sequitur elegās Moder. Andr. Alcia.
in glo. sua super verbo fauore, & contraria opinio posset pro-
83 cedere, † quando relictum esset factum piæ causæ pro ma-
lè ablatis, prout egregiè declarat Dec. in d. l. licet, si igitur cau
sa filiorum est fauorabilior pia causa, sequitur, q d. auc. quod
sine. in eo q filiorum fauore vult secundùm aliquos valere
scripturam patris etiam sine testibus, nō debet trahi ad fauo-
84 rem piæ causæ, cui iura minus fauēt. † Quod etiam secunda
ratione probatur, nā illud in filijs toleratur sicut & alia quæ
libet imperfectio. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de
testa. quia ipsi omnino sunt ab intestato successuri, & sic cau-
sa testati fouet causam intestati, & econuerso, nec cadere po-
test aliqua suspitio, q pater fuerit inductus ad sic testandum,
seu quòd in eo falsitas aliqua interuenerit, ex quo (vt dixi) filij
erant omnino ab intestato successuri, prout voluit ex aliorū
intentione patruus & dominus meus Soc. in cons. 163. Non
fuisset opus. 2. colu. & per totum. 2. vol. & declarant doc. in d.
§. ex imperfecto. maximè Ias. in 3. col. qui etiam idem voluit
85 in consil. 86. Viso themate. 1. col. 1. vol. † Et hinc est, quòd
eiusmodi tolerātia, seu specialitas, scilicet q valeat testamen-
tum imperfectum inter liberos, & sic in proposito nostro si-
ne testibus, non procederet, si filij essent inęqualiter instituti
maximè si inæqualiter esset notabilis; cum non essent sic ab
intestato successuri; vt voluit Roma. in consil. 179. Amplis-
sima doct. 5. colum. ver. q & posito. & in consil. 385. In ca-
su præmisso. 1. colu. ver. secundò principaliter. & fuit opinio
Specu. in titu. de instrumen. edi. § compendiosè, versicu. quid
si pater habens tres filios, prout etiam Roma. vbi supra alle-
gat, qđ etiam in simili voluit Cuma. in l. filius qui in potesta-
te. ff. de lib. & post. & Ful. in d. l. hac cōsultissima. §. si quis au-
tem. col. pen. versi. non. n. sufficit, quod etiam voluit Deci. si
bene aduertatur in l. vt liberis. in 3. nota. C. de colla. & hanc
opinio. sentit Bar. in l. si duobus. §. si prius, prope fi. ff. de bo.
pos. contra tab. dū dicit, debere institui eum, qui tenet primū
gradum ad hoc, vt causa testati fouet causam intestati, idem
tradit Deci. in cons. 105. Et pro tenui. col. fi. in ver. secundò
etiam responderi potest. & in cons. 631. Casus, de quo que-
ritur. post prin. & Cur. iunior saltē quando notabilis sit inæ-
86 qualitas in d. §. ex imperfecto, in secunda dubitatione. † Cū
itaque in proposito nostro istæ moniales non essent ab inte-
stato successurę predicto domino Hieronymo, sequitur, q in
eis cessat ratio. d. auc. quod sine. meritò debet cessare etiā di-
spositio per locum à cessante ratione. l. adigere. §. quamuis.
ff. de iure patrona. & c. cum cessan te. de appellatio. cum simi-
lib. Hæc sufficiant pro ista prima responsione ad tertium fun
damentum, & ad dictam aucten. quod sine. quę est concludē
tissima, & de se sola sufficit ad victoriam saltem ex prima ra-
tione

tione cutu do secũda, seu de eo quod in ea vltimo loco dictũ
87 fuit, possit probabiliter dubitari, † & per ea quæ magis com
muniter dicunt docto. in aucten. quod sine. dũ voluut, & p̃-
supponunt illum tex. habere locum etiam si filij inæqualiter
instituantur, prout etiam dicit Alexan. in d. l. hac consultissi-
ma. Sed ex abundanti datur & alia respõsio, secundò igitur
ad tertium fundamentum respondetur, & sic ad dictam auc.
quod sine. posito q prima ista solutio non procederet, secu se
88 cunda ratio in eo allegata, † q d. aucten. procedit, quãdo de
voluntate testantis nihil aliud apparet, nisi scriptura illa ma
nu propria; nam tunc toleratur, vt inter liberos valeat; quia
cum nihil repugnet, præsumitur patrem sic voluisse, cuius
voluntati sic præsumptæ, licet careat solennitate, & testibus,
lex pręstat robur speciali fauore liberorũ. Verùm si de con-
traria voluntate patris constaret, proculdubio talis scriptura
reiiceretur, ne quid contra voluntatem eius per legem vali-
89 daretur: † quoniam legis intẽtio semper fuit, & est defuncto
rum voluntatem perquirere, & inuentam seruare. l. in condi
tionibus primum locum. ff. de conditio. & demonstra. l. ex
facto. la grande. ff. de hæredi. institnen. l. 3. C. de libe. præteri.
l. quoniam indignum. C. de testamen. & l. 1. C. de sacrosan.
90 ecclesijs. cum similibus. † Hinc dicimus, q in vltimis volun
tatibus lex pedetentim defunctorum intẽtionem omni dili-
gentia perquirit etiam per coniecturas, sicut venator leporẽ
perquirit eius vestigia sectando, vt inquit Bal. in l. quidã in
princi. C. de neces. serui. institu. Sed sic est, quòd in proposito
casu manifestè constat de voluntate testatoris contraria præ
tenso publicato testamento, & scripturæ, vt asseritur, manu
testatoris factæ, meritò sequitur, quòd talis scriptura non de
bet attendi veluti non continens veritatem.

Contraria autem voluntas ostenditur: quia per octo testes
concludentissimè probatur, q dñs Hieronymus prædictus
fecit hæredem magnificum Equitẽ de Beccagutis, & non p̃-
dictas moniales & ipsorum testium depositiones iuridicè de
fenduntur, vt supra plenè fuit demonstratum. Et circa scri-
pturam per notarium publicatam, dico, q secundum aut ter
tium ex tribus supra in principio disiunctiuè consideratis,
nec necessario interuenit vt supra deductum fuit. Et ista re-
spõsio (ni fallor) est plusq̃ reclarissima, & tollit oẽm difficul
91 tatẽ sicut ẽt facit prima. † Sed & tertiò respondetur, q alle-
gata in contrarium possent procedere, quando scriptura ma
nu defuncti reperiretur, in qua sola cõfidisset, nihilque vltra
circa eã perquisiuisset, & postea dictæ scripturæ nihil oppo-
neret, aut obstaret, nisi solennitas, & testiũ defectus; quia tũc
si sit inter liberos eorum fauore, & si vis, etiã fauore piæ cau-
sæ seruaretur, & ita etiã procedat, quod dicit Bar. in l. si is qui
in a. q. ff. de testame. Sed in casu nostro non sic est; quia domi
nus Hieronymus testator non confidit in illa sua scriptura,
sed vltra quęrendo uoluit eam publicari coram testibus ad
illud expressè vocatis, & sic uoluit vltra scripturam, q veritas
sui testamenti in fide testium, & notarii consisteret. Vnde cũ
testes omnes contradicant dictæ scripturæ non video, quo
92 modo illa subsistere possit: † quia publicum instrumentum,
& scriptura eius perdit fidem, si aliqui ex testibus instrumẽ
tarij alli contradicant, iuxta doctrinam Bar. communiter ap
probatam in l. 1. §. si quis neget. ff. quemadmod. testamen.
apert. & tradunt Inno. Imo. Abb. & alij doct. in c. cum Ioan-
nes. de fide instrumen. vt ibi videri potest per Fely. colum.
34. cum duabus seq. in versi. secunda conclusio sicut per te-
stes &c. Et adeo verum est hoc, vt procedat, etiam si vnus tã-
tùm ex testibus necessarijs cõtradicat, vt per Bar. in d. §. si q̃s
neget, & tradit patruus & dominus meus Soc. in consi. 20. In
facto pręsupponitur, a. col. 3. vol. Et eo maximè hoc dictum
est in casu isto: quia nedum vnus, aut aliqui testes, sed omnes
contradicunt tam instrumentarij, quàm etiã duo alij, qui in-
terfuerant, & quia nullus est testis, qui prętensum publicatũ
testamentum coadiuuet, iuxta tradita per Fely. ibi col. 15. &
quoniam hoc in iure nostro expeditissimum est, non instabo
vlterius super eo. Et si quis dicat, contra istam responsio-
nem, quòd testator eligendo viam publicandi testamentum
coram testibus, fecit illud ad maius robur eius, vnde non de
93 bet hoc operari inualiditatẽ, & sic cõtrarium effectum: † q̃a
inducta ad augmentũ non operantur diminutionẽ. l. si mã
cipia. & ibi no. ff. de fundo instru. cum si. & etiam ne videa-
tur testator elegisse uiam ad impugnandam suam voluntatẽ,
iuxta l. 3. ff. de mili. testa. Respondetur, q nõ ex eo impugna
tur testamentum, quod aliàs valeret; quia fuerint adhibiti te-
stes, & publicatum fuerit coram eis; ex eo. n. magis validare
tur, vt arguendo dicitur, si cum prætenso testamẽto testes cõ
cordarent, sed quia per depositionem testiũ ostenditur præ
tensum testamentum non esse illud, quod coram testibus le-
ctum, & publicatum fuit, redditur suspectum ita, vt fidẽ nõ
habeat, & de eo necessarium sit secundum, aut tertium ex il-
lis tribus, de quibus in principio diximus, vt etiam supra de
ductũ fuit. Et pro ista tertia rñsione, quæ ãt de p se sola suf-
94 ficeret, & tollit omnem difficultatem, † facit: quia quãdo q̃s
vult aliquam scripturam, vel aliam suam voluntatem publi-
cari, & coram testibus solennizari, tunc antequam illa fiant
talis voluntas, & scriptura nunquã dicitur perfecta, nec vale
re potest, prout declarat Fulgo. in consil. 29. Punctus quæ-
stionis talis est. in fine. dicens, q talis vltima uoluntas nec in-
ter liberos ualere potest, ut per eum, & consequenter etiã &
minus ad pias causas, & ita quòd etiam ad pias causas non ua
leat, firmat Ias. in consi. 155. In causa & lite. colum. penul.
uersic. secundò respondetur. 4. vol. quod etiam voluit Deci.
loquens de testamento inter liberos in consil. 488. In cau-
sa & lite, quę vertitur. col. 3. versi. & quia cum testator volua
rit, & si ita est quãdo testes non reperiuntur, fortius est in ca
95 su nostro, in quo cõtradicunt; † nã ad inualidandum actum
plus est, quòd adhibiti testes contradicant, quã non reperiã
tur, vt constat ex his, quę tradunt doc. in dicta l. prima. §. si
quis neget, quemadmo. testa. aperi. in dictis notatis in dicta au
cten. quod sine. Et ista satis superq; sufficiant pro respon-
sione, & remotione tertij fundamenti, & omnium quæ in eo
deducta fuerunt. Licet etiam & alijs modis respõderi posset,
negando scilicet scripturam fuisse manu testatoris absolutè;
tum quia nõ p̃batur per testes aliquos fuisse eius manuscri-
96 ptam † tum etiam quia comparationi factę in proposito nõ
esset omnimodo fides præstanda, iuxta tradita per Alexan. su
pra allegatum consilio 76. lib. 3. prout hęc plenè prosequi-
tur excellentissimus Aduocatus in suis allegationi. Sed ego
grati breuitatis, cum necessaria nõ sint, aliter non prosequar
remittendo me ad prędictas copiosas, & doctissimas allega-
tiones, in quibus etiã & alijs modis remouetur fundamentũ
97 d. auc. qđ sine, † quia scilicet loquitur in testamẽto in scriptis
iuxta tradita per Corne. ibi in fi. & in iam allegato consi.
307. 3. vol. cum nos simus in nuncupatiuo. Ac etiam quia
in casu nostro nõ fuit scriptus dies manu testatoris, p̃ut ibi
requiritur, quę similiter gratia breuitatis dimitto, cũ prędi-
ctæ tres responsiones, & earum quęlibet per se distincta suffi
ciat, & tollat omnem difficultatem, ut ex prędictis constat.
98 † Non obstat modò quartum fundamentum; quia uera &
clarissima responsio est, q verba enunciatiua, quę asseruntur
prolata per dictum do. Hieronymum infirmũ, q bona sua re
liquerat monasterio, esto q legitimè probarentur, quòd ne-
gari potest, propter deponentium suspicionem, vt p aduoca
tũ ostenditur, ad plus inducunt præsumptionẽ iuris, cui stã-
dum esset, nisi contrariũ probaretur; vt tradunt Abb. & alij
in d. c. si. de succes. ab intesta. ad qđ faciunt notata per glo. &
docto. in d. c. is qui fidem. de sponsa. & in l. siue possideris. C.
de probat. cum concor. ut per Deci. in consi. 400. Visa ele
ganti consilio. 4. colum. uersic. & licet ille, qui prius habuit.
sed in proposito nostro contrariũ manifestè probatur: quia
per octo testes concludentissimè deponitur, quòd dominus
Hieronymus fecit hęredem Equitem Beccagutum, ut supra
99 dictum fuit; ergo &c. † Placet etiam ad istud argumentũ re-
sponsio illa, q dicta in argumento nõ procedunt, quãdo pręe
cessisset aliud testamentum solenniter factum, de quo reuo-
cando ageretur: quoniam tunc dispositio, seu testamentũ, qđ
præsumeretur per illa verba enunciatiua, & sic testamentum
quod non posset dici solenniter factum, nõ operaretur reuo
cationem primi solenniter facti, iuxta tradita per Oldra. in

consi. 119. Titius condidit testamentũ, prope finem cũ con
cord. allegatis per excellentissimum aduocatũ. Ad quod vl
tra eum facit decisio Pau. de Cast in consi. 366. Viso puncto.
ad finẽ, qđ in nouis reperitur. nu. 155. 1. vol. dum vult, ꝙ opi
100 nio glo. in l. iubemus, C. de testa † quòd valeat testamentũ
factum ad interrogationem alterius per simplicem respõsio-
nem, sic factum ab eo, qui grauissimè infirmabatur, non pro-
cedit, quando talis ꝑ prius fecerat solenne, & validum testa-
mentum, de quo reuocando ageretur, vt per eum, quod etiam
voluit Guid. Pap. in consi. 84. Visis duabus. in fi. Crot. in l.
1. §. si quis ita. ff. de verbo. oblig. patruus & dominus meus
Soc. in consilio 92. In causa domini Antonij. 9. col. versic. a
priori. 3. vol. dum ibi simpliciter refert, & sequitur Paul. de
Cast. & idem voluit ẽt elegans Moder. Zasius in consi. 5. Per
reuerendissimum in Christo patrem. car 7. versi. denique in
proposito. & ita aliàs nondum est annus consului. Sed in ca-
su nostro iam præcedebat testamentum validum, & solenne
in fauorem prędicti Equitis. ergo &c. Ad quintum funda-
101 mentum respondetur primò, † quòd ex verbis prędicti in-
strumenti, videlicet, le mie herede, nõ cõstat, ꝙ dominus Hie
ronymus intellexerit de prædictis monialibus. Et vt verũ fa-
tear, videtur mihi, ꝙ qui se in hoc fundant, moliùm debiliter
102 mouentur, cũ possit illa verba ad varias ꝑsonas referri, † &
nũ probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. l. non hoc.
C. unde legiti. l. ad probationẽ. C. de ꝓbatio. & c. in prę̨sen-
103 tia extra de probatio. cum similibus. † Secundò respondet
quòd opinio Bar. in d. l. tale pactum. §. fina. non videtur de iu
re vera, nec iure ꝓbatur, inquit Rom. in dicta aut. similiter.
C. ad legem falci. in 6. speciali piæ causæ circa contractus, vt
per eum. Et licet ipse dicat, ꝙ forte opi. Bart. seruaretur in
practica; quia nõ habet contradictorem. Tamẽ in hac decipi
tur; quia immo (ni fallor) non debet seruari in prędicta; quia
multos habet cõtradictores, vt sic possimus dicere, quòd ma
gis communiter reprobatur: nam vltra Roma. in loco prędi-
cto contra Bart. tenet Ange. in d. §. fi. 1. co. in versic. sequitur
104 in tex. ibi, contulisse iudicium supremum. † dicens, ꝙ actus
cõtrahendi realiter, & essentialiter differt ab actu testãdi, &
prohibitum per actum inter uiuos, est, quem fieri hęredẽ, vt
per eũ, qui idem dixit in l. epistola. in prin. ff. de pactis. dicẽs
quòd opinio Bar. confunditur per glo. ibi positam, vt per eã.
105 † Contra Bar. tenent etiam ibi Pau. de Cast. & Fulg. & dicit
Pau. ꝙ ita etiam tenuit ibi Bal. & ꝙ miratur, quòd Bart. istud
idem non dixerit. Istud idem contra Bartol. videtur firma-
re Iacobin. de sancto Georgio ibi ĩ vltimo notabili Et licet Ia
so. in d. §. fi. & in dicta l. licet. in quinto notabili. post d. Alu
xan. videatur aliqua dicere pro tuitione Bar. tamen commu-
nis opinio est contra eum, & ipsemet Ias. postea dicit se dubi-
tare. & in d. l. licet. saltẽ in pia causa, & ita contra Bart. tenet
etiã Cur. senior in d. l. licet. in prin. dicens opinio. Bar. non
esse tutam, vt per Ange. Pau. de Cast. & Roma. in locis pręal-
legatis, ad quos se remittit. Posset & tertiò respõderi, ꝙ di-
cta in argumento possent procedere, vbi ea alio vera essent,
quando de contraria voluntate morientis non appareret, &
quando non ageretur de reuocatione testamenti præcedenti
secundùm ꝙ supra fuit responsum ad quartum fundamen-
106 tum, non repeto gratia breuitatis. † Non obstat sextum
fundamentum; quia ex prædictis colligitur clara respõsio,
nã dicta in argumẽto procedunt, quando de mente disponen
tis testatoris potest probabiliter dubitari, & verba possunt
trahi in unum, & in aliũ sensum, sed in casu isto de mente, &
voluntate testatoris apertissimè constat; scilicet quòd volue
rit sibi fore hæredem Equitẽ Beccagutũ, prout eum in solen
ni testamento hæredem instituit, vt ꝑ multos testes euiden-
tissimè probatur, secundùm ꝙ supra deductum fuit. Et li-
cet tale solenne testamentũ, seu scriptura de eo facta propria
manu testatoris, prout testes deponunt, non reperiatur; tamẽ
107 satis est quòd per testes probatur. † Et cum ad probandum
solenniter fuisse factum testamentum, & testes fuisse rogatos
sufficiant duo testes, vt tradunt docto. maximè Ias. in l. 2. in
3. & 4. col. C. de bono. posses. secundùm tab. cum concor.
prout etiam supra fuit dictum, absque dubio dicendũ est, prę
dicta rectè, & abundantissimè probari per prædictos octo te-
108 stes. † Et vltra etiam potest secundò ad argumentum respõ
deri, quòd doctr. Bar. & aliorum in l. 1. ff. de vulga. & pupil.
supra in contrarium allegata procedit, quando aliqua facta
sit dispositio per testatorem, de qua manifestè constet, sed du
bitatur, quo modo debeat interpretari: cum possit multifa-
riam intelligi, tunc. n. posset tolerari, ꝙ verba prolata extra te
stamentum, & testatoris affectio essent consideranda pro de-
claratione dispositionis, & pro vera mente testatoris suscipiẽ
da. Sed hoc non cadit in casu nostro; nã nulla est certa dispo-
sitio, de qua propter eius dubitationẽ interpretando agatur,
sed solùm disputatur, verum testamentum probatum ꝑ præ-
dictos octo testes de iure sit seruandum contra prætensum
testamentum publicatum in fauorem monialium, de quibus
supra, circa qđ absolutè dicendum, & seruandum esse, & debe
re præualere secundum, ꝙ supra declaratum fuit. Non omit-
to etiam, ꝙ illud sextum fundamẽtum posset retorqueri; quo
niam do. Hieronymus plura verba, & pluries dixit ostendẽ-
tia, quòd volebat sibi fore hæredem magnificum Equitem
Beccagutum, & cum vxore & filiis maximè diligebat vltra
naturalem affectionem; quia scilicet erat sibi sanguine con-
iunctus, prout hęc omnia in processu probantur, & prosequi
tur excellen. Aduocatus, vt sic ex affectione; & verbis testato
ris in dictum dominum Equitem posset sumi coniectura, &
argumentum in fauorem dicti Equitis per ea, quæ supra in
contrarium fuerunt allegata, ea in contrarium retorquendo.
Et ista pars in fauorem Equitis debet præualere; quia quę pro
bantur in fauorem monialium, videntur non secura; tũ quia
deponentes videntur ex propria affectione suspecti: tũ etiam
quia de verbis prolatis in fauorem illarũ, si vera fuerũt, pro-
bata est causa alia, quàm vera mens, & voluntas eis relinquen
di, prout ꝑ dominũ Aduocatum abunde ostenditur. Verùm
super istis non curo insistere veluti non necessarijs. Ea enim,
quæ supra deducta fuerunt, satis superque sufficiunt pro re-
109 motione illius sexti fundamenti. † Nouissimè non obstat,
quod vltimo loco dicebatur de fauore religionis, & pię cau
sæ, per. l. sunt personæ ff. de religi. & sumpti. funerum. Quo
niam primò responderi potest, quòd immo etiam in ecclesia
stricta ratio attendi debet etiam contra eam; nã cùm sit adiu
trix, & cultrix iustitiæ non patitur, neque vult aliquid con-
tra iuris rõnem etiam pro se fieri; vt dicitur in c. 1. §. sed di-
uersum. in ti. de alie. feud. & non debet ecclesia cum aliena ia
ctura ditari. c. suã. ubi doc. de pęn. immo debet omnibus pro
110 desse, nemini nocere. c. denique. 14. q. 5. † nec contrarium
probatur in d. l. sunt personæ, licet vulgò vt supra allegetur,
loquor secundùm veram literam, in qua sic legitur, nam præ
ter publicam vtilitatẽ, ne insepulta corpora iacerent, strictã
rationem insuper habemus, quæ nunquam in ambiguis reli-
gionum quæstionibus omitti solet &c. & ita legitur in pãde
ctis. Ea qua litera, quæ mihi semper placuit, primò cessant
ambages, de quibus ibi per gl. q̃ dãtur secundùm communẽ
literam impressam: secũdò apparet, ꝙ ibi non probatur illud
ad quod vulgò allegatur, sed potius contrariũ, cum ibi dica-
111 tur strictam rationem nunquam solere omitti. † Nec ob-
stat l. antepenu. ff. de manumis. & l. in ambiguis. ff. de iure do
tium. quas allegat Alexan. in consi. 104. in contrarium allega
to; quia non loquuntur in ecclesia, sed in libertate, & in do
te, quę iure reperiuntur fauorabiliores, sicut etiam est matri
monium, & testamentum, vt in c. fi. extra de re ind. qui tex.
ad hoc me non parum inducit, nã si idem esset in ecclesia, vti
que etiam ibi de ecclesia diceretur, non dicitur, ergo &c. arg.
l. 1. §. si autem ad deficientis. C. de cad. tollen. & c. inter cor
poralia. circa medium, de tranlat. episcopi. cum simi.
112 † Secundò posito, quòd allegata regula in argumento sit
vera, respondetur, ꝙ procedit in dubio, & vbi de iure nõ pro
baretur contrarium, sed vbi iustitia est contra ecclesiam, con
113 tra eam debet iudicari: † quia non sumus ecclesiæ in iusti-
tia debitores ita, ut alijs iniustitiã faciamus, sicut in uiduis,
& aliis miserabilib. personis dr̃ in c. ex tenore. de foro com-
peten. & in capitu. nuper. de dona. inter virum, & vxo. & ibi
notant docto. maximè Barba. in dicto c. ex tenore. in septimo
notabili,

notabili, vbi ad hoc plura congerit, vt per eum.
Ad quod bene facit dictum c. primum. §. sed diuersum. de
alie. feud. Sed sic est, quòd in casu isto nõ sumus in dubio: quia
aperta iustitia probata est in fauorem magnifici Equitis Bec-
14 caguni, vt ex prædictis constat, ergo &c. † Et ex his constat
non obstare auctoritatem Roma. in auten. similiter. C. ad le-
gem falcidiam, in contrarium allegatam: quia vel non habet
locũ fauore Ecclesię, vt in prima solutione, vel procedit, pro-
ut verè loquitur in casu dubio, quod nõ est in casu nostro. Et
aliud manifestè patet: quia loquitur, quando probationes, vel
etiam sententiæ essent inuicem pugnantes, ita vt non appa-
reat, sed dubitetur, quæ debeat prævalere. At in casu isto ex su-
pra plenè deductis constat, testamentum probatum in fauo-
rem prædicti Equitis debere omnino anteponi, & prævalere
prętenso testamento in fauorem monialium publicato.
De quo absolutè dicendum est, verum esse secundum, aut
tertium ex tribus alternatis supra in prin. prout supra dictum
fuit. Laus Deo.

Maria. Soc. iun. Patritius Senensis iurisconsultus. Paduæ. 1548

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit ipsemet Deci supra consi. 87. volum. 3.
vlt. est. Bero.

SVMMAE.

De relicto facto filiabus, si masculos vxor non pareret,
vtrum cum substitutione in eo facta habeat locum nato ma-
sculo, & in pupillari ætate mortuo.
Et de importantia illorum verborum, tunc & eo casu.

1 *Substitutio facta in casu, quo posthumus non nascatur, posthumo nato, & in ætate pupillari mortuo regulariter locum habet. vide infrà nu. 4.*
2 *Legatum si sit factum filiabus, si masculos non pareret, an vnà cũ substitutione in eo facta masculo nato, & in ætate pupillari defuncto locum habeat.*
3 *Dispositio facta sub conditione, si masculi non nascantur, conditione deficiente inutilis redditur.*
4 *L. fin. C. de institutio. & substi. sub conditione fact. de qua substitutione loquatur.*
5 *Substitutio pupillaris directa vulgarem in se continet.*
6 *Substitutio pupillaris dicitur fauorabilis. Fideicommissaria autem est onus, ideo ad casum non expressum non extenditur.*
7 *L. fi. C. de institu. & substitu. quomodo procedat.*
8 *Voluntati testatoris standum est.*
9 *Verborum, tunc & eo casu, natura est ad casum expressum dispositionem restringere, & non ad alium casum, dato quòd aliàs dispositio ex sui natura ad alium casum traheretur.*
10 *Substitutio vulgaris in vno casu expressa, quãdo sunt hęc verba, tunc & eo casu, ad pupillarem non porrigitur, licet aliàs secus.*
11 *Testator de aliquibus bonis non disponẽdo censetur velle, quòd ad succedentes ab intestato deueniant.*

CONSILIVM CXC.

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & iustitiæ.



LICET in præsenti consultatione abunde,
& subtiliter scripserit clarissimus iureconsultus
dominus Augustinus Berous mihi
vti pater honorandus, & conclusio per eum
firmata videatur iuridica per allegata in di-
cto consil. Tamen dubitatio non parua vi-
1 detur sumi ex l. fi. C. de insti. & subst. sub cond. fac. † natu ibi
in fine dicitur, quod substitutio facta in casu, quo posthumus nõ
nascatur, regulariter habet locum etiã posthumo nato, & in
pupillari ætate mortuo, vnde sic in casu nostro videbatur, quod
relictum prædij de Villafranca cum vinea, & Castelluccio fa-
ctũ filiabus testatoris, si masculus ex vxore nõ nasceretur, ha-
beret locum etiam nato masculo, & mortuo in pupillari æta-
te, argumen. dictæ l. fin. Quod certè ratione suaderi vide-
tur: quia s. sic videtur verosimilis mens testatoris, etenim
de hoc casu interrogatus verosimiliter sic respondisset, cum
non videatur reddi posse ratio diuersitatis, prout etiã argue-
bat excellen. consultor in tertia ratione dubitãdi. Et pro isto
argumento solet vulgò allegari gloss. & ibi tradunt doc. in
l. tale pactum. §. fina. ff. de pact. cum alijs, vt per dominum cõ-
sulentem loco prædicto. Et si relictum diceretur etiam eo
casu factum, non est dubium, quod etiam substitutio reciproca
expressè facta inter filias diceretur pariter locum habere.
His tamen non obstãtibus, & iuridicè remotis, vt infra pa-
2 tebit, verissimã puto conclusionem domini Cõsultoris, † vt
scilicet legatum prædictum, & cum eo substitutio euanuerit.
Et consequenter quod nunc maritus d. Gentilis filię testatoris nu-
per defunctę vti eius hæres testamẽtarius nõ teneatur ad ali-
quid restituendum d. Andreæ alteri filiæ testatoris superui-
uenti per ea, quę supra copiosè, & doctè per do. Consultorẽ
3 deducta fuerunt. Et tota vis in eo consistit; † quia cũ ipsi te-
statori natus fuerit filius masculus, omnino dispositio facta
per eũ, si masculi non nascerentur, vt in testamento, in versi-
cu. quod si non pareret filios masculos, fuit reddita uana, & inuti-
lis, eius conditione deficiente, iuxta l. Meuius, & l. qui hęre-
di. §. Plautius, & ibi tradita per Bar. patruum & dom. meum
Socin. & alios. ff. de condi. & demon. cum similibus, natus
autem masculus fuit hæres vnà cũ matre eius domina Masi-
na, iuxta formam testamenti, in quo non reperitur postea ali-
quid dispositum, si talis masculus moriatur excepto eo, quod in
casu, quo natus masculus sine filijs obiret, relictum fuit pręd-
iũ del cerro, seu pars eius fratribus prædicatoribus, vt in te-
stamento legitur. Quò antè ad cętera bona dicit casus omis-
sus, & propterea remanet in dispositione iuris communis. l.
commodissimè. ff. de libe. & posthu. l. si cum dotem. in prin.
ff. solu. matri. l. si extraneus. ff. de condition. ob causam, cũ si-
mi. Vnde cum decesserit postea dictus filius masculus, & post
eum domina Masina mater, qui erant instituti hæredes in te-
stamento in casu, quo masculi nascerentur, prout euenit, eis di-
cuntur ab intestato in effectu successisse domina Andrea, &
domina Gentilis filiæ testatoris, & dictæ dominæ Masinę, &
sorores dicti filij masculi pro aliqua parte ex persona earum
matris, & pro maiori parte ex propria persona ipsarum, iux-
ta auten. cessante, & in corpore vnde sumitur. C. de legiti.
hæredi. iuncta auten. in successione. C. de suis, & legiti. &
auct. defuncto. C. ad tertullia.
Ex quo apertissimè sequitur, quòd prædium de Villafran-
cæ cum vinea dicitur peruenisse ad prędictas sorores nõ iure
relicti eis facti per patrem, quod dicitur euanuisse, vt dictum
est. Sed iure hæreditario vti ad hæredes matris, & fratris. Si
igitur legatum de dictis bonis factũ dicitur euanuisse, nõ po-
test habere locum substitutio in tali legato facta, vt de se no-
4 tum est. † Non obstãt allegata in contrarium, nam ad l. fi. re-
sponderi potest primò, quod loquitur in directa substitutione,
nos verò loquimur in fideicõmissaria, prout ista solutio col-
ligitur ex dictis supra per do. Consultorem. Et vltra eũ dico
5 quòd ratio differentiæ est in promptu; † quia ibi agitur, secun-
dùm communè intellectum, de directa pupillari, ad quã por-
rigitur vulgaris ex legali interpretatione, vt l. a. & l. quamuis.
C. de impub. & alijs substit. & l. iam hoc iure. in prin. ff. de
6 vul. & pup. quæ † pupillaris substitutio dicitur fauorabilis. l.
si pupillus. aliàs incipit. Iulianus. post princ. ff. de acquiren.
hæred. & notat in l. ex tribus. C. de inoffi. testa. sed fideicom-
missaria, de qua hic agitur, dicitur onus, vt l. cohæredi. §. cũ
filiæ. ff. de vul. & pupil. cũ si. meritò ergo debet strictius inter-
pretari, vt sic non extendatur vltra casum expressum, & ita in
simili arguit Bertran. in consil. 340. Ponitur in facto, quod du-
dum. 3. col. versi. & nimirum si vltra ea. 1. vol. Posset etiam
secundò dici, quòd sicut ibi existẽtia matris facit, ne substitu-
tio illa locum habeat filio nato, & impubere mortuo, ita ẽt
& hic cũ mortuo filio domina Masina matris eius superstes
esset. In hoc tamen non facio maguã vim. Sed & tertio loco
7 respõdetur, & tollitur apertissimè omnis difficultas, † nã re-
gula d. l. fin. in cõtrarium allegata procedit, nisi dispositio fa-
cta filio non nato per verba testatoris restringatur ad illum
casum, qui tunc non haberet locum filio nato, & impubere
defuncto; quia non sic voluit testator, se restringendo ad cer-
tum

8 eum casum, qui non euenit, † & voluntati testatoris standum
est. l. in conditionib. primum locum. ff. de condi. & dem. l. ex
facto la grande, circa med. ff. de hære inst. & l. 3. C. de li. præ
te. cum infinitis sim. Sed in casu nostro legatum prædij præ-
dicti dicitur factum, & restrictum solum in casu, quo nó na-
scantur filij masculi, vt iam dixi, & euidentissimè constat ex il
lis verbis, tunc & eo casu adueniente, positi in dispositione
9 dicti legati, ergo &c. † Est. n. horum verborum natura restrin
gere dispositionem ad casum expressum, ita q̃ non trahatur
ad alium casum. dato q̃ aliàs dispositio per se, & ex sui natu-
ra traheretur, vt egregiè tradit Pe. de Anc. in cons. mihi 356.
alibi 357. Ex serie testamenti. 2. col. uer. 3. hoc probat. cũ con
cor. alleg. supra per clarissimum consulentem.

Et vltra eum ita etiam voluit Roma. in consi. 121. Prima
dubitatio. post prin, & Dec. in consi. 314. Pro resolutione ca-
sus. 2. col. & consi. seq. 315. Superioribus dieb. similiter. in 2,
col. & insignis Moder. do. Ludo. Goza. in consi. 21. Vincen-
tius Gisilardus. sub nu. 35. Non ergo in proposito nostro cẽ
setur factum legatum in casu nascentium masculorũ, qui eue
nit, sed tantùm quando masculi non nascerentur, si non ex
alio, saltem propter illa verba restrictiua, s. tunc, & eo casu.
10 Ad quod etiam facit; † quia licet aliàs vulgaris substitutio
etiam in vno casu expressa porrigatur ad pupillarem, seu il-
lam contineat, vt vtar terminis doctorum, prout tradũt Bart.
& alij in d. l. fi. dicentes hoc ibi probari secundùm commu-
nem intellectum. Tamen istud non procedit, quando in sub
stitutione fuisset dictum, tunc & eo casu, vt signanter decla-
rat ibi Dec. in primo notabili, dicens se ita voluisse, & firmas
se in d. consi. fin. 315. Nec prędictis obstat, q̃ secundo loco
allegabatur de verosimili respõsione testatoris, si de hoc fuis
set interrogatus. Quoniam ad hoc optimè respondet doml.
Consulens multis modis, vt per eum, & in effectu dicendum
est, quòd immo in caso isto non ita verosimiliter respondis-
set, attento quòd demonstrauit voluntatem suam esse, vt lega
tum factum filiabus de prædio, & vinea, de quibus agitur,
solum dicatur factum in casu, quo non nascantur masculi.
Tam ex ordine testamenti. Tum etiam ex illis verbis restri-
ctiuis, tunc & eo casu, vt supra dictum fuit. Et sic non obsta
bunt notata in l. tale. §. final. ff. de pact. prout in simili voluit
Alex. in consi. 46. Ponderatis verbis. prope fi. in ver. non ob-
stat, q̃ si de hoc. lib. 2. cum concordantibus allegat. supra per
dom. Consulentem. Nec videtur verum, non posse dari ratio
nem differentiæ; quia immò dari potest, & satis probabilis, vt
s. masculus, qui nascitur, maioris sit æstimationis, & honora-
bilius sit habiturus hæredem, licet decedat impubes. Quod
ex eo etiam ostenditur; quia testatur in casu, quo masculus in
pupillari ætate decedat, solum disposuit de prædio illo, del
11 cerro, seu de parte eius. † Sic igitur de reliquis bonis non di
sponendo censetur voluisse, q̃ veniant ad eius successores ab
intestato, prout verè obuenerunt, per regulam l. cum prætor.
in prin. de iudi. & c. nonne, de præsumpt, Facit l. 1. §. finautẽ
ad deficientis. C. de cadu. tollen. & c. ad audientiam. de deci-
mis. cum similib. per illa enim iura dicimus, q̃ si testator le-
gatum prædictum de prædio, & vinea facere voluisset, certè
illud dixisset, sicut disposuit de parte prædii del cerro. Vnde
cum non dixerit, clarè ostenditur, q̃ noluit per dicta iura. Et
ex his & aliis adductis supra per dom. Consulentem conclu
dendum est, vt per eum.

Laus Deo Clementissimo.

Marianus Socinus iunior Iurisconsultus, Senensis patri-
tius, Eques, & Comes, aliter Socinus nepos, Paduæ legens in
prima sede vespertinæ lectionis 1541.

F I N I S.



REPERTORIVM FERTILISSIMVM
SECVNDI VOLVMINIS.

Consiliorum profundissimi, ac consumatissimi I. V. D.
DOM. MARIANI SOCINI IVN. SENENSIS PATRITII
Equitis, Cæsareæ, Pontificialisq. aulæ Comitis, alphabetico ordine, nunc primum impressum, feliciter incipit.

A



B

¶ De-

Etatis

*stator*e

niurn

bitorum

G

H

in

IGNO.

I.

pore

qua-

concessum

L

In

N.

Nuptiæ

Præscriptio

¶ Reaerentia

Nec

Index

firmitate

Verba



F I N I S.



